


MACHADO, Pedro (O. de M.)

Expositio literalis et moralis omnium
Euangeliorum, quae ab Ecclesia pronuntur
: tomus primus... / authore M.F. Petro
Machado Ordinis B.M. de Mercede
Redemptionis Captiuorum... -- Burgis :
Excudebat Ioannes Baptista Varesius,
1604

[16], 581, [78] p., @8, A-Z8, 2A-2R8,
2S10 ; Fol.

Pie de imp. tomado de colofón. --
Port. con esc. calc. -- Texto a dos col:
1. Biblia. N.T. Evangelios-Comentarios
2. Biblia. T.B. Ebanjelioak-Iruzkinak I.
Título

R-5905 Ejemp. falta de port., del
cuaderno de [16] p. y de enc. -- Datos
tomados de CCPB, 33260



EXPOSITIO
LITERALIS ET MO-
RALIS IN QVATVOR
DOMINICAS ADVENTVS.

DOMINICA PRIMA.



IN ILLO TEMPORE.
Dixit Iesus discipulis suis. Erunt si-
gna in Sole, & Luna, & stellis: & in
terris pressura gentium praecossu-
sione sonitus maris, & fluctuum mare scen-
tibus hominibus praetimore, & expe-
ctatione, qua superuenient uniuerso
orbi. Nam virtutes caelorum mouebuntur. Et tunc videbit
Filius hominis venientem in nube cum potestate magna,
& maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, &
leuate capita vestra: quoniam appropinquat redemptio ve-
stra. Et dixit illis similitudinem. Videte sicut ficam, & om-
nes arbores: cum producunt iam ex se fructum, scitis, quo-
niam prope est aestas. Ita & vos, cum videritis haec fieri, sci-
tote quoniam prope est regnum Dei. Amen dico vobis: quia
non praeteribit generatio hac, donec omnia fiant. Caelum & ter-
ra transibunt: verba autem mea non transibunt. Luce 21.

Matth 24. & Marc. 13.

A EXPO-

act.

EXPOSITIO LITERALIS.



DR O explicatione literæ huius Euāgelij, ante quam ad singulorū verborum expositionē veniamus, supponendum est: Euangelium istud duabus partibus constare, quarum prima, proponit Saluator signa, & prodigia futura ante aduentum vltimum iudicis, vt ex illis iudicij vltimi rigorem, & tribulationis, quæ tunc futura est, magnitudinē ostendat: & homines deterreat, & à peccando compescat. Quod adnotauit Grego. Homil. 35. in Euāgelia, vbi exponens verba illa, Lucæ. 21. *Cū audieritis prælia & seditiones, nolite terri, dicit. Vltima tribulatio multis tribulationibus præuenitur: & per crebra mala, quæ præueniunt, indicantur mala perpetua, quæ subsequuntur: & ideo post bella & seditiones non statim finis, quia multa debent mala præcurrere, vt malum valeant sine, sine nunciare.* Et Hom. 1. in Euangelia, dicit idem Grego. *Dominus ac Redemptor noster, fratres charissimi, paratos nos inuenire desiderans, senescentem mundum quæ mala sequantur, denunciat: vt nos ab eius amore compescat, appropinquantem eius terminum quæta percussiones præueniant, innotescit: vt si Deum metuere in tranquillitate nõ volumus, saltem vicinum eius iudicium, vel percussionibus attriti timeamus.* Sc̄cūda parte hortatur Saluator suos, vt bono animo sint, vt non diffidāt, sed alacri corde suam redemptionem sperent, proposita parabola ficti. Hæc consideranti facilè erit vi-

dere, timorem & spem à Christo in isto Euangelio coniuncta fuisse: & quod signa proponuntur, vt iudicis iram timeamus, similitudo ficti, vt in medijs tribulationibus cōfidamus.

Timor enim & spes, sunt duo cardines, quibus totum ædificium Christianum sustinetur, & voluitur. Timore quippè coercētur homines, ne peccent: spe verò eriguntur, ne propter commissa scelera desperent. Nouit Dominus hominis cor adeò debile, vt nisi spe, & bonorum promissionibus roboretur & alliciatur, statim desperet: adeoque terrenis rebus addictum, vt nisi ei supplitia & terrores proponantur, laxatis habentis vitia sequatur. Ne ergo peccet, signa proponuntur, & vt speret bona nunciātur. Hinc in Scriptura duo ista, scilicet, timor & spes, misericordia & veritas, iustitia & pax, communiter coniunguntur. Psalm. 84. *Misericordia & veritas obuauerunt sibi, iustitia & pax osculate sunt.* Quia hæc sunt veluti duo pedes, quibus incedere debemus, si recta procedere cupimus. Si enim multum de misericordia Dei cōfidamus timore diuinæ iustitiæ postposito, statim desides, & pigri in via Dei efficiemur: si verò oculos in Dei iustitiā, in vltimum iudicium, in tormenta & supplitia pro peccatis posita posuerimus oblitimur misericordię Dei, desperabimus. Sicut cōtigit Cain, Genes. 4. qui sui sceleris magnitudinem, Dei iustitiam, & debitam poenam videns, & Dei miser-

Timor & spes sunt duo cardines Christiani ædificij

Psalm.

Timor & spes duo pedes quibus incedendum est

Genes.

Vltimi iudicij predictio quam utilis sit. Grego. Lucæ.

Grego.

Grego.

diam non considerans, desperauit. Quod eleganter, Grego. 33. Moral. cap. 10. profequitur dicens: *Pius ac iustus est conditor noster, sed nemo dicat; quia pius est: venialiter pecco. Et nemo qui peccauerit dicat, quia iustus est, de peccati remissione despero. Relaxat enim Deus facinus, quod desletur: sed perpetrare quisque timeat, quod si dignè deslere possit ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate presumat: neq; ita iustitiam timeat, vt nulla spei consolatione conualescat: neque ita confidat de misericordia, vt adhibere vulneribus suis digna poenitentia negligat medicinam: sed quem presumat sibi pie parcere, semper etiam cogitet & districtè iudicare. sub pietate itaque eius spes peccatoris gaudeat, sed sub districtione illius poenitentis correctio contremiscat. Spes igitur presumptionis nostra, habeat etiam morsum timoris: vt ad corrigenda peccata iustitia iudicantis terreat, quem ad fidutiam venia gratia parcentis inuitat. Hinc enim per sapientem dicitur Ecclesiast. 5. Ne dixeris, miserationes Domini multae sunt, peccatorum meorum non memorabitur. Pietate namq; eius protinus & iustitiam subdit dicens: misericordia enim & ira ab illo. Hoc etiã ostendere voluit Deus Deut. 24. dicens: Non accipias loco pignoris inferiorem, & superiorem molam. Quem locum tractans Grego. 33. Moral. cap. 11. ait. Superior autem & inferior mola, est spes & timor: spes quippe ad alta subuehit, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi necessario iunguntur; vt vna sine altera inutiliter habeatur. In peccatoris itaq; pectore incessanter debeat spes, & timor coniungi: quia in casum mi-*

Ecclesi.

Deute.

Timor & spes due mola quibus purissima farina conficitur. Grego.

Isido.

Glos. inter.

sericordiam sperat, si non etiam iustitia timeat: in casum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat. Et Isidorus dicit: Tollit molam superiorem, qui peccatum flenti dicit, non habebis veniam de commissis: tollit inferiorem, qui peccatum palpando dicit: Age malum quantum vis, Deus pius est, & aduenia paratus. Vtiliter vtraq; mola habetur, si spes sit cum emendante formidine, & formido cum spe. Et Glosa interlinealis dicit: Inferiorem molam esse timorem, qui quasi pigra mola iacet immobilis: & superiorem spem, quae mira celeritate voluitur, & acceptas fruges ad vsum hominum molit, & minuit. Vtramque istam molam Dominus duabus partibus huius Euangelij coniungit, vt & spes firma permaneat, & timor iudicis semper animum mordeat. Hoc supposito ad expositionem litterae veniamus.

Erunt signa in Sole, &c.

Vt sensus litterae huius Euangelij innotescat, & cõtextus placidè decurrat, notandum est. Quod initio huius capituli dicit Lucas Euangelista, scilicet, quod considerantibus discipulis & ijs qui cum Domino erant, templi illius à Salomone constructi elegantiam, pulchritudinem, ac fortitudinem, & quam aptè & artificiose esset constructum admirantes, edifitium laudare coeperunt. Christus verò, qui in omnibus utilitati audientium consulebat, dixit: *Videtis haec? Certè venient dies in quibus non relinquetur lapis supra lapidem, qui non destruetur.* Discipuli autè seorsum, licet hoc ex isto Euangelio Lucae non con-

stet, interrogauerunt illum dicentes: *Præceptor quando hæc erunt? & quòd signum cum fieri incipièr?* *Matth. enim cap. 13.* Sic ait: *Et cum sederet in monte Oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim, Petrus, Iacobus & Ioannes, & Andreas: Dic nobis quando ista fiènt? &c.* Et *Matth. cap. 24.* dicit. *Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt ad eum discipuli eius secreto, dicentes: Dic nobis quando hæc erunt?* Huic quæstioni volēs Saluator satisfacere, inquit: *Videte ne seducamini.* Et proponit tribulationes quas Apostoli sunt passuri, & quomodo Hierusalem ab hostibus circundabitur, qualisque præssura & angustia illis diebus futura sit. Ex quo sumpta occasione alius ascendit, & ad mundi destructionem declarandam proferat, & signa, quæ generalem illâ vniuersi cladem & vltimum iudicium sunt præcessura, proponit, dicens: *Erunt signa in Sole, &c.* Vndè facillè contextus, & sensus literalis huius Euangelij percipi potest. Ex quo colligimus regulâ ad scripturarum intelligentiam satis vtilem, scilicet, frequentissimum esse in scripturis (quòd non paruam difficultatem causare solet) sub vno contextu diuersa proponere, & ab vna re ad aliam consimilè, vel maiorem, gradum facere, nulla sermonis facta distinctione. Vndè fieri potest, vt qui minus cautè locum legerit de vno dictum intelligat, quòd de alio intelligendum est: & vno tempore existimet euentura, qua pro diuersis temporibus sunt consignata. Hanc regulam proponit *August. lib. 20. de Ciuitate Dei*

*cap. 21. inquitens: Locutiones enim tropicæ proprijs prophetico more miscentur, vt ad intellectum spirituales intentione sobria, cum quodam utili ac salubri labore perueniat. Pigritia verò carnalis, vel inerudita, atq; inexercitata tarditas mentis, contenta literæ superficie, nihil putat interius requirendum. Eandem regulam multis verbis prosequitur Hilarius, in Psalm. 126. vbi Prophetiam Agæi interpretatur, & in Psalm. 146. circa finem, vbi ait: Tropici locutionibus, & allegorijs misceri veritatem, quo planior sit & dilucidior allegoria, dum quædam allegoricè dicuntur, quædam sine allegoria planè & aperte de ipsa re, quæ significatur. Idem repetit August. lib. de vnitæte Ecclesię, cap. 8. quo loco pro exemplo adducit Psalm. 71. in quo quædam de Salomone (de quo ad literam loquitur Psalmus) dicuntur, quædam verò ad literam non nisi de Christo intelligi possunt. Id etiã testatur Tertul. lib. 3. aduersus Martionem. Hinc etiam fit, quòd in Scriptura, quotiescumq; in signis aliqua clades, vel destructio, & subuersio regni alicuius, nationis, vel vrbs proponitur, ex illa occasionem sumat, de generali & communi orbis conflagratione, & vltimo iudicio sub eodem contextu verba faciendi: vt nos admoneat ex omnibus, quæ videmus, ventura rimari, semperque animus quòd venturum est speret, paratusque sit, rationem reddere talentorum, quæ sibi à Domino sunt commissa. Huius rei apertissimum exemplum habemus, *Esai. cap. 13.* Vbi, cum dixisset Propheta: *Onus Babylonis, quòd vidit Esaias filius Amos.* Et p-*

Matth.

Matth.

Hilar.

August.

Tertul.

Esai.

Regula vtilis ad scripturarum intelligentiam.

August.

fuiſſet multa, quæ in vaſtatione Ba-
bylonis ventura ſunt ſubiungit. *Ec-
ce dies Domini veniet crudelis, & indi-
gnationis plenus. & ira, furorisque ad-
ponendam terram in ſolitudinem, &
peccatores eius conterendos de ea. Quo-
niam ſtella cæli & ſplendor earum non
expandent lumen ſuum. Obtenebratus
eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplende-
bit in lumine ſuo: & viſitabo ſuper or-
bis mala, & contra impios iniquitatem
eorum.* Quem locum licet Hieron.
& Theodoretus, totum ad literam
intelligi dicant de Babylonis deſo-
latione, & quòd interpretatio de
ultimo iudicio eſt allegorica. Tam-
en communior Sanctorum Pa-
trium expoſitio eſt, quòd & ſi prin-
cipio capitis de Babylonis deſtru-
ctione loquatur Propheta, poſtea
(præcipuè verbis illis: *Ecce ego, &c.*)
Ad literam loquatur de ultimo iu-
dicii die, & de vniuerſali mundi de-
ſolatione. Sic interpretatur locum
iſtum Ambroſ. lib. de Elia & ieu-
nio, cap. 21. dicens: *Audiſtis quid le-
ctū ſit hodie, ecce venit Dominus, &c.*
*Quaſi manu ſanctus Propheta demon-
ſtret, quaſi oculis adueniētem videat iudi-
cij diem, ita dicit: Ecce venit Dñs, &c.*
Et Origenes, in cap. 2. Epistolæ ad
Roma. Propoſitis hoc & alijs ſcri-
pturarum locis, quæ videre poterit
lector, ait: *His tot & talibus de die ira
teſtimonijs congregatis, putò quòd ultra
locus hic expoſitione non egeat. Eviden-
ter enim in his omnibus dies ira & vin-
dictæ, dies iudicii designatur.* Et idem
hoc loco, & Tracta. 30. in cap. 24.
Matth. reſtatur illud *Stella cadent
de cælo,* deſumptum eſſe ex iſto lo-
co Eſaiæ, quem infra referemus.
Iſto etiam modo exponit Chryſo-

ſto. Hom. 44. oper. perfe. in Matth.
& Grego. 20. lib. Moral. cap. 23. Et
Baſilius in iſtum locum. Et Eufe-
bius Cæſarienſis, lib. 2. demonſtra-
tionum Euangelic. cap. 42. & Cy-
prian. contra Demetrianum. Vni-
uerſi iſti ſancti Patres & multi alij
conueniunt, quòd de ultimo indi-
cio locus iſte ad literam intelliga-
tur. Et cõfirmari poteſt ex eo quod
dicit: *Et viſitabo ſuper orbis mala,*
quæ ad Babylonicam deſtructionem
nequaquam referri poſſunt. Cum
ibi ſolum illius mala viſita-
ta ſint. Eodem modo in hoc Euan-
gelio, cum proponeret Dominus
ſigna deſolationis & deſtructionis
templi Hieroſolymitani, & capti-
uitatem gentis illius, ſtatim ſubiun-
git diſputationem de extremo iudi-
cio, & ponit ſigna quæ iudicis ad-
uentum præcedent dicens: *Erunt ſi-
gna, &c.* Signa ergò hæc non ad de-
ſtructionem vrbs Hieruſalem re-
ferenda ſunt, nec ad tempus illud,
quò Titus & Veſpaſianus captiuū
duxerunt populum illum, de quo
verba præcedentia veniunt intelli-
genda, ſed referenda ſunt ad vlti-
mum iudicii diem, & totius mundi
deſolationem.

Erunt ſigna in Sole, &c.

Quæ generaliter proponit Lucas,
ſpecialiter Matth. cap. 24. & Marc.
cap. 13. referunt dicentes: *Sol obſcu-
rabitur, & Luna non dabit lumen ſuum,
& ſtella cadent de cælo, &c.* Huiusmo-
di ſigna multi Prophetarum prædi-
xerunt. Vndè Euangeliftæ iſtis lo-
cis videntur retuliſſe priora Pro-
phetarum vaticinia: vt eleganter
annotauit Orig. in cap. 24. Matth. Orig.

Chryſoſt.
Gregor.
Baſil.
Euseb.
Cyprian.

Matth.
& Marc.

Hieron.
Theodor.
Locū Eſaiæ
de ultimo iu-
dicio qui in-
telligant.

Ambro.

Orig.

Tracta. 30. Vbi verba ista: *Sol obscurabitur*, desumpta restatur ex cap. 13. Esaiæ, & ex Ioel, cap 3. illa verò: *Plangent se, &c.* Ex Zacharia capit. 12. Qualiter autem signa hæc accipienda sint, & quomodo interpretanda, diuersimode referunt sancti Patres. August. Episto. ad Esichium quæ est. 80. de non inquirendo die ultimo, huiusmodi signa existimat potius complenda & intelligenda esse de Ecclesia, quam de orbe materiali, & quam de ipso Sole, & Luna materialibus. Ecclesia enim nomine solis & lunæ multoties significatur, & illis in Scriptura comparatur. Canticorum. 6. *Pulehra vt Luna, electa vt Sol, &c.* Quæ sic obscurandam dicit in fine mundi, vt vix appareat, impijs acerbissimas persecutiones in illam excitantibus. Per stellas verò & virtutes cælorum dicit intelligendos esse multos, qui in Ecclesia fulgebant: qui persecutionum magnitudine non solum obscurabuntur; sed & cadent. Ita q; mystice & metaphorice intelligenda putat, Cælum, Solem, Lunam, stellas, & virtutes cælorum. Præcipuum huius sententiæ fundamentum est: quia si hæc ad literã, & vt sonant, intelligantur, videtur hic locus pugnare cum alio Pauli. 1. ad Thessal. ca. 5. *Cum dixerint pax & securitas, tunc repente superueniet interitus.* Quod de malis intelligendum videtur, qui eo tempore gaudebunt & lætabuntur, nubent & nubentur, sicut temporibus Noë, vt dicit Euangeliū: Iustis & bonis existentibus in magnis tribulationibus. Quod esse nō potest, si hæc signa realiter & verè

in Sole & Luna futura sunt. Quia etiam mali hæc videntes turbabuntur, & timorem maximum concipient, nec delictis liberè vacare poterunt ista conspicientes. Hanc expositionem refert Origen. Tracta. 30. in Matt. & dicit moralem esse, illamque approbat: licet in expositione Solis & Lunæ differre videatur. Sed certè literæ contextus videtur exigere, vt realiter & ad literam, vt sonant, ista signa intelligantur. Dicit enim Lucas, quod erunt signa in Sole, & Luna, & stellis, & in terris pressura gentiū. Vbi ostendit, & in cælis, & in terra, aliqua noua & in solita tunc futura. Et cum dixisset, quod arescēt homines præ timore & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi, subdit rationem. *Nam virtutes cælorum mouebuntur.* Ecce pro causa, quare homines arescēt, ponit commotionem, quæ in corporibus cælestibus est futura. Illam enim homines percipere poterunt: eã verò, quæ spiritualis est, quomodo videbunt, vt ex illius timore commoueantur?

Alij existimant signa hæc intelligenda esse non secundum rem, sed secundum apparentiam, & iudiciū hominum tunc existentium. Ita vt verba ista: *Sol obscurabitur, &c.* Hūc sensum faciāt. Sol apparebit hominibus obscuratus: ac si diceret. Erit tunc tanta hominum præssura, tam ingens angustia, tantus dolor & tristitia, vt appareat eis solem obscurari, lunam non dare lumen suum, & stellas de cælo cadere. Magnitudo tribulationis & angustię verbis his exprimitur. Pro cuius maiori intellectu sciendum est. Esse cōmunem

Origen.

Signa hæc realiter & vere intelligenda sunt.

Signa hæc tunc apparentia sunt quæ dicant.

Signa hæc ad ecclesiã dicit August.

T.

Matth. 2

Quid Solis
Lunæ & stel-
larum obscu-
ratio solcat
significare.

Esai.

Hieron.

Ezechie.

Hierem.

Amos.

Chrysofto.

munem Scripturæ cōsuetudinem, per Solis, Lunæ, & stellarum obscurationem metaphoricè significare maximas diuinæ ultionis procellas, singulares vindictas, eximia supplitia, quæ homines in eas redigunt angustias, vt sui compotes minime videantur; Esaias cap. 13. cū de Babylonis supplitio agitur dicit: *Obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendebit in lumine suo, &c.* Quem locum exponens Hieronymus dicit: *Hæc est superlatio, qua vehemens iram Dei vates exaggeyat.* Et Ezechie: 32. Cum de supplitio de Pharaone fumendo agitur, dicit: *Et operiam, cum extinctus fueris, calos, & nigrescere faciam stellas eius, solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cæli merere faciam super te, &c.* Et Hieremi. 15. Cum Iudæorum ingens supplitiū describitur, ait: *Occidet ei Sol cum adhuc esset dies, confusa est & erubuit.* Et Amos cap. 8 dicitur. *Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis.* Quibus locis per metaphoram secundum apparentiam verba proposita veniunt intelligenda, ad denotandam supplitij magnitudinem. Similiter isto loco, ad ostendendam tribulationis magnitudinem dicit, futura esse signa in Sole, & Luna, & quod Sol obscurabitur, &c. Naturale enim est, vt ijs, qui in summa angustia sunt constituti, vniuersa conturbari videantur, solq; deficere appareat. Sic interpretatur Chrysoft. illud Amos. 8: *Occidet Sol, &c.* Homil. 2. ad populum, dicens: *Occidet illis Sol, &c.* Hoc autem dicebat, non quod Planeta

absconderetur, neque quod dies euanesceret: sed quod merentes neque in meridie propter doloris caliginem lucem cerepere possint.

Hieronymus Matth. 24. & Chrysoft. Hom. 77. oper. perf. in Matth. Verba ista referenda putant ad ipsum iudicis aduentum: & quod Sol obscurabitur, non ex eo quod lumine suo priuetur: quia tunc Sol septimum lucebit, vt dicit Esai. capit. 30. sed quia tanta erit venientis iudicis claritas, tantus splendor, tā immensa lux, vt illorum lumen superet, & eius comparatione Solis, Lunæ & stellarum splendor tenebræ sint: sicut exigua candela comparatione Solis, & in eius presentia non licet, quin potius obscuratur: non quia amittat lucem, quam habebat, sed quia superatur a lumine maiori. Vnde signa hæc non præcessura Domini aduentum, sed in ipso iudicis aduentu simul futura sancti isti Patres credunt. At cōtextus lucæ aperte inuere videtur, signa hæc præcessura esse Domini aduentum. Dicit enim: *Erunt signa in Sole, & Luna, & Stellis, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, que supervenient vniuerso orbi, & tunc videbunt, &c.* Vbi expectatio est, nondum aduentus constituitur, & confirmatur ex illo Ioëlis. 2. *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.* Qui locus ad literam intelligitur de secundo Domini aduentu ad iudicium, & de die extrema: Sic interpretantur locum istum ferè omnes expositores. Et Orig. Tract. 30. in Matth. Chrysoft. & Euchum. Actuum. 2.

Hiero.
Chrysoft.
Obscuratio hæc Solis ex defectu sed ex nimia iudicis claritate proniet secundum Hieron. Esai.

Signa hæc non præcedent iudicis aduentum.

Ioel.

Orig.
Chrysoft.
Euchum.

Beda.
Rupertus.
S. Thom.

Beda in. 13. cap. Mar. & 21. cap. Lucæ. Theodore. Rupert. & S. Thom. in cap. 24. Matt. Prædictū modū dicendi sequitur Beda hic. Quare existimo his expositionibus præterminis, literalem sensum & germanā intelligentiā istius Evangelij esse, vt signa hæc vt sonant, & secundū rē futura esse intelligantur in Sole, & Luna, & stellis, & quod Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, vt dicit Matt. Idq; comprobatur ex multis scripturarum testimonijs. Aggæi. cap. 2. dicitur: *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo celum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.* Hic locus maximam habet difficultatem, & variè illum interpretantur Sancti Patres. Ambros. lib. 3. Epist. Epi. 12. intelligendum dicit designis & prodigijs, quæ in Christi passione contigerunt. Quam etiam expositionē Hieron. adducit in allegorica interpretatione prædicti loci. Alij communius interpretantur de primo Christi aduentu, & putant esse germanum loci istius sensum, in quo dicunt locum istum à Paulo citatū fuisse ad Hebr. 12. Vbi dicitur Paulū loqui de nouo testamento, & mutatione legalium: de quo vide S. Thom. in istum locū Pauli, & Rupertū. in cap. 2. Aggæi. Cæterum August. existimat locum istum Aggæi, de utroque Christi aduentu intelligendum esse, vt videre est, 18. de Ciuita. Dei, cap. 35. vbi ait proposito isto loco Aggæi. *Hæc propheta partim iam completa cernitur, partim speratur in fine complenda. Mouit enim celum, Angelorum & siderum testimo-*

Signa hæc secundum rem futura, & ante iudicij aduentum.

Locus Aggæi exponitur.

Ambros.

Hieron.

S. Thom.
Rupertus.
August.

nio, quando incarnatus est Christus. Mouit terram in genti miraculo de ipsa virginis partu. Mouit mare, & aridam, cum & in Insulis, & in orbe toto Christus annuntiat. Ita moueri omnes gentes videmus ad fidem. Iam verò quod sequitur: *& veniet desideratus cunctis gentibus, de nouissimo eius expectatur aduentu.* Vt enim desideratus esset expectantibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus. Idē repetit cap. 48. eiusdem libri. Chrysost. Hom. 32. in Epist. ad Hebræ. de secundo aduentu prædictum locum interpretatur dicens: *Tubarum autem sonitus merito sunt adhibiti ibi, vt puta Imperatore præsentē. Nam hoc & in secundo aduentu futurum est.* In nouissima, inquit, tuba cuncti resurrecturi sunt: hoc enim tuba vocis factura est. Vnde Paulus citans locum istum Aggæi quædam dicit, quæ ad primum aduentum pertinent: quædam verò, quæ ad secundum, dicens: *adhuc semel, & ego mouebo non solum terram, sed & celum.* Quod autem semel dicit, declarat mobilitatem translationem, tanquam factorum: vt maneat ea quæ sunt immobilia, &c. Quem locum exponēs Caict. dicit: *Argumentatur ex illa particula, ad huc semel (& non pluries) quod illa particula declarat translationem eorum quæ mouentur, vt maneat ea quæ non mouentur. Si pluries concutiendus esset orbis, translatio eorum quæ mouentur fieret in alia quæ etiam mouenda essent, eò quod superesset adhuc alia concussio, & sic deinceps. Sed si semel concutiendus est orbis, ex hoc ipso quod semel tantum concutiendus est, significatur quod translatio eorum quæ mutantur fiet in ea quæ non mutantur: vt potè nullam expectantiam*

Chrysost.

Caict.

conuersionem. Et hæc est sententia li-
 tere, per quam intelligimus, tum quod
 per mysterium Incarnationis concus-
 sa sunt omnia: & factu est translatio
 eorum quæ mouentur, hoc est, legalium,
 in ea qua non mouentur, Euangelicam
 legem & dona. Tum quod per idem
 mysterium in secundo aduentu, cum ca-
 lum & terra mutabatur, transferen-
 tur ea, quæ mutantur motu generatio-
 nis & corruptionis, in ea qua non mu-
 tantur: hoc est, nec generantur, nec
 corrumpuntur. Prædicta ergo Ag-
 gæi sententia de ultimo iudicio in-
 telligenda est. Cui consentit illud
 Psalm. 74. ubi inducitur Domi-
 nus dicens: Cum accepero tempus, ego
 iustitias iudicabo, liquefacta est terra,
 & omnes qui habitant in ea. Item Ioë
 lis. 2. Sol conuertetur in tenebras, &c.
 & capit. 3. Sol & Luna obtenebrati
 sunt, & stelle retraxerunt splendo-
 rem suum: & Dominus de Sion rugiet.
 Ad quem locum respexisse Matt.
 diximus ex Origine. Et. 2. Petri,
 cap. 3. *Adueniet dies Domini sicut fur,
 in quo celi magno impetu transient:
 elementa uero calore soluentur, &c.*
 Dicuntur cæli transituri, & ele-
 menta soluenda: non quia eo-
 rum substantia destruat, sed pro-
 pter magis mutationem quam
 patientur. De alijs autem signis in
 particulari, quæ ab Euangelistis &
 a sanctis Patribus describuntur fu-
 tura ante iudicis aduentum, dice-
 mus in Dominica, 24. post Penthe-
 costem.

Areſcētibus hominibus, &c.
 Hominum ingenst mot, & magnæ
 turbatio describitur, quam concip-
 ient ex ijs, quæ in rebus omnibus

feri videbunt. Unde præ timore &
 angustia areſcent, & confumentur.
 Huius plures causas & rationes af-
 signant expositores.

Primo dicunt, quod videntes ho-
 mines lumē Solis, Lunæ & stella-
 rū (quorum beneficio sustentaban-
 tur, & regebantur in hæc vita, nō so-
 lum in se ipsis, sed etiā in omnibus
 necessarijs ad vitæ conseruationē,
 quæ calore, & lumine Solis & stel-
 larum generantur & fouentur) de-
 ficere, areſcent his subsidijs & ad-
 iumentis privati, sine quibus vita
 hæc mortalis sustineri non potest.
 Sicut enim Sol, Luna, & stellæ cō-
 currunt ad generationem, vt testā-
 tur Philosophi, ita & ad conserua-
 tionē & sustentationem hominis.

Secundo dicunt, quod ob nimiam
 tristitiam & animi angustiam, cū
 videant homines se vndique coar-
 ctari, omnia illis deesse, adeo tri-
 stabuntur, vt eorum animi insigni-
 merore tabescant, & corpora palli-
 da appareant, paulatimq; deficiant,
 & areſcant, *Spiritus enim tristis, (vt
 dicit Sapiēs, Prouer. b. 17.) Exsiccat
 ossa.* Idque quotidiana experientia
 demonstrat.

Tertio dicunt, quod areſcent
 Nō solū propter defectum, turba-
 tionem, & mutationem influxus ce-
 lestis, sed præ timore & expectatio-
 ne. Timor enim est futuri mali do-
 lor & tristitia. Adeo ergo homi-
 nes timebunt videntes ea quæ fiūt,
 etiam circa insensibilia, & quæ
 futura sunt sperantes, vt animo
 deficient, labantur, & vix valeant
 consistere. Ideoque areſcant. Erūt
 adeo absorbi, vt vix sensuū mini-
 sterio vtantur. Quod experientia
 testa-

*Caletā.
 Cause variæ
 timoris ex
 turbationis
 hominum, &
 signantur.
 Prima expo-
 sitio.*

*Secunda ex-
 positio.*

Prouer.

*Tertia expo-
 sitio.*

testatur. Videmus enim hominem, qui aliquo magno timore perterritus est, pallidum, adeo stupidum, ut nec vultum nec oculos moueat, paulatimque calore torpente frigescentem, & ut Hispani dicimus, (que se va secado.) Sic in presenti, præ magnitudine timoris arescent homines.

Quarta expositio.

Quarto exponit Euthymius, Matth. 24. *Arescentibus hominibus*, id est, morientibus præ timore. Adeo enim magnus erit timor, ut illius vi occupati homines moriantur. Sumitur arescere pro vita privari, similitudine ducta à plantis, quæ dum arescunt vitam finiunt.

Quinta expositio.

Quinto Beda, (cum signa in Sole & Luna futura, dixerit præcessura ante aduentum iudicis, exponens hæc verba: *Arescentibus hominibus*, &c.) ait: *Credo ipsum iudicis aduentum hæc sententia designari, quo homines præventi & velut ex profundo somno excitati, subita iudicis presentia & Angelorum commotione, adeo turbabuntur, ut arescant.* Quod significatum est in illa parabola Virginum, Matth. 25. quæ exeuntes obviam sponso dormitauerunt omnes & dormierunt: subito autem clamor media nocte factus est, & quando profundius dormiebant suscitatae sunt, & lampades suas ornare ceperunt, hoc est, sua secum opera numerare, & rationem, quam statim reddituræ erant, parare: unde timor & tremor exortus est. Vt enim ex Paulo colligitur eatenus absque vilo timore iudicis vniuersus orbis aget, donec subito venientem videant. *Cum enim dixerint pax, pax:* ait Apostolus, 2. ad Thessa. 5. *Tunc repentinus eis superue-*

Matth.

Thessa.

niat interitus. Tunc superueniente timore dicitur ex animis multi, qui in hoc mundo florere videbantur, cum se sine fructu, & sine oleo bonorum operum respexerint, arescent. Tunc fides, quæ sine operibus in vita fuit, extinguetur. Tunc peccatores, qui in hoc seculo caput suum sicut Cedri Libani erigebant, adeo marcescent, ut arescant. Idque in ictu oculi & in nouissima tuba. Tunc homines, qui traditum sibi talentum, Matth. 25. in terra suffoderunt voluntatem suam, sicut ficulnea illa, quam Dominus folijs operam sine fructu inuenit, Matth. 25. Iudicis presentia maledicentur, & arescent, & in ignem mittentur. Tunc palmitibus, quibus vitæ non manserunt, Ioan. 15. nec fructum fecerunt, abscidentur & arescent. Tunc fatuæ virgines, quæ acceptis lampadibus non sumplerunt oleum secum, Matth. 25. Audiēt, nescio vos & arescent. Tunc illi, qui sine veste nuptiali fuerint reperti, Matth. 22. Iudicis conspectu obmutescunt, & arescent. Tunc ergo cum homines viderint positos thronos, Apocalyp. 20. Libros apertos, & crimina sua adeo curiose descripta, ut nec verbum otiosum sit prætermisissimum (de omni enim verbo otioso redditur ratio) turbabuntur, & arescent.

Matth.

Matth.

Ioan.

Matth.

Matth.

Apoca.

Matth.

Ex quo colligere poteris differentiam, quæ futura est inter bonos & malos. Mali namque, qui in hac vita virescere videbantur, bonorum affluentia, foliorum & diuitiarum umbra protecti, quibus omnia ex animi sententia succedebant, qui solo foliorum & florum

Differentia inter bonos & malos in expectatione iudicij.

florum nitore gaudebant, adueniente hyeme tribulationis siccabitur, & arescent vt in clybanum inferni mittantur. Boni vero, qui in hac vita hyeme tribulationum afflicti, sicci, & inutiles apparebant filijs priuati: (*Angustiati, egētes afflicti, errantes in solitudinibus & speluncis, vt dicit Paulus, Hebræ. 11. qui pro nihilo reputabantur, facti omnium peripsema. 1. Corin. 4. Quos mundus odio prosequeretur, quia non erant de hoc mundo, Ioann. 15. Incipiēt virefcere, gaudere, & letari, folia, flores, & fructus producere, Erūtq; vt habetur Psalm. 1. Tanquā lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet. & omnia quaecumque faciet prosperabuntur: Et dicent: Iam hyems transijt imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra: Cāt. 2. Quod verò per lignum viride folijs operum, nullo fructuum cumulo referum mali intelligantur, patet ex illa parabola arboris infructuosæ, quam Dominus Lucæ, 13. quia fructum non ferebat, abscindi iussit. Hos Iudas in sua Canonic, vocat. *Arbores autumnales, infructuosas bis mortuas, eradicatas.* Ne ergo malorum prosperitati non inuideamus, sed potius iustorum ariditatem diligamus, & amplectamur, vt cum venerit dies Domini, dies iræ, magnus, & amarus valde, fructibus virtutum onusti appareamus, & gaudētes ante conspectum iudicis dicere possimus, cum seruo illo fideli, Matt. 25. *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum: audireq; mereamur dulcissimam**

illam vocem: *Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fusti fidelis supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Vbi bonis omnibus potiaris: *inebriatus ab uberrate domus Domini, vt habetur Psalm. 35. Et torrente voluptatis eius potatus.* Vbi Deū non per speculum & in ænigmate, sed reuelata facie contempleris, sicuti est, 1. Corin. 13. *Et gaudium tuum nemo tollat à te.* Ioan. 16. *Gaudēt igitur in hoc mundo peccatores, suarū voluptatum viriditate & alacri cōspectu delectētur, bibāt vinū cū lætitia, inebriētur de calice illo aureo babylonis, Apo. 17. dilatēt ramos suos, palmites extendāt, & terram impleant. Quia cito vniuersa hæc transibunt, & adueniente Domino arescent præ timore, & fecē calicis iræ Domini: Quæ non est exinanita, Psal. 74. bibent, potabuntur felle & abcinthio, Hiere. 23. & maxima afficientur amaritudine tristissimam illā Domini vocem audientes: Ligate pedes & manus eius, Matth. 22. & mittite in tenebras exteriores, vbi erit fletus & stridor dentium, &c. Mittite eum in carcerem donec reddat vltimū quadrātem. Matt. 5. Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, &c. Matt. 25. Vāijs, qui bestiam adorauerunt, & de calice Babylonis biberunt.*

Nam virtutes calorū, &c.

Reddit his verbis rationem eorum quæ dixerat, quare scilicet homines arescent. Quid verò isto loco intelligat per virtutes calorū, diuersimodè exponunt Doctores, vniuersæque expositiones optimè intento, & fini Euangelij quadrant,

Psalm.

Corint.
Ioann.

Apo. 17.

Psalm.
Ierem.

Matth.

Matth.

Matth.

Virtutes calorū que dicuntur.

Caieta.

drant, sustineriq; possunt. Caieta. hic per virtutes cælorum in fluxus cælorum intelligit. Et sensus est, virtutes cælorum corporales, & in fluentiæ mouebuntur, id est, agitantur ad similitudinem illorum, qui vi & impetu proprijs locis peluntur. Significatur confusio quedam corporalium virtutum cælorum in suis effectibus: tanquam si virtus partis Orientalis agitetur ad Meridiē, & virtus meridiei ad Septentrionem, & similiter de alijs. Vndè sequetur confusio, & effectuum visibilibus nouitas ex irregularitate & commotione cælestium corporū. Sed si obijcias, quod virtutes & influentiæ cælorum non mutabunt tunc situs suos. Respondet. Verum id esse, sed mutabunt regularitatem, quam habent, & hæc mutatio satis erit, vt vniuersa confundantur. Cæterum hæc explicatio non multum mihi placet. Nam mutatio virtutum cælestium ponitur pro causa turbationis hominū: hanc verò mutationem non omnes cognoscent. Nec effectus noui poterūt adeò cito apparere, vt ista commotio statim percipiatur. Secundò: Quia iam per signa, quæ futura dicit in Sole, Luna, & stellis, explicauit quidquid in orbibus cælestibus creditur futurum. Quare aliquid maius verbis his voluit significare. Iansenius in Concordia, cap. 122. dicit: Per virtutes cælorum intelligenda esse vniuersa Astra. Itaque quod spectatim dixerat de Sole & Luna, ad vniuersa sydera in genere extendit, dicens: *Virtutes cælorum mouebuntur*, id est, vniuersa Astra. Hoc Primò suadet:

Iansen.

Quia Astra in Scriptura solent appellari militia cæli, & virtutes cælorum. Psalm. 32. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū*: id est. Vniuersa sydera. Secundò: Quia isto loco redditur pro causa turbationis hominum, quod virtutes cælorum mouebuntur, quā commotionem homines videntes turbabūtur: Quod de substantijs separatis, quæ sensibus subiectæ non sunt, intelligi nō potest. Sed licet textus Lucæ huic expositioni non repugnet aperte, tamen aliorum Euangelistarum textus aliquid aliud ostendit. Nam Matt. & Mar. spectatim signa futura enumerantes dicunt, Solem & Lunam esse obscuranda, stellas casuras, & virtutes cælorum mouendas. Aliquid ergo distinctū ab ipsis Astris significant. Superflua namque esset generalis repetitio vbi sufficenter singula sunt enumerata. Præterea quia Marc. cap. 13. dicit. *Virtutes quæ in cælis sunt commouebuntur*. Vbi pro incolis cælestibus accipi videntur. Tertio, quia cum dixisset Euangelista in vniuerso orbe futuram esse commotionem, & incepisset enarrare. In terra non solum aquæ & ipsius terræ commotionē proponit: sed etiam hominum qui in terra habitant. Similiter ergo proposita cælorum motionem congruum erat, vt eorum qui in cælo sunt, scilicet, Angelorum, turbationem ostenderet: vt isto modo magnitudo venturi iudicis declararetur. Quartò: Quia si attentè velimus contextum Lucæ inspicere, vī debimus nūro artificio & rethorica exaggeratione vsum fuisse, semper

Psalm.

Marc.

per

per maiora addendo, vt oratio cresceret. Primo enim cælorum commotionem proponit. Secundo hominum præssuram, angustiam, & mortem. Maius quippè est homines, qui rationales sunt, ad eò perturbari, vt are scant: quam in corporibus insensibilibus signū aliquod apparere. Tandemque tanquam vltimam manum imponens ait: *Virtutes cælorum mouebuntur*, id est, Angeli. Aduertendum tamen est, quod particula illa *Nam*, non est causaliter accipienda, sed copulatiuè explicanda, ita vt idem valeat, quod; et; & huic expositioni alij Euangelistæ fauent, qui copulatiuo contextu omnia ista signa exponunt. Quare his omisissis expositionibus, communis est, vt per virtutes cælorum Angeli intelligantur. Vel illi mediæ hierarchiæ, qui eo quod miracula operantur virtutes dicuntur: vel vniuersi spiritus cælestes. Sed tunc non mediocri difficultas est, quomodo angeli, qui semper vident faciem Patris, & de sua beatitudine certi sunt, dicantur commoueri? Quod timorem, qui procul est a beatitudine, ostendit. Ad hoc diuersimodè Doctores respondent, varieque istum locum interpretantur. Dionysius Cartusianus in Matt. cap. 24. dicit, hyperbolice verba hæc esse intelligenda. Sicut enim ad aliquam rem exaggerandam, dicere consueuimus aliquid, quod impossibile videtur: sic in proposito impossibile proponit, vt excellentia & magnitudo iudicis aduenientis declaretur, scilicet, quod virtutes cælorum mouebuntur. Ac si diceret, tanta erit maie-

stas, tanta potentia, tantus splendor iudicis aduenientis, vt etiam Angeli (quod videtur impossibile) moueantur, & timeant. Sed certè vbi locus propriè intelligi potest, secundum communem regulam Augustini, non est cur ad figuratas locutiones recurramus. Ideò Angeli dicuntur moueri.

Primo motu reuerentiæ, & admirationis cuiusdam, propter excellentiam Regis regum, & propter mirabiles & inconsuetos iustitiæ diuinæ effectus, quos vident. Sicut solent homines, (etiam chari & amabiles principibus, qui fidelissimè illis seruiuerunt, nihilque cõtra principum fidem perpetrarunt,) cū vident principem cum maiestate procedere ad aliquod insigne supplitium sumendum, contremiscere & pällescere; non propter culpam quam non admiserūt, sed propter reuerentiã principis. Sicut etiam Hesther contigisse vidimus, quæ videns maiestatem regis, animo defecit, & supra ancillam cecidit, ex reuerentiã & admiratione tantæ maiestatis, sicut ipsa interroganti Regi respõdit Hesther. 15. dicens: *Vidite Domine quasi Angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloria tuæ.* Et sicut filius vnicus & dilectus patri videns illum iratum contra mæcipium aliquod, licet de patris sui amore certus sit, timet, & tremit ex patris reuerentiã. Sic in proposito Angeli Dei gloriam videntes, præ timore & reuerentiã expauescent, & commouebuntur.

Secundò mouebuntur: Quia se habebunt ad modum formidantium,

Prima expositio.
Angeli turbantur motu reuerentiæ.

Hesther.

Secunda expositio.

Nam, ponitur pro et.

Angeli quomodo turbantur in aduentu iudicis.

Dionys.

Moueri dicuntur Angeli quia se habent ad modum formidatium.

Lab. Tertia expositio.

Mouebuntur Angeli in obsequium iudicis contra peccatores. Chrysof. Simile.

Sapientia.

Matth.

Quarta expositio.

Mouebuntur & timebant Angeli quia futuri sunt testes contra homines.

rium, & timētium, iuxta illud Iob. cap. 26. *Columna caeli contremiscunt, & pauent ad nutum ipsius.* Quod de Spiritibus caelestibus communiter interpretari solet.

Tertio, mouebuntur non praetimore, sed in obsequium iudicis aduenientis, descendentes cum ipso in expeditionem contra peccatores, & Dei inimicos. Quod Chrysof. in Matt. hac similitudine exponit. Sicut Rege terreno, (quando contra aliquem inimicum suum praelium parat) procedente personaliter ad pugnam, vniuersum regnum commouetur, magnates, potentes, & principes arma in illius obsequium sumunt, ipsique simul cum rege egrediuntur ad bellum. Non aliter Rege regū & Domino dominantū ad bellum procedente, vt vindictāumat de inimicis suis, totum regnum commouetur, Sol, Luna, Stella, terra, mare, vt Sapientia, 5. refertur: *Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile aequitatem, acuet autem diram irā in lanceam, & pugnabit cum illo, orbis terrarum contra insensatos. Quem & principes regni, scilicet, virtutes Angelicæ, in illius obsequium & famularum commouebuntur: tunc, enim vt ait Matth. cap. 24. *Mittet angelos suos cū tuba, & congregabūt, &c.**

Quarto, mouebuntur Angeli, & quasi timentes cōtremiscunt: quia futuri sunt testes criminum & delictorum, quæ ab hominibus commissa sunt, propter quæ adeo dira & tremenda supplicia in homines

exercenda parantur. Sicut cōtingere solet, quod cum quis natura mansuetus, miris, & pacificus, contra amicum (quem diligebat) produci tur in testem, vt de crimine capitali deponat, dolet, tristatur, & timēs & tremens ad iudicem accedit, nō conscientia criminis mordente, sed amore hominis instigante. Sic Angeli, qui à Deo in custodiā nostrā depurati sunt, & *administratorij sunt spiritus*, vt testatur Paulus, Hebr. 2. *In hereditatem misit*, cum nos singulariter diligant, videantque se in testes produci contra homines; vt de eorum sceleribus, quæ contemplati sunt, deponant, dolebunt, & commouebuntur praet amore: quem erga homines habebant. Quod Origenes aduertit, Hom. 11. super Numeros, dicens: *Vnusquisque Angelorum in consummatione seculi adderit in iudicio educens eos secum, quibus praefuit. Et puto etiam ibi inquisitionem futurā, non quidem an cultura hominum Angeli defuerint, sed an cultura Angelicane quaquam dignè segnitates humana responderit.* Quod & S. Thom. 1. p. q. 113. artic. 7. ad. 4. affirmat dicens: *Angeli ducuntur in iudicium pro peccatis hominum, non quasi rei, sed quasi testes ad conuincendum homines de eorum ignauiā.*

Quinto, Angeli mouebuntur, id est, confundentur, & quasi verecundia & pudore afficientur, (vt more hominum loquamur) cum videant homines, quibus in vita praefuerūt, quos in via virtutis dirigere conati sunt, quos ad bona exequenda instruere omni cura studuerūt, adeo sceleratos & perditos euasisse, sua praua desideria & malos affectus in omni-

Simile.

Hebr.

Origen.

S. Tho.

Quinta expositio. Confundentur videntes quales homines suae curae commiserint licet non eorum culpa

in omnibus sequentes, certè præ pudore facies suas velabunt, & tremores in conspectu iudicis apparebunt: licet non ob ipsorum culpam malitia hæc hominum contigerit. Et similitudine hoc intelligi poterit. Si cur pedagogus, cui nobilis aliquis filium suum educandum & docendum commisit, licet totum quod debebat in eius educatione præstitit, si postea puerum illum malis moribus præditum & perditum videat, dolet: & cum coram patre illius comparet, licet nullam in re hac habeat culpam, verecundia suffunditur, & vix vultum coram patre audet leuare, facto hoc pueri mala detestando. Non aliter Angeli nostra crimina videntes, nostram perditionem intuentes, & quam iniquè eorum educationi & consilijs responderimus, quodam pudore & verecundia afficiuntur, & coram Deo vultus demittunt, faciesque operiunt. Simile Esai. cap. 24. affirmat de Sole & Luna, dicens: *Et erubescet Luna, & confundetur Sol, cùm regnauerit Dominus exercituum in monte Sion, & in Hierusalem, & in conspectu senum suorum fuerit glorificatus.* Erubescere dicitur Sol, & confundi Luna, eò quòd hominibus lumen suum expanderunt, eosque in suis sceleribus illuminarunt. Ideoque quasi confusi præ pudore lumen suum retrahunt. Sol enim obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Ita, licet Angeli pudoris & verecundie capaces non sint, per metaphoram hæc illis attribuitur, vt affectum eorum, per has passionem ostendunt, demonstrat. Vtrum

simile.

Esai.

autem Angeli de malis eorum, quos custodunt, doleant & tristentur, exponit S. Thom. 1. p. q. 113. articulo 7. *S. Thom.* Similiterque de alijs affectibus ratiocinandum erit.

Sextò, Mouebuntur motu quodam indignationis iustissimæ contra homines petentes, vt diuinæ iustitiæ reëctitudo manifestetur, & vindicta de peccatoribus sumatur. dicent, oleum & operam perdidimus, dum pro huius salute laborauimus, perditæ vixit, nihil de nostris admonitionibus curauit, curam & custodiam nostram neglexit, Dei sui & beneficiorum eius oblitus est, studuimus omni diligentia curare illum, & ad meliorem mentem reducere, & nihil medicinæ nostræ profuerunt, imò illas despexit: relinqnamus illum. Hactenus eius amore detenti intercedebamus, pro venia criminum suorum deprecantes Deum, iræ diuinæ resistebamus nos illi opposites, & nihil profuimus, nec est ad sanioerem mentem conuersus, recedamus ab eo. Has & similes voces emittentes Angelos (vt interpretatur Glossa) inducit Hieremias, cap. 51. & dicentes: *Curauimus Babylonem & non est sanata, derelinquamus eam: & cæcis vnusquisque in terram suam. Quoniam peruenit vsque ad calum iudicium eius.* Tempus est, vt secundum suam reëctissimam iustitiam iram suam Deus in homines exerceat, & puniat illos. Contingit quod inter homines videmus, quando aliquis nobilis vitæ apud iudicem pro salute & libertate alterius sæpius interpellauit promittens illius correctionem, posteaque videt illum iterum atque iterum

Sexta expositio.

Mouebuntur Angeli motu indignationis contra peccatores.

Glossa. Hierem.

simile.

iterum in eadem crimina, & in ma-
iora inuerecunde relabi, & quod
monitiones sue nihil proficiunt, si
in manus iudicis venire cōtigerit,
dicere solet iustissima indignatio-
ne commotus. Sibi impūter, inter-
cedere amplius nolo, puniant illū,
& suspendant: quia a deo perditē vi-
xit. Non aliter Angeli se habent er-
ga homines. Dum tempus pœnitē-
tæ currebat, dum in hac vita erāt,
illis fauebant, pro illis deprecaban-
tur, videntesque quod nihil profice-
rēt, adueniente iudicij die indi-
gnantur, & dicunt. Sibi impūter,
pūnantur, & pereant: siquidem eo-
rum culpæ id promerentur.

Septimò mouebuntur Angeli
adueniente Domino in maiestate,
vt ex illorum mutatione iudicis di-
gnitatem cognoscamus, cui non so-
lum hominum, sed etiam Angelo-
rum cōmissum est iudicium. Sub-
duntur namque etiam Angeli vni-
uersi iudiciariæ Christi potestati,
non solum quatenus verbū patris
est, sed & secundum naturam hu-
manam. Itaque Christus quatenus
homo futurus est iudex Angelorū.
Quod si uideri potest, primo ex pro-
pinqūitate animæ Christi ad ver-
bum diuinum. Coniunctior enim
est propter uoionem ad verbum, &
ideò repleta maiori gratia & virtu-
te omni angelica natura. Quod
Paulus insinuare videtur cum ad
Hebræos. 2. dicit. *Nunquam Angelos
apprehendit, sed semen Abrahæ appre-
hendit.* Habet ergo anima Christi
de Angelis iudicare. Secundò Ani-
ma Christi illuminat & illustrat
Angelos, vt docet Diony. de Cæle-
sti Hierarchia, cap. 7. Cum ergo il-

luminare superioris sit, anima
Christi superior erit, & de Angelis
iudicabit. Tertio ex humilitate
Christi probatur, propter quam
exaltatus est super omnes Angelos,
vt ad Philipen. 2. testatur Paulus,
dicens: *Humiliauit semetipsum factus*
obediens, vsq; ad mortem: Propter quod
& Deus exaltauit illum, & dedit illi no-
men, quod est super omne nomen, &c.
Vnde & ipse Christus de seipso lo-
quens Ioann. 5. dicit: *Pater omne iu-*
dicium dedit filio: ergo etiam Ange-
lorum. Qui enim totum dicit, ni-
hil excludit. Quod vt ostēdat Ioā.
Apoca. 7. dicit: *Et omnes Angeli erāt*
in circuitu Throni. Thronus autem
iudicatis est. Præterea. i. Corint. 6.
de se & alijs Apostolis loquēs Pau-
lus, dicit: *Arrogatis, quoniam ange-*
los iudicabimus? Si ergo homines,
qui virtute Christi confesuri sunt
ad iudicandum, vt habetur, Matt.
19. *Sedebitis super sedes duodecim iudi-*
cantes duodecim tribus Israel, Gloriā-
tur, quod Angelos sunt iudicaturi,
quanto potiori iure Christus (qui
omnium Dominus est, & in femore
habet scriptum, *Rex regum, & Domi-*
nus dominarum. Apoc. 19. quo ostē-
dit, quod dominiū habet omnium,
etiam in quantum homo) iudi-
caturus erit homines & Angelos?
Tandem, Quia ad Hebræo. 2. de
Christi dignitate loquens Paulus
dicit: *Non enim Angelis subiecit orbē*
terre, futurū, scilicet, subiectū ei, de
quo loquimur, id est Christo. Idq; late
prosequitur toto capite. Si ergo or-
bem ei subiecit, etiam & Angelos
illius potestati submissit. Hinc est
quod dæmones à Christo petebāt
facultatem abeundi, & vt in por-
cos

Septima ex-
positio.

Mouebuntur
Angeli vt iu-
dicis magni-
tudinem de-
clarant.

Christus etiā
vt homo iu-
dex angelo-
rum est.

Hebræ.

Dionys.

Philip.

Ioann.

Apoca. 7.

Corint.

Matth.

Apoca.

Hebræ.

Math. eos ingrederentur, Matt. 4. & Mar. 1. dicunt. *Quid tibi & nobis Iesu Nazarenè venisti enim ante tempus torquere nos?* In quo Christi iudiciariam potestatem supra se ipsos declarant: torquere enim superioris & iudicis est. De hoc videndus S. Thom. 3. par. q. 59. art. 6.

Et tunc videbunt filium, &c.

Aliqui aduerbium istud, *tunc*, exponunt, vt simultatem tēporis dicat. Ita scilicet, quod eodem tempore & simul, quando signa hæc in Sole & Luna, & stellis contingent, videbunt filium hominis venientē in nube. Vndè, vt supra dicebamus, Solis & Lunæ obscurationē dicunt futuram ex nimia claritate & splendore iudicis aduenientis, in cuius cōspectu Sol & Luna obscura apparebunt. Ita interpretantur Hiero. Chrysof. & Beda. Sed, vt supra (cum de signis his ageremus) probauimus, signa hæc tēpore præcedent iudicis aduentum, eruntq; quasi prænuntia certa illius. Quare optimè Caiet. hic dicit. Quod aduerbium hoc, *tunc*, dicit exclusionem temporis præcedentis, accipiuntq; pro post, ac si dicat: *Tunc videbunt*, id est, post tribulationē & signa hæc, videbunt filium hominis. Vtius est autē Euāgelista aduerbio *tunc*, vt certitudinem & propinquitatē ostendat. Sicut Prophetę multoties ea quę futura sunt per verba presentis tēporis explicare solent, vt suę prophetię infailibilitatem & propinquitatē ostendant. Eodem modo Euāgelista dicit, *Tunc*, vt notet propè esse, & quod nō multū tēporis tardabit: ac si diceret, quod

Hispano sermone dicere solemus: *Se alcançara lo vno a lo otro*. In quo non simultatem, sed propinquitatē declaramus. Nullus ergo hæc audiens securus viuat, sed semper timens & vigilans aduentum Domini speret. Si enim temporibus Apostolorū iam finis instare videbatur, quid iam tot annis transactis credendum est, nisi mundum propè interitum esse? Quia quod antiquatur & senescit, vt dicit Paulus Hebr. 12. *Præpè interitum est*. Vndè Paulus Corinthios suo tēpore admonebat, ne in vtramq; aurem dormirent, dicens, 1. Cor. 7. *Tempus breue est, reliquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam nō vtantur*. Præterit enim figura huius mundi. Et cap. 10. dicit: *Nos sumus, in quos fines sæculorum deuenerunt*. Et Ioannes. 1. sua Canon. cap. 2. dicit: *Filioli nouissimi hora est*. Temporis breuitatem horę nomine exposuit.

Sed ex his quę dicta sunt sumet aliquis occasionē dubitandi: si ad eadem certa sunt signa hæc, vt potius transeat cælū & terra, quam lota vnum istorum deficiat, & si ad eadem propinqua sunt aduentui iudicis, vt aduerbium, *Tunc*, ostendit, an iudicij dies certo sciri, & præcognosci possit? Multi varijs imaginationibus ducti in hoc inutiliter & vane laborauerunt, conatiq; sunt mundi ætatem & tempus, quo duraturus est, definire: atque perscribere certum & determinatum tempus aduentus Domini, & diei extremæ, de qua Christus dicit, Matt. 24. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De die autem illa, & hora*

iudicij tempus propè esse apparet, ideo vigilandum.

Hebr. e. Corint.

Corint.

Io ann.

Vtrum iudicij dies certo præcognosci possit.

Matth.

Hieron. Chrysof. Beda. Caiet. Tunc, nō semper dicit simultatem sed interdum accipitur pro postea.

Propheta futura per presentis tempus declarat propter certitudinem.

nemo scit, neque Angeli calorum, nisi Pater solus. Tamen ne locus hic ieiunus maneat, referemus sententiã, quę olim communis fuit, scilicet, mundi ætatem sex millibus annorũ esse complendam, & quòd tunc incipient cali noui & terra noua, vt Ioannes testatur. Horum potissimum fundamentum erat, quod sicut mundus sex diebus conditus est, & die septimo requieuit Deus ab omni opere quod patrauerat, vt habetur Genes. 1. Ideo quę septima dies appellatur Sabbathum à requie. Sic sex ætatibus, quę sunt quasi sex dies, totius mundi duratio terminabitur: quibus succedet suum Sabbathum, & perpetua illa requies, in qua non erit opus Sole, neque Luna. Præterea asseriebant, quod quælibet ætas aut dies mundi continet mille annos. Et probat hoc ex illo Psal. 89. *Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquã dies hesternæ quæ præterijt. Ac si dicat. In cõspectu tuo mille anni vni diei respondēt. Hinc colligunt, quod tota duratio & ætas mundi huius sex millibus annorũ est complenda. Hęc sententia celebris fuit, quã tenuerunt Ethnici, Hypdaces, Mercurius, Trismegistus, & Sybillæ, vt refert Lactan. lib. 7. diuinarũ institutio. cap. 14. Et apud Hebręos in Thalmudicis voluminibus referabatur, antiquissima Eliæ traditio, sub his verbis: *Sex millia annorũ erit mundus, & iterum destruetur. Duo millia innanitatũ, duo millia legis, & duo millia dierum Messie.* Eandem tenuerunt multi ex sanctis Patribus, Hier. in Epist. ad Cypri. quę est. 139. in qua exponit Psal. 89. In versu illo: quo-*

niam mille anni, &c. dicit: *Ego arbitror ex hoc loco, & ex Epistola, qua nomine Petri Apostoli inscribitur, mille annos pro vna die solitos appellari: vt scilicet, quia mundus in sex diebus fabricatus est, sex millibus annorum tantum credatur subsistere, & postea venire septenarium numerum, & octonariũ, in quo verus exercetur sabbatismus. & circuncisionis puritas redditur. Vndè & octo beatitudinibus bonorum operum premia promittuntur. Scribit autem Petrus. 2. Cauo. cap. 3. hoc modo. Vnum hoc vos non prætereat dilectissimi, quia vna dies apud Deum quasi mille anni, & mille anni quasi vna dies. Non moratur Dominus promissionem suã, (vt quidam existimant.) Et in c. 4. Micheę. Idem Hier. adducens illud. 1. Ioã. 2. *Novissima hora est,* ait: *In sex millibus enim annis, si quingenti anni per horas diei singulas diuidantur, novissima hora consequenter dicetur tempus fidei gentium.* Eãdem tenet Hireneus, lib. 5. contra Hæreses, cap. 4. & Lactantius, lib. 7. diuinarũ institutio. cap. 17. & Hilar. in Matt. Canõ. 17. Vbi exponens illud, (*& post dies sex transfiguratus est,*) ait: *Sicut sex diebus transactis apparuit Dominus in gloria, ita sex millibus annorum transactis mundus hic interibit, & mortale hoc induet immortalitatẽ.* Et August. videtur tenere eandẽ sententiã, lib. 20. de Ciuitat. Dei, cap. 7. licet vltimum millenarium pro tota constituat generatione hac iustorum, & pro toto tempore legis Euangelicę, quo duraturus est mundus. Itaque August. non determinat tempus gratiæ ad mille annos, sed totum tempus gratiæ, non determinando, millenario vltimo dicit significari.*

Sex millibus
annorum mũ
dum duratu-
rum qui te-
nuerunt.

Genes.

Psalm.

Hypdaces.
Trismegist.
Sybille.
Thalmuch.

Hiero.

1. Petr.

Hieron.

Hiren.
Lactan.

Hilar.

August.

gnificari. Et idem videtur insinuas-
se Hieron. in cap. 4. Micheæ. Ban-
dem cum prioribus sententiam tenet
Cyrillus, lib. suo de Antichristo, ubi ait: *Anno sexagesimo millesimo quingentesimo erit aduentus eius.* Hæc etiam sententiam referunt & non refutant Petrus Galatin. lib. 4. de Arcan. cathol. verit. cap. 20. & Picus Mirand. lib. 7. Hyptaplectæ. c. 4. & Franciscus Georgi Venetus, in Harmonia mund. cant. 3. ton. 7. Sex istis millibus annorum quingētos addiderūt Hypoli. & Cyrill. vt refert Germanus Cōstantinopolitanus, lib. de Theoria rerū Ecclesiast.

Cæterū (ne grauiori censura hæc sententiam notemus ob reuerentiā istorum Patrum,) nō satis tuta nec principijs & doctrinæ Euangelicæ satis consona est huiusmodi determinatio ætatis mundi. Vndè Ambros. lib. 7. in Luc. exponens illud Matt. c. 17. *post dies sex transfiguratus est,* non recipit istum modum dicēdi. Et August. in Psalm. 89. optimè impugnat, & illius fundamēta dissoluit, videatur. & Psalm. 6. refellit aliam huic consimilē de octo millibus annorū, & Episto. ad Iſchiū satis diffuse. Nō ergo certo cognosci potest nec determinate definiri mundi ætas, & tempus aduentus Domini. Apostolis nāq; curiosius inquirētibus tēporum periodos dixit Saluator, Act. 1. *Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate.* Et de hac die loquens dicit, Matt. 24. Mar. 13. *De die autem illa nemo scit, neque Angeli, neque filius hominis, sed solus Pater.* Et hoc est de genere illorū, quæ Deus sibi voluit reseruare. Neq; id sine

magna nostra vtilitate, vt semper vigilemus. *Vigilate,* inquit Christus Matt. 25. *Quia nescitis diem neq; horā.* Id vniuersæ Scripturæ proclamāt, 2. Petri, 3. & alibi sepè comparatur aduentus Domini furi, qui quādo minus cogitamus domum inuadere solet. Vndè Augu. super P sal. 36. in principio dicit: *Novissimus dies terribiliter venturus auditur eis, qui securi esse benè viuendo nollunt, & malè viuere diu volunt. Vtiliter autem Deus latere voluit illum diem, vt semper sit paratum cor ad expectandum, quod esse venturum scit, & quando venturum sit, nescit. Non igitur audeat mortalis infirmitas tempus perscribere aduentui Domini, quando Deus occultum esse & remanere valuit.* De quo legēdus Sixtus Senensis, lib. 5. Biblio. Sanctæ, Annot. 190. Quare signa, quæ ab Euangelistis enumerantur, certissima sunt, & sine dubitatione euenient; sed quādo futurus sit Domini aduentus incertum omnino est. Vnde semper timere debemus. Et sicut de morte dicit August. quod nihil certiùs est morte, nihil autē incertiùs hora mortis. Sic & nos de vltimo iudicio dicere possumus. Quod nihil certiùs est iudicio, sed nihil incertiùs hora illius. In hoc non plus sapere oportet, quam quod Dominus reuelare dignatus est: sed cautè viuere debemus: vt cum venerit hora illa, parati simus rationem reddere. Et cum venerit Dominus, siue in prima, siue in secunda vigilia noctis, vt habetur Lucæ, 12, nos sicut seruos sollicitos paratos, & vigilātes inueniat, vt cū illo ad nuptias introeamus, & sedeamus, trāsienſq; nobis,

Dici vltimā ignoratio ad vigilantiam excitat. Matth. Petr.

Augusti.

Sixtus Senē

Augusti.

Lucæ.

Cyrill.

Non satis tuta est huiusmodi limitatio dierum iudicij.

Petrus Galat. Picus Mirand. Franc. Geor.

Hypol. Cyril. German.

Ambros.

August.

Non potest certo determinari tempus aduentus Domini.

Actuum.

Matt. Marc.

Dominus ministret. Nec fundamentum contrariæ sententiæ aliquid facit, aut probat. Quia Psalm. illo intendit David probare, quam parum homo, etiam potētissimus, sine Deo possit, quamquē debiles eius sint vites, licet vita eius ad longissimum tempus extendatur, millequē annos (quod nulli contingit) attingat. Quia mille anni tanquam nihilum sunt, si cum æternitate comparantur. Et quod nihil ex hoc loco deducatur, patet ex eo, quod etiam colligi debebat, multo breviori tempore mundum duraturum, cum David quasi quod prius dixerat scilicet, (*mille anni tanquam dies hesternæ*) reformans, ait. *Et custodia in nocte, quæ pro nihilo habetur.* Si ergo ex nomine custodiæ, quæ quarta pars noctis est, non conuincitur, quamlibet mundi ætatem centum vel pauciores vel plures annos habituram: Ita ex hoc quod diei comparetur, nihil ad propositum illorum deducitur: solum vitæ nostræ breuitas demonstratur.

Tunc videbunt filium, &c.

Filium hominis vocat iudicem aduenientem; vt intelligas iudiciariam potestatem in omnes homines & angelos datam esse à Patre Christo Domino, non quatenus verbum Patris, & Deus cum Patre est: sed speciali modo ei concessam quatenus homo est. Quia enim, vt dicit Paulus ad Philipp. 2. *Humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem: mortem autem Crucis. dedit ei Deus Pater nomen, quod est super omne nomen, & quod in nomine eius omne genu flectatur, cale-*

stium, terrestrium, & infernorum. Itaque homo ille, (qui de Virgine natus est, qui crucifixus est, qui & verbum Patris est,) iudex omnium tam viuorum, quam mortuorum est futurus. Non solum quatenus Deus est, (sic enim æqualis est æterno Patri, illiquē consubstantialis, & idem cum illo, vt ipse testatur Ioann. 10. *Ego & Pater vnum sumus*;) sed etiam quatenus homo, & secundum formam illam serui, (quæ accepit, qua minor est Patre vt habetur Ioan. 14.) maior est omnibus creaturis, & iudiciariam habet potestatem respectu omnium illarū. Vnde Ioan. 13. dicitur de Christo: *Sciens quod omnia dedit ei Pater in manus.* Et Matt. 28. dicit ipse Christus. *Data est mihi omnis potestas in celo & in terra.* Quod non debet intelligi de diuinitate, & quod illi quatenus Deus de nouo data fuerit omnis potestas. Quia ab æterno sicut eandem naturam, ita eandem potestatem cum Patre habuit. Ad naturā ergo humanam referendū est. Quod optimè Cyrillus Alexandrinus, lib. 2. in Ioann. cap. 140. aduertit, inquiens. *Quare in quantum quidē verbum Dei, & Deus est, hanc potestatem habet naturaliter: in quantum autem homo est factus (quoniam ad hominē dicitur. I. Cor. 4. quid enim habes, quod nō accepisti?) accepisse hanc se potestatem apertè profiteatur.* Et mouet statim quæstionem dicens: *Sed dicent aduersarij, & ecce ipse filius à Patre accepisse iudicium se docet. Accepit autē quod nō habet. Quomodo igitur maior natura nō erit, qui abūdat, & dat ei, qui indiget, atq; accipit? Nos autē accommodate, vt arbitror, atque decenter pro-*

Ioann.

Ioann.

Matt.

Cyrill. Alex.
xanda

Corint.

Christo Domino quatenus homo est data est iudiciaria potestas.

Philip.

pter

Rom.

Ioann.

August.
Ioann.

Actuum.

Apoc.
Iob.

pter incarnationis dispensationem, qua se humiliavit in similitudinem hominum factus, id ita esse dictū affirmamus. Vndè Paulus ad Rom. 14. infert. Ideo Christus mortuus est, imo & resurrexit, ut uiuorum & mortuorum dominetur. Et Ioann. 5. dicitur: Dedit ei pater omne iudicium facere: Quia filius hominis est. Hunc locum tractās August. Tractat. 19. in Ioann. dicit. Quod ita subiunxit, tanquam rationem reddēs superioris sententiæ, multum mouet, intenti estote. Filius quos uult, uiuificat, Pater quos uult uiuificat: filius suscitatur mortuos, sicut Pater suscitatur mortuos. Quomodo ergo Pater non iudicat quemquam? Omne quippe iudicium dedit filio. Et sicut Pater suscitatur mortuos & uiuificat, ita & simul iudicat. Et paulò inferius dicit: & dedit ei potestatem iudicium facere. Quis dedit? Pater. Cui dedit? filio. Cui enim dedit habere uitam in semetipso, & potestatem dedit ei iudicium facere. Quia filius hominis est. Iste enim Christus, & filius Dei, & filius hominis est. In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, hoc erat in principio apud Deum. Ecce quomodo deit ei uitam habere in semetipso: sed quia Verbum caro factum est & habitauit in nobis, ex Virgine Maria homo factus, filius hominis est. Pro inde quia filius hominis est: quid accepit? Potestatem & iudicium facere. Quod iudicium? In fine seculi, & ibi erit resurrectio mortuorum. Vnde Petrus in Actibus Apostolicis, capit. 10. de Christo dicit: Hic est, qui constitutus est à Deo iudex uiuorum & mortuorum. Et Ioann. Apoc. 14. Quod uidit, sedere in throno similem filio hominis. Et Iob. 36.

Causa tua sicut impij iudicata est, iudicium causamque recipies. Quod licet ad literam de omnibus iustis dictum sit, (qui, quia in mundo hoc iniuste iudicati sunt, sedebunt in throno cum Domino iudicantes tribus Israël,) potissimum ad Christum pertinere uidetur. Et Psal. 9. inducitur Pater ad filium dicens. *Psal.*
Se de super thronū, qui iudicas iustitiā.
Ex quibus locis colligimus non solum iudiciariam potestatem Christo Domino conuenire: sed quod ex meritis suæ humilitatis & passionis illam promeruit, & habuit. Vndè Apoc. 3. dicit Christus: *Apoc.*
Ego uici, & sedi in throno Patris mei. De quo uidendus S. Thom. 3. part. q. 59. art. 2. & 3.

*Ex meritis
sue passio-
nis Christus
habuit pote-
statem istā.
Apoc.
S. Thom.*

Venientem in nube, &c.

Hoc ad iudicis dignitatem & auctoritatem expectat, scilicet, quod nubes illi pro scabello pedum inseruiant. Idque ipse Christus tempore suæ passionis asseruit, Matt. 26. dicens: *Matth.*
A modo uidebitis filium hominis venientem in nubibus celi. Quod multo antea prædixerat Daniel, cap. 7. *Danic.*
Ecce cum nubibus celi quasi filius hominis ueniebat. Et Angeli, qui in die Ascensionis apparuerunt, dixisse perhibetur, Act. 1. *Actuum.*
Viri Galilei, quid aspicitis in calum? Hic Iesus qui assumptus est à uobis, quem admodum uidistis eum euntē in calum, sic ueniet. Constat autem ex sacro Textu, quod quando ascendit, nubes suscepit eū ab oculis eorū. Nubes autē hec in qua uenturus dicitur, primo faciet, ut Christi conspectus hominibus tollerabilior sit, claritatemque uultus eius ad eum excellētem

Quare in nube uenturus sit Dominus ad iudicandū

Simile.

tem corporis oculi melius valeant sustinere. Sicut lumen Solis, quod oculos nostros offuscet, vitro coloris alicuius interposito suavius & melius videtur. Sic nubes erit veluti vitrum interpositum, ne radij solis illius iustitiæ oculos hominum excæcent. Secundo id con- ducet ad Christi aduentus (vt dicebamus) maiestatem & excellentiam ostendendam. Cum enim alicubi videmus magnum & insignem thronum paratum, auro, & gemmis ornatum, ex throni magnitudine venientis auctoritatem & magnitudinem coniectamus. Tertio facit, vt intelligamus eum qui ad iudicandum venit, & filius hominis appellatus est, simul esse & filium Dei patri coæternum, & consubstantialem. Ex nube Christi diuinitas declaratur. Hoc enim vt propriū & insignè Dei semper Scriptura refert, quod nubibus quasi sede & vehiculo vtatur. Quod in Prophetis passim reperitur, & nos in Dominica secunda Quadragesimæ latius dicemus.

His autē fieri incipientibus.

Hic iam ad discipulos suos, & in illis ad omnes qui piè viuunt in Christo, sermonem conuertit, eos cōsolatur & hortatur, ne deficiāt: sed animum erigant, & gaudentes (quando mundus totus tristatur,) futura bona sperent. Quod ab arbo re fici ducta parabola persuadet: vt rerum naturalium, & quæ videntur exemplo, in spe futurorum bonorum erigantur, & confirmētur.

Sed statim se offert difficultas, quæ non mediocriter animū pul-

sat, videlicet, ad quæ referenda sint verba hæc: *His autem fieri incipientibus, &c.* Vtrum ad omnia quæ antea dicta sunt, puta, Solis, Lunæ, & stellarum oblcurationem, commotionem virtutum cælestium, egressum Angelorum cum tuba, resurrectionem mortuorum, & aduentum iudicis? An verò ad aliqua horum tantum in speciali? Quia si ad omnia referenda dicas, obstare videntur quæ in textu sequuntur:

Ecce enim appropinquat redemptio vestra. Nam resurrectione facta, & post Christi aduentum, non appropinquat, sed præsens est iustorum redemptio. Et cōfirmatur: quia parabola ficus futuram rem ostēdit. Quod si dicas referri ad Solis & Lunæ obscurationem, & ad signa solū, & non ad Christi aduentū: obstare videtur textus Matth. 24. vbi dicitur, postquam signa & aduentum iudicis, & omnia alia narra-

Matth.

rasset: *Ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote, quoniam propè est in ianuis.* Aliquibus facilis videtur huius difficultatis solutio, ex verbis Lucæ, qui non dicit, his factis, sed *his fieri incipientibus respicite.* Ac si diceret. Cum cœperint Sol & Luna obscurari, & alia signa apparere, respicite, & leuate capita vestra. *Ecce enim appropinquat redemptio vestra.* Sed huic modo dicendi contradicere videntur verba Matth. relata: *Cum videritis hæc omnia.* Quare Augustino hæc difficultas adeò magna visa est, vt sicut quod dicitur de Solis, Lunæ, & stellarum obscuratione, refert ipse ad tempora Antichristi: ita putauerit illud quod hic ponitur, & statim videbunt filium hominis

nis venientem in nube: intelligendum esse de spirituali aduentu filij hominis. Quo licet nunquam venire cesset in membris suis, & in Ecclesia tanquam in nube, tamen tempore grauissimæ persecutionis, quam sub Antichristo patientur, specialibus auxilijs sit affecturus. Ided dicitur, cum potestate magna & maiestate tunc venturus. Quia talis iustus tunc apparebit, quibus maiorem virtutem & auxilia præstabit, vt maiorem tribulationem vincat. Sed sensus hic coactior videtur. Quia dubitandum non est, quod de visibili aduentu & corporali filij hominis Euangelistæ loquantur, cum dicunt: *Tunc videbunt filiū hominis venientem.* Sicut & missio Angelorum, & alia quæ referuntur corporaliter & realiter ita futura creduntur. Hierony. refert ad ea, quæ dicta sunt præcessura Domini aduentum, vt bella, & seditiones: non verò ad Solis & Lunæ obscurationem. Quia hæc simul cū Domini aduentu, vt diximus, futura existimat. Euthymius credit referenda ad ea, quæ dicta sunt de pseudochristis? Tamen Theophilactus existimat referri debere ad Solis & Lunæ obscurationem, & ad ea quæ commemorata sunt, etiam ad iudicis aduentum. Et hæc videtur conueniens textus explicatio. Nec in aliquo obstant verba principio quæstionis proposita, quæ redemptionē futuram indicant. Quia adueniente iudice nondum completa est iustorum redemptio, donec proferatur vltima sententia: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum,* &c. De eo autem quod in

textu sequitur: *Leuate capita vestra,* plura dicens in morali expositione, quæ quia ad vtrumque locum faciunt hic prætermittimus.

Quonia appropinquat, &c. Reddit rationem quare letari & confidere debeant discipuli, & in medijs tribulationibus, quando vniuersum commouetur, capita sua leuare: *Quonia appropinquat,* inquit, *redemptio vestra.* Quid autem redemptionis nomine intelligatur nō eodem modo declarant interpretes.

Cartasianus, per redemptionem dicit significari perfectam absolutionem & liberationem a seruitute peccati, & ab exilio. Quia licet morte Christi homines perfectissimè fuerint redempti a peccati seruitute, solumquæ fuerit copiosissimum, & in infinitum excedens precium pro nostris culpis (vt testatur David Psalm. 129. dicens: *Copiosa,* idest, non solum æquiualens, sed & multum excedens.) *Apud eum redemptio.* Nihilominus manserunt homines in hac vita poenis & miserijs, quæ ex peccato ortæ sunt, subiecti, & exules a patria cælesti, donec peregrinationis, cuiusque tempus in vita hac completeretur, & omnium in die extremi iudicij. In quo dicitur futura perfecta redemptio, quia completo peregrinationis & exilij tempore, in vniuersali resurrectione corpora nostra resumemus, & reuertemur ad nostram propriam patriam, vbi pax erit & perfecta requies. Liberatio ergo ab exilio & peregrinatione redemptio dicitur: *Omnes,* namque quandiu viuimus *peregrinamur à Domino,*

Cartas.
Redemptio
& liberatio
ab exilio &
seruitute pec-
cati.

Psalm.
Præsum red-
emptionis
Christi per
excedens fuit.

Hieron.

Euthy.
Theophi.

Corint.

Propter pec-
catum Adam
exul factus
est & in il-
lo omnes.

2. Corint. 5. Vndè in oratione ad Virginem dicimus: Ad te suspiramus exules filij Euæ. Propter peccatum primus noster parens diuina iustitia exigente, exclusus est, & relegatus à paradiso: & sicut in illo omnes peccauimus, ita & in illo exules facti sumus. Et licet in cuiusque obitu exilium hoc terminetur quantum ad animam, quæ si digna est & sine peccato discedit, ad Dei conspectum & sanctorum societatem transit: tamen non dicitur absolute & perfecte exilium ablatum. Quia adhuc corpus, quod altera pars hominis est, manet in sepulchro. Cum ergo iudex aduenit, completa erit redemptio, & reuocatio ab exilio. Tunc duplicem stolam, quam deprecabantur, & expectabant, accipient iusti. Caieta, per redemptionem intelligit perfectam liberationem à seruitute mortis & corruptionis. Et videtur precedentis maior explicatio. Quando enim uiuimus mortales & corruptibiles sumus, & soluimus pensionem istam, (quam nobis per peccatum imposuimus,) mortis & corruptionis. *Omnes enim morimur.* 1. Reg. 13. *Quasi aqua dillabimur.* Quia statutum est hominibus semel mori. Hebræo. 9. *Post mortem iudicium.* Per peccatum mors ad homines pertransit, & ad illam obligati, chirographo in primo parente præstito, mansimus. *Per unum enim hominem peccatum introiit in mundum,* Ad Roma. 5. *Per peccatum mors.* Atque ideo in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Vndè omnes legi huic mortis manserunt subiecti & obligati.

Caiet.

Redemptio
liberatio à
seruitute mor-
tis & corrup-
tionis.

Reg.

Hebræ.

Rom.

Quam obligationem ut Christus tolleret (licet peccatum non haberet, nec habere potuerit) subire uoluit. Suaque misericordia tributum istum fecit redimibile, & quod Hispane dicimus ad tempus, *al quitar.* Cū uenerit enim ultimus dies uniuersalis resurrectionis, redimetur, & census iste auferetur. *Tunc enim,* ut dicit Paulus, 1. Corint. 15. *Mortale hoc inducet immortalitatem, & corruptibile hoc inducet incorruptionem.* Tunc mortis dominium terminabitur: *Quia mors ultra non dominabitur:* ad Roma. 6. Verum est, ut Paulus testatur, 1. Corint. 15. Quod licet omnes resurgemus, non omnes immutabimur. Mali enim in miseris, doloribus & calamitatibus immortales manebunt, & continuo morientes, nunquam morientur. Boni uero ab uniuersis malis & miseris soluentur. Et hæc erit perfecta redemptio. Et licet Christus mortem moriendo uicerit: *O mors ero mors tua,* Osee, 13. *Et ante faciem eius ibit mors,* Abach. 3. (Quibus locis uictoria, quam de morte moriendo reportauit Christus, declaratur:) tamen non est per Christi mortem totaliter deletum mortis imperium. Adhuc enim vires suas in homines exercet. In die autem uniuersalis resurrectionis mortis dominium & regnum omnino delebitur, nec aliqua illi supererit potestas. Quod Paulus declarauit. 1. Corint. 15. dicens: *Oportet autem illum, scilicet Christum, regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors.* Quo loco ut declarat S. Thom. probat Paulus dominium

Mors nostra
morte Chri-
sti facta pen-
sio redimibi-
lis, es censo
al quitar.

Corint.

Rom. 6.
Corint.

Osee.

Abach.

Corint.

S. Thom.

Christi

Christi domi
nii super om
nia probatur
ex subiectio
ne mortis.

Christi super omnia, & quod illi vniuersa in fine erunt subiecta. Probat autem hanc perfectissimam subiectionem: Quia etiam illud, quod maximè inimicatur, subicie- tur sibi: hoc autè est mors, què ma- ximè contrariatur vitæ. Ideò dicit. *Novissimè inimica destruetur mors.* Sed dices. Qualiter? perfectissimè quidem. Quia non poterit esse cum vita, vbi omnes resurgent nunquã morituri. Ideò Esaiæ, 20. dicitur: *Precipitabit mortem in sempiternum.* Aduertendum tamen est, quòd pro- posita verba signanter posuit Apo- stolus, ad remouendas duas quæ- stiones, quæ possent fieri circa præ- dicta. De resurrectione, scilicet, vtrum Christus posset viuificare mortuos? Et hoc soluitur. Quia om- nes inimicos posuit sub pedibus eius, etiam ipsam mortem. Et qua- re nõ statim resuscitauit? Ad quod respondetur, Oportere, quòd pri- mo subijciat inimicos sub pedibus eius, & nouissimè, cum destruetur ipsa mors, tunc resurgent omnes ad vitam. Non ergo differt; quia non potest, sed vt seruet ordinem. Quia quæ a Deo sunt ordinata sunt. Quòd autem ipsa mors subijcia- tur Christo probat ex Psal. 8. *Om- nia subiecisti sub pedibus eius.* Et Chry- sost. Hom. 39. in istum locum Pau- li inquit: *Novissimus hostis aboletur mors. Qui nouissimus post omnes, post diabolum, post certamina. Nam & ini- tio postrema inuasit. Prius consiliũ dia- boli fuit, deinde transgressio, tum deniq; mors. Potestate quidè, etiam nunc abo- letur, sed re tunc tandem. Vndè conclu- dit Paulus, absorpta est mors in victo- ria: vbi est mors victoria tua? &c.*

Esai.

Chrysof.

Quia ergo in resurrectione perfe- cta erit libertas à seruitute mortis & corruptionis, dicit Euangelista. Quòd appropinquat redemptio. Sed vtriq; expositioni, licet optima sit, obstare videntur ipsamet Lucæ ver- ba dicentis: *Ecce appropinquat redem- ptio vestra.* Si enim appropinquat, nondum est. At resurrectio, & li- beratio à morte & corruptione, iam supponitur, quando verba ista proferuntur. Quare nos aliter locũ hunc interpretamur, per redemp- tionem regnum cælorum & æter- nam foelicitatem, quam toties Do- minus suis repromissit, intelligen- tes. Et quòd hæc sit genuina loci in- terpretatio, ostendunt verba, quæ in textu sequuntur. Proposita enim hac sententia, in confirmationem illius adducit similitudinem, quam applicans inquit: *Ita & vos cum vi- deritis hæc fieri, sciote quoniam prope est regnum Dei.* Ecce quomodo ex- ponens quòd prius dixerat: *Appro- pinquat redemptio vestra,* ait: *sciote quoniam prope est regnũ Dei.* Pro eo- dem ergo accipit redemptionem & regnum Dei.

Appellatur autem regnum Dei redemptio, primo. Quia in illo sum- ma pax & tranquillitas erit, *gaudiũ plenũ, quòd nemo, vt habetur Ioã. 16. Tollet à nobis. Redimemur quippe à lachrymis, suspirijs, gemitibus, & laboribus, Apoca. 7. Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorũ, & iam non erit amplius neque luctus, neque clamor. Quoniam priora transie- runt.* Id est. Quoniam celsus lachry- marum, quem soluere tenebamur, redemptus est. Redimemur à mole- stijs persecutorum, ab iniurijs ty-

Redemptio
regnum celo-
rum est.

Regnum Dei
quare dica-
tur redemp-
tio.

Ioann.

Apoca.

rannorum, & à persecutionibus hominum. Non enim cadet, vt ibidem dicit Ioann. Super illos Sol. neque Vltus æstus. Relinemur à frigore, tēpestatibus, calore, & æstu, ab iniurijs temporum, perpetuoque & florido verè gaudebimus, audiemus amabilem illam vocem sponsi, Cantic. 2. *Surge propera amica mea, columba mea. & veni.* Exponitque redemptionem hanc Apostolis & fidelibus promissam, addens: *Iam enim hyems abiit, & recessit: flores apparuerunt in terra nostra, scilicet, in illa superna Hierusalem, quæ est mater nostra.* Cuius memoria exhilaratus Dauid, Psalm. 121. dicebat: *Latus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Vbi pax nostra erit, & perfecta redemptio.*

Secundò dicitur regnum Dei redemptio: Quia à tyrannide, quam in hoc mundo patimur, ad perfectam libertatē transibimus. In hoc enim mundo, vt dicit Saluator Lucæ, 22. *Principes gentium dominantur earum, Tributa imponunt, vectigalia exigunt, mille impositionum generibus suos subditos vexant: At in regno cælorum non erit sic, sed perfecta libertate fruemur, qua Christus nos liberavit,* ad Galat. 5. *Nullum tributum soluemus, quia filij regni liberi sunt à tributo.* Matth. 17. *Solum laudis & gloriæ Deo debitum persoluemus cum Angelis, ante Domini thronum sine fatigatione canentes: Sanctus, Sanctus, Sanctus, benedictio claritas & sapientia Deo nostro, qui redemit nos in sanguine suo.* Apoca. 7. *Quod Paulus, 1. Cor. 15. de vniuersali resurrectione loquens dicit. Deinde, id est, post resurrectio-*

nem, finis: Cum tradiderit regnum Deo & Patri: cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. Et siue locus hic intelligatur de ordinibus Angelorum, vt multi Patrum interpretantur; qui dicuntur euacuari, non quia tollantur: sed quia quantum ad homines & eorū in illos potestatem cessabunt: seu de magistratibus ecclesiasticis & humanis, vt communior habet interpretatio: literalis sensus est. Quod cum erit finis, tollet Christus omnes magistratus, qui modo sunt ad regimen humani generis. Ita quod duo faciet, & assignabit regnum Deo, & tollet omne regimen quod modo est. Concludit autem omne regimen in his tribus, principatu, potestate, & virtute, id est, potentia: vt intelligamus & supremos & medios, & infimos magistratus auferendos, compræhendendo etiam ministros exsequentes publica potestate, quos appellat potentiam, tanquam nihil aliud habeant magistratus, nisi quod possint. Cum ergo euacuauerit omnem principatum, tunc perfecta erit redemptio.

Et dixit illis similitudi. &c. Accommodat Christus stilum suū auditoribus, idè vtitur similitudinibus rerum corporalium: vt animos nostros in corporibus existentes, ex his corporalibus ad maiora & altiora subleuet. Similitudine ergo hac ficulneæ intendit confirmare discipulorum animos, & illos certiores reddere de promissa redemptione, dicens: *Ab arbore ficu discite parabolam.* Ac si diceret. Sicut cum videtis ficū & arbores omnes

Quomodo euacuabitur omnis principatus & potentia in iudicio.

Cant.

Psalm.

Iusti à tyrannide quæ his patiuntur liberabuntur in die extrema.

Lucæ.

Galat.

Matth.

Apoca. Corin.

gēmare, folia flores & fructus producere, certo creditis, quod propè est æstas: Ita cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam propè est redēptio vestra. Quæ similitudine non solum intendit Christus animos discipulorum confirmare, vt benè notauit Chrysofost. sed etiam duo alia ostendere, in quibus similitudo hæc tenet. Primum, certitudinē aduentus sui, de quo nulli licet dubitare, secundum eius propinquitatem. Sicut flores & folia arborum, signa sunt infallibilia verni temporis, & propinquitatis illius. Vbi aduertendum est: Quod fructus nomine intelligit Lucas, quidquid ex arbore producitur, scilicet, gemmas, folia, flores, & poma. Quod Matt. expressis verbis declarauit, & in Græco codice habetur, *o tan probabile simidi*: cum iam cæperint producere: quod generale est ad omnia prædicta. Præterea aduerte, quod æstatis nomine non solum quartam illam anni partem, sic appellatam intelligit: Sed vniuersum tempus verum, vt ex ipsa similitudine patet. Vere enim incipiente arbores folia & flores emittunt.

Circa prædictam similitudinē aduertit Beda, quod regnum cælorum comparatur æstati, eò quod, sicut in æstate nebulæ & nubila dissoluntur, & dies non solum maiores, sed & clariiores sunt: sic in regno Dei nebulæ tribulationum transibunt, nubila laborum dissoluentur, dies (vitæ solis illius qui nescit occasum) noua claritate fulgebit: *Claritas enim Dei illuminabit iustos.* Apoca. 21. Bene autem, inquit, regnum Dei æstati comparatur: quia tunc mæro

ris nostri nubila transeunt, & vita dies æterni solis claritate fulgescunt.

Secundò comparatur regnum cælorum æstati, quia sicut in æstate longissimi sunt dies, & propè nulla nox est: sic in illa perpetua foelicitate non erit nox, sed continuus dies. Quia cum nõ egeant materiali Sole & Luna, sed agnus illuminet illos, vt habetur Apo. 21. per perpetua luce & claritate gaudebunt Christum intuentes, qui vera lux est, in cuius conspectu tenebræ non sunt vllæ.

Tertiò comparatur æstati, quia sicut in æstate magis feruet solis æstus, & maiori calore terra afficitur: ita in illa æterna foelicitate beatorum pectora igne charitatis accensa magis ardebunt. Tunc enim videntes Deum sicuti est, perfecta erit charitas; & quæ in hac vita semper augmentum poterat recipere, ad perfectam mensuram secundum cuiusque statum redacta, ardebit, participatione ignis illius infiniti & inexhausti, scilicet, Dei. De quo Esaiæ. 31. dicitur: *Dixit Dominus, cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem.* Quo loco alludit Esaias ad ignem, qui semper ex Dei præcepto in templo, (quod erat in Hierusalem,) in altari ardebat. Vt habetur Leuit. 6. Cumque omnia in figura illis contingerent, vt dicit Paulus, Esaias quod in figura continebatur loco isto expressit. Ignem enim illum, quo sacrificia incendebantur, charitate in significasse omnes Patres vnanimi consensu confitentur, sine qua opera nostra Deo offerri & placere nequaquam possunt. Testante Paulo. 1, Corint. 13.

Secundâ, ex longiudine dierum.

Apoca.

Tertiâ, ex feruore Solis.

Esai.

Leuit.

Ignis templi charitatē significabat.

Corint.

Si di.

Chrysofost.

Beda.

Regnum Dei quare æstati comparatur quatuor rationes.

Prima ratio ex nebularū resolutione.

Apoca.

Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem

non habuero, nihil mihi prodest. Esaias autem isto loco non solum charitatis necessitatem in via & in patria declarat: Sed & differentiam, quæ est inter charitatem viæ & patriæ,

demonstrat, dicens: *Cuius ignis est in Sion, & caminus in Hierusalem.* Vbi aduerte, quod per Hierusalem, quæ visio pacis interpretatur, significatur cælestis illa patria, in qua summa pax est, & perfecta requies, quæ sursum est atque mater nostra. Per Sion vero, quæ specula interpretatur, Ecclesia hæc militans intelligitur, quæ quasi ex specula & à longe mysteria illa videt in speculo, & in enigmate. 1. Corint. 13. ambulans in fide. Dicit ergo Esaias. Quod vtrobiq; ignis est & charitas, quæ est vinculum perfectionis: ad Colossen. 3. Sed ea est differentia inter viam & patriam, quæ inter caminum ignis & modicum ignem. In patria namq; caminus est semper ardens, & perfecta charitas. Vndè Paulus, 1. Corint. 13. dicit. *Cum venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.* Hic verò ignis est, quia imperfecta charitas, quæ quædiu viuimus crescere & augeri potest: & ad perfectum tendit.

Quartò comparatur regnum cælorum ætati, quia sicut in ætate colligunt Agricollæ messes, quas toto tempore hyemis expectauerunt, & gaudent videntes fructuum abundantiam ad eò, ut vniuersorū laborum, quos dum seminarēt perpessi sunt, obliuiscantur, imò fœlices illos reputent: quia talem finem

habuerunt. Sic beati in regno cælorum colligunt fructus eorum, quæ, dum viuerent, tanto labore seminaverunt. Prout enim seminauerit homo, ita & metet. ad Galat. 6. Exultabunt videntes copiosum fructum, quem labores & lachrymæ habuerunt. Et quod (licet seminatio cū lachrymis & gemitu fuerit) fructus cum lætitia magna colligitur. Psal. 125. *Euntes ibant & flebant mittentes semina sua: Venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Huius lætitiæ magnitudinē exponit Esai. cap. 9. dicens: *Letabuntur coram te, sicut qui latantur in messe: sicut exultant victores capta præda quando diuidunt spolia.* Duplici comparatione satis apta propositam rem declarat. Prima sumitur ab Agricollis, qui tempore messis præ gaudio gestiunt videntes horrea plena frumento, & torcularia vino redundantia. Sic iusti exultabunt videntes animæ suæ horrea, scilicet, intellectum, memoriam, & voluntatem frumento & gaudio referta, totamque animam gaudio plenam. Vndè comedent in saturitate suorum laborum fructum. Quod Dominus Esai. 3. Seruos suos exhortans ad tollerantiam laborum, prædixerat inquiens. *Dicite in isto quoniam bene: Quoniam fructum ad inuentionū suarum comedet.* Tunc nihil illi deerit, quoniam *Deus erit omnia in omnibus.* 1. Corin. 15. Altera comparatio sumitur à militibus, qui ad prædatoriam, quando diuidunt spolia ad eò leti sunt, ut omnium laborum, imò & vulnerum, quæ receperunt, obliuiscantur. Ita & iusti ad eò letabuntur, ut labores & vulne-

Galat.

Psal.

Esai.

similitudo
Prima.

Esai.

Corint.
similitudo
secunda.

ra in hac vita suscepta non solū obliuiscātur, sed & gloriosa reputēt.

Ita & vos cū uideritis, &c.

Applicat propositam similitudinē. Vbi illud solum aduertendum est, quod per regnum cælorum, quod propè esse dicitur, intelligunt multi cælestis patriæ ultimā consummationem, quæ tunc erit, quando completo numero electorum beati accipient duplicem illam stolā, Apoc. 6. & in corpore & anima perfecta & completa gloria perfruuntur similes illi facti, ad cuius imaginem fuerant conformati. De quo supra actū est. Potest etiam, & magis ad literam, per regnum Dei intelligi, non cælestis patria, nec ipsa beatitudo in se: hæc enim a tempore Christi semper dicitur propè esse, Matt. 4. *Pœnitentiam agite appropinquauit enim regnum cælorum.* Si ergo semper appropinquauit, quomodo specialiter hic dicitur, appropinquare? Quare regnum Dei in præsentī appellatur ipsa communicatio beatitudinis & regni, quasi dicat, scitote, quia propè est, ut uobis regnum Dei communicetur, & quod acta illorum bonorum, quæ tandiu sperastis, pro quibus aded fortiter decertastis, possessio uobis tradatur. Hanc communicationē regni cælestis quotidie in oratione Dominica petimus dicentes: *Adueniat regnum tuum:* id est, communicate nobis regnum tuum, ut participes simus illius fœlicitatis & gaudij, quod nemo tollet à uobis.

Amē Amen dico uobis, &c.
Diximus quod parabola præceden

ti duo significabantur, scilicet, certitudo & propinquitās aduentus Domini. Vtrumquē Christus in fine huius Euangelij confirmat. & primò diei illius propinquitatem iuramento astruit: *Amen amen dico uobis, non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant.* Quasi dicat. Ne putetis hæc procul esse, aded propè sunt, ut non prætereat generatio hæc, donec omnia compleātur. Secundò certitudinem declarat dicens: *Cælum & terra transibunt uerba autem mea non præteribunt.* Pro maiori autem horum intellectu aduertendum est: quod, *Amen*, est dictio Hebræa, quæ deducitur a uerbo, *Amah*, quod significat firmū ac solidum esse. Vnde, *Amen*, aduerbium est, quo eorum quæ dicuntur, prosperum & fœlicem exitum postulamus, estquē acclamantium & approbantium particula, idem ualens quod apud Latinos, Ita sit, uel fiat. Vnde Psalm. 105. & alibi sæpe, cum prospera nuntiantur, & à Deo petuntur, subiicitur populi acclamatio, *Amen, Amen.* Quod noster interpretes transfert, *Fiat, fiat.* & ideo in orationibus animi affectum ostendentes dicimus, *Amen*, hoc est, fiat. Ita Numer. 5. mulier, quæ sacrificio Zelotipiæ purgabatur, in fine imprecationum & maledictionū cogebatur dicere *Amen*, id est, ita fiat, proposita comprobando. Aliquando, *Amen*, est particula affirmantis rem aliquam, & forma iurandi. Vnde *Amen Amen dico uobis*, idem est, quod certissime dico uobis. Sic accipitur isto loco, ut bene notat Beda dicens: *Quod est iuratio quadam, quæ ea quæ dixerat Saluator*

Apoca.

Matth.

Regnū Dei dicitur communicatio ipsa beatitudinis.

Amen & optantis & affirmantis est particula.

Psalm.

Numer.

Beda.

nator confirmat. Amen dico vobis, id est, in veritate & certissime dico vobis. Et licet Deus verax sit, mentiri quæ non possit ad maiorem certitudinem dictorum ostendendam hominum vsu se accommodans utitur iuramento. Quod Paulus de promissionibus Abrahæ factis loquens oprime annotauit ad Hebræo. 6. dicens: In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem cõsiliij sui: interposuit insiurandum. ut per duas res immobiles, quibus impossibile est mēiri Deum, fortissimum solatium habeamus.

Hebræ.

Quia non præteribit, &c.

Locus hic difficultatem habet, variequæ generationis nomen explicatur, ex cuius significatione loci huius interpretatio dependet. Hieron. dicit, per generationem hanc intelligi vniuersum hominum genus, quod continua generatione prorrogatur, & cõseruatur. Itaque sensus verborum istorum est. Non defecturos esse homines, donec hæc omnia fiant. In quo Christus nihil speciale aduertere videbatur. Quare secundo dicit, quod nomine generationis huius intelligitur Israeliticus populus, qui non est defecturus (licet multis calamitatibus afflictionibus & miserijs prematur, Deo pro eis aliquid melius disponente, scilicet, ut saltem eorū reliquæ ad veritatis agnitionem reducantur) donec omnia hæc fiant. & tunc sensus erit. Dico vobis, quod aliqui de stirpe hac Iudæorū non deficient, donec hæc omnia compleantur, iuxta illud Hiere. 29. *Et reducam captiuitatem vestram, &*

*congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cunctis locis ad quæ expulsi vos, dicit Dominus. Quod Paulus in Epistola ad Romanos latissime profequitur, precipue cap. 11. Vbi de gentium vocatione, & Iudæorū reprobatione cū plura dixisset, ait. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc: ut non sitis vobis ipsis sapientes: quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel saluus fieret: sicut scriptum est. Esai. 59. Veniet ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Abulensis existimat magis restringendam esse hanc Hieronymi interpretationem, & referenda esse verba hæc, non ad totam generationem Hebræorum, sed ad gentem illam, quæ tunc temporis quādo Christus ista dixit, viuebat. Et sensus est. Non præteribit generatio hæc, id est, non deficient de istis Iudæis modo in carne viuentibus, ut oculati testes mihi sint, donec omnia hæc fiant; scilicet, quæ ad excidium & destructionem Hierusalem pertinent. Vnde verba hæc, *Donec omnia fiant*, non putat referenda ad omnia, quæ proposita sunt isto capite: sed solum ad ea, quæ destructionem Hierusalẽ concernit. Cæterum iam diximus verba hæc à Christo adduci in confirmationem eorum quæ dixerat, & vniuersaliter ad omnia referenda esse.*

Roman.

Esai.

Abulen.

Hieron.

Generatio dicitur vniuersum hominū genus secundum Hieron.

Generatio Iudæorū proprie dicitur.

Hieron.

Aliqui existimant dictionē Græcam, quæ isto loco ponitur, *Genea*, scilicet, vertendam esse per ætatem, & sæculum, potius quam per generationem: ut sensus sit, non præteribit ætas hæc, vel sæculum hoc, donec omnia fiant. *Ætas verò*

Generatio ætas vel sæculum dicitur.

vel

*Festus.
Cicero.*

vel seculum apud Romanos significat, vt Festus interpretatur, & Cicero, lib. 2. de Oratore insinuat, tēpus centum annorum. Vnde Carmen Oratij seculare dicitur, quo describuntur sacrificia, quæ centesimo quoque anno fiebant. Et licet ab alijs aliter seculi tempus accipiat, hæc communior & vsitata acceptio erat. Ætas etiam accipitur pro sæculo, & Græce *Genea* dicitur, significatquē tempus centum annorum: vnde Ouidius, 12. Metamorphos. *vixi annos bis centum, nunc tertia vinitur ætas.* Et apud Hebræos, *Dad*, idem significat, scilicet, ætatem, seculū, & generationem. Genes. 15. Cū Deus dixisset Abrahamæ posteritatem suam quadringentis annis futuram esse peregrinam in Ægypto, ait: *Generatione autem quarta reuertentur hæc.* Vbi tempus centum annorum generationis nomine complexus videtur. Sed explicatio hæc literæ Euāgelistæ nullo modo potest conuenire. Mandati enim argui posset Christus, cū iam tot annorum centuriæ transactæ sint, nec ista completa viderimus.

Ouidi.

Genes.

*Prima expositio.
Vltima mundi ætas generatio hæc dicitur.*

Ioan.

Corint.

Galat.

Quare magis ad literam & veritatem accedunt aliorum expositiones, qui primo, per generationem hanc intelligunt vltimam istam mundi ætatem, quæ à Christi aduentu incepta, & vltima mundi est futura. Licet tempus illius definire non valeamus. Hanc Ioan. 1. sua Canonica. cap. 2. *Novissimam horam* appellat: & Paulus, 1. Corint. 10. *seculorum fines.* Quam etiam ad Galat. 4. *Plenitudinem temporis* nominauit. Non ergo præteribit generatio hæc

Ecclesiæ & credentium, qui Christi sanguine geniti sunt, donec omnia fiant. Sic exponit Chryso. Hom. 78. oper. perfect. in Matth. dicens: *Quomodo igitur hæc generatio dictum est. Non de viuentibus tunc, sed de fidelibus dixit, vt solet loqui scriptura: vt quando dicitur, Psalm. 23. Hæc est generatio quaerentium Dominum. Quod igitur in superioribus dicebat, quia oportet hæc omnia fieri, & rursum: vbi quæ prædicabitur hoc Euangelium: id in hoc quoque loco, quia, scilicet, hæc omnia eueniet, & fidelium generatio nullo in cōmodo dissipata permanebit. Vt hinc intelligamus nunquā defecturā credentium hanc generationem, quādiu mūdus durauerit: sed fidelium Ecclesiam, (licet præmatur, & multistribulationibus cōcutiatur,) permanuram: Ego vobiscum sum, dicit Christus, Matth. 28. *Vsq̄ ad consummationem seculi.* Non igitur præteribit generatio hæc, donec omnia fiant, & adueniat sponsus in maiestate & gloria, qui apprehensam ducat in cubiculum suum, vbi cubat in meridie, Cantico. 1. *& in domum genitricis suæ, quæ est illa cælestis Hierusalem dicta pacis visio, quæ construitur in cælis viuis ex lapidibus, quæ non deficiet, sed ab hoc militati statu ad illum triumphantem transibit.**

Chryso.

Psalm.

Matth.

Cantico.

Secundò exponit Caieta. *Non præteribit generatio hæc, id est, completa generatio & numerus iustorum, donec omnia fiāt. Ac si dicat. Cum completus fuerit numerus electorum (de quo animabus clamantibus & dicentibus, Apoca. 6. *Vindica Domine sanguinem nostrum, qui effusus est, dictum est: Sustinete modi-**

*Secunda expositio.
Caiet.*

Generatio hæc iustorum cōpletus numerus.

Apoca.

modi-

modicum, donec impleatur numerus fratrum vestrorum, generatio malorum destruetur, & in ignem mittetur, in istorum generatione completa. Vnde colligemus, quare Deus malos

Quare Deus malos vivere patiatur.

in hoc mundo vivere patiatur, quos facili negotio posset destruere. Quod sane est, vel, ut compleatur numerus electorum. Multi enim secundum presentem statum mali sunt, qui de numero electorum futuri. Vt ergo illi conuertantur sustinet Deus in multa patientia vasa iræ: sicut sustinuit Paulum, Petrum, Mattheum, Latronem, & alios. Vel, ut boni maiores prouentus ex illorum exercitatione suscipiant. Quod August. adnotauit, Psalm. 54. versu primo, dicens: *Ne putetis gratis malos esse in hoc mundo: & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus autem ideo uiuit, ut corrigatur: aut ideo uiuit, ut per illum bonus exerceatur.*

August.

Tertia expositio.
Caieta.

Tertio, exponit idem Caiet. Nō prateribit generatio hac, id est, post istam generationem credentium non erit alia inter hæc, quæ commemorata sunt, & aduentum iudicis: qui nimo completa hac generatione in mundi conflagratione homines reponentur in locis suis, boni uero perpetuo gaudeant, mali uero ut æternis afficiantur supplitijs. Quia Dominus de suo aduentu loquens, Lucae, 17. Assimilauit temporibus Noë: ne homines crederent, quod sicut tempore Noë, mundo per aquam destructo, statim noua hominum successit generatio; ita in fine sæculi post illam generalē conflagrationem futurum esset, subdit: *Non prateribit generatio hac, do-*

Lucæ.

nec omnia fiant, id est, post istam generationem non erit alia, sed statim adueniet iudex premia cuius; pro suorum qualitate factorum daturus.

Cælum & terra transibunt, &c.

Declarat, ut diximus, dictorum firmitatem comparatione facta ad cælum & terram. Vt inde intelligas quam certo, quæ prædicta sunt, sint euentura, nulliq; dubitandi relinquatur occasio.

Aliqui ad literam, & ut sonant uerba hæc: *Cælum & terra transibunt*, intelligenda putant, & dicunt: quod cæli isti, quos modo oculis conspiciamus, & terra, quam pedibus calcamus, transitura sunt, & alia noua succedent. Itaq; desinet esse cælum hoc, & terra hæc, ut alia de nouo producantur. Ex loco isto sumpserunt occasionem istius imaginationis, nitunturq; confirmare multis scripturarū testimonijs. Psalm. 101. *In initio tu Domine terram fundasti; & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut uelamentum ueterascent. Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Quo loco manifeste propheta differentiam constituit inter Deum & illius durationem, atque cælum & terram & eorum tempora. Quod Deus idem sempermanens perpetuo stat: cælum autē & terra mutantur, & peribunt. Quod apta similitudine uelamenti, quod ueterascent & perijt, exponit. *Quod enim ueterascent & senescit, (ut dicit Paulus de lege antiqua loquens:) Prope interitum est.* Idem con-

Cælos alios, & terram aliam futurā post iudicium multi falso affirmarunt.

Psalm.

firmant

Esaï. firmant ex illo Esaï. 51. *Leuate in caelum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cali sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum atteretur: & habitatores eius sicut hæc interibunt.*

Petr. Et Pet. 2. Cano. cap. 3. ait: *Adueniet dies Domini sicut fur, in quo cali magno impetu transierit, elementa vero calore soluentur: terra autem & omnia quæ in ipsa sunt opera, exurentur.* Et Paulus ad Rom. 8. inquit. *Vanitati enim creatura subiecta est non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum Dei.* Quem locum exponēs

Chrysof. Chrysof. Hom. 14. existimare videtur, Cælum & elementa propter hominis peccatum corruptibilia facta esse, inquiēs. *Quid hoc sibi vult, Vanitati creatura subiaceat? Corruptibilis effecta esse? Quo nomine, & quomobrem? Propter te hominem. Quandoquidem enim corpus accepisti mortale & patibile, id circo & terra execrationem accepit, & spinas tullit, ac tribulos.* Et in huius cōfirmationē adducit loca superius allegata. Tādēquē confirmant ex illo, Apoca. 21. *Et vidi cælum nouum & terram nouā. Primum enim cælum, & prima terra abiit, & mare iam non est.* Hanc sententiam tuetur Ambros. Chaterinus in Commentarijs super. 2. Canon. Petri, cap. 3. in illa verba: *Adueniet dies Domini, &c.* Cæterum, si hæc sententia sicut proposita est intelligatur, manifeste apparet quam sit contraria non solum Sanctoꝝ dictis, sed & scripturarum testimonijs. Quæ cælum & terram perpetuo mansura affirmant. Ecclesiastes, 1. dicitur: *Generatio præterit, &*

generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Et Psalm. 148. de cælis loquens dicit. *Seruit ea in æternum, & in sæculum sæculi.* Nec opus est in re ad eò aperta plura adducere testimonia. Vnde ad vniuersa quæ in contrarium obijciuntur vnica cōmuni solutione satis fit, scilicet, quod in die iudicij dicuntur cæli & terra mutanda, & transitura, non quantum ad substantiam, sed quantum ad statum & accidentia. Cessabit enim cælorum motus, adeoque lucidi & splendidi apparebunt, vt alij noui successisse credantur. De tempore enim isto loquens Esaï. cap. 3. ait: *Et erit lux Lunæ sicut lux Solis, & lux Solis erit septemplex, sicut lux septem dierum, in die qua alligauerit Dominus plagam populi sui.* Quē locum Hieron. interpretatur de ultimo Domini aduentu. Vnde Beda, lib. 6. in Luc. cap. 87. ait: *Si autē cælum & terra transibunt, mouere potest, quomodo dicit Ecclesiastes? Generatio præterit & generatio aduenit, terra vero in æternum stat? Sed aperta ratione cælum & terra per eam quam nunc habent imaginem transeunt, attamen per essentiam sine fine subsistunt. Præterit enim figura huius mundi. Et ad locum Angelus, erit, inquit, Cælum nouum & terra noua. Quæ quidem non alia cōdenda sunt, sed hæc ipsa renouantur. Cælum igitur & terra transibit, transibit & erit, quia & ab ea quam nunc habet specie per ignem tergetur, & tamen in sua semper natura seruabitur. Vnde per Psalmistam dicitur: *Mutabis ea & mutabuntur.* Quam quidem vltimam commutationem suam, ipsis nouis nunc vicissitudinibus nūtiat, quibus nostris visibus indefinenter alternant. Nam terra*

Psalm.

Post iudiciū
immutanda
omnia nouā,
que cōpūtatē
accipient.

Esaï.

Hieron.
Beda.

à sua specie hyemali ariditate deficit, vernali humore viridescit. Cælum quotidie caligine noctis obducitur, & diurna claritate renouatur. Hinc ergo, hinc fidelis quisque colligat, & interire hæc, & tamen per innovationem refici, quæ constat nunc assidue velut ex defectu reparari. Similiter exponendus est locus Petri, & locus Apocalyp. Quorum longiores expositiones breuitatis causa prætermittimus.

Illud aduertimus, quod Beda loco allegato, quem sequitur sanctus Thom. in Caten. super Euangelic. nec cogatur cælum hoc corruptibile asserere, affirmat, per cælum isto loco non intelligi cælum æthereum: sed cælum æreum. Quod vltimæ conflagrationi reseruatum est. Quod vero cælum appelleretur aer iste, ad eò manifestum est in Scriptura, vt probatione non indigeat. Dicimus enim communiter volucres cæli, quæ in aëre moventur. Quod deducit ex loco Petri allegato. Inquit Beda: *Calum quod transibit, nõ æthereum siue sydereum, sed æreum, à quo & aues Cæli & nubila cognominantur, intelligere debemus, Petro attestante qui dicit, quod cæli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens verbo Dei, per quæ ille tunc mundus perijt. Cæli autem qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt igni reseruati in die iudicij, & perditionis hominum impiorum. Aperte docens quia non alij cæli sunt igne perituri quam qui aqua periti, hoc est, inania hæc, & nubilosa ventosi aeris spatia. Neque enim aqua diluuij, quæ quindecim tantum cubitis montium cacumina transcendit, vl-*

tra aeris ætherisque confinia peruenisse credenda est. Vnde infert, quod ex isto loco Petri colligitur: quod ignis iudicij ad eum vsq; locum perueniet, ad quem diluuij aquæ peruenierunt. Atque ad eò quod ignis conflagrationis vltimæ non ascendet supra cælum æreum. Vnde etiam infertur, quod cæli sideri non sunt purgandi igne illo finali, neque ad illos pertinet, quidquid dicat Ambros. Chaterin. Et colligitur ex August. 20. de Ciuitate Dei, cap. 16. vbi ait: Tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione peribit: sicut factum est mundanarum aquarum inundatione diluuij. Illa itaque, vt dixi, conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo pœnitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant, vt scilicet mundus in melius innouatus, apte accommodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis. Vbi ostendit solum in elementis & his inferioribus conflagrationem futuram. De mari vtrum permansurum sit vel exsicandum dubitat August. loco prædicto. & capite. 18. dicit, quæret aliquis vbi sanctorum corpora erunt tempore conflagrationis? & possumus respondere, futura esse in superioribus partibus, quo non ascendet flamma illius incendij, quæ admodum nec vnda diluuij. Quod affirmat Anselm. in cap. 1. ad Hebræ. exponens illud, ipsi peribunt, &c. & S. Thomas, rationem reddens huius in enarratione Euangelio

Ignis iudicij ad eum locum perueniet ad quem aquæ diluuij deueniunt.

Cæli nõ sunt purgandi igne finali.

August.

Mare an exsicandum dubitat August.

Anselm.

S. Thom.

rum

*Beda.
S. Thom.*

rum Dominicatum, inquit. Est autem diligenter notandum, quod ante quam Saluator noster ad mundum iudicatum veniat, mundus iste corporens diligenter per ignem purgabitur. Unde sicut corpus hominis gloriificari post corruptionem debet, innoxium prius: & purgari a duobus, scilicet, ab omni corruptione, & in sectione culpa: ita & alia corpora propter hominem facta, ab his duobus proportionabiliter mundabuntur. Et quamuis ista corpora inferiora non sint susceptiva in sectionis culpa propriae, tamen ex culpis in locis corporis perpetratis, relinquuntur in eis congruitas. Ad hoc autem ut spiritualibus rebus talia corpora sint apta & conueniant, congruum est, ut depurentur & purgentur. Unde videmus quod loca, in quibus sunt aliqua crimina commissa, non sunt idonea ad spiritualia in eis exercenda, nisi prius quadam purgatione praemissa: & ideo quantum ad partem mundi quae in usum nostrum venit, indiget purgatione. Similiter quia circa medium locum elementorum multa sunt corruptiones & alterationes, quae puritati eorum derogant, ideo ab illis duobus oportet elementa purgari: ad hoc, quod decenter recipiant gloria nouitatem. Ignis autem cum habeat maiorem conformitatem & similitudinem cum gloriosis corporibus, quam alia elementa, quia etiam inter omnia alia elementa ipse ignis est maxime actiuus, ideo conuenienter habet fieri huiusmodi purgatio per ignem. Statimque declarat quomodo ignis iste eiusdem speciei futurus est cum igne isto materiali, & quod non ascendet ultra caelum aereum.

Quibus suppositis ut ad literae expositionem redeamus, cum Sal-

uator ait: *Caelum & terra transibunt*, non intendit afferere illorum mutationem, transitum, & finem: sed quod verbi sui ostendat firmitatem, adducit in confirmationem quoddam impossibile. Quasi dicat. Impossibile est caelum & terra transire, & ego dico vobis quod impossibilius est, ut verba mea non impleantur. Potius transibit & desinet esse caelum & terra, quam verba mea praetereant. Quo loquendi modo frequenter homines vtuntur. Quo & Vergilius, in quadam Eglog. vsus est dicens.

*Ante leues ergo pascetur in aethere cerni
Et freta destituēt nudos in litore pisces:
Qua nostro illius labatur pectore vultus.
Vnde satis aperte constat, quam sint divina verba firma & immutabilia. Sicut enim Deus idem semper & immutabilis perseverat: Ego Deus & non mutor: ita verba eius immobilem continent veritatem.*

Non enim est Deus ut homo ut mentatur, Num. 23. aut sicut filius hominis ut mutetur. Sed quod semel dixerit firmum & ratum manebit.

*Quod Matth. 24. etiam affirmauerat. Caelum terra transibunt: Iota vero vnum aut vnus apex non preteribit a lege, donec omnia fiant. Matth. 5. Vnde quo eorum, quae a Prophetis praedicebantur, certitudinem ostenderet scriptura, saepe vtitur hac phrasi: Hec dicit Dominus. Ac si diceret. Non sunt verba hominum, quae deficere poterunt & non adimpleri, verba Dei sunt, quae non transibunt, id est, non frustrabuntur suo effectu. Sic interpretatur Chryso-
stomo. Homil. 79. operis perfecti. in Matth. Vbi tandem aduerte,*

Quare elementa igne purganda.

Diuinorum verborum firmitas ostenditur.

Vergil.

Num. 23.

Matth.

Chryso.

quod cum Christus dicit: *Verba mea non transibunt*, non loquitur de verborum sono: sed de rebus significatis, quæ infallibiliter euenient. Et sensus est: *Verba mea non frustrantur suo effectui. Quod per Esai. capit. 53. prædixerat: Et verbum meum non reuertetur ad me vacuum. Ver-*

bum vacuum reuerti dicitur, quando suo effectu frustratur, & non adimpletur. Verbum ergo Dei non reuertetur vacuum: quia semper implebitur. Hinc discite quam firmæ sint Dei promissiones, & de illis confide.



EXPOSITIO MORALIS.

PRIMA CONSIDERAT.

Quomodo Deus diuer-
sis medicaminibus ad
hominum salutem vta-
tur asperis & sua-
uibus.

Erunt signa in Sole, &c.

DRINCIPIO huius
moralis expositionis, (an-
te quã ad alias particula-
res considerationes, quæ circa
singula huius Euangelij verba ex-
citari possunt, explicandas venia-
mus) operepretium erit, in commu-
ni & in generali aliquas rationes
proponere ex illis, quas sancti Pa-
tres assignant, quare Ecclesia in
prima hac Dominica Aduentus
hoc Euangelium proponat. Quod,
vt in literæ expositione diximus,
de vltimo Christi aduentu, & ex-
tremi iudicij die agit. Intendit igitur
Ecclesia toto isto tempore di-
sponere & præparare hominum
corda, vt venturum Dominum dig-
nè & fructuose valeant recipere.
Intendit complanare itinera, vias
strare: ea, quæ obstare possunt ve-
nienti tollere: ornare corda homi-
num, vt dignum Domino fiant ha-
bitaculum, emollire pectora lapi-
dea, vt carnea effecta: *Suscipiant in-
situm verbum, quod saluare potest,* (vt
dicit Iacobus in sua Cano. cap. 1.)
Animas nostras. Sicut enim terreno
Rege ad aliquam ciuitatem adue-
niente, illi quibus regiminis cura

commissa est, solliciti decurrunt, vt
omnia necessaria parent, vias com-
planant, portas ciuitatis instaurant
& depingunt, vicos & plateas ador-
nant, regiam domum ditissimis ta-
petibus operiunt. Quod si interro-
ges causam tantæ sollicitudinis tan-
tiq; apparatus. Respondent, hæc om-
nia fieri, quia rex venturus est, &
vt recipiatur sicut regia magnitu-
do exposcit. Sic Ecclesia cum vi-
deat Regem cæli & terræ, Regem
regum & Dominum dominantiu,
in cuius ditione cuncta sunt posi-
ta, relicto illo cælorum adeo illu-
stri & delicijs pleno habitaculo,
aduenite, vt inter homines degat,
& in eorum cordibus mansionem
faciat, (omni cura & studio procu-
rat vias præparare, semitas dirige-
re: vt præcursor dicebat Matth. 3.
*Parate viam Domino, rectas facite semi-
tas eius.* Intendit reficere quæ dirup-
ta sunt, instaurare & ornare portas,
scilicet, sensus hominum, (quibus
ad animam cuncta ingrediuntur,) &
ipsum cor adornare & munda-
re, vt dignum fiat regi cælorum ha-
bitaculum. Cumquæ videat non so-
lum hominum segnitiam in neces-
sarijs præparandis, sed & obstina-
tam duritiem, (qua corda sua Do-
mino clauerunt, & quod claman-
ti & pulsanti, vt ipse testatur Apo-
calyp. 3. *Ego sto ad ostium & pulso:*
Imo & roganti, Cantico, 5. *Aperi-
mihi soror mea sponsa: quia caput meum
plenum est rore & rinzini mei guttis
noctium,* aperire nollunt:) Vtitur ad
debellandum cor durum securi tim-
oris, quæ cordis duritiem scin-
dat,

Matth.

Apoca.
Cant.

Timor iudi-
cij securis est
scindens ho-
minum dura
corda.

Disponere
intendit cor-
da ad susci-
piendū Chri-
stum propo-
sito vltimo iu-
dicij die.

Ia ob.

Simile.

dat. Proponit iram & indignationem iustam regis, & futuri iudicij rigorem, vt illis perterriti homines cedat & cordis seras Domino apertiant. Vnde, sicut Deus, vt hominū corda emolliat & ad se trahat, interdum blandis, interdum duris & asperis vtitur remedijs: aliquando misericordia vtitur, & beneficijs trahere procurat, aliquando rigore & tormentis scindere: vt quos blanditijs conuertere non valuit, terroribus & doloribus domatos ad se reducat. Eodem modo Ecclesia quos blanditijs flectere, & oleo misericordiae emollire & curare non valuit, terroribus & vino diuinæ iustitiæ ad saniolem mentem reuocare studet. Habet se sicut peritissimus medicus, qui cognita egitudine, principio (quando humor viget, crudus est & fortis,) adhibet aspera & rigida medicamenta, quæ dolorem inferunt: vtitur euacuationibus sanguinis, diæta, fame & siti infirmum attenuat, aliaq; medicamenta apponit, quæ sua vi rigorem humoris superent: at vbi iam coepit humor minui, & medicamentis cedere, leniora adhibet medicamina & faciliora, quibus naturam, humoris vi debilitatam, confortet. Eodem modo Ecclesia se habet cū hominibus: videt cordis duritiem ad eum eximiam, & quod præ abundantia humoris vitiorum veluti lapideum redditū sit & insensibile cor, desiderat & procurat duritiem istā cordis auferre (vt per Ezechiel cap. II. & cap. 36. Dominus restatur, dicens: *Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carnicum, & spiritum meum ponam in me*

dio vestri. & faciam vos, vt in præceptis meis ambuletis &c.) Intendit erradicare genimina criminum, quæ opera sunt diaboli: *Venit enim Christus, vt habetur, i. Ioan. 3. Vt destruat opera diaboli.* Procurat destruere veterem hominem, qui secundum carnem factus est, & erigere nouum, qui secundum spiritum creatus est, vt dicit Paulus ad Ephesio. 4. Ideo principio, dum viget morbus, adhibet aspera medicamenta iustitiæ Dei, rigoris, iudicij, pressuræ hominum, signorum in Sole, Luna & stellis, commotionis terræ & maris, aduentus iudicis. Vt his medicamentis cor mitescat, & cedat, Deoq; subiiciatur. Postea vero, cum viderit humorem aliquantulum cedere, facilia & lenia adhibitura medicamina, scilicet, misericordiam, clementiam, facilem & placabilem Dei animum, & benignitatis viscera ad peccatores suscipiendos.

Huius rei optimum exemplum possumus conspiciere in homine illo, Lucae. 10. Qui descendens a Hierusalem in Hierico incidit in latrones, qui eum vulneratum & semimortuum reliquerunt: cui occurrit Samaritanus, & medicinam vulneribus apponens, vinum & oleum in vulnera infudit. Vinum quippe asperum est, pungit, mordet, & dolorem causat: quo diuinæ iustitiæ rigor significatur. Oleum vero lenit, delectat, & suaue est, quo misericordia describitur. Sed illud considerandum est, quod prius vinum infundit, vt sua mordacitate tergat, corrodat, & mundet vulnera: postea vero oleum adhibet, vt dolorē temperet, confortet & sanet. Quod

Eccle-

Simile.

Simile.

Aspera remedia adhibet Ecclesia, vt corda duritia emolliat mox lenia & suauia.

Ezechie.

Ioan.

Ephes.

Lucae.

Prius vinum postea oleum infunditur quia prior rigor postea benignitas applicari debet.

Ecclesia imitatur, & verbi Dei con-
cionatores præstare debent. Prius
vinum infundere, iustitiæ rigo-
rem, iudicij districtam rationem,
iudicis iram, tormentorum mag-
nitudinem proponere debent, vt
his commoueat hominis cor, mi-
tescat, & lenius fiat, a vitijs & pec-
catis abstineat. Postea vero oleum
misericordiæ infundant, quo cor-
da hominum erigant, & ad maio-
ra bona prouocent.

Sed illud maximè dolendum
est, quòd adeò quorundam homi-
num in vitijs suis corda obdurue-
runt, & cicatrices obdlexerunt, a-
deoquè obcalluerunt, vt vini rigo-
rem non sentiant, iustitiæ diuinæ
mordacitatem non percipiant, his
tremendis signis, (quæ insensibiles
creaturas terrent,) non commo-
ueantur: quin potius in suo rigore
persistant, & in peccatis suis inuo-
luti maneant. Vnde maxime ti-
mendum est, ne ab eis Deus manū
suam auferat, & vt in curabiles
in suis vitijs amplius sordescere de-
relinquat. Sicut Pharaoni contig-
it, cuius cor induratum erat, ne
dimitteret populum Dei, vt habe-
tur Exodi, 4. & 8. Qui tot flagellis
adeò asperis, tot signis adeò pro-
digiosis, tot medicamentis adeò
rigidis noluit Deo cedere, atque
adeò in sua malitia persistēs tradi-
tus est in desideria cordis sui, in qui-
bus aquis maris obrutus misere pe-
rijt. Sicut enim medicus videns re-
media sua nihil infirmo prodesse,
sed morbum quotidie crescere, &
in peius progredi, incurabilem iu-
dicat egritudinem, & infirmum
sua voluntati relinquit: sic Deus,

(licet nullus ei morbus incurabi-
lis sit,) videns hominum ingrati-
tudinem, & quod sua misericordia
nihil proficiant, sed in peius proce-
dant crimina criminibus addentes,
solet homines deferere iustissi-
mo suo iudicio; vt suorum pecca-
torum debitam pœnam suscipiāt.
Hieremiæ, 51. hoc eleganter expli-
catur. Inducit enim Propheta
Dominum peccatorum miseriam
dolentem, & mederi eorum malis
desiderantem, dicentem ad medi-
cos, pastores, & prædicatores, qui-
bus animarū cura commissa est.
*Tollite resinam ad dolorem eius, si for-
te sanetur. Vbi Glossa interlinealis,*
ait. *Præcipit tolli resinam, quia nulla
anima Deo insanabilis est.* Addit ve-
ro: *Si forte sanentur.* Non quod de
potentia Dei ad sanandum dubi-
tet: sed de animæ voluntate, quæ
ad eius salutem necessaria est. *Quia,*
inquit *Glossa, potest sanari, si vult.*
Statim subiungit Propheta vocem
medicorum Domino responden-
tium: *Curauimus Babylonem, & non
est sanata, derelinquamus eam, & ea-
mus vnusquisque in terram suam.* In
quem locum *Glossa* dicit: *Vide, ne
quando Angelis præcipiat Deus
languenti animæ tuæ medicamina
conficere, si quomodo possit sana-
ri, & respondeant ei: Curauimus
Babylonem, ostendentes animam
tuam passione confusam & non
esse sanatam. Non scientiam artis,
nec vim resinæ criminantur: sed
te, quia noluisti eis obedire. Sunt
medici sub magno medico Angeli
Dei volentes animas nostras a vi-
tiji curare, quos ipsi repellimus, dū
consilij eorum nō acquiescimus,*

Hierem.

*Glossa inter-
Morbus in-
sanabilis red-
ditur volun-
tate propria.*

Glossa.

Glossa.

*Solet Deus
relinquere
quos videt
duris medica-
minibus non
emolliiri.*

Exod.

Simile.

videntesquē se perdere operam ad
 inuicem dicunt, relinquamus eam,
 &c. Quasi dicant, tradita est nobis
 medicina a Deo, vt animam cure-
 mus humanam, adiutoria medica-
 mina adhibuimus, contumax est,
 non vult obseruare quod dicimus,
 studium nostrum non sequitur ef-
 fectus: abeamus vnusquisquē in ter-
 ram suam, id est, ad nostra nego-
 tia. Cauene quando relinquat te
 medicus, vel Angelus Dei, vel cui
 credita cura est sermonis ad medi-
 camina salutis, & dicat: Abeamus
 quisquē in terram suam. Qui ap-
 propinquauit in cælū iudiciū eius
 Patet enim quod abscissio medici
 condēnatio tua sit irremediabilis
 nolentisquē curari. Accidet ergo ti-
 bi, quod accidit his, qui desperan-
 tur a medicis, & vtentes voluptate
 morbi ad peiora merguntur. Sæpe
 prudens medicus accedit ad lan-
 guentem, & quantum arspatitur,
 & industria medicinæ, non cessat:
 sed si egritudo tāta sit, vt repugnet
 curationi, aut eger per impatien-
 tiam doloris contra faciat quā iu-
 betur, relinquit eum desperans:
 ne expiret inter manus eius, &
 mortis videatur reus. Ne ergo in-
 ter Sanctorum Angelorum manus
 moriamur, desperantes de nostra
 correctione & salute recedunt di-
 centes, quod habetur Esaiæ, ca-
 pite, 1. *Non est malagma imponere,
 neque oleum, neque alligaturam: quia
 appropinquauit iudicium eius celo,
 eleuauit vsque ad astra. Sic trans-
 ferunt Septuaginta Interpretes lo-
 cū istū. Vnde Grego. 3. part. Cuiæ
 Pastoralis, admoni. 14. dicit: Aliter
 admonendi sunt qui flagella metuent, &*

*propterea innocenter viuunt, atq; aliter
 admonendi sunt qui sic in iniquitate du-
 ruerunt, vt neq; per flagella corrigantur.
 Illi enim admonendi sunt, vt mala ven-
 tura ita perhorrescant, ne tamen spem
 deponant: contra hos vero districtē di-
 uina sententiæ proferenda sunt, vt ad
 sui cognitionem considerata æterna dā-
 natione reuocentur. Audiant, inquit,
 in se impletum esse quod scriptum est.
 Prouerb. 27. Si contuderis stultum in
 pala, quasi ptisanas feriente de super pi-
 lo, nō auferetur ab eo stultitia eius. Cō-
 tra hos Propheta Hieremias, ca. 5.
 Domino cōqueritur, dicēs: Attrinui
 sti eos, & reuenerunt accipere discipli-
 nam. Hinc est quod Dominus dicit,
 Esai. 9. Interfeci & peridi populum
 istum, & tamen a vīs suis non sunt re-
 uersi. Hinc rursus ait: populus non est
 reuersus ad percutientem se. Hinc vo-
 ce flagellantium Propheta Hieremias,
 cap. 5 1. conqueritur dicens: Curauimus
 Babylonem & non est sanata. Babylon
 quippe curatur, nec tamen ad sanitatem
 reducitur, quando mens in praua actio-
 ne confussa verba correctionis audit, fla-
 gella correctionis percipit, & tamen ad
 recta salutis itinera redire contemnit.
 Et Saluator de Scribis & Phari-
 sæis loquens Matth. 15. (qui signis
 & miraculis ab eo factis duriores
 reddebantur) discipulis suis dixit:
 Sinite illos, quia cæci sunt, & duces ca-
 corum. Quod etiā ostendere volens
 Christus præcepit Apostolis, quan-
 do eos misit prædicare, vt si in ali-
 qua ciuitate illos recipere noluis-
 sent, exirent, & excuterent puluerē
 calceamentorū in signū, quod eorū
 prædicationem recipere noluerūt.*

Cauent ergo homines, & dum
 medicus adest, cōuertantur: ne spe-
 rent

Qui peiores
 flagellis sūt
 desperati sūt
 Prouer.

Hiere.

Esai.

Hiere.

Math.

Luc.

Simile.

Esai.

Grego.

SECUNDA CONSIDERAT.

De duplici Christi aduentu, & eorum differentia.

Erunt signa in Sole, &c.

Duplicem esse Domini visibilem aduentum omnis catholica Ecclesia confiteretur, & fides docet. Primus est, quo à regali sede verbū Patris descendens in carne nostra visibile apparuit. Quo, ut dicit Paulus ad Galat. 4. *Misit Deus filium suū factū ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.* Quo, verbum Patris, ut habetur ad Philip. 2. *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, & verus homo habitu nostræ mortalitatis indutus, cum hominibus cōuersatus est. Quo, qui peccatum nō fecit, nec dolus inuentus est, in ore eius, 1. Pet. 2. Venit in similitudinem carnis peccati, ad Rom. 8. ut omnium peccata deleret. Quo, verbū per quod omnia facta sunt, & in quo omnia viuunt Ioann. 1. insitū est arbori nostræ naturæ, ut sterilis pareret plurimos virtutum fructus. Aduētus iste clemētix, pietatis & misericordiæ plenus est, Quo, puer datus est nobis, ut habetur Esai. 9. Et Rex noster venit mansuetus, ut testatur Zacha. cap. 9.*

Secundus aduentus visibilis erit, quādo iste, qui humilis inter homines apparuit, venturus est in gloria cum maiestate & potestate magna, iudicaturus viuos & mortuos, & rationem positurus cū seruis suis de commissis sibi talentis, ut habetur

Primus aduentus dies misericordiæ.

Galat.

Philip.

Petr. Roman.

Ioann.

Esai.

Zachā.

Secundus aduentus visibilis & rigore plenus.

rent diem illum, quo mitius fiet cū Sodomitis quam cum generatione hac. De qua conqueritur Dominus per Ezech. cap. 22. dicens: *Versa est mihi domus Israel in scoriam: Omnes isti facti sunt mihi as, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis.* Quem locum exponens Greg. 3 p. Curæ Pastoral. Admoni. 14. Inquit: *Purgare eos per ignem tribulationis velui, & argentum illos vel aurum fieri quæsiui: sed in fornace mihi in as, stannum, & ferrum, & plumbum versi sunt: quia non ad virtutem, sed ad vitia etiam in tribulatione proruperunt. As quippe dum percutitur, amplius metallis cæteris sonitum reddit. Qui igitur in percussione positus erumpit ad sonitum murmurationis, in as versus est in medio fornacis. Stannum vero cum ex arte companitur, argenti speciem mentitur. Qui verò simulationis vitia non caret in tribulatione, stannum factus est in fornace. Ferro autem vititur qui vitæ proximi insidiatur: ferrum itaq; in fornace est, qui nocendi malitiam nō amittit in tribulatione. Plumbum quoq; cæteris metallis est grauius. In fornace ergo plumbum inuenitur, qui sic peccati sui pondere premitur, ut etiam in tribulatione positus à terrenis desiderijs non leuetur. Hinc rursum apud eundē Ezechielem, cap. 24. Scriptum est: *Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admouet, ut in nobis rubiginem vitiorum purget: sed nec per ignem rubiginem amittimus quando & inret flagella vitio nō caremus.* Hinc Hierem. cap. 6. dicit:*

Frustra conflauit conflatōr, malitiæ enim non sunt consumpta.

Ezechie.

Grego.

Ezech.

Hierem.

tur *Matth. 25.* quando ad eò terribi-
 lis demonstrabitur, vt vniuersum
 pauca, omnia commoueantur, ter-
 ra, Aqua, Aer, Ignis, Cælum, Sol,
 Luna, Stellæ, homines arescant, An-
 geli contremiscant, omnia deniq;
 irati & tremendi iudicis manife-
 stum præbeant testimonium. De
 vtroq; isto aduentu varicinat^{us} est
 Malachias, cap. 3. dicens: *Ecce ego
 mittam Angelum meum, & prepara-
 bit viam ante faciem meam: & statim
 veniet ad templum suum dominator
 quem vos queritis, & Angelus testamē-
 ti quem vos vultis. Ecce venit, dicit Do-
 minus exercituum, & quis poterit cogi-
 tare diem aduentus eius? Et quis stabit
 ad videndum eum? Ipse enim quasi ig-
 nis conflans, & quasi herba fullonum:
 & sedebit constans & emundans ar-
 gentum, & purgabit filios Leui. Et cola-
 bit eos quasi aurum & quasi argentum:
 & erunt Domino offerentes sacrificia
 in iustitia.* August. lib. 18. de Ciuit.
 Dei. cap. 35. prophetiam istam in-
 terpretans, ait: *Hoc loco, & primum,
 & secundum Christi prænuntiauit ad-
 ventum. Primum scilicet de quo ait: &
 subito veniet in templum suum Domi-
 nus, id est, in carnem suam. De qua di-
 cit in Euangelio, Ioann. 2. Soluite tem-
 plum hoc & in triduo resuscitabo illud:
 secundum vero vbi ait: Ecce veniet di-
 cit Dominus omnipotens & quis susti-
 nebit diem introitus eius, aut quis resi-
 stet in aspectu eius? Et lib. 20. capit.
 25. & 26. Singula verba accommo-
 dare procurat propositæ suæ expo-
 sitioni declarans, quod erunt offe-
 rentes sacrificium iustitiæ in æter-
 na beatitudine. Eodē modo inter-
 pretatur prædictum locum Euseb.
 lib. 5. demonstrationi Euangelic.*

cap. 28. & Theodore. & Nicol. de
 Lyra. Et Glossa interlinealis in-
 quit: *Ecce venit, qui iuste iudicabit, cui
 Pater dedit omne iudicium.* & quidem
 prædictis verbis exponit Propheta
 effectus secundi aduentus per quā-
 dam cōtra positionem ad effectus
 prioris aduentus. Dixerat enim de
 primo: *Statim veniet ad tēplum suū do-
 minator, quem vos queritis.* Quo pax,
 benignitas, & māsueto veniētis
 explicatur, & quod desideratus ad-
 ueniat, atq; ex animi voris. Secun-
 dō dixerat: *Et Angelus testamēti quē
 vos vultis, id est, nuntius pacis & fœ-
 deris, quod vobiscū pepigit Deus,
 & vos desideratis.* His contraponit
 secundi aduentus qualitates, dicēs:
Ecce venit. Ac si dicat. Qui prius nū-
 tios & Prophetas miserat, vt eius
 aduentum annuntiaret, ecce nunc
 ex abrupto & subito venit, quan-
 do homines nō putant. Id donotat
 particula: *Ecce. Quia dies Domini ve-
 niet sicut fur.* Vt testatur Petrus, 2.
 Canon. cap. 3. Vt autem ostendat,
 non solū certitudinē diei istius, sed
 & propinquitatē, non vtitur verbo
 futuri tēporis, sed in præsentī dicit:
ecce venit. Quā autem terribilis fu-
 turus sit aduersus iste declarat in ge-
 nerali dicens: *Et quis poterit cogitare
 diem aduentus eius? & quis stabit ad vi-
 dendum eum?* Ad eò terribilis erit, vt
 non solum illum inspiscere horribi-
 le sit, sed & expectare tremendum,
 & mente reuoluere, & cogitatione
 iustrare intollerabile. Quæ enim ni-
 mis horribilia sunt, non solū quan-
 do videntur, timorem incutiunt:
 sed & quando cogitatur, terrēt. Ad-
 dit, *& quis stabit ad videndum eum?*
 Maiestatē venientis declarat, quæ
 tanta

Theodor.
 Lyra.
 Glossa.

Secundi ad-
 ventus quali-
 tates & con-
 ditiones ter-
 ribiles decla-
 rat.

2. Petri.

Matth.

Malach.
 Locus Mala-
 chæ ipe ex-
 ponitur.

August.

Ioann.

Euseb.

tanta erit, ut nullus illam valeat sustinere. Deinde in particulari declarat huius diei qualitates dicens: *Ipsa enim quasi ignis confluens.* Quia ut habetur Psalm. 49. *Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida.* Sicut enim horribile est visui fornacis ardentis flammam fumo mixtas conspiceret: sic & terribile erit vultum iudicis intueri. *Et sedebit confluens, &c.* dicit: *Sedebit.* Quia licet breui iudicium futurum sit, omnia & singula adeo curiose discutientur, & examinabuntur: ut neque verbum otiosum, aut cogitatio leuis prætermittatur, & sicut igne examinatur, purgatur, & colatur argentum, & omnis eius scoria consumitur, & separatur. Sic & in ultimo iudicio omnia examinabuntur. Ex verbis autem his: *Et purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & argentum.* Duo colligi possunt, primo quod nullus ab hoc iudicio liberabitur, cum filij Leui, (qui Deo dicati sunt, & de sorte eius) examinandi dicantur & purgandi. Secundum, qua rectitudine, qua curiositate examinanda est cuiusque causa, cum dicat: *Colabit.* Colare enim est paulatim & guttatim aliquid stillare, quod Hispanice dicimus: *pasar por coladera.* Quod Petrus. 1. Canonica. cap. 4. declarauit dicens: *Si iustus vix saluabitur, impius & peccator vbi parebunt? Vix.* inquit, *saluabitur iustus: quia colabit Dominus filios Leui.* id est, eos qui sancti & iusti videbantur. Quoniam ut dicit Petrus: *Tempus est, ut incipiat iudicium a domo Dei. Si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt Lei*

Psalm.

simile.

In iudicio licet breui fiet omnia & singula adeo curiose examinabuntur, ut nihil lateat, deo dicitur iudex sedere.

Nullus ab hoc iudicio liberabitur.

Et curiositate examinatione de singulis que salutariter per coladere, ut Hispanice dicitur. Petrus.

*Euangelio? Et Paulus, 1. Corint. 4. dicebat. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui enim iudicat me Dominus est. Qui non solum sedebit confluens & emundans argentum, & purgabit filios Leui, igne eos examinans. Quia cuiusque opus quale sit probabit ignis, ut dicit Paulus, 1. Corint. 3. Qui locus de iudicio, vel particulari cuiusque in morte, vel vniuersali in sæculi consummatione communiter intelligitur. Vbi per ignem (qui probaturus est cuiusque opera) aliqui inter quos est Caieta, metaphoricè diuini iudicij exactum & strictum examen interpretatur, quod singulorum opera discutienda & probanda vel reprobanda sunt. Illaque dicuntur manere, quæ probantur, illa ardere, quæ reprobantur. Non quia mortaliter mala sunt, sed quia curiose & leuiter facta. Alij intelligunt per ignem tribulationem, quæ diem illum præcedet, quæ probandi sunt electi. Alij interpretantur de igne vero & reali conflagrationis, qui præcessurus est iudicis aduentum, & respectu electorum purgatorius erit. Sic interpretatur Glossa, dicens: *Duos ignes futuros legimus, vnum æternum, quo æternaliter punientur reprobi, qui sequetur iudicium. Alterum, qui præcedet, quo exuret facies mundi huius: qui emendabit eos, qui superedificauerunt lignum, fenam, stipulam. Qui autem aurum, argentum, lapidem pretiosum, de utroque igne sunt securi. Has duas vltimas interpretationes probat S. Thom. in istum locum Pauli, in-**

Corint.

Corint.

Quis ignis probaturus sit quale cuiusque sit opus.

Caiet.

Glossa.

quiens;

S. Thom.

quiens: Quia in igne reuelabitur dies Domini. Nam dies iudicij reuelabitur in igne, qui precedet faciem iudicis exurotas faciem mundi, & inuolvens reprobos, & iustos purgans. De quo dicitur in Psalm. 96. Ignis ante ipsum precedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Non ergo solum purgabit filios Leui, sed & colabit eos quasi argentum & aurum.

Psalm.

Et licet expositio hæc Augustini propositi loci Malachie optima sit, satisq; a nobis amplificata: tamen non videtur satis literę accomodatı posse. Quia verba illa: *Et placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem, &c.* & illa: *Et erunt offerentes Domino sacrificium in iustitia*: stare non possunt cum ista expositione. Quia in vita illa beata non offerentur Domino sacrificia. Quare Cyrillus, Rupertus, Glosa & alij omnia ista de purgatione & colatione filiorum Leui, & de sacrificijs & oblationibus referunt ad primum Domini aduentum, & sic contextus literę placidius currere videtur. Adeoq; germanus sensus hic literę videtur, vt Theodoret. & Lyranus. (qui de secundo aduentu prædicta verba cum Augustino intellexerunt,) cum ad istorum expositionem: *Ipse enim quasi ignis constans, &c.* Venerunt, de primo aduentu ista interpretati sint. Sed quod in hac expositione difficultatē habet illud est, quomodo dicatur de Domino quod in primo aduentu, (qui totus misericordię est, vt diximus, erit sicut ignis cōflans? Hieronymus,) quem sequitur Glosa, ignem istum non pro igne vero accipit, sed pro igne tribulationis & per

Cyrill.
Rupertus.
Glosa.Theodor.
Lyr.Hieron.
Glosa.

secutionis, qui contra Dei seruos in Ecclesia exortus est: quoniam non solum examinati & probati sunt veri Christiani, sed & colati. Sed ista explicatio quadrare non potest literę. Quia verbis istis reddit rationem eorum quę dixerat: *Quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum?* Cuius non videtur conueniens ratio, quia ipse purgabit & laboribus examinari faciet suos. Theodoret. & Rupertus ignem istum dicunt esse Spiritum sanctum, qui datus est credentibus in linguis igneis in die Penthecostes. De quo Matth. 3. dictū fuerat: *Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.* Sicut enim ignis metalla conflat, & emundat aliena separando, quę vero perfecta sunt & vnus naturę congregando: ita Spiritus sanctus fidelium corda conflabit, & purgabit ab omni terrenorum affectu. De hoc igne Luc. 12. dicit Dominus: *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accedatur?* Et Esai. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinē Hierusalem lauerit de medio eius in Spiritu iudicij, & Spiritu ardoris.* Vides ignē constantem, & herbam fullonum abluentem? Alij exponunt prædicta verba Malachie de lege Evangelica, cuius diuersos, mirabiles, & inexplicabiles effectus Propheta his similitudinibus aperit dicens: *Ipse enim quasi ignis constans, &c.* Evangelio enim describendo, & ad eius virtutem explicandam varijs nominibus vtitur scriptura desumptis ex diuersis effectibus, quos in hominum cordibus Evangelium causat. Inter quę, non contemnen-

Theodor.
Rupertus.

Matth.

Luc.

Esai.

Euāgelij vis
explicatur.

da sunt

da sunt duo hæc nomina, ignis, & herba fullonum. Quia utraq; hæc res natura sua impuritati aduertitur, & ad nitore & ad puritatem cōducit. Ignis enim aliena & dissimilia separat, propria & similia coniungit, & probat quæ meliora & puriora sunt, impura & mala consumit & dissipat. Præterea fullonū herba, (quæ vulgo, *Saponaria* dicitur,) ad maculas & sordes eluendas instituta est, vestes mundat & illustrat. De qua dicitur Esai. 1. *Si laueris tenitra, & multiplicaueris herbam borith, adhuc contaminata est.* Herba *Borith*, herba fullonum est: & ostēdere intendit Propheta ad eō contaminatam Hierusalem, vt sordes eius ablui non possint. Vim igitur Euangelij, (qua non solum probare, sed & mundare hominum corda potest, & Dei filios efficere,) verbis his exponit Propheta. Duplicem namq; Euangelij effectum in hominibus videndum esse antiqua oracula prodiderunt. Alterum iudicij & reprobationis eorum, qui vel promissis credere, vel præceptis parere nolluerunt: & iste per ignem declaratur. Alterum vero salutis, sanctificationis, & iustificationis eorum, qui credere & obedire parati erant. Et iste significatur per herbam fullonum. De quibus legēdus Montanus in istum locum Malachia. Cum ergo ex dictis cōstet, quod prædictis verbis de primo aduentu Malachias loquatur, aduertendum est, quod verbis immediate sequentibus loquitur de secundo aduentu, dicens: *Et accedat ad vos in iudicio: & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui*

calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Ita interpretatur Glossa. Verba enim hæc Christi sunt loquentis & dicentis: *Et accedat ad vos in iudicio.* Quia filius hominis venturus est in nubib; cū potestate & maiestate magna. Matt. 25. *Pater enim omne iudicium dedit filio.* Et *ero, inquit, testis velox.* Aduerte qualitatem iudicij, ille qui iudex futurus est, simul & testis est omnium quæ fecimus. Iudex quidem omnium quæ facta sunt, & testis eorum quæ in occulto fiunt, nec hominum testimonijs probari possunt. Ille ergo qui omnia videt, quem nulla latet cogitatio, qui intuetur cor, & scrutatur renes, & testis & iudex futurus est. (Quasi dicat.) Non est opus larga disceptatione, nec temporis multa mora, breui iudicium absoluetur. Ideo dicitur *testis velox*, vt declarat Glossa. Vel quia cito, & qua hora homines non putant venturus est iudex & testis, vt dicit Interlinealis. *Ero testis velox, qui modo tardus videor, dum differo.* De huiusmodi duplici Christi aduentu multa dicunt sancti Patres. Legatur Bernard, Serm. 3. & 4. aduentus.

TERTIA CONSIDERAT.

De signis aduentus iudicis, & diei vltimi propinquitate & certitudine,

Erunt signa in Sole, &c.

Signū in Scriptura multipliciter accipitur, vt in literæ expositione

Herba fullonum Saponaria & Borith dicta.

Esai.

Duplex effectus Euangelij in cordibus hominū.

Benedict. Montanus.

Glossa.

Matt.

Iudex & testis Christus in iudicio.

Glossa.

Int. rlin.

Bernard.

Signi acceptationes variae.

tionem cepimus explicare. Aliquādo enim accipitur vt idē sit quod alterius ostensium, & demonstratum. Et sic definit August. Signū esse, quod præter speciem quam iugerit sensibus, aliquid aliud facit in cognitionem venire. Hæc communis est signi acceptio, & in Scriptura, & in libris Philosophorum iuxta quam sacramenta signa dicuntur, quia aliquid factum significat. Secundo signum denotat rem quæ præter communem vsum & ordinarium virtute supernaturali & diuina euenit. Et isto modo miracula signa appellantur. Non solum quia testimonium reddunt diuinitatis, & Dei virtutē arguunt, & demonstrant, (vt Ioann. 8. affirmat Christus dicēs: *Opera qua ego facio, ipsa testimonium perhibent de me:*) sed etiam quia præter omnem naturæ cursum & virtutem fiunt, signa dicuntur. Tertio accipitur signū pro prodigio seu portento, id est, pro re mira, quæ stuporem & admirationem causat. Sic Ioann. 4. Christus Scribas & Phariseos reprehendēs ait: *Nisi signa & prodigia videritis, nō creditis.* Secundum vocabulum, scilicet, *prodigium*, prioris est explicatio. Et licet isto loco Euangelij, *Erunt signa, &c.* Signum pro prodigio accipi possit, tamen commodius in prima significatione intelligitur, vt aduertit Caieta. dicens: *Quod huiusmodi signa duplicē dicit relationem ad aduentū iudicis, quem significant. Vnam propinquitatis: quam ipse Euangelicus textus declarat: Cum videritis hæc fieri, scitote, quoniam prope est regnum Dei.* Et Matt. cap. 24. dicit. *Scitote quo-*

niam prope est in ianuis: quo maxima propinquitas designatur. Alteram certitudinis, quam etiam Euangelium declarat: Amen amen dico vobis, calum & terra transibunt, verba autem meā nō transibunt.

Ex quibus colligi potest, qua cura, qua sollicitudine, quanta vigilātia nobis viuendum sit, qui ad eō propinquū diem istum credimus, vt iam instare videatur. Qui non solum præconia audiuiimus, sed & signa quam plurima compleri oculis nostris conspiciamus, quæ clamant, & nos admonent: vt castè, piè, & sobriè viuamus in hoc sæculo expectantes beatam spem, & aduētum magni Dei. Videmus enim quotidiana & fere continua bella, terremotus & pestes conspiciunt insurgere gentem contra gentem, & regnum aduersus regnum intumescunt: seditiones & tumultus, vt habetur Lucæ. 11. & optime prosequitur Grego. Homil. 35. in Euange. Vnde maximè timendum est, ne nos imparatos dies Domini comprehendat. Qui propinquus esse minime dubitatur. Videmus enim mundum senescentem, & veluti ruinam minantem. *Quod autem veterascit, & senescit*, vt dicit Paulus ad Hebræ. 8. *Prope interitum est.* Cōsidera terram, quæ vberissimos & copiosissimos solebat olim fructus vltro, (etiā inculta,) proferre, iam quasi lassatam deficere, & maxima parcitate fructus præbere, atq; de hominum complexiones, quam debiles & infirmæ sint. Confer hominum vitam ad eō breuem & laboriosam, vt de illa David Psal. 89. dicat: *Et numerus annorum*

Mundi finē prope esse multa ostendunt.
Lucæ.
Grego.

Hebræ.

Psal.

Ioann.

Ioann.

Caieta.

Duplicem relationem signa ad diem iudicij dicunt.

Matth.

meorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentatibus octuaginta. & amplius eorum labor & dolor. Imo omnes ipsi laboribus & doloribus pleni sunt, confer, inquam, cum vita illa longissima & pacatissima antiquorum Patrum, & videbis, quomodo omnia te de finis propinquitate admoneant, & cautum redere procurent.

Duo vero sunt propinquitatis huius diei signa inter alia multa, quæ mihi, quoties in illorum considerationem venio, maximū timorem incutiunt. Primum, verba illa Saluatoris de aduentu suo loquentis ad Apostolos, Lucæ. 18. *Verumtamen filius hominis veniens putas inueniet fidem in terra?* Et Matt. 24. *Multipseudopropheta surgent, & seducent multos. Et quoniam abundantabit iniquitas, refrigescet charitas multorum.* Multos enim nostris temporibus videmus pseudochristos, & pseudopphetas: qui vestem inconfutilem Saluatoris (qua Ecclesia significatur, quamq; milites diuidere non sunt ausi Matth. 26.) dissecare procurant, & in multas partes scindere, aliam fidem, aliam religionē, aliam Ecclesiā a Catholica & Romana erigere volentes. Qui hominibus laxant habenas, vt secundum sua desideria viuant, & dicunt: *Pax, pax,* (vt ait Hierem. cap. 8.) *Cum non sit pax.* Præterea & inter eos qui Catholici sunt Christianam fidē profitentes, & Ecclesiam Romanā venerantes, si attendas, inuenies refrigerasse aded multorum charitatem, vt impletum videamus, illud Psalm. 13. *Omnes declinauerunt simul, inuiles facti sunt, non est qui faciat bo-*

num. Et illud Hierem. 6. *Vniuersi auaritia student.* Et illud Pauli ad Philipp. 2. *Omnes quæ sua sunt querunt, nõ quæ Iesu Christi.* Nulla pauperum & indigentium vel per exigua cura est. Ideoq; valde timendum. Alterum, quod maiorem causat timorem, est similitudo, qua Saluatoris de die isto loquens vtitur, Matt. 24. & Lucæ. 17. inquit. *Et sicut factum est in diebus Noe. Genes. 7. Ita erit in diebus filij hominis. Edebant, & bibebant, & vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vsque ad diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth, Genes. 19. Edebant, & bibebant, emebant & vendebant: plantabant & edificabant. Qua die autem exijt Loth à Sodomis pluit ignem & sulphur de celo; & omnes perdidit. Secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur. Quæ omnia his nostris temporibus aded inualuisse videmus, vt nihil aliud quam comestationes, ebrietates, luxum, & omnia vitiorum genera conspiciamus. Et quod Paulus timebat, 2. ad Timo. 3. impletum conspiciamus: *Esse homines se ipsos amantes, & quorum Deus venter est: vt habetur ad Philipp. 3. Quare, vt dicebamus maxime timendum est de propinquitate huius diei.**

Secundò ex his signis colligitur, quam certum futurum sit diuinum iudicium. *Calum enim, inquit Christus, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.* Et Matt. 5. *Iota vnum aut vnus apex non præteribit à legē, donec omnia fiant.* Desinant ergo peccatores sibi pacem & securitatem promittere, nec se protegant mendatio

Hierem.
Philipp.

Matt.
Luca.
Genes.

Genes.

Timoth.

Philipp.

Certitudo di
uini iudicij
ex signis istis
constat.
Matt.

Duo signa
propinquitatis
iudicij maxime
consideranda.
Luce.
Matth.

Matth.

Hierem.

Psalm.

mendatio vanitatum suarum existimantes, sibiq; ipsis persuadentes, non adeo certum futurum quod de iudicio audiunt: sed vel concionatorum exaggerationes, vel scripturarum terrores omnia hæc esse, mitissimum & piissimum Deum prædicantes, qui non vult mortem peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Et certe, licet hoc verbis non audeant asserere, factis testantur: dū adeo perditæ viuūt, ac si nunquam essent rationem reddituri, adeo luxuriose & prophane bona sua dissipant, ac si nunquam eorum Dominus aduenturus esset, & rationē cum eis positurus de traditis talentis. Sed falluntur miseri: quia non solum prope est dies Domini, sed & qua hora minus putant superueniet. *Veniet enim,* (vt dicit Petrus, 2. Canon. cap. 3. & Ioann. Apoc. 3. & 16.) *Dies Domini sicut fur.* Semper ergo oportet esse paratos. *Si Paterfamilias,* dicit Christus, Matth. 24. & Lucæ. 12. *sciret, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ita & vos estote parati: quia qua hora non putatis filius hominis veniret.* Sed dices: Non adeo certus est furis aduentus, vt continuo vigilādum sit, bene potero dormire. O homo, tu quises, qui talia dicere audeas? Virginum illarum prudentum & fatuarum euentum considera, Matth. 25. (Cum moram faceret sponsus dormitauerunt omnes, & dormierunt, & statim, quasi somnum expectaret, clamor factus est: *Ecce sponsus venit,*) & intelliges quam sit necessarium continuo vigilare. Vnde concludit Christus: *Vigilite itaq; quia nescitis diem neque*

horam. Vigilare opus est, quia certissimus erit Domini aduentus, licet qua hora venturus sit nemo hominum sciat neq; Angelorum. Vt habetur Matth. 24. Id sibi Dominus reseruauit, vt cautius viuas. Cælum enim & terra transibunt, verba autem Domini non transibunt. Hanc etiam certitudinem signa hæc, (quæ futura sunt in Sole, Luna, stellis, & cunctis alijs creaturis,) significant. Sicut cum rumor oritur quod rex locum mutet, & ad aliquã Prouinciam proficiscatur, fidem non adhibes, donec videas principes cõmoueri, domum & supellectilia regis transferri. Tunc futuram certam transmigrationem ista videns tibi persuades. Ita, ne rumores sparsos sine causa putes de Domini aduentu, & hominum transmigratione, domus hæc regis magna, totū hoc vniuersum commouetur, Sol obscuratur, Luna, & astra commouentur, Principes turbantur, vt sic nullus dubitandi locus homini relinquatur, sibi que caueat & prospiciat, ne imparatum Dominus inueniat.

Matth.

Simile.

QUARTA CONSIDERAT.

De iudicij memoria
qua veluti freno coercere debemus nos nostrosque
affectus.

Erunt signa in Sole, &c.

HIS signis, vt nuper diximus, certitudinem & propinquitatem futuri iudicij declarat Euangelista: vt huius diei

Petr.
Apoc.

Matth.
Lucæ.

Matth.

diei memoria, quasi frano quodā, homines conpescantur; & a peccatis retrahantur credentes futurum diem, in quo iudicaturus est Deus omnes homines, & omnium factorum exactam & districtā rationem sumpturus. Quod eleganter annouit Chrysoſt. Hom. 45. in Ioann. di-

Chrysoſt.
Resurrectio- nis mētio fit & iudicij, vt Dei prouidē- tiam intelli- gamus in re- bus & futu- ra peruenius.

Chrysoſt.
 cōs: *Frequentēter resurrectionis memi- nit, ne presentibus tantum rebus diui- nam perscribant. prouidētiam. Vt si his non fruantur, non propterea pigriores fiant: ne ve quod in hac vita non puni- tur ideo contemnant, sed futura timeāt. Nam si ditescere, si rapere, si absurdum aliquid facere voluerimus, ē vestigio dies illa & iudicium animo inscribatur, & omni frano vehementius absurdos af- fectus cogitatio hęc cohibebit. Atque inuicem & nobis cum semper dicamus: resurrectio est, illud nos iudicium ma- net: & si quem gestientem viderimus, & presentibus bonis inflatum, idem di- camus, & in memoriam reuocemus omnia hic remansura: & si alius dolore & calamitatibus affectus occurre- rit; ad eum quoquē eisdem verbis uti- mur, doceamusquē has miseras finem aliquando habituras. Sufficiens hoc ver- bum, quod omni medicina animam no- stram vehementius curet. Est enim re- surrectio non longe, sed in portis. Ad huc modicum, iam veniet, & non tar- dabit. Et omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, & malos & bonos: illos quidem, vt merito ignomi- nia afficiantur: hos vt in gloria efful- geant. Vniuersa enim hominū per- ditio hinc ortum habet, quod, li- cet ore confiteantur, operibus ta- men negant iudicium futurum, & ita viuunt, vt nunquam illius re- cordentur, vel futurum non cre-*

dant. Sicut stulti homines & bru- tis similem vitam agere volentes, licet id ore asserere non fuerint au- si, corde tamen astruxerunt, scili- cet, non esse Deum, vt testatur Da- uid, Psalm. 13. *Dixit insipiens in cor- de suo, nō est Deus. Ideo corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis, non est qui faciat bonum.* Ita & iudicij diem corde negant, vt viuē di licentiam sumant. Nihil enim est quod ad eō hominem cōtineat, vt credere, & identidem mente re- uoluere, Deum esse, & quod iudex futurus sit, & rationem postulatu- rus de omnibus operibus. Ideo Pau- lus ad Hebræo. 11. ista duo coniun- xit, dicens: *Accedētem ad Deum oportet credere, quod est: & quod inquiren- tibus se remunerator sit.* Hęc enim duo æque necessaria sunt, ad salu- tem, & ad vitam recte instituen- dam. Ideoque explicite omnibus credēda proponuntur, Quia se mu- tuo comitantur, nec vnum sine altē ro valet intelligi. Quia qui Deum esse confiteatur, necessario etiam de- bet credere illum omnia videre, & prospicere, iustumquē esse, atque ad eō omnium bonorum & malo- rum rationē exposciturum. Qui au- tem Deum iudicē esse negauerit, necessario Dei prouidentiam tol- lit, & Deum ipsum negat. Vnde Psalm. 9. de impijs loquens Dauid, & causam reddens, quare omnium vitiorum genere abundant, suaquē desideria in omnibus sequantur, ait: *Non est Deus in conspectu eius, in- quinatio sunt via illius in omni tempore. Auferentur iudicia tuā a facie eius.* Ec- ce ex hoc quod non habet Deum in conspectu suo, sequi docet Da- uid,

Psalm.

Hebræ.
 Qui iudiciū negat pari- ter & Deum esse negat.

Psalm.
 Locus Psal. elegatē & copiose expo- nitur.

mid, quod iudicia Dei ablata fuerint a facie eius. Et ex utroque, quod inquinatę sunt vię illius in omni tēpore. Quem locum exponēs Chryso-
Chrysof. *super istum Psalmum, inquit. Quę admodum enim qui est orbis, frequenter incidit in barathra: ita hic etiā, quoniam Dei timorem non habet præ oculis in vicio perpetuo versatur, non nūc quidem in virtute, nunc autem in vitio, sed semper in vitio. & nec gehennę meminit, nec futuri iudicię, nec reddendę rationis. sed his omnibus auxilijs tanquam freno exclusis, tanquam nauis, quę caret gubernaculo, traditur malis spiritibus, & scuris fluctibus, cum nullus sit qui eius animum regat, & instituat. Quid enim equo effreni, quid nauis cui deest clauus, quid orbo homine grauius? Et Augusti. in istum Psalm. ait: Qui nouit, vel quid gaudeat, vel quid legetur in anima, nouit quantum malū sit à luce deserere veritatis. Cum magnum malum homines putent oculorum corporalium cecitatem, qua lux ista retrahitur: quantum ergo pœnam patitur qui secundis rebus peccatorum suorum eo perducitur, vt non sit Deus in conspectu eius. & contaminentur vię eius in omni tempore: id est, cogitationes & consilia eius immunda sint. Animus enim male sibi conscius, dum sibi videtur nullam pœnam pati, credit quod nō iudicet Deus: & sic auferantur iudicia Dei à facie eius, cum hæc ipsa sit magna damnatio. Hinc procedit quod Deum contemnant & quasi illum irritantes peccata peccatis addant. Quod apertius declarauit David prædicto Psalmo paulò inferius dicēs: Propter quid irritauit impius Deū? dixit enim in corde suo non requireret. Vides, quoniam tu laborem & dolorem*

*consideras: vt tradas eos in manus tuas. Propter quid, inquit, irritauit impius Deum, id est, Propter quid ausus est impius Deū prouocare, & quasi contemnendo eum in conspectu eius peccare? Irritare enim, si verbi proprietatem consideres, significat laceßere, ad iram & indignationem factis, gestibus, & verbis prouocare. Vnde irritare dicit, cum impudentia, contemptu, & quasi ad iram excitando in oculis alicuius peccare. Propositę autem interrogationi respondet rationem reddens: Dixit enim in corde suo non requireret Deus. Id est. Nō curat Deus res nostras, nec illas considerat. Quod Iob. 22. testati sunt impij dicentes: *Iuxta cardines cali perambulabam, nec nostra considerat.* Vnde fit, vt nec facta nostra sit iudicaturus. Si enim videret, aut iudicaturus esset, non ad eò patienter ferret tot crimina. Certe cum non puniat, vel non videt, vel ad illum non pertinet de illis iudicare. Quare libere & ex nostri animi voto viuere possumus. Sed statim hanc falsam comprimit æstimationem dicens: *Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, vt tradas eos in manus tuas.**

Dupliciter verba hæc explicari possunt. Primò, vt post verbum, *Vides*, ponatur distinctio. Et tunc legendum est cum firma assertione, quasi in contrarium eius quod impij asserbant. Illi enim dicebant, non videt Dominus, nec requireret mala nostra: hic vero contra loquitur Propheta dicens: Imo vides tu Domine, & attente consideras omnem illorum malitiam. Et statim

Chrysof.

Memoria iudicię frenum est equo & clauus nauis.

August.

Iob.

stationem, quæ sequatur legēda sunt. Quoniam tu laborem & dolorem consideras, quo alios opprimunt, & pauperes molestant: *ut tradas eos in manus tuas*, & de illis vindictam sumas. Vides, & dissimulas, ut opportuno tempore punias. Secundo, ut illud: *Quoniam tu laborem & dolorem consideras*, interpositum sit quasi per modum parenthesis, & conectenda sint verba illa: *Vides, ut tradas eos in manus tuas: quoniam tu laborem & dolorem consideras.* Et tunc sensus erit. *Vides, id est, consideras & cogitas quomodo eos in iudicium adducas.* Quoniam illorum mala opera vides. Tradere autem aliquem in manus suas dicitur Deus, quando in iudicium vocat, & de illo vindictam sumit. August. aliter interpretatur locum istum dicens: *Sensus iste pronuntiationem querit, in qua si erratum fuerit, obscuratur.* Sic enim dixit in corde suo impius, non requiret Deus: quasi Deus laborem & iram consideret, ut tradat eos in manus suas, id est, quasi laborare & irasci timeat: & propterea illis parcat, ne oneri illi sit poena eorum, aut ne iracundia & tempestate turbetur, quomodo plerique homines faciunt, qui dissimulata vindicta elaborant ne irascantur. Ex quibus constat, quod & si Deus nunc dissimulet, & patienter sustineat peccatores, non consentit eorum criminibus; sed expectat tempus: *ut tradat eas in manus suas*, id est, rationem de eis exposeat, & iustam vindictam sumat. Est enim Deus patiens redditor, ut habetur Ecclesiastici. 5. Iste locus Psalmi explicari potest per alium locum Malachiae, cap. 2. ubi loquens Propheta ad perditos illos homi-

nes populi Israelitici dicit. *Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris.* Vbi laborare, idem significat quod in Psalmo irritare, & sic Septuaginta transtulerunt: *Qui provocatis Dominum in sermonibus vestris.* sequitur. *& dixistis, in quo enim fecimus laborare? In eo quod dicitis.* Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certe ubi est Deus iudicij? Quem locum exponens Hieronymus dicit. *Reversus populus de Babylone & videns cunctas in circuitu nationes, ipsosq; Babylonios idolis servientes abundare divitijs, vigere corporibus, omnia, quæ bona putantur in seculo possidere: se vero, qui habeat notitia Dei, in calore, inedia, servitute coarctum, scandalizatur & dicit: Non est in rebus humanis providentia: omnia casu feruntur in certo: nec Dei iudicio gubernantur: quin potius mala ei placent & bona displicent: aut certe si Deus cuncta diiudicat, ubi est illius apud instumque iudicium?* Istius modi questionem mens incredula futurorum quotidie suscitavit Deo, & cum viderit in quos potentes sanctos humiles: illos rebus omnibus affluere, hos nec ea quidem quæ ad victum necessaria sunt habere, & interdum surdis auribus, cæcisquæ oculis, & omni parte membrorum ulceribus & infirmitate depressos: qualis in Evangelio Lucae, 16. Lazarus legitur, qui ante fores divitis purpurati desiderat micis, quæ abijciuntur de mensarum reliquijs, inopem animam sustentare: divitem vero ante feritatis & crudelitatis, ut non misereatur homo hominis, cuius etiam canum lingua miseretur, non intelligentes tempus iudicij: nec vera bo-

Locus elegans Malachiae explicatur.

Hiero.

Ex in aequalitate rerum intel bonos & malos Dei providentia astruitur.

Lucas.

August.

Deus licet dissimulet non consentit peccantibus.

Eccles.

Malach.

na illa esse, quæ perpetua sunt, dicunt: *Mali placent, & ubi est Deus iudicij?* Deus iudicij dicitur, vel iustitiae, ut transtulerunt Septuaginta, id est, iuste iudicans. Hac argumentatione utebatur perditii homines, ut alios in suam præavam sententiam traherent, & contempto iudicio Dei, perditie vivere facerent, nulla habita ratione Dei, religionis, virtutis, & legis. Considerantes ea, quæ circa bonos & malos fieri in hac vita videbatur, inferabant: vel dicendum est quod mali Deo placeant, vel quod Deus de rebus humanis non iudicet. Sed illud nequaquam dici potest, nec aliqua natio adeo barbara est, ut id admittat. Ergo Deus de rebus nostris non iudicat. Et ad partem istam firmandam videtur interrogatio: *Ubi est Deus iudicij?* Ac si dicat. Nullus est Deus qui iudicet. Non negant Deum esse, sed diuinum iudicium tollunt. In hoc impij laborare faciunt Dominum, illum irritant: sed maxime falluntur. Quoniã ipse videt & considerat laborem & dolorem, ut tandem tradat eos in manus suas.

QUINTA CONSIDERAT.

Quomodo Dei misericordia, etiam cum iratus est, resplendet: & quam pronus sit ad misericordiam.

Erunt signa in Sole, &c.

Sto loco, Taulerus inter vniuersarum rerum turbatione hortatur homines, ut paulisper sistant, & Dei bonitatem

clementiam, & misericordiam considerent, quæ, etiam cum iratus est, & vindictam sumpturus procedit, resplendet. Adeo enim bonus & mitis Deus est & in homines benivolus, ut nunquam de illis supplicium sumat (licet id iustissime erimina promereatur) nisi prius semel atque iterum admoneat peccatorem, ut resipiscat, poenitentiam agat, lachrymis peccata deleat, conuertatur & viuât. Huius rei frequentissima in scripturis habemus exempla. Gen. 3. puniturus primæ parentis peccatum (quo vniuersi infecti sumus) deambulabat ad auram post meridiem tepus infumens. Vocabat Adã, & verbis illis admoenebat, ut sibi prospiceret. Ac si diceret: Puniturus aduenio, dum tempus est culpam tuam recognosce, crimen plange, ut misericordiam consequaris. Genes. 7. Temporibus Noë (cum multa malitia hominum esset super terram, & omnis caro viam suam corrupisset,) Deus contra homines iuste iratus, sustinet, & admonet centum annorum spatium concedens, excitat arce fabricatione, inuitat prædicatione Noë, ut poenitentiam agant, & iram effugiant. Gene. 19. Sodomitis illis perditissimis, etiã in ipso fertore peccatorum, non defuit Loth, qui eos admoneret, & ut a criminibus desisterent hortaretur. Ad Pharaonem induratum & obsecratum, mittit Deus Moysen, qui verbis & mirabilibus signis hortetur, ut populum Dei iniuste detentum dimittat, ut in Exodo constat. Sicut nunquam fulmen de cælo cadit, quin tonitruum & fulgur admonens homines præcedat. Sic nunquam Deus fulmen ire

Nunquam Deus punit nisi prius admoeneat. Genes.

Genes.

Genes.

Exod.

simile. suæ

suæ & supplicitiij in homines mit-
 tit, nisi prius multa tonitrua labo-
 rû, prophetarum, cōcionatorum,
 multa fulgura signorum in cęlo, &
 in terra, in Sole, & Luna præcedât,
 & nos admoneant. Quod David
 Psal. 59. de Deo & eius misericor-
 dia loquens, qua in peccatores con-
 tinuo vritur, declarat dicens: *Deus*
repulisti nos, & destruxisti nos, iratus
es, & misertus es nobis: commouisti ter-
ram & conturbasti eam, sana contritio-
nes eius: quia commota est. Ostendisti
populo tuo dura, potasti nos vino compū-
ctiōnis. Dediisti metuentibus te significa-
tionem, vt fugiant à facie arcus. Et libe-
rentur dilecti tui. Quem locum expo-
 neas August. ait: *Per tribulationes, in-*
quit, temporales significasti tuis fugere
ab ira ignis sempiterni. Dicit enim
 Apostolus Petrus, 1. Canon. cap. 4.
Tempus est, vt iudicium incipiat à domo
Dei. Et exhortās martyres ad tolle-
rantiam: cum sæuiret mundus, cum
strages à persecutoribus fierent, cū
longe lateq; sanguis fidelium fun-
dereçur, cum in catenis, in carceri-
bus, in tormentis multa dura Chri-
stiani paterētur. Ne in his duris de-
ficerēt, eos alloquitur Petrus: Tem-
pus est vt iudicium incipiat à domo
Dei. Et si initium à nobis, qualis finis
erit eis, qui non credunt Dei Euangelio?
Et si iustus vix saluabitur, peccator &
impius vbi parebunt? Quid ergo fu-
turū est in iudicio? Arcus est exten-
tus, adhuc in comminatione est, nō
dum in præsentatione. Et videte
quid sit in arcu. Nonne sagitta in
priora mittenda est? neruus tamen
retro extenditur in cōtrarium quā
illa mittenda est, & quanto plus
erit eius extensio retrorsum, tanto

maiori impetu illa currit in prio-
 ra. Quanto magis differtur iudiciū,
 tanto maiori impetu vēturum est.
 Ergo de temporalibus gratias Deo
 agamus, quia dedit plebi suæ signi-
 ficationem, vt fugiat à facie arcus,
 vt exercitati fideles eius in tribula-
 tionibus temporalibus digni sint
 euadere damnationem ignis æteri-
 ni, quæ inuētura est omnes qui ista
 non credunt. Et Grego. 19. Moral. Grego.
 cap. vltimo, locum istum versans
 ait: *Per arcum quoque dies extremi iudi-*
cij designatur, sicut per eundem Psalmi-
stam dicitur: Ostendisti populo tuo du-
ra potasti nos vino compunctiōnis. De-
disti metuentibus te significationem,
vt fugiant à facie arcus. In arcu enim
quanto longe trahitur chorda, tanto de
eo districtior exit sagitta. Sic nimirum,
sic extremi iudicij dies quanto longe dif-
fertur vt veniat, tanto cum venerit, de
illo districtior sententia procedet. Id cir-
co autem diuersis nunc cladibus percu-
timur, vt his correcti, paratiores tunc in-
ueniri valeamus. Vnde illic præmissum
est: Ostendisti populo tuo dura, flagella
videlicet sæculi, quæ se cuturum grauius
iudicij diem præcurrunt. Potasti nos vi-
no compunctiōnis, vt terrena gaudia in
lachrymas verterentur. Dediisti metuen-
tibus te significationem, vt fugiant à fa-
cie arcus. Ac si diceret: hoc tempus mi-
sericordiæ est, illud tempus iudicij erit.
Per ista ergo huius temporis flagella si-
gnificans, quomodo tunc percussurus es,
quando non parcens iudicas, qui sic di-
strictè modo percutis, quando parcis.

Deo igitur quam propria sit mi-
 sericordia ex dictis patet, & quod
 non punitionem & mortem pecca-
 torum desideret: sed correptionē.
 Quod elegantissime ipse Dominus

Deus correc-
 tionem desi-
 derat pecca-
 torū per sup-
 plitia.

Psal.

Locus Psal.
 exponitur.

August.

Petr.

Ira Dei quā-
 to magis dif-
 fertur maior
 efficitur, ideo
 comparatur
 arcui.

Esaï.

declaravit apud Esaï. cap. 27. dicens: Ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo illi: ne forte visitetur contra eam. Id est: Ostendam illi dura, & potabo eam vino compunctiōnis: quia seruare eam volo: Ne forte visitetur contra eam, id est, iudicium in eam fiat, & vindicta sumatur. Nocte & die seruo eā. Videns quē Dominus quod nihil admonitiones proficiant, & quod in criminibus suis homines commorentur, quasi seipsum obiurgans quod contra eos indignari nesciat, dicit: *Indignatio non est mihi? Quis dabit me spinam & veprem in prelio? Gradiar super eam: succendam eam pariter. Statimque quasi dolens, & misericordia commotus, temperās dicit: An potius tenebo fortitudinem meam? Faciet pacem mihi, pacem faciet mihi.* Quem locum exponens Hieronymus ait: *Ego qui diebus & noctibus semper meam vineam conseruavi, ne exterminaret eam aper de sylua, ne bestia deuorarent. Nunquid indignationem non habeo, & nescio ferire peccantem, & reddere unicuique quod meretur? Quis dabit me spinam, id est, quis me docebit ut durus sim, & meam vineam clementiam, & in prelio atque certamine truculentus incedam, ut gradiar super vineam quam ante seruavi, & succendam eam quam meo sepseram muro. An potius id aget sortitudo mea, ut iram differam, & saluem eos Euangeliū clementia, qui nequaquam sunt legis auctoritate seruati? Emphaticos autem iuxta Hebraicum legendum est. Quis me faciet durum atque crudelem, ut vineam naturam meam. Hoc quippe in deserto significatur & in spinis, ut eam quasi in prelio conteram atque succendam, quā*

Deus nescit indignari.

Hieron.

semper mea diligentia custodiri. An potius tenebo fortitudinem meam, quam Christum esse non dubium est, & de qua legimus, 1. Corint. 1. Christus Dei virtus, & Dei sapientia, ut ipsa mihi pacem faciat, & mundum reconciliet?

Corint.

Loquitur igitur Dominus isto loco Esaïæ sicut homo, & eos affectus in se demonstrat, ut naturę suę conditionem declaret, qui esse solent in homine, qui natura sua mitissimus & pijsimus est, blandusque & facilis ad suos, qui iustas indignationis causas ob suorum defectus conspiciens, nec suam naturā valēs vincere, ut se uere puniat: modo ratione instigante indignationē ostendere procurat, & contra se quodam modo irascitur, & dicit. *Quid hoc? Ego nescio indignari? Quo usque patiens ero? Utinā quis me faceret modo durum & asperū, ut tanta crimina digne punirem? Modo vero misericordia & naturali clementia retrahente ad se rediens dicit. Fragilitatis est peccare, homines sunt: nobilitatis ignoscere, potius erit iram continere, & blande tractare, & in hac pugna se cū laborat. Vnde & varij affectus, nunc duri, nunc bladi, in ipso apparent. Non aliter Deus (cuius miserationes sunt super omnia opera eius, licet immutabilis sit) hominū peccata conspiciens, modo irascitur, & quasi non possit suam clementiam vincere, & in iram profillire, quasi se excitans dicit: *Indignatio non est mihi? Cum affectu & indignatione verba hæc proferenda sunt, & sequentia. Statimque quasi misericordia commotus, & ad suam clementiam rediens ait. An**

potius

potius tenebo fortitudinem, id est, in hoc bonitatem meam ostendam, clementia utar, detinebo iram: *Faciet pacem mihi*, id est, tandem cognoscit misericordiam, metuet iram, & fugiet à facie arcus. Quod ostendere volens scriptura, cum Deum puniturum inducit, eum tristem & dolentem depingit. Non quod in Deo tristitia, lachrymæ, aut penitudo sit: sed ut eius mitissimum ingenium & ad parcendum facillimum declaret, quamq; ab eius corde alienum sit irasci, & punire. *Esaï. 1.* inducitur Dominus dicens: *Hec, cōsolabor super hostibus meis.* Et *Gene. 7* *Tactus dolore cordis intrinsecus ait: penitet me fecisse hominem: & Lucæ. 9.* *Videns civitatem Hierusalem & eius destructionē fleuit super illam.* Hinc etiam puniturus taro gradu incedit, deambulat, occasiones quaerit, ut detineatur. *Gene. 3.* puniturus Adā deambulabat ad auram post meridiem. *Gen. es. 18.* Castigaturus Sodomitas tacente & nihil interrogante Abraham, ipse Dominus se offert, & dicit. *Nunquid zelare poterō Abraham, quæ facturus sum.* Ut excitatus Abraham intercedat & roget, & iram illius detineat.

Meruentibus ergo se dat significationem, ut fugiat. Ideo in Sole, Luna, & stellis, & vniuersis creaturis signa ostendit, ut horrorem & timorem hominum pectoribus incutiat, ut contremiscant, & pauent, & talia videntes de suis criminibus doleant, conuertantur & viuant. Sicut solent magni duces (cum ad aliquis oppidi impugnationem accedunt, & contrarios rebelles vident, ut illos subijciant, & terrore ad au-

gum trahant,) agros succendere, oppida ignobilia vastare, ædificia subuertere, arborēs succindere, insignes vindictas de aliquibus sumere: ut rebelles illa videntes timeant, & quos ducis mansuetudo & pietas debellare non potuit, timor & tremor vincat. Quod fecisse legimus Holofernem, *Iudith. 2.* qui cū subiugasset filios Madjan, descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesq; arbores, & vineas fecit incendi. Et cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram: & tunc miserunt legatos dicentes: *Desinat indignatio tua, circa nos, &c.* Similiter Dominus, *Exod. 19.* Cum adueniret legem populo laturus, venit cum potestate & maiestate magna, coruscante cælo magnis tonitruis & fulguribus, & vniuerso monte Sinā ardente. Quod videntes filij Israel timore perterriti dicere cœperunt Moysi: *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Deus. Omnia quæ preceperit nobis Dominus faciemus.* Subiecit timor quos indulgentia federat recalcitrare. Sic Deus, eum nostram videat insaniam, & quod beneficijs misericordia, & benignitate non emolliamur, prodigia terribilia, & signa tremēda in cælo & terra proponit, ut pauore & timore correpti reuertamur: & quem in humilitate contempsimus, venientem eum potestate & maiestate, ut rationem firmat leti suscipiamus cū discipulis. Quibus Dominus ait, ut ab arbores fieri discant parabolam, & cū viderint hæc omnia fieri leuent capita sua: quoniam appropinquat eorum redemptio.

Tristitiam ostēdit Deus cū punire parat, & quomodo id intelligendum.

Esaï.

Geneſ.

Lucæ.

Geneſ.

Geneſ.

Simile.

Iudith.

Exod.

SEXTA CONSIDERAT.

Quomodo vniuersæ creaturæ, prout possunt, pro Deo cōtra hominem arma sumunt & procedunt ad bellum: & quomodo homines arctabūtur, cū non sit ad quem confugiant, nec fugę detur locus, tractat.

Erunt signa in Sole, &c.

Adueniente Domino ad iudicium vniuersæ creaturæ commouentur, & commutantur signis in eis apparentibus, quibus homines perterriti præexpectatione & timore eorū, quæ contra eos ventura sunt, arescent: dum vident vniuersas creaturas (quæ propter eos conditæ fuerant, eorumq; dominio subiectæ, vt Psalm. 8. habetur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Et Genes. 1. *Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, vt præssit volatilibus cæli, &c.*) commoueri, & quamlibet prout potest contra illos insurgere, & bellum illis inferre. Terram tremere, & se pedibus hominum veluti subtrahere. Mare in solito modo fremere: Solem obscurari, Lunam retrahere lumen suum, stellas de cælo cadere: virtutes cælorum commoueri, omnia deniq; turbari: illosq; deserere, qui Deum reliquerunt: Cumquē videant se omnibus destitutos, sentiantq; vniuersarum creaturarum manus contra se insurgere.

Quod sapiens eleganter expres-

sit Sapien. ca. 5. de die isto ad literā loquens, & de aduentu Domini ad iudicandum. *Et accipiet, inquit, armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam: & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutū in expugnabile equitatem, acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directe emissiones fulgurum: & tanquam à bene curuato arcu nubiū exterminabuntur: & ad certum locum insiliēt. Et à petrosa ira plene grandines mittentur, excandescet in illos aqua maris: & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum, & malignitas euerter sedes potentium. Vides quam graphice sapiens depingat vniuersum apparatus bellicum, & quomodo vniuersæ creaturæ agitante zelo Dei contra impios insurgent, & singule suo modo cōtra illos irruent. Breuiter tamen (licet expositione locus non indigeat) singula perstringemus, vt alijs ad maiora occasionem præbeamus: *Et accipiet armaturam zelus, &c.* Hic reuertitur ad describendam specialiter miseriam & calamitatem, quā iniqui in illo die patientur. Primoq; dicit zelum accipiturum armaturam: quia ex zelo iustitię procedet ad ultionem & punitionem malorum. *Et armabit omnem creaturam*, quia quælibet inferret tunc reprobis nocumentum. *Induet pro thorace iustitiam*: quia iudex non poterit flecti precibus aut minis, vt à recto & iusto recedat, cum ipse sit iustitię regula. *Acci-**

Sapien.

Psalm.
Genes.

piet

piet pro galea iudicium certum: Quia in iudicando non erit personarum acceptor, nec deficere poterit. *Sumet scutum inexpugnabile æquitatem.* Quia ita evidens erit eius iustitia & æquitas, ut nulluseam valeat impugnare: sed & ipsi mali tacendo comprobent, & iustificetur Deus in iudicijs suis. *Acuet autem diram iram in lanceam*, id est, vindictam suam. Cuius magnitudinem & distractionem declarat dicendo. *Dira*. Dirum enim dicitur crudele, læuū, & ultra modum infestum. Iræ autem vim, (cui nullus poterit resistere, quæq; vniuersa penetrabit,) ut exponat, dicit. *Acuet iram in lancea*. Sicut enim lancea aut gladius magis scindit & fortius penetrat cum exacutus est: sic ira Dei districtior erit. magisq; & fortius penetrabit in die illa, quæ dies iræ, calamitatis & miseræ vocatur. Vnde Ezech. 21. Dominus ad Prophetam dicit, ut gemat, & clamet, dicens: *Hæc dicit Dominus. Gladius gladius exacutus est, & limatus: ut cedat victimas exacutus est, ut splendeat limatus est.* Terribile enim est incidere in manus Dei uiuentis. Ut dicit Paulus, ad Hebr. 10. *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos*: Quia omnibus creaturis utetur tunc ad afflictionem reproborū. Quos merito insensatos vocat, quia Dei misericordiam & elementiam, dum uiuerent, sentire noluerunt. Prosequitur statim explicare quomodo singulæ creaturæ illis bellum inferent: *Nubes fulmina, tanquam bene curuati arcus mittent, non in incertum: sed quasi in signum contra illos dirigendo, petras & grandines emittent.* Ideo di-

Ezech.

Hebræ.

citur *Pretiosa ira*. Quia quasi tormētum bellicum lapides proijciet. Mare & flumina insurgent, venti concutient, ignis terram vastabit: & vniuersa hominum superbiam confringent, pugnabuntq; contra eos. Vnde Grego. lib. 6. Morali. cap. 6. *Grego.* locum istum sapientis declarat dicens: *Dolor namque quasi de humo egreditur, cum homo ad Dei imaginem conditus, de rebus insensibilibus flagellatur.* Sed quia per occulta merita mentium, *aperta prodeunt flagella pœnarum, de humo dolor non egreditur, quoniam sensus nostri malitia exigit, ut à rebus insensibilibus feriatur.* Ecce enim cernimus quod ad correctionem nostram expectatus imber arente terra suspenditur, & caliginosus aer in ardescente sole siccatur, mare procellis tumescens sauit, & alios ad trasmeandū susceptos intercipit, alijs desideratum iter erecta in cumulum vnda interdicit, terra non solum germina fecunditatis immittit, sed etiam semina accepta cōsumit. In quibus nimirum cunctis patenter aspicitur hoc, quod quidam sapiens de Domino testatur dicens: *Et pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos.* Orbis quippe terrarum cum Domino contra insensatos pugnat, quando in pœna delinquentium & elementorum aduersitas militat. Sed tamen de humo dolor non egreditur: quia res qualibet insensibilis ad afflictionem nostram stimulo nostræ actionis excitatur. De humo dolor non egreditur: quia nequaquam pœna de ea nascitur creaturæ, que percussit: sed de ea procul dubio quæ peccando vim percussiois extorsit. Vnde omnis creatura propter nostram ingratitude armatur cum eo ad afflictionem. Sicut Rege aliquod bellū

Simile.

contra inimicos suos, & vt de illorum factis vindictam sumat mouēte, vniuersum eius regnum commouetur, vbiq; instrumenta bellica sonant, omnesque eius subditi arma sumunt, & in illius adiutorium procedunt. Sic Deo ad bellum contra inimicos suos peccatores & insensatos procedēte, vniuersa commouentur, omnes creaturæ arma sumunt, & procedunt, vt miserum peccatorem persequantur, in easq; angustias trahant, vt nullibi illi pateat refugium, & se vndique restrictum videns dicat: *Quo ibo a spiritu tuo? vt habetur Psalm. 138. & quo a facie tua fugiam? si ascendero in caelum tu illic es: si descendero in infernum ades, si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Et enim illuc manustua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi forsitam tenebrae conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis: quia tenebrae non obscurabuntur a te. Quo inquam ibo, aut quo me vertam? si ascendero in caelum, ecce omnia turbata. Sol obscuratur, & Luna non dat lumen suum, omnia me proijciunt. Si ad terram descendero, ecce tremit, & montes nolunt recipere fugam nostram, Matth. 24. Si ad mare accessero, horribili strepitu & ingenti vadarum procella me prohibet. Quo ibo miser? Nullus est qui me admittat, nullus qui mihi subueniat, me ipsum mihi contrarium sentio mordente & accusante conscientia, quem nullus excussat. Vnde Esai. 10. dicit Dominus: *Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? Ad eugere possit.**

Psalm.

Matth.

Esai.
Peccator nō
inueniet ad
quem confu-
gere possit.

*quetis gloriam vestram: ne incurramini sub vinculo, & cum interfectis cadatis. Per diem visitationis & calamitatis de longinquo venientis diem iudicij intelligit. Qui iuxta Sophoniam, cap. i. dicitur: Dies tribulationis, angustiae, calamitatis & miseriae. Et vt indicet calamitatem illam magnam & terribilem futuram esse, dicit: quod veniet de longinquo. Quia sicut fluius quanto distantius ortum suum habuerit, tanto maior efficitur, & maiori impetu decurrit, quia paulatim crescit, & vires sumit, & dum longius decurrit magis dilatatur: tandemq; rapidissimo impetu magna aquarum vi collecta vniuersa subuertit. Sic erit iudicij calamitas, quanto tardior & per longiora saecula producit, tanto terribilior erit, magisque timenda. In die ergo visitationis ad cuius confugietis auxilium? Cum ego supremus sim omnium Dominus, & nullus sit qui aduersus iram meam vos valeat defendere, & qui de manu mea possit erucere? Cumque vniuersae creaturae pro mea gloria, & iustitia contra vos pugnent. Quod David Psal. 48. declarauit dicens: *Cur timebo in die mala: iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur. Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam, & pretium redemptionis animae suae, & laborabit in aeternum.* Locus difficilis est & parabolicus, vt ipse David testatur. Pro cuius expositione aduertendum est, quod dies mala (vt interpretantur Hieron. August. Chrysost. & alij sancti Patres) appellatur*

Sopho.

simile.

Psal.

Locus psal.
exponitur.
Dies iudicij
dies mala di-
citur.
Hieron.
August.
Chrysof.

tur

cur dies iudicij: quæ peccatoribus terribilis & intollerabilis erit, quæ dies ultionis, interfectionis, tribulationis, tenebrarum, furoris, & indignationis, solet in Scriptura appellari. Et mouet quæstionē, quid timendum sit in die illa? Mouet istam quæstionem & soluit in sua persona. Nū quod de se solo loquatur: sed iuxta modum consuetum loquendi scripturarum sub suæ personæ expressione generalem & ad omnes pertinentem proponit sermonem. Vnde licet secundo versu: *Qui confidunt, &c.* personam mutet, (quod difficultatem causat) non alia sententia credenda est: sed prioris solutionis continuatio. Secundo sciendum est, quod iniquitas calcanei diuersimode explicatur. Aliqui de peccato originali intelligūt: alij de peccato supplantationis fratrum: alij de peccato finalis impoenitentiae. Quia per calcaneum finis significatur. Prædicti patres generaliter omne peccatum intelligūt. Quia, in calcaneo (dicit Hierony.) *quisquis peccauerit, labitur.* Et Chryso. in istum Psalmum inquit. *Vnum tantum mihi timendum est, ne forte via mea, & vita iniquitas me circumdet.* scit Scriptura fraudem vocare calcaneum, Psalm. 40. *Qui comedit mecum panem sustulit in me calcaneū.* Et Genes. 27. Esau dicebat de Iacob. *am secundo me supplantauit.* Est enim peccatum res eiusmodi, fraudulenta, & apta ad arripiendum. Et ideo Paulus vocat circumstans peccatum, significans id quod cōtinue, quod facile, quod nullo ambit & circumdat negotio. Tercio sciendum quod primus versus: *Cur timebo in die mala,* dupliciter le-

gi solet. Primo, vt legatur totus sub interrogatione. Et tunc verba sunt David, qui poenitentiam egit, & de Dei bonitate confidens inquit: *Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei circumdabit me?* Ac si diceret: Non est quod timeam, quando poenitētia peccata mea deleui. Timeant qui *confidunt in vanitate sua, &c.* Non mihi dies illa mala erit: sed illis qui in peccatis suis perseuerāt. Vnde August. dicit: *Etenim dies nouissima mala erit quibusdam, bona erit quibusdam. Nunquid mala erit illis quibus dicitur: Venite benedicti Patris mei percipite regnum? Sed mala erit illis quibus dicitur: Ite in ignē aeternum. Modo ergo cum viuunt provideāt sibi, tollant iniquitatem à calcaneo suo, ambulent per viam de qua Christus dicit, Ioann. 14. Ego sum via, & non timeant in die mala: quia dat illis securitatem, qui factus est via.* Secundo legi potest prædictus versus, vt priori parti apponatur interrogatio. Et isto modo communius legitur: vt proponat quæstionem dicens: *Cur timebo in die mala?* Statimquē respōdeat: *Iniquitas calcanei mei, &c.* Explicans propter quid timendum sit, scilicet, propter peccatum. Desinit dicit Chryso. *quæ nam sint digna metu, & quæ timere debeāt viri, & quod non sint timenda ea, quæ graua & molesta videntur & multis terribilia sunt, scilicet, paupertas, ignominia, morbus, mors: sed solum peccata de quibus exaēturus est rationem iustus iudex.* Deinde declarat amplius de quibus timendum sit dicens: *Qui confidunt in virtute sua, & in multitudīne diuitiarū suarum glouiantur.* Vbi notandum, quod non dicit simpliciter timeant qui

Dies vltima
sicut impijs
mala & tre-
menda, ita
iustis bona
& amabilis,
August.

Ioann.

Quæ sint dig-
na metu ex-
plicatur.
Chryso.

Iniquitas cal-
canei quæ di-
catur.

Hiero.
Chryso.

Psalm.

Genes.

qui

qui potentes sunt, aut diuitias habent: sed tantum qui *confidunt in virtute sua, &c.* Non enim omnibus diuitibus aut potētibus iniquitas calcanei conuenit in compræhensionem & obligationem: sed illis qui spem suam ponunt in eis, ita vt per suam potentiam atque diuitias nō timeant proximos opprimere, putent quē se Dei iudicium posse effugere. Quod nulla ratione poterit euitari, nec aliquis erit qui de manu Domini possit eripere. Quod illico exponit Dauid, dicens: *Frater nō redimet, &c.* Duo sunt in quibus homines confidere solent, & quibus in necessitatibus proteguntur: alterum, affines & amici: alterum, potentia & diuitiæ. Primum remouet Dauid dicens: *Frater non redimet, redimet homo.* Ac si dicat: *Tanta erit illius diei pressura, vt nullus sibi sufficiat: nullus sit, qui pro altero intercedat, aut loquatur. Frater fratrem deseret, quid facient alij homines?* sensus est. Quando frater non redimit, redimet amicus? secundum tollit dicens: *Non dabit Deus placationem suam, & pretium animæ suæ.* id est, nihil proderunt diuitiæ, nec illis tunc placari aut corrumpi potest iudex: sed quisquē prout gessit in hac vita, recipiet, vel bona, vel mala. Vbi Chrysostr. dicit. *Frater nō redimet, &c. & quæ nam est hæc consequentia dixerit quispiam? Pulchra & recte coherens, & magnopere dependens à prioribus. Quia enim loquebatur de iudicio & de illa terribili reddenda ratione, & de sententia, quæ corrumpi non potest: multi autem in ijs, quæ hic sunt iudicijs, iudicibus emptis ius corrumpunt, & è iudicio euasserunt. Sententiã*

*illam quæ minime corrumpi potest prædicans & quæ prius dixit timorem amplificans, hæc subiunxit ostendens se recte dixisse, oportere vnum esse timorē, nempe eū qui ex peccato proficiscitur, & nullum alium. Ius enim non potest illic corrumpi pecunia. Nec licet datis donis se ipsum è gehenna eripere, nec salutē asferre potest oratoris defensio, nec aliquid aliud. Quamuis enim sis diues, quamuis potens, quamuis alicui notus, & familiaris, hæc omnia sunt illic inutilia. Illic vnusquisquē ex factis & punitur & coronatur. Cōfirmatq; hoc exemplo Lazari & Diuitis, lateq; prosequitur. Nec solum hoc malū tunc erit, sed & aliud non minus cōtinget, quod nullus fugæ erit locus, nullusq; patebit hominibus additus: sed quocūquē processerint eos diuina manus apprehendet, & iustitia consequetur. Vnde Psal. 74. Dauid admonet dicens: *Dixi iniquis nolite inique agere, & delinquentibus nolite exaltare cornu. Quia nequē ab Oriēte neq; ab Occidente, nequē à desertis montibus, supple patebit additus fugæ. Et hoc: Quoniam Deus iudex est.* Quod eleganter exponit Grego. 33. Moral. cap. 14. exponens illud Iob: *Nunquid pones circulum in naribus eius, inquit. Quod vero hoc loco circulum, hoc Scriptura sacra per Ioann. in Apoca. cap. 14. falcem vocat. At enim: Vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcē acutā. Potestas enim diuini iudicij, quia vndiquē stringit, circulus dicitur: & quia intra se omnia incidendo ample. Et rur falcis appellatione signatur: in falce enim quidquid inciditur quæqua**

Nullus fugæ tunc patebit additus.

Psalm.

Grego.

Apoca.

Potestas iudicij quia omnia complectitur circulus & quia nulli parcit falx dicitur.

versum

Nullus pro alio intercedet quia nullus sibi sufficit.

Diuitiæ non valebūt protegere in illa die.

Chrysostr.

ver sum fluctat, intus cadit. Et quia potestas superni iudicij nullatenus emittatur, intra ipsam quippe sumus, quolibet fugere conemur, recte cum venturus iudex ostenditur falcē tenere perhibetur: Quia cum potenter ad omnia obuiat incidendo circumdat. Esse se intra iudicij falcē Propheta vidit, cum Psalm. 138. diceret. Si ascendero in calum tu illic es; &c. Intra quandam falcē se vidit, cum ex nullo sibi loco patere fugæ aditum posse cognouit, dicens Psalm. 74. Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: sub audis, pater via fugiendi. Atque mox ipsam supernæ potentia omnimodam compræhensionem subdens ait: Quoniam Deus index est. Ac si diceret: fugiendi via vndiquē deest: Quia ille indicat, qui vbiqū est. Diuina itaque iudicia sicut significantur falcē, quia circumuallantia incidunt. Ita exprimentur circulo, quia vndiquē stringunt. Tanta ergo erit calamitas impiorum, vt desperantes dicant montibus, operite nos, & collibus cadite super nos. Vt habetur Osee, 10. Omnia enim in illo vltimo iudicio videbuntur impijs tristitia, terribilia, & metuenda. Et vt dicit Ambrosius. A dextris erunt peccata, à sinistris dæmonia, subtus horrens infernus, supra iudex iratus, foris mundus ardens, intus conscientia vrens. Quod amplificat elegantissime Bernardus, lib de interiore homine, capit. 36. & vbi iustus vix saluabitur miser impius quid faciet?

Psalm.

Psalm.

Osee.

Ambros.

Bernar.

SEPTIMA CONSIDERAT.

Quomodo punitur homo non solum in se, sed etiam in omnibus in quibus deliquit, & quomodo omnia timeat peccator, & quam derestabile sit peccatum.

Erunt signa in Sole, &c.

Rater rationes superius in præcedentibus considerationibus propositas, quare tot tantaque signa futura sint in cælo & in terra, aliam solent assignare sancti Patres & verbi Dei concionatores, vt scilicet, puniatur homo non solum in se, sed etiam in omnibus in quibus deliquit. Est enim regula iuris & rationi satis conformis, vt per quæ quis peccauit, in his & puniatur. Quia ergo omnibus rebus abusus est homo ad peccandum, in omnibus puniatur necesse est. Quod Paulus ad Romanos, 8. declarauit inquit: Vanitati enim creatura subiecta est: non volens: sed propter eum qui subiecit eam in spe. Quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc.

Romani.
Locus Pauli
exponitur.

Locus hic difficilis est, quem varie interpretantur Doctores. Gregor. 4. Moral. cap. 30. de electis solum intelligit, qui duro molestia vinculo ligantur, dum in hac vita terrenis rebus subiecti viuunt expectantes reuelationē filiorum Dei, quando & Deo similes erunt. August.

Gregor.

gusti. lib. octuaginta triū quæstionum. q. 67. & ad Orosium, cap. 8. intelligit de homine, quem omnem creaturam ab Apostolo dictum arbitrat, eo quod nullum sit creaturæ genus, quod non in homine possit agnosci. Nos ergo anima & corpore afflictos in presenti, quatenus creaturæ sumus, dicit expectare reuelationem filiorum Dei, hoc est, reuelationem nouæ creaturæ in nobis, quæ in presenti varijs ærumnis & miserijs quasi obtegatur, & reuelabitur in resurrectione. *Cum enim apparuerit* (vt dicit Ioā. 1. Cano. 3.) *similes ei erimus.* Origen. lib. 7. in Epist. ad Rom. & Hom. 4. in Ezech. de vniuersis creaturis intelligendū dicit. Et specialiter Hom. 4. in Ezech. ex isto loco Pauli infert, vniuersas creaturas adducendas esse cum homine in iudicium, dicens: *Et futurum est, vt in die iudicij non solum homo, sed etiam vniuersa conditio iudicetur.* Omnis quippe creatura congemiscit & condolet, est autem creaturarum pars terra & calum, & cetera quæque, quæ sub celo sunt, & quæ super calos, & liberabitur omnis creatura à seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei. Quis scit & de terra, an secundum naturam suam in aliquo peccato teneatur obnoxia? Si enim animal est, si rationalis est, si indiget auditione sermonis prophetici dicentis: *Attende calum, & loquar: & audiat terra verba oris mei.* Latequæ prosequitur exponens & probans quomodo vniuersæ creaturæ peccato possint subiacere, & in iudicium adduci.

Quæ verba (si accipiantur vt ipse Origenes sentisse videtur, quod

terra particeps sit rationis, & potes aliquod peccatum contrahere, similiter & aliæ creaturæ) falsa omnino sunt, & erronea hæc sententia. Quoniam vbi non est libertas, peccatum esse non potest: libertas vero sine sensu esse nequit. Nec contrarium conuincunt locutiones illæ, quibus terræ & celo sensus & loquela tribuitur: Quia figuratæ sunt huiusmodi locutiones, vt in scripturis frequenter contingit, & nos statim dicemus. Intelligi ergo debet omnes creaturas esse iudicandas, quia omnes propter hominē, cui subiectæ fuerunt; cuiq; inferuerunt, sunt detrimentum passuræ, & quasi puniendæ: Sol & Luna in lumine & splendore, &c. Similiter Chrysof. Homil. 14. in Epist. ad Roma. de omni creatura declarat prædictum locum, & dicit. *Vt autem oratio significantior fieret, & mundum hunc vniuersum loquentem inducit. Quod & Prophetæ faciunt, inducentes tum fluvios manibus plaudentes, tum colles saltantes, tum mōtes subsultantes, non vt hæc animata esse putemus, nequæ vt illis cogitationem aliquam attribuamus: sed vt honorum amplitudinem intelligamus, vt quæ, vel ea etiam quæ sensu carent, vertingat. Hoc ipsum & in rebus molestis per sepe faciunt inducentes vitem lamentantem, templi laquearia ciulantia, vt & hinc rursus malorum grauitatem reputemus. Hæc itaq; Apostolus imitatur hoc loco, veluti per sonam creaturam inducit, eamquæ ait suspirare, ac dolere. Non quod suspirium aliquod à Cælo & terra ipse audierit: Sed vt futurorum bonorum declarat immensitatem, & desiderium quod habet vt à malis presentibus liberetur. Vti-*

Quomodo creature omnes dicantur adducendæ in iudicium.

Chrysof.

Sententia Origenis reprobatur.

etur itaq; Apostolus prosepopeia, hoc est, personæ fictione. Nec solū hoc in istis locutionibus significatur, sed etiam quædam synpathia & cognatio, quam cum homine habent res vniuersæ. Sicut enim propter hominem omnia cōdita sunt, ita suo modo pro conditione hominum & ipsa se habent. Terra sterilis, propter pietatem habitantium in ea, redditur fructifera: & terra fructifera, propter malitiā inhabitantium, vertitur in falsuginem, vt habetur Psalm. 106. & principio propter peccatum hominis terra maledictioni subiecta est, vt spinas & tribulos germinaret. Angeli similiter sicut gaudent super vno peccatore pœnitentiam agente: ita dolent pro his qui pœnitentiam negligunt. Dolent autem non in se, (quia doloris capaces non sunt) sed ad modum dolentium se habēt. Et iste modus loquendi per metaphoram frequens est in Scriptura, Esa. 33. *Angeli pacis amare flebunt.* Et Esa. 63. promittuntur tempore Christi, *Celi noui, & terra noua*, id est ad modum nouorum se habentia. Et *Christus dicitur* ad Ephe. 1. & ad Colossen. 1. *Instaurator omniū quæ sunt in celo & in terra.* Hæc omnia, congemiscere, parturire, & dolere, tribuuntur omni creaturæ, toti machinæ rerum: non quod illis proprie conueniant: sed quod propter arcanam quandam cognationem, quam cum homine habent, illius mala sentire dicuntur. Et ita se habere ac si sensu & ratione pre-dita essent. Et ita sensus verborū Pauli est. *Creatura omnis rationis expers, naturam habens corrupti-*

bilem, expectat reuelationem filiorum Dei, id est, mundi finem: quando demonstraturus est Deus, qui nam sint filij Dei, & qui filij satanæ. Desiderat tempus consummatæ beatitudinis, quia interim *vanitati subiacet.* Vanitatis autem nomine hic non corruptionem (vt aliqui interpretantur) intelligit: sed frustrationem ab eo quod intendunt. Huic autem *Vanitati subiecta est creatura non volens, sed propter eum qui subiecit eā.* Relatiuum eum aliqui ad Christum referunt, qui sua potentia vel inuitam illā, corruptioni tenet obnoxia, in spe tamē exeundi. *Liberabitur enim à seruitute in libertatem gloria filiorum Dei, id est, propter libertatē gloriæ: siue, quando filij Dei libertatem consequentur.*

Alij prædictū relatiuum ad hominem referunt primum, qui suo peccato non solum homines, sed & vniuersas creaturas infecit, & corruptioni subiecit nolentes, id est, in uitas & contra suam naturalem inclinationem. Quod a posteriori ostendit dicens: *Nam creatura ingemiscit.* Nō quod gemitum emittat, sed quod admodum gementis se habeat, dum reluctatur, & quasi nolens hominum voluntati inseruit. Ex defectibus quos faciunt id colligitur, vt testatur Ambros. prædictum locum exponens. *Quia omnis creatura per quotidianum laborē ingemiscit & dolet, vsquē modo. vsquē modo, tandiu significat, quādiu legitur.* Ipsa enim elementa cū sollicitudine opera sua exhibent. Quia Sol & Luna non sine labore statuta sibi implent spatia, & spiritus animalium magno gemitu ar-

Creatura subiecta dicitur vanitati non volens, quia hominum vsibus inseruit. Ambros.

ctatur

vniuersæ res quandam cognationē habent cum hominum moribus & illis respondent.

Psalm.

Esa. Esa.

Ephe. Colossen.

atur ad exhibenda seruitia. Nam videmus illa gementia, cogi inuita ad laborem. Hæc ergo omnia expectant requiem, vt. a seruili opere liberentur. Si autem hæc esset seruitus, quæ ad Deum proficeret promerendum, gauderet, non doleret creatura: sed quia nostra causa subiecta est seruituti corruptionis, dolet. Videt enim quotidie opera sua interire. Quotidie enim oritur & occidit opus eius. Recte ergo dolet, cuius operatio nõ ad eternitatẽ pertinet, sed ad corruptionem. Quãtũ ergo datur intelligi, satis de nostra salute sollicita sunt scientia ad liberationem suã proficere, si modo nos citius agnoscamus auctorem. Hæc itaq; scientes, omni cura diligentiq; dignos nos præbeamus, (alijs quoque vt exẽplo ùmus) nõ nostra solum miseratione commoti, sed & eius caua, quæ diebus ac noctibus iniurias patiens iugemifcit. Solemus enim in alienis causis propensius vigilare. Vnde in eo quod dicitur *subiecta, est non volens*, vim quamdam demonstrat. Quam creaturæ nostris vsibus & abusus in seruientes patiuntur. Quasi dicat. Diuitiæ nolentes detinentur, vt vanitatibus hominum inseruiãt. Salus nolens vitijis tuis incumbit: tempus gemens in tuis voluptatibus consumitur, Sol, Luna, & stellæ, contra suam voluntatem te in tuis delicijs illuminant, & tuis operibus caducis corruptibilibus & mundanis opem tribuunt. Quod Ambros. eleganter prosequitur dicens: *Quid est ergo in quo vanitati subiecta est? nisi quia quæ generat caduca sunt? Operatur enim vt fructus faciat*

Ambros.

corruptibiles. Corruptio ipsa vanitas est. Omnia enim quæ nascuntur in mundo, infirma, caduca, & corruptibilia, ac per hoc vana sunt. Vana sunt enim quia statum suum tenere non possunt. Nam cuncta deformata per fluxum, semper in se redeunt confusa in naturam. Dicit de his & Salomon, Ecclesiastes, 1. Quia omnia hæc vanitas. Nec discordat Dauid Psalm. 38. dicens: Veruntamen vanitas omnis homo viuens. Manducare enim & bibere, & res mundi curare nonne vanitas est? Proficere tamen potest, si ex his corporalibus discant mysteria creatoris. Id etiam Origen. lib. 7. in Epist. ad Roma. declarat dicens: Sed ab his, si videtur exemplis etiam ad superiora conscende, & vide ipsius Solis & Lunæ, ac stellarum, celi, & totius mundi ministeria, quomodo subiecta sunt vanitati, corruptionique deseruiunt. Ad vsus namq; hominum alunt segetes, arbores fructus producant, herbamque camporum, atque eosdem in se reuertentes anni circulos voluunt. Reparant enim quæ prætereunt, & præterire rursum quæ reparata sunt, sinunt. Ipsos quoque Angelos (si ad sententiã Pauli respicias quæ dicit: Quia omnes ministeriales sunt spiritus ad ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis) intelliges tale quid gerere, & huic rationi esse subiectos: crede etiam ipsos non volentes, sed propter eum qui subiecit eos in spe, malis inseruire. Sed liberabitur, inquit Paulus, ab ista subiectione, & tunc sane liberabitur quando venerit dies Domini.

Eccles.

Psalm.

Orig.

Nec solum liberabitur creatura ab hac seruitute & captiuitate in qua ab hominibus detinetur: sed & libera contra detentorem insurget, clamabit, & pugnabit. Sicut qui

Creatura liberata à subiectione contra detentorem clamabit & insurget. Simile.

simile:

qui captiuus ab inimico suo detinetur, & molestatur iniuste, si eum liberari contingat, non solum de libertate gaudet: Sed & contra detentorem insurgit. Sic creatura omnis, (cum iniuste ab hominibus detineatur, & ab usibus suis in seruire cogatur,) gemit, & dolet libertatem sperans, liberataquè non solum gaudebit: sed & contra hominem pugnabit, vt Sapiens testatur, Sapien. 5. & nos latius profecuti sumus consideratione sexta. Iustum enim est, vt omnia contra insensatum hominem insurgant, quibus in suè prauæ voluntatis completum abusus est. Quod satis aperte videre possumus in Cain, Genes. 4. Cui cū diceret Dñs, postquā fratrem suū interfecit: *Profugus & vagus oris super terrā: respōdit. Ecce eijcis me hodie à facie terræ & à facie tua abscondar. Omnis igitur qui inuenerit me occidet me?* Cui dicere possem⁹. quæ est ista cōsequētia? Quid times? Quis te interfecturus est? Nūquid pater tuus, & mater tua, qui soli sunt super terrā, occident te? *Omnis, inquit, qui inuenerit me occidet me.* Iuste timet omnia, qui authorem omniū contempsit, qui omnibus abusus est. Iuste timet omnium rerū arma, qui omnibus rebus vim intulit, omnesquè creaturas vanitati subiecit, merito omnium manus timet. Vnde Grego. Hom. 35. in Euang. inquit: *Quia ergo omnia consumanda sunt, ante consumptionem omnia perturbantur: & qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: vt impleatur quod dicitur: Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.* Omnia namquè quæ ad vsum vitæ accepimus, ad vsum cō-

Sapien.

Genes.

Omnia timet peccator quia omnibus abusus est omnibusquè vim intulit.

Grego.

uertimus culpæ. Vnde cursta quæ ad vsum prauitatis infleximus, ad vsum nobis vertentur vltionis. Trāquillitatem quippe humanæ pacis ad vsum vertimus vanæ securitatis. Peregrinationem terræ pro habitatione diligimus patriæ. Salutem corporum redigimus in vsum vitiorum. Vbertatis abundantiam non ad necessitatem carnis, sed ad peruersitatem in torsimus voluptatis. Ipsa serena blandimenta aëris ad amorē nobis seruire coëgimus terrenæ delectationis. Iure ergo restat, vt simul nos omnia feriāt, quæ simul omnia vitijs nostris male subiecta seruebant, vt quot prius in mundo incolumes habuimus gaudia, tot de ipso postmodum cogamur sentire tormenta, & in omnibus puniamur, in quibus deliquimus. Commotio ergo hæc cælortū, mutatio hæc Solis, Lunæ, & stellarū, quoddam supplicij genus est, quod in hominem redundat, ipsum què torquet aded, vt præ timore & expectatione eorum quæ sibi contingēt, arescat. Sed statim hæc considerantibus occurrit quæstio. Cum enim Deus aded sit misericors, aded clemēs & benignus, quomodo Solē, Lunam, & stellas sui luminis priuatione: vniuersasquè creaturas, (quæ nolētes hominis voluntati inseruierūt propter eum, id est, propter Deū, qui subiecit illas homini in spe puniat?) Dicereq; poterunt considerantes, Quid Domine peccauit Sol? Quid contra te commissit Luna? Quid iniquitatis astra admisserunt? In quo deliquit terra? In quo defecit mare? Quod aded seuerè à te puniātur? Pereant


Quam detestabile sit Deo peccatū ex eo patet quod ea quæ non peccauerunt propter illud patiuntur.

homines qui peccauerunt, contra illos exime gladiū irę tuę. Cælū, Sol, Luna, astra, terra, mare, quid mali fecerunt? Hinc intelliges quā malū sit peccatum, quamq; Deo detestabile: cum in illius odiū, non solum peccatōrē puniat: sed & vniuersa, quę illi famularum aliquem præstiterunt, & in aliquo inseruierunt, subuertat. Terrā, quia se illi calcabilē præbuit: Mare, quia non absorbit: Cælū, quia fulminibus non confodit: Solē, Lunam & astra, quia lumē suū peccantibus præbuerūt. (Adeò malū est peccatū.) Peccauit Adā, & nō solum ipse punitur: sed & terra maledicitur in opere eius: *Gene. 3.* Peccāt homines, & diluuiο generali non solū homines, sed & vniuersa animantia & plantę, & terra ipsa puniuntur. *Gene. 7.* Quia odit Dominus impium & impietatem. Mittit Deus Saulē cōtra Amalech. *1. Reg. 15.* & præcipit, vt & ipsum, & vniuersa quę eius sunt ab homine vsq; ad pecus destruat, vrbes subuertat, nec quidquā viuum, aut viri de derelinquat. Quia ille, suaq;, populo Dei impedimento fuerunt, ne ad terram promissam procederet. *Deuter. etiam 20.* populo suo præcipiebat Deus, vt gentiū oppida debellantes nihil relinquerent, omnia vsq; ad lapides subuerterent, & destruerent: nec quidquam eorū remaneret, quę peccatoribus & idolatris ad suos vsus inseruierunt. Ita Deus in proposito, Solē, Lunam, & stellas, & vniuersas creaturas, adeò acerbè punit, nō quia ipse peccauerūt, sed quia peccantibus inseruierūt. Sicut cum quis crimē committit contra maiestatem regiam,

nō solū ipse punitur, sed & filij eius infames efficiuntur, bona publicantur, domus solo equatur saleq; seminatur: cum tamē nec filij, nec bona, nec domus peccato consenserint. Neq; id cōtra iustitiā est, quia criminis grauitas, quod maiestatem regis lædit, id exposcit. Sic cum homo contra Deum adeò impudenter insurrexerit, non solū ipse punitur: sed & bona eius, ministri, Sol, Luna, & domus in qua habitauit, scilicet, totus mundus. Vt hinc, sicut dicebamus, grauitas peccati intelligatur, quę non solū Deum contra hęc quę dicta sunt, irasci faciat: sed & contra proprium filium suū, qui peccatum non fecit, neq; in ore eius dolus inuentus est. Quē adeò grauiter percussit, vt *Esai. cap. 53.* dicat: *Vidimus eum despectum, & percussum à Deo: vnde nec reputauimus eū.* Timeant ergo homines Dei iram. Qui enim terre, Cælo, Soli, Lunę propter hominis peccatū nō pepercit: qui proprio filio suo non ignouit propter alienū peccatum, quid faciet contra ipsum peccantē: quādo venerit dies eius, & misericordię non erit locus?

OCTAVA CONSIDERAT.
De magnitudine & terribilitate irę iudicis adueniētis, (cuius conspectum etiam insensibilia sustinere non poterunt) agit, quę & eo grauior erit, quo amplius detinetur.

Erunt signa in Sole, &c.

 his signis, & vniuersarum rerum tam sensibilibium, quā insensibilium tur-

Geneſ.

Geneſ.

Reg.

Deute.

Simile.

Esai.

Psalm.

turbatione, quam Euangelista describit, aperte colligitur magnitudo & terribilitas iræ aduentantis iudicis: Ante cuius faciem, vt habetur Psalm. 17. *Commota est & cōtremit terra, fundamenta montium conturbata sunt & commota sunt: quoniam iratus est eis. Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit, carbones succensi sunt ab eo.* Vbi magnitudo iræ Dei venientis ad iudicium describitur. Quæ aded magna est, vt fumus in ira eius ascendat, sicut solet in fornace, & à facie eius ignis exardefcat aded magnus, vt carbones valeat succendere. Vnde non solū rationales creaturæ timebunt, & contremiscent: (homines enim ardescunt, & virtutes cælorum commouebuntur;) sed & insensibiles creaturæ trement irati Domini vultum ferre nō valentes. Commouebitur terra, & contremiscet: & fundamenta montium conturbabuntur. Et rationem reddens huius tantæ turbationis, dicit: *Quoniam iratus est, scilicet, Deus eis.* Relatiuū hoc eis non refert terram nec montes contra quæ Deus irasci dicatur: quia illa non peccauerunt, sed homines, vt vniuersi expositores declarant. Propter iram itaque quam in homines Deus habet, creaturæ insensibiles, (licet contra Deum non peccauerint, nec eius voluntati in aliquo contrarię fuerint) turbantur, & cōmouentur. Sicut & apud homines contingit. Cū paterfamilias contra seruum nimis irascitur, vniuersa domus turbatur, & timet: vxor fugit, filij se abscondūt, alij ministri tremuat. Quod si interroges vxorem, filios, aut ministros, quare

Simile.

timeant, nunquid in aliquo peccauerint? respondebunt? Minime. Quod si iustes. Quare tremitis & fugitis? Dicent. Quia iratus est paterfamilias. Et licet nos conscientia non accuset, iræ magnitudo terret. Ita & vniuersæ creaturæ, licet à Dei voluntate non defecerint, videntes Deum aded iratum contra homines timeant, & cōmouentur propter iræ magnitudinem. Quæ quasi detenta toto tempore præsentis vitæ obsistente misericordia fuerat, & nunc magno impetu erumpit. Tantoquē maiori & fortiori vi, quanto magis detinebatur. Sicut enim dicebamus ex Grego. & August. Ira Dei arcui comparatur: quia quanto chorda magis retrahitur, & quanto sagitta magis retrahitur, tanto fortius & maiori cū impetu mittitur. Ita quanto diuina ira magis detinetur, ne in vindictā procedat, tanto fortius emittitur, & grauius percutit: & detenta in se ipsa crescit, vires sumit, & quasi fortior redditur, vt grauius & crudelius puniat. Vnde Plutarchus dicebat, quod licet ira Dei ad supplicium lento procedat gradu, tamen tarditatē supplicij grauitate compensat. Quod & Paulus ad Rom. 1. declarauit dicens: *An ignoras, quod misericordia Dei ad penitentiam te adducit? tu vero secundum duritiam tuam, & impenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die iræ.* Magnitudinem iræ, & eius impetum, & fortitudinem, qui in malos procedet, nomine thesauri explicat. Quasi enim repressa ira & detenta, magno impetu procedet: ita vt omnia subuertat. Sicut aqua fluminis, cum forti ali-

Grego.
August.
Ira Dei detēta crescit, eo amplius quo magis detinetur.

Plutar.

Roman.

simile.

quo obstaculo detinetur, in se vires colligit, & multiplicatur: sublato vero impedimento, adeò fortiter irruit, vt sara, arbores, domus, & omnia occurrentia subuertat: eoque fortius & maiori cum impetu decurrit, quo diu magisque detenta fuit. Non aliter ira Dei (quã Deus longo tempore, continet,) irruet adeò fortiter, vt vniuersa subuertat, suoque impetu secum ferre videatur cælum, Solem, Lunam, stellas, terrã, mare, & vniuersas creaturas. Huius magnitudinem exponit Naum, cap. i. dicens: *Deus amulador, & ulciscens Dominus, ulciscens Dominus & habens furorẽ: ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus in tempestate & turbine via eius, & nebula puluis pedum eius. Increpans mare & exiccans illud, & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basam & Carmelus, & flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt. Et contremuit terra à facie eius: & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? Indignatio eius effusa est vt ignis, & petra dissoluta sunt ab eo. Quanto enim Deus antea magis misericors fuit, tanto crudelior in iudicio erit. Patientia namq; sæpius læsa, fit nõ solum ira, sed furor. Ideo à Naum igni effuso comparatur. Quia sicut ignis in agendo fortissimus est inter omnia elemẽta, omnia domat, & nihil est quod illi valeat resistere: Ita ira Dei adeò fortis erit, vt omnia destruat, nihilq; illi resistere possit. Ideoq; dies iudicij dies iræ vocatur.*

Naum.

Patientia sepius læsa furor efficitur

Differentiam que versatur inter iram Dei & flagella eius in hac vita & in extremo iudicio, exponit eleganter Hierem. cap. i. duplici illa visione quã vidit. Primo enim in interrogate Domino: *Quid tu vides?* Dixit: *Virgam vigilantẽ ego video.* Cumque secundo interrogaretur: *Quid tu vides?* Dixit: *Ollam succensam ego video.* Prius virgã vigilantem ponit, deinde ollã succensam: vt doceat. Quod qui noluit in hac vita videre virgam vigilantẽ, & tẽporali Dei castigatione, vel volũtaria, corrigi, incidet in extremo iudicio in ollã succensam. Ira præsentis vitę virgę comparatur: ira vero futuræ ollæ succensæ. Quæ ergo differentia est inter virgã & ignem, hæc est inter iram primi & secundi Domini aduentus. Quod eleganter aduertit Hiero. in illud caput Hieremiæ dicens: *Quibusdam gradibus peccantibus tormenta tribuuntur, vt paulatim veniant ad salutem. Qui noluerint percutiente virga emẽdari, mittentur in ollã æneam atque succensam: de qua plenius habetur Ezech. cap. 24. Vnde illud sciendũ, quia sic venit iste Sanctus sanctorũ, vt primus aduentus eius cunctis cum recipientibus, (& ob hoc filijs Dei factis.) paterna sit virga correctionis: secũdus autẽ aduentus eius impijs & incredulis futurus sit iudicium dãnationis. Rupertus lib. i. in Hierem. cap. 5. Proposita duplici hac Hieremię visione, & quid ad literã significet respectu Israëel, explicato, altius ascendens ait: *Verum multo præcelsius, multo negotiosius, hic excelsus Dominus Sanctus sanctorum Christus virgam vigilantem nobis creditibus vidit, & ollã succensam à facie**

Hierem. Differentia flagellorum Dei dum viuimus & in extremo iudicio declaratur.

Hiero.

Ezechie.

Rupertus.

Aqui-

Aquilonis impijs & contemptoribus vidit. Vidit, inquam, nobis virgam vigilantem, id est, futuri iudicij & poenarum inferni timorem. Quo ad poenitentiam corripiens, nos excitat, misericordiam suam non amouens à nobis. Impijs vidit ollam succensam, id est, tormentorum vim inenitabiliter apprehendentem. Virgam igitur vigilantem, cōcludit Rupereus, pijs atquē fidelibus vidit excelsus Dominus. Vigilantem, id est, accelerantem, & ad omne opus bonū excitantem. Porro ollam succensam vidit, cum dicit: Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Matth. 3. & Matth. 25. Ito maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis eius. Vnde qui noluit amplecti manus filij Dei in cruce expansas tota die, incidet in manus Dei viuentis. De quibus ad Hebræ. 10. dicit Paulus: Terribile est incidere in manus Dei viuentis. Quod ipse Dominus apud Ezech. cap. 7. testatus est dicens: Finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit. Immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas, & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parceret oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponā super te, & scies, quia ego Dominus percuciens. Ecce ollam feruentem contra ira eos, qui virgam vigilantem & Dominū misericordē contēperūt.

Huius diei singularem calamitatem, & Dei maximam iram describit Sophon. cap. 1. satis prolixè inquiens: Et erit in die hostie Domini: visitabo super principes, & super filios regis, & super omnes, qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem,

qui arroganter ingreditur super limen in die illa, qui complent domum Domini Dei sui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, & ululatus à secunda, & contritio magna à collibus. Ululate habitatores pile, conticuit omnis populus Chanaam: disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: scrutabor Hierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fecibus suis. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est, & vox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ, dies illa, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis & miserie, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulae & turbis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerunt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, & corpora eorum sicut stercora. Sed & argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne æli eius deuorabitur omnis terra: Quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terrā. Verba vniuersa hæc à Sophonia proposita, Domini sunt loquentis ad populū suum. Vnde principio aduertendum est, quod illud genitiuum Domini, cum dicitur: Et erit in die hostie Domini, ponitur loco pro nominis meæ. Solent enim apud Prophetas nomina pro pronominibus poni iuxta consuetudinē Hebræam: vt annotauit August. in illud Psalm. 67. Rex virtutum dilecti, &c. Sic Genes. 7. dicitur, quod de animalibus duo & duo ingressa sunt in arcam, sicut præceperat Dominus Noe, id est, ei. Et Deutero. 9.

Nomina pro pronominibus ponuntur.

August. Psalm. Genes.

Matth.

Hebræ.

Ezech.

Ira & misericordia diei extreme describitur à Sophonia.
Sopho.

Dedit mihi Dominus duas tabulas scriptas digito Dei: pro digito suo. Ita dies hostiæ Domini dicitur pro die hostiæ meæ. Loquiturq; de die extrema & ultimo iudicio, quæ specialiter dicitur dies Domini, & dies hostiæ illius. Quia in illa glorificandus est, & de hostibus suis vindictam sumet. Et visitabo, inquit, super principes, &c. vniuersalitas iudicij declaratur. Omnes comparebunt, reges, principes, & potentes: nec erit aliquis qui non iudicetur. Nec id solum ostenditur, sed & iudicij æqualitas sine respectu & acceptance personarum. Non enim Domini iudicium erit sicut & hominum, apud quos pauperes iudicantur, reges & potentes non comparent: Deus autem reges, principes, & filios regum iudicaturus dicitur. Nec solum eos, sed & illos qui induti sunt veste peregrina. Quæ verba plus denotant, quam significare videantur. Neque enim tam magnum crimen est peregrina vestis (siue peregrinum pro curioso accipiatur, siue pro extraneo & alterius nationis habitu) ut pro hoc specialiter in iudicium adducendi dicantur homines. Quare speciale aliquid inuere videtur, illud quæ est. Quod curiositas vestium & peregrinus ornatus solet secum mores peregrinos, & illarum nationum quibus proprius est, inducere: homines quæ similibus vitijs inquinare, ac nationes illæ habent. Vnde Hieronymus exponit: Super omnes qui induti sunt &c. Hoc est. Qui pro Dei cultu venerati sunt idola, cum veste enim gentium & earum vitia irrepserunt. Tales erant qui. i. Macha. i. notantur. In diebus illis exie-

runt ex Israel filij iniqui, & susserunt multis dicentes: Eamus & disponamus testamentum cum gentibus. Et fecerunt gymnasium in Hierosolymis secundum leges nationum, & fecerunt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto. Id maxime apud nos vsitatum videmus. Qui sicut relicto patrio habitu & antiqua propria veste omnium nationum vanitates & cultus imitari conamur, ita & omnium nationum vitijs abundamus. Nec solum religio contemnitur, sed & respublica pereclitatur, & vniuersæ substantiæ vanitatibus & curiositatibus exhaustæ & consumptæ sunt. Et visitabo super omnem qui arroganter ingreditur. Notat falsos Christianos, & eos qui de sua iustitia præsumentes cum faustu & supercilio sanctuarij limen, & templi gradus, sicut Phariseus, ascendunt, ingredientes arroganter, & iustitias suas iactantes. Qui aliorum facta & vitas iudicant, ipsosque condemnant, quasi ipsi homines non sint, nec viuât sicut cæteri homines. Hos se iudicaturum Dominus testatur. Aliiter etiam Hieronymus. locum istum interpretatur inquit. Porro quia in eo vbi nos interpretati sumus. Qui arroganter ingrediuntur super limen, potest intelligi secundum Hebraicum: Qui transiliunt limen & hoc hystorice sentiendum est. Visitabo super eos, qui iuxta Regnorum. i. lib. cap. 5. non calcant limen idolorum superstitionibus seruientes. Sic enim habetur Caput autem Dagon, & due palma manuum eius abscissæ erant super limen. Propter hæc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes, qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in azoto vsq; in hodiernum

Dei.

Non erit acceptio personarum in iudicio.

Habitus extraneus solet & mores extraneos secum ferre.

Hieron.

Mach.

Hieron.

Reg.

hodie etiam diem. Et tamen cum religio-
nis causa limen transiliant, munera of-
ferunt per dolum & rapinam parta. Re-
prehendit ergo idolorum cultores, &
falsorum deorum. Conticit omnis po-
pulus Chanaam. Per irrisionem ver-
ba ista & per increpationem dicen-
tur: dum filij Israël & falsi Chri-
stiani populus Chanaam dicuntur.
Ac si dicat. Non est hic populus ex
semine Abraham & Iacob, nec filij
sunt Christi: sed ex semine Cha-
naneorum & diaboli, quorum mo-
res & impietatem imitatur. Con-
suetum enim est in scriptura, nomi-
na eorū hominibus tribuere, quo-
rum mores imitantur. De quo alias
dicemus. Dicitur autem contice-
cere, quia conuictus & confusus ta-
cebit iniquus, vidensque se iuste pu-
niri non habebit quod valeat respō-
dere. Magnā emphasim habet ver-
bum, conticit, magisque denotat
quam si diceret, periit, condemna-
tus est, excisus est. Quia conticit
triste quoddam & horrendum silē-
tium denotat. Quod vel misericor-
diam vel admirationem maximā
excitat. Quod Vergi. de Troia,
2. Æneadu. dixit: *Horror ubique ani-
mos, simulque ipsa silentia terrent*, Si-
lentium hoc insinuat Evangelista
cum dicit: *Quod auerserunt homines pre-
timore*, non valentes verba exprime-
re, nec habentes quid respondeant.
Sicut contigit illi qui sine veste nu-
ptiali repertus est, qui reprehendē-
te Domino obmutuit, non habens
quid responderet. Et scrutabor Hie-
rusalem in lucernis. Districtio iudi-
cij & examinis magnitudo declara-
tur sumpta similitudine ab his, qui
sedulo & anxie aliquid quærunt.

Qui non solum curam & diligen-
tiam adhibent: sed & lucernas ac-
cendunt vt curiosius perquirant.
Vnde Bernard. Serm. 55. in Cantu. *Bernard.*
ait: *Verum tu qui aduentum desideras*
Saluatoris, time scrutinium iudicis. Ti-
me eum, qui per Prophetā dicit: Et erit
in die illa, & ego scrutabor Hierusalē
in lucernis. Acuto visu est, nihil in scru-
tatum relinquet, oculus eius scrutabitur
renes & corda, ipsaque cogitatio homi-
nis confitebitur ei. De quo copiosius
alio loco agemus. Et super viros defi-
xos in fecibus suis. id est, super pecca-
tores. Peccata enim recte feces di-
cuntur propter foeditatem & hor-
rorem, & quia amara sunt. Vnde
Psal. 9. dicitur de peccatis: *Quo-*
niam tu laborem & dolorem cōsideras.
Et Hiere. 2. *Vide quia malum & ama-*
rum est reliquisse te Dominum Deum
tuum, & non esse timorem eius apud te.
Iuxta est dies Domini magnus, &c.
Propinquitatem & certitudinem
diei istius declarat bis repetendo
eādem dictionem. Quod & Salua-
tor in hoc Euangelio asseruit. *Non*
preteribit generatio hæc, donec omnia
fiant. Dicitur autem dies magnus,
non quantitate, nec quia multum
durabit: sed quia magna, tremen-
da, & mirabilia in eo fient, vel quia
respectu malorum magnus appare-
bit. *Vox dies Domini amara & terribi-*
lis, de qua Psal. 28. dicitur. *Vox Do-*
mini in virtute, vox Domini in magnifi-
centia, vox Domini confringentis ce-
dras, &c. Meritoquē amara dicitur,
cuius vel sola memoria terribilis
est. Eccles. 41. *O mors, quam amara*
est memoria tua homini habenti pacem
in delitijs suis. Tribulabitur ibi fortis.
Cum etiam qui iusti sunt (vt dicit
E 4 Hiero.)

Obmutescunt
peccatores
in iudicio cō-
fusi.

Vergil.

Matth.

Districtio iu-
dicij & exa-
minis magni-
tudo atq; cu-
riositas.

Bernard.

Psal.

Hiere.

Dies ille ma-
gnus quomo-
do dicatur.

Psal.

Eccles.

Hiero.

Ecclesi.

Hieron.) seruentur quidem, sed tamē sæpe quasi per ignē. Non enim est in hominis potestate prohibere spiritum, vt habetur Ecclesiastes, 8. Nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello. Tribulabitur ergo fortis, quia arescēt homines præ timore & expectatione. In quo magnitudo tribulationis declaratur, quæ etiam fortes inuadet. *Dies ira dies illa, &c.* geminatio hæc & crebra repetitio nominum idem significantium ostendit magnitudinem futuræ calamitatis, miseriar, & angustiar. Amplificatio est, quæ, vt dicit Quintilia. lib. 8. institutio. Oratoriarum; cap. 4. fit per congeriem verborum & sententiarum idem significantium. In qua singula verba præcedentibus aliquid addere videntur, vt quisquē poterit considerare. Dicitur præterea, *dies tubæ & clangoris.* Quia mittet Angelos suos cum tuba, vt habetur Matt. 24. Quæ ad bellum excitat, vt omnium animi commoueantur. Sicut enim dicit Seneca: *Peior est bello timor ipse belli.* Dicitur *dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & angulos excelsos,* id est, super fortes & potentes & qui sibi securi esse videbantur. Quid autem per ciuitates & Angulos significetur specialius declarat Gregori. 3. part. Curæ pastoral. admoni. 12. *Et tribulabo homines, &c.* De hoc alia consideratione agemus. Sed & argētum eorū, &c. declarat nullū esse subsidium, nullumq; auxilium, nec a diuitijs nec ab amicis, vt consideratione præcedenti diximus. Magna ergo erit tribulatio diei illius, & que nullatenus valeat cum tribulationibus hu-

Quintil.

Matt.

Seneca.

Gregori.

ius vitæ comparari. Quod David Psalm. 76. expressit dicens: *Etenim sagittæ tuæ transeunt, vox tonitru tui in rota.* Sagittæ Dei dicuntur plagæ huius vitæ, quæ temporales sunt, & transituræ dicuntur. Sed vox tonitru Dei, quæ in die iudicij sonat, (qui dies tubæ & clangoris ideo dicitur,) in rota est. Id est, exitum nō habet, nec vnquam terminabitur: sed sicut rota semper super impios voluetur. Et vt habetur Psalm. 48. *Laborabunt in æternum, & uiuent adhuc in finem.*

Psalm.
Plagarū huius vitæ & futuræ differentia.

Psalm.

NON A CONSIDERAT.

Qualis quantaq; sit futura hominum turbatio, qualis timor adueniente vltimo iudicij die, in quo nullus pro alio deprecabitur.

Arescētibus hominibus, &c.

QVANTA sit futura hominum turbatio, quātus metus in illa die, quando Dominus iudicaturus adueniet, satis ex his quæ præcedentibus considerationibus diximus colligi potest: apertiusquē deducitur ex eo, quod Euangelista testatur. Quod arescent & siccabuntur homines, & veluti mortui erunt præ timore & expectatione. Ita vt nec de se, nec de rebus suis curēt: sed attoniti huc atque illuc vagentur. Quod Sophoni. cap. 1. declarauit dicens: *Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci; quia Domino peccauerūt. Que in locū exponens Hieron. dicit: In consumptione autē vel mūdi vel vniscuiusq;*

Sophoni.

Hieron.

tribula-

tribulabuntur omnes homines: qui homines permanserunt, & mortui sunt quasi homines. Etenim qui Dei sunt participacionem gratiæ, quique supra homines sunt, quia non humana quærunt, sed diuina, non tribulabuntur in morte vel iudicio: sed spe proximorum bonorum erigentur, & consolabuntur. Sicut discipulis suis Christus in hoc Euangelio dixit: Cum uideritis hæc fieri, leuate capita uestra. Ecce enim appropinquat redemptio uestra. Homines itaque uocat eos, qui terrena sapiunt, & terrena quærunt. Quos dicit ambulaturos ut cæcos præ nimia anxietate, ne scientes quo fugiant, aut quo se uertant, & ex vno periculo in aliud grauius incidentes. Sicut contingere solet cæcis, dum fugere procurant. Hæcque patientur; quia Domino peccauerunt. Ambulabunt ut cæci non solum quantum ad corporalem motum, sed etiam ut dicit Hieronymus. quia lumen perdidere uirtutum; & locum poenitentiae non habebunt, nec inuenient. Sicut contigit fatuis uirginibus, Matt. 25. Quæ audientes clamorem & quod sponsus adueniret, turbatae surrexerunt, oleum quæreres, dumque irent emere, uenit sponsus, & clausa est ianua, nec poenitentiae locum inuenierunt. Et hoc maxime Propheta isto loco significare uoluit, ut mihi uidetur. Cæci enim cum pericula imminant, tentant effugere, & hac atque illac errantes discurrunt, nec domum aut tutum locum inuenire queunt: quia cæci sunt. Ita multis peccatoribus contingit, omnibusque, quos in peccatis ultimus dies inuenit, eueniet. Qui mortis angustijs oppressi,

turbationem omnium rerum uidentes, & uenturam iram formidantes, tentabunt effugere, & poenitentiam quærunt: Sed ianuam non inuenient, qua ingrediantur: Quia cæci sunt. Sicut contigit uiris Sodomitis, qui errantes circa domum Loth, ianuam inuenire non potuerunt præ cecitate. Sic enim habetur Genes. 19. Et eos qui foris erant, percusserunt cecitate à minimo usque ad maximum, ita ut ostium inuenire non possent. Vbi nota, quod non dicite eos qui foris erant, ostium Loth non inuenisse; (Quia bonum illis erat non inuenire ianuam domus, quam nefario scelere cõtaminare cogitabāt:) sed absolute dicit, quod non poterant inuenire ostium domus, unusquisque suæ: ita ut percussi cecitate in domum propriam reuerti non possent. Et quod iste sit proprius loci sensus & literalis colligitur ex alio loco Sapient. 19. ubi factum hoc referens dicit: Percussi sunt autem cæci,

Genes.

Sodomite ita cecitate percussi ut proprias domus inuenire non potuerint.

Sapientia.

Ioann.

Esai.

Peccatores (& si per fidem membra sint Christi, & in Ecclesia maneat,) nihilominus extra esse dicuntur: Quia charitate & gratia carent. Unde Christus, Ioann. 15. dicit: Quod qui non fert fructum in eo, mittetur foras, sicut palme & arsefecer. Et peccatores, Esai. 9. dicuntur sedere in tenebris & umbra mortis: Deus autem lux est & uita. Ergo foris sunt: Iniquitates enim eorum diuidunt inter ipsos & Deum, ut dicit Esai. cap. 59. Ianua autem, qua ad uitam post baptismum intratur, poenitentia est, sine qua nulli salus contingit: Ut Actuu. 2.

E 5 dicit

Hieron.
Sera poenitentia periculo-
sa.

Matt.

Actuum.

dicit Petrus: *Nisi poenitentiam egeritis omnes simul peribitis.* Ideo Paulus ad Hebræos 6. *Poenitentiam fundamentum* vocat, non absolute, sed *ab operibus mortuis*; id est, post opera mortua & peccata. Fides enim absolute & simpliciter fundamentum est vitæ Christianæ, sine qua impossibile est placere Deo: Peccantibus autem post baptismum aliud relinquitur fundamentum, alia ianua, scilicet, poenitentia. Quæ à sanctis Patribus tabula secunda post naufragium dicitur. Hanc multi peccatorum hic non inveniunt, quia cæci sunt: & dum quærunt, offendunt in aliena pecunia restituenda, & non inducunt animum, ut restituant: offendunt in inimicitijs, quas durissimum est deponere: occurrunt delectationes & voluptates, quas relinquere sibi videtur impossibile. Ideo in peccatis suis manent, & ianuam non inveniunt. Omnibusq; peccatoribus in ultimo iudicio id continget: *Qui non toto animo nec ex corde poenitentiam querunt. Quare saluberrimum est illud Hieremix consilium, cap. 13. Date Domino Deo vestro gloriam, antequam contenebrescat, & ante quam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: expectabitis lucem, & ponet eam in umbra mortis, & in caliginem.* Ambulabunt ergo peccatores ut cæci, & præ timore turbati. Cumq; viderint nullum illis esse refugium, & quod vniuersæ creaturæ eos à sepellunt, turbati arescent præ timore, ac dicent *montibus cadite super nos, & collibus operite nos: ut habetur Lucæ. 23. Qui locus desumptus est ex Osee, cap. 10. & licet ad literam illo loco*

Hebræ.
Poenitentia
fundamentū
salutis.

Hierem.

Lucæ.
Osee.

loquatur Euangelista de subuersione ciuitatis Hierusalem, quæ à Romanis facta est, & de miserijs, calamitatibus, & angustijs, quæ tunc hominibus contigerunt: etiam intelligi potest de afflictione & miseria, quæ erit in hominibus in die ultimi iudicij. De qua Ioel, cap. 2. ait: *Consubentur omnes habitatores terra, quia veniet dies Domini: quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. Magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Et Psalm. 49. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida.* Quod late prosequitur Grego. 17. Moral. cap. 21. *Estq; ad hoc elegans locus Esaiæ. cap. 2. Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragine terra, à facie fortitudinis Domini, vel furoris Domini, ut transtulerunt Septuaginta: & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutero terram. In die illa proijciet homo idola argenti sui, & simulacra auri sui, que fecerat sibi, ut adoraret talpas, & vesperaliones: & ingredietur scissuras petrarum, & in cavernas saxorum, à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est, quia excelsus reputatus est ipse.*

Ioel.

Psalm.

Grego.

Esai.

Iste locus, licet communiter de euerfione Hierusalē declaretur, potest & ad vltimum iudiciū referri iuxta ea quæ principio huius Euāgelij diximus. Tamen de extremo iudicio specialiter & ad literam dicta hæc intelligit Tertul. aduersus Martion. lib. 4. & 5. & probat argumento validissimo. Quia Paulus.

Tertulia.

Theff4.

2. ad Theffalon. 1. citat verba hæc secundum translationem Septuaginta, & interpretatur de vltimo iudicio. In eo ergo quod dicit: *Et introibunt in speluncas, & postea repetit, ingrediētur scissuras petrarum, &c.* Magnitudo timoris, quem homines concipient, ostēditur. Præ timore enim ingredientur speluncas, & cauernas, & se intra montium viscera abscondere curabunt. In eo autem quod dicit: *Et projiciet homo idola argenti & auri sui, &c.* Magnitudo turbationis declaratur. Adeo enim turbati erunt, vt cuncta (quæ antea diligebant, & adorabant, ac veluti Idola habebant) à se projiciant, nihil de illis curent, de sua solum salute solliciti.

Grego.

Ira Dei iam accensa est contra peccatores.

Ex quo infert tanquam conclusionem. *Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus, &c.* Quod de Christo, Gregor. 31. Moral. cap. 12. & alij multi interpretantur. *Quiescite ergo, dicit, ab homine, id est, Christo offendendo & irritando vestris criminibus. Cuius spiritus in naribus eius est, id est, cuius indignatio & ira in naribus eius est, id est, accēsa est.* Est enim phrasis Hebræorū ad indignationē & iram significandā dicere, spiritū in naribus esse. Et reddit rationē, *Quia excelsus reputatus est ipse: id est, Christus, qui modo vobis humilis & despectus apparet, in die illa excelsus reputabitur.* Veniet enim in nubibus cæli cum potestate & maiestate magna. Sensus igitur horū verborum est. Ne vos humanitas & benignitas eius (qua inter nos apparere dignatus est in similitudinē hominum factus,) securos reddat: ne eius clementia, qua peccatores

recipit, desides faciat. Quia spiritus eius in naribus eius, id est, non solum indignari & irasci fecit: sed & iam ira eius & indignatio accēsa est. Et quod Hispane dicimus, (quo optime phrasis hæc explicatur) *se le ha subido el humo a las narizes.* Adeoque indignatio eius efferebuit, vt ignem spirare videatur.

Esai.

Quod Esai. cap. 42. declarauit dicens: *Dominus sicut vir fortis egredietur, sicut vir praliator suscitabit zelum, & vociferabitur & clamabit, super inimicos suos confortabitur.* Statimquē inducit Dominum dicentem. *Tacui, semper filii, patiens fui, sicut parturiēs loquar. Dissipabo & absorbebo simul, desertos faciam montes & colles, & omne germen eorum exsiccabo.* Quod Septuaginta apertius transtulerunt dicentes: *Tacui à seculo nunquid & semper tacebo, & sustinebo? Sicut pariens patienter egi. Excludā & arefaciā, &c.*

Deus qui modo tacet & dissimulat tūc vt fortis loquatur

Quem locum de vltimo iudicio ad literam interpretantur Cyprian. Serm. 3. de bono patientiæ, & Tertul. lib. de pudicitia. & August. Tracta. 33. in Ioann. & Psalm. 82. in illa verba: *Ne taceas, nequē compefcaris Deus: vbi dicit. Quia primo tacuit vt indicaretur, quando sicut agnus coram tōdente se fuit sine voce, sic non aperuit os suum, & suam compefcuit potestatem.*

Cyprian. Tertul. id. August. Psalm.

Quam vt se compefcere ostenderet, ad illam eius vocem qua dixit Ioann. 18. Ego sum: Hi qui eum apprehendendum querebant, redierunt retro, & ceciderunt. Quando ergo teneretur, atque pate retur, nisi se ipse cohiberet, atque compefceret, & quodammodo mitigaret? Nam & sic quidam interpretati sunt quod hic positum est, nequē compefcaris Deus: vt dicerent, nequē mitescas. Deus: ipse

Ioann.

alibi

alibi dicit, tacui, nūquid semper tacebo? Cui dicitur hic, ne taceas: De illo alibi dicitur, Deus manifestus veniet, Deus noster & non silebit. Cui dicitur hic, ne taceas: tacuit enim ut iudicaretur, quando venit occultus: non autem tacebit, ut iudicet, quādo veniet manifestus. Et Grego. 9. Moral. cap. 12. Similiter de ultimo iudicio exponens dicit. Ille quippe vita causas examinat, qui has per alienum testimonium non explorat: quia qui districtus quandoquē ostenditur illator pena, ipse diu tacitus exiit testis culpa. Hinc enim per Hiere. cap. 29. dicitur: Ego sum index & testis. Hinc rursum ait: Tacui semper filius, patiens sui, sicut parturiens loquar. Parturiens namquē cum dolore eijcit, quod diu in abditis cū pondere portauit. Post longum ergo silentium, sicut parturiens, Dominus loquitur: Quia quod apud se nunc tacitus tollerat, in vltione quandoquē iudicij quasi cum dolore manifestat. Vnde & Ioann. 8. ipse Dominus Phariseis dicit: *Multa habeo de vobis dicere, & iudicare.* Ac si dicat: Ne putetis, eo quod modo taceam, & dissimulem, quod nō sim contra vos aliquando processurus, & iudicaturus. Veniet enim tēpus cum vniuersorum opera, & vestra iudicaturus sum. Est ergo huius diei terror inexplicabilis, in quo veniet iudex terribilis & inexorabilis, quod Chrysostr. Homi. 22. ad populum Antiochenum pulchre ostendit dicens: *Vide nō indutū veste nuptiali ex sponsali domo expulsū, & neminem pro illo intercedentē, vide talē tū habentem creditum, & non negotiatū, & quomodo pro illo intercedit nemo, respice mihi quinque virgines exclusas,*

& aequales pro ipsis non deprecatas. De quo plura dicta sunt in alijs cōsiderationibus.

DECIMA CONSIDERAT.

De diuersitate quę erit in die iudicij inter bonos & malos, istis arescentibus præ timore, & expectatione: illis exultantibus præ gaudio, & redemptionis suę spe: & quod diuersitatem hanc conscientiarum diuersitas causet.

Arescētibus hominibus, &c.

CONSIDERA verba ista, & confer cum immediate sequentibus, *his autē fieri incipientibus, respicite & leuate capita vestra: &c.* Et videbis diuersitatem, quę futura est in die illa extremi iudicij inter bonos & malos, illis gaudentibus & exultantibus, quoniam appropinquat eorum redemptio: istis præ timore & expectatione, quę superuenient vniuerso orbi, arescentibus. Dies enim vltimi iudicij iustus erit valde delectabilis: impijs autem & peccatoribus valde terribilis. Quam diuersitatem non causabit diuersitas iudicis: sed diuersitas conscientiarum iusti, & peccatoris. Quod declarans Grego. dicit: *In extremo iudicio Christus in semetipso incommutabilis manens, nulla vicissitudine aut commutabilitate variatur. Sed tamen electis ac reprobis ne quaquam sub specie eiusdem incommutabilitatis ostenditur: Quia & tranquillus*

Dies iudicij impijs terribilis, iustus delectabilis.

Grego.

quillus

Grego.

Hiere.

Ioann.

Chrysostr.

quillus iustis, & iratus apparebit iniu-
stis. Testem enim conscientiam intra
semetipsos deferunt, unde & eorum me-
tes cum æque vnum respiciant, non aqua-
liter modificantur: Quia & istis cum be-
nignum ostendit ante acta iustitia: &
illis terribilem culpa. Quorum pauorem
quis explicet: cum contigerit miseris &
intra se culpas cernere, & ante se iudi-
cem iustum videre? Hoc nimirum quo-
tidie in vsu vitæ præsentis agitur,
vt de qualitate venturi iudicis mor-
talium corda doceantur. Nam cū
duo ad iudicium pergunt, alius ino-
centiæ sibi conscius, & alius culpæ,
ante prolatam sententiam adhuc
tacentem iudicem vtrique conspi-
ciunt, & tamen culpæ debitor gra-
uem contra se iram hoc ipsum iudi-
cis silentium suspicatur. Quam irā
sibi non denuntiat perturbatio iudi-
cis: sed recordatio prauitatis. Quia
& si adhuc foris reum sententia nō
clamat, intus iam conscientia gra-
uiter accusat. At cōtra iustitiæ ami-
cus decernentis iudicis vultum cō-
spicit, sed intus de testimonio bo-
næ recordationis hilarescit. Et
quo apud se, quod metuat non ha-
bet, omne quod contra ipsum est,
blandum videt. Formatq; & fun-
dat quæstionem Grego. super illud
Psalm. 48. (quod supra late expo-
suimus) *Cur timebo in die mala: id est,*
in die iudicij. Quæ dicitur dies, quia
tunc omnia erunt aperta & manife-
sta. Et dicitur mala quantum ad in-
iustos. Quia tunc damnationis sen-
tentia contra ipsos procedet. Vnde
Sopho. 1. respectu malorum dicitur,
dies tribulationis, angustia, calami-
tatis, miseriæ: tenebrarum, caliginis, ne-
bula, turbinis, dies tubæ, & clangoris.

simile.

Psalm.
iudicij dies
cur mala di-
catur.

Sophon.

vt supra-expositum est. Quod Ioā.
Apoca. 20. ostendit, dum inquit. Et
vidi thronum magnum candidum, & se-
dentem super eum, a cuius conspectu fu-
git terra, & calum, & locus non est in-
uētus eis. Per thronum magnum &
candidum intelligunt multi iudi-
ciariam potestatem filij hominis.
Dicitur magnus quia veniet cum
potestate & maiestate magna, vt
ipsemet testatur Luce. 21. Matt. 24.
& 25. Candidus autē dicitur, quia
omnis error, falsitas, amor, odium,
personarū acceptio, procul est ab
eo. Non enim est iudicium diuinū,
sicut & humanum, in quo amor &
odium præualent, muneraq; iudi-
ces corrumpunt, vt innocentes con-
demnent, & iniquos absoluant: de
quibus Psalm. 81. dicitur. *Vsquequo*
iudicatis iniquitatem, & facies peccato-
rum sumitis? Sumere peccatoris fa-
ciem est, peccatoribus & improbis
iniuste fauere, Dei autem thronus
candidus est, rectus & iustus. De
quo Psalm. 10. dicitur: Iustus Domi-
nus & iustitias dilexit, æquitatem vidit
vultus eius. Et Psalm. 96. Iustitia &
iudicium correctio sedis eius. Ac si di-
cat. Omnis correctio, quæ a sede
tua procedit, iusta & æqua est. Se-
cundo exponunt, vt in throno isto
expressus intelligatur thronus filij
hominis, in quo vēturus est iudica-
re, qui ex nubibus conficiendus est,
vt habetur Actu. 1. Vbi Angelus di-
scipulis expectantibus Dominum
ascendentem dixisse fertur: Quem-
admodum vidistis eum ascendentem, ita
veniet. Ascendit autem in nube. Et
Matth. 24. dicitur: Tunc videbunt fi-
lium hominis venientem in nubibus cæ-
li. Et Psalm. 96. Dominus regnauit
exulter

Apoca.

Luce.
Matth.

Psalm.

Psalm.

Psalm.

Actuum.

Matth.

Psalm.

exultet terra, letentur insulae multa. Nubes & caligo in circuitu eius.

Quare Dñs
utatur thro-
no ex nubi-
bus confecto.

Nubes quid
significet
Exod.

Exod.

Exod.

Reg.
Paralip.

Esai.
Iob.
Sopho.

Ricard.
Apoca.

Cantic.
Columbarū
oculi pro-
prietat.

Utitur autem Dominus throno ex nubibus confecto ut iustis fauorem ostendat, impijs terrorem incutiat. Duo enim hæc in nube significantur. Aliquando enim nubes fauoris signū est, ut videre est, Exod. 13. & 14. Dominus namque filios Israël præcedebat per diem in columna nubis. & Exod. 16. Allocutus Moysem amicum suum dicitur, quod apparuit in nube. Et Exod. 40. Ut ostenderet gratum sibi tabernaculum testimonij operuit illud nube. Et 3. Reg. c. 8. & 2. Paralipom. cap. 5. Simile quid circa templum Salomonis contigit. Aliquando nubes & caligo pro mœrore, tristitia, & angustia accipitur. ut Esaiæ. 5. & Iob. 3. & alijs quam pluribus locis. Vnde dies iudicij, ut sæpe repetitum est, a Sopho. Dies tenebrarū, nubis & caliginis appellatur. In quo aperte conspicitur quod diuersitatem istam non diuersitas iudicis, nec diuersitas throni eius, (ut dicebamus ex Gregorio,) cauat: sed diuersitas conscientiarū & meritorum. Vnde Ricard. exponens illud Apocal. 1. *Oculi eius tanquam flamma ignis, ait: Ellectos enim respiciens illustrat eos luce sapientiae: & calefacit amore charitatis. Et respiciens reprobos terret ferocitate comminationis. & in correptos exurit incendio damnationis.*

Huic expositioni cōsentit illud Cantic. 5. *Oculi tui sicut columba.* Columba enim habet oculos flammeos, sed dulciter & suauiter respicit: & licet flammam spirare videatur, semper roridi & lachrymabi-

les sunt. Sic oculi spōsi ellectis placidi & suaves sunt, & rorem distillare videntur continua misericordia & protectione: reprobis vero ignem spirantes & terribiles maxime sunt. Quod Apoca. 6. Ioann. exposuit dicens: *Et vidi, cum aperisset sigillum sextum. Et ecce terremotus magnus factus est, & Sol factus est niger tanquam saccus silicius: & Luna tota facta est sicut sanguis, & Stella de celo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos, cum a vento magno mouetur. Et calum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons & Insula de locis suis motæ sunt. Et Reges terra, & Principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis, & petris montiū. & dicunt montibus & petris: cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni. Quoniam venit dies magnus iræ ipsorum. Et quis poterit stare? Quibus verbis significatur vehemens afflictio & anxietas, quam homines patientur. Ad eum enim malis præsentibus afficiuntur, ut grauiora atque terribiliora pertimescant, & potius optēt & velint quodcumquē malum sustinere, & mortem pati, quam ea quæ superuentura sperant. Vnde Iob, (licet eum conscientie stimulis non agitare,) diei istius horrorem & iram timens, cap. 14. dicebat: *Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertransseat furor tuus?* Hinc Augu. dicit. Quod tunc maius tormentum erit malis vultum iudicis. conspiciere, & tollerare: quam inferni tormenta pati. Ad eum terribilis eis apparebit: ut præ timore arescant.*

Apoca.

Iob.

Augu.
Vultus iudicis malis terribilior tormentum erit inferno.

Hanc

Sopho. &
Matth.

Corint.

Dies tubæ
quare dica-
tur dies iudi-
cij.
Leuit.

Malach.

Sapient.

Sopho.

Hanc diuersitatem ego ex eo elicio, quod dies iudicij dies tubæ & clangoris appellatur à Sophonia, & ex eo quod Matth. 24. dicitur. Quod mittet angelos suos cum tuba. Et. 1. Corint. 15. dicitur: *noũissima tuba.* Sicut enim tuba & clangor illius bellum denuntiat, ita & iubelei annũ indicabat, vt habetur Leuiti. 25. Dies ergo tubæ est. Quia malis & peccatoribus bellum terribile indicit: bonis vero iubelei & indulgentiæ annum denunciat, & absolutionem & reditum in patriã. Quod insinuare videtur Christus, cũ suis dicit: *His autem fieri incipientibus, leuate capita vestra: ecce enim appropinquat redemptio vestra.* Ad hoc profectum est elegans locus Malachiæ, cap. 4. vbi cum dixisset: *Et conuertimini,* (in fine capituli tertij,) & *videbitis, quid sit inter iustum & impium, & inter seruientem Deo, & non seruientẽ ei.* Quo loco cum malis & peccatoribus loquitur, quos conuertendos dicit, non per fructuosam pœnitentiam, qua de suis peccatis doleant, & veniam consequantur: sed angustiati rerum mutatione, gemẽtes, videbunt differentiam, quæ tũc erit inter bonos & malos. De qua pœnitentia Sapient. 5. dicitur: *Quod videntes mali turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, & dicẽtes intra se, pœnitentiã agentes: hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, &c.* Itaque hanc diuersitatem exponit Propheta dicens: *Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit*

Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. Quem locum omnes sancti Patres & Hebræi expositores vnanimi cõsensu de die iudicij interpretantur, & de differentia quæ inter bonos & malos futura est. Dies enim illa terribilis erit, & quasi caminus ardens respectu malorum, ipsique quasi stipulæ, quæ facile comburuntur. *Ignis nãq; (vt habetur Psa. 96.)* *ante faciem eius præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Adeoque incendet, vt nulla illis spes renascendi, sicut euulsæ plantæ & cõbustæ, remaneat.* Iustis vero erit delectabilis & suavis, quod exponit dicens: *Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ.* Quem locum adducens Euseb. lib. 5. demonstratio. *Euangelicæ, cap. 29. inquit. Qui saepe nominatus est & Deus, & Angelus testamenti, & princeps regum, & Christus, & Sacerdos, & Verbum, & Sapientia Dei, & imago substantiæ eius: nunc idem Sol iustitiæ dicitur. Hunc ipsum igitur, is qui genuit pater, nõ omnibus oriturum promittit, sed solis nomen suum timentibus: vt sic illis timoris erga se præmium, Solis iustitiæ det lumen.* Dicitur autem Christus Sol, vt notat Hierony. Quia omnia patefaciet, tam bona quam mala, vt appareant ei & iudicentur. Tũ etiã propter visibilem splendorem in quo veniet: tertio propter maximam letitiam

ritiam quam iustis afferet. Et sanitas in pennis eius: radios solis pennas eius vocat. Quia illis vniuersa perambulat & perlustrat. In quibus sanitas iustis afferenda est. Sanatos namq̄e per penitētiā, (v̄t dicit Hieronym.) portabit in humeris suis iuxta illud. Deut. 32. expandens alas suas suscepit eos, & in humeris suis portauit illos. Et egrediemini & salietis sicut vitulus. Egrediemini è sepulchris, & salietis, id est, in altum tollemini obuiam Christo, (sicut ait Apostolus. 1. Thessalon. 4.) Simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera. Hieronym. aliter exponit dicens: Tunc egredientur qui nunc saeculo quasi carcere sunt inclusi, & salient quasi vituli de armento, siue quasi vituli de vinculis liberati. Vnde & Apostolus dicit ad Philip: 1. Cupio dissolui & esse cum Christo. Nec hoc letitiæ sine cōtentus est, sed calcabit impios cum fuerint cinis. Iusti enim cum Domino iudicabunt, & de malis & inimicis suis vindictam sument, iuxta illud Psalm. 149. Et gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in nationibus; increpationes in populis: ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manibus ferreis: vt faciant in eis iudicium conscriptum, gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hinc Origen. de die isto loquens, Homil. 1. in librum Iudic. ait: Vnusquisq̄e pro actibus suis, & conuersatione vitæ, dies sibi vel iniquitatis, & belli, vel iustitiæ & pacis acquirat. Audi deniq̄e Prophetam dicentem: Timentibus nomen tuum orietur Sol iustitiæ, sine dubio, vt faciat eis dies iustitiæ, dies I E S V. De impijs vero dicit: Quia occidet eis Sol iustitiæ, sine dubio illis,

in quibus iustitia dormit, & tenebræ eis iniquitatis exortæ sunt.

VNDECIMA CONSIDER.

Ex commotione Angelorum, & irrationaliū creaturarum iudicij terribilitatem deducit, & quam exacta futura sit examinatio, etiam bonorum, & quomodo Dei iudicium effugere valeamus exponit.

Næc virtutes calorū, &c.

RER virtutes calorū angelos diximus intelligi in expositione literæ, quos sicut & vniuersas alias creaturas, cōmouendos & conturbandos ad aduentum iudicis dicit Euangelista. Vt ex hoc intelligat homo, (ad quē iudicādum Dominus accedit) quā terribile, districtum, & tremendū contra illum futurum sit iudicium, quando creaturæ irrationales commouentur, & Angeli beati, & de sua beatitudine securi turbantur videntes iudicem, qui omnium est rationē exposciturus. In hoc enim iudicio non solum mortalia crimina, & grauia delicta, examinanda sunt: sed etiam minutissima & leuissima verba. Vt enim habetur Matth. 11. De omni verbo otioso, quod locuti fuerint homines, reddituri sunt rationem in illa die. Nec solum in eo quæ videntur & apparent, sed etiā quæ abscondita sunt, & intima cordium reuelabuntur. Scrutatur enim

Etiā minutissima & leuissima examinanda sunt in iudicio.

Matth.

Apoca. non

Hiero.
Deut.

Thessa.

Hieron.

Philipp.

Psalm.

Orig.

non solum crimina & peccata exami-
nabuntur: sed & bona opera &
iustitiæ nostræ curiosa inquisitione
discutientur, vt appareat si quid
mali habeant permixtum. Quod
Dominus Psalmo. 74. docuit di-
cens: *Cum accepero tempus, ego iusti-
tias iudicabo.* Accepit quidem Chri-
stus potestatem faciendi iudicium
à Patre, vt Ioann. 5. habetur: *Pote-
statē dedit ei etiā iudicium facere, quia
filius hominis est.* Et Matth. 28. ipse
dicit: *Data est mihi omnis potestas in
caelo & in terra.* Vnde in Actibus
Apostolicis dicitur capit. 10. *Hunc
constituit Deus iudicem viuorum &
mortuorum.* Nondum tamen acce-
pit tempus, in quo debeat suum ex-
ercere iudicium. Quia nondum
tempus illud iudicandi aduenit,
quod à Patre definitum est. Cum
autem tempus hoc aduenerit, dici-
tur iustitias iudicaturus. Quem lo-
cum exponens Hieronym. ait: *Nūc
enim non est iudex, sed erit. Si enim es-
set nunc iudex, peccatores non erige-
rentur, & in saculo non obtinerent di-
uitias. Hoc vos scandalizat: quoniam
iusti fugiunt, & peccatores persequun-
tur? Hoc vos scandalizat: quoniam ini-
quitates regnant in mundo? Audite
Dominum dicentem: Cum accepero tem-
pus, ego iustitias iudicabo. Tempus
enim iudicij reservatum est. Tempus
enim hoc non est iudicij, sed certami-
nis.* Et Augusti. Tracta. 28. in Ioan.
exponens illud Ioann. 7. *Tempus
meum nondum venit, tempus autem ve-
strum semper est paratum.* Idem con-
firmat. Hoc est tempus de quo in
prophetia loquitur Christus, Psal-
mo. 74. *Cum accepero tēpus, &c.* Mo-
do enim non est tempus iudicandi,

sed iniquos tollerandi, quoad vsq;
iustitia conuertatur in iudicium,
hoc erit tempus iudicij, de quo Do-
minus dicit: *Tempus meum nondum
aduenit.* Erit enim tempus glo-
riæ. Qui venit in humilitate, veniet
in altitudine: qui venit iudicandus,
veniet iudicaturus: qui venit occi-
di à mortuis, veniet iudicare de vi-
uis & mortuis. Deus, inquit, Psal-
mo, 49. *Manifeste veniet, Deus nō
silet & non silebit.* Quid est manife-
stus veniet? Quia venit occultus.
Tunc non silebit. Nam quando ve-
nit occultus sicut ovis ad immolan-
dum ductus est, & sicut agnus co-
ram condente se nō aperuit os suū.
Veniet & non silebit. *Tacui, inquit,
nunquid semper tacebo? Cum ergo
manifestus venerit, tūc accipiet tē-
pus: Illud ergo, cum accepero tem-
pus, accipit August. ac si idem sit,
quod cum venerit tempus meum.*
Alij hoc: *Cum accepero tempus* ali-
ter interpretantur, vt more homi-
num loquatur, qui varijs nego-
tijijs & occupationibus detēti sunt,
ne ad ea quæ exoptant possūt per-
uenire. Quasi dicat: *Cum accepe-
ro tempus, id est, cum me ab alijs
negotijijs & occupationibus (qui-
bus modo per misericordiā & cle-
mentiam detineor) expediero, tunc
ad iudicandum procedam.* Quod
fiet, vt dicit Paulus. 1. Corint. 15.
*Deinde finis, cum tradiderit regnum
Deo & patri: cum euacuauerit omnem
principatum, & potestatem, & virtu-
tem, &c.* Cum ergo accepero, inquit,
tempus, id est, cum tempus meum
aduenerit: Licet enim omne tēpus
Dei sit: tamen dum vita præsens cu-
iusq; durat tempus nobis traditum

F est,

Etiā bona
opera exami-
nanda.

Psal.

Ioann.

Matth.

Actuum.

Hieron.

August.
Ioann.

Psal.

Psal.

Corint.
Tempus no-
strū quod di-
catur & tē-
pus Dei.

est, vt in illo negociemur. Vnde
 Ioan. Christus Ioan. 62. hortatur nos ne
 tempus perdamus, dicens: *Ambula-
 te dū lucē habetis, id est, dū tempus ve-
 strū est. Ne veniat nox, quādo nemo
 potest operari.* Ioan. 9. id est, tempus
 Dñi & dies iudicij. Dicitur autē tē-
 pus Domini nox ob caliginem &
 tribulationum magnitudinem, &
 quia non est iam tempus operandi.
 Totum igitur tempus vitæ nostrū
 est, in quo dissimulat & tacet. De-
 ae in die iudicij (quādo vēturus est
 cum potestate magna vallatus An-
 gelorum exercitibus, quando ve-
 niet in nubibus) tunc accipiet tem-
 pus ad exercendum iudicium, &
 dicit, quod iustitias iudicabit. Nō
 solum inique facta, scelera & pec-
 cata: sed & iustitias, id est, bona o-
 pera discutiet, actusque virtutum
 examinabit, si in aliquo à mensu-
 ra & pondere debito deficient.

Sicut in publico pondetē, quod
 Hispanē vocamus, *el Contraste*, non
 solum monetæ argenteæ examinan-
 tur, sed & aureæ ponderantur, an
 æquæ sint. Ita Deus non solum o-
 pera lutea & terrea, sed & argen-
 tea examinabit: & quæ aurea ob
 excellentiam videntur, iudicabit,
 & ponderabit. Vnde Danielis. 5. di-
 citur regi: *Appensus es in statera, &
 inuentus es minus habens.* In manu
 Domini statera iusta est, imo ipsa
 iustitiæ lex, quæ est examen rectū
 æquitatis & iustitiæ. Hoc enim per
 stateram significatur. Vnde Pyra-
 goras (vt referunt Cyrill. Alexan-
 drinus, lib. 9. contra Iulianum: &
 Diogenes Laërtius in vita Pytha-
 goræ) dicere solebat, *stateram ne
 transgrediare.* Quia statera symbo-

lum æquitatis & iustitiæ erā apud
 antiquos. Ex quo processit, vt de
 homine iusto & æquitatem colen-
 te diceretur communi prouerbio
 apud Doricos, esse iustiore m state-
 ra. Ita interpretatur Demetrius Bi-
 zantius apud Athenē, lib. Dipno-
 sophistarum. 10. Sed illud proposi-
 to loco aduertendum est, quod nō
 dicit Dominus, *Cum abcepero tem-
 pus ego peccata & iniquitates iudi-
 cabo: quia scelera ipsa secum suum
 afferunt iudicium, & condemna-
 tionem: ipsa se iudicant, & cōdem-
 nant.* Quod David significare vo-
 luit, cum Psalm. 1. de impijs & pec-
 catoribus loquens dicit: *Idea non
 resurgent impij in iudicio.* Non inten-
 dit negare, quod impij compare-
 bunt coram iudice, & quod facta
 eorū iudicabuntur: sed ostende-
 re vult ad eō manifestam esse ma-
 lorum nequitiam, vt non opus sit
 vt in iudicio resurgant, & compa-
 reant. Dicit ergo Dominus: *Ego in
 stitias iudicabo:* Quia opera bona
 sunt quæ examine indigent, & cu-
 riosius disquirenda sunt. Quod a-
 pud Sophon. capite. 1. Dominus
 testatus est inquiens: *Et scrutabor
 Hierusalem in lucernis,* id est, non so-
 lum ciuitates perditæ infidelium
 & idolatrarum scrutabūtur in die
 vltimi iudicij: sed & Hierusalem
 ciuitas sancti, (quam Dominus ad
 inhabitandum elegit, in qua tem-
 plum & sacrificia erant, quæ & ci-
 uitas sancta communiter in Scri-
 ptura vocatur,) scrutabitur, non
 vt cumquē, sed adhibitis lucernis.
 Id est, curiosissime. Est enim phra-
 sis scripturæ, cum curiosam nimis
 alicuius rei inquisitionem signifi-
 care

statera sym-
 bolū æquita-
 tis & iustitiæ

Demetri.

Psalm.
 Impij quomo-
 do dicuntur nō
 resurrecturi
 in iudicio.

Sopho.

Ioan.

Simile.

Danic.

Pythagor.
 Cyrill.
 Dioge.

care desiderat, dicere: in lucernis scrutandam & perquirendam. Sicut & homines, cum rem aliquam curiose perquirere volunt, lucernam accendunt. Quod & de muliere quærente perditam margaritam Dominus testatus est, Lucæ. 15.

Lucæ.

Bernard.

Istum locum Sophoniæ versans Bernard. Sermo. 55. in Cantica, dicit. *Verum tu, qui aduentum desideras Saluatoris, time scrutinium indicis, time oculos caprea, time illum qui per Prophetam dicit: Et erit in die illa, & ego scrutabor Hierusalem in lucernis. Acuto visu est, nihil inscrutatum relinquet oculus eius. Scrutabitur renes & corda, ipsaque cogitatio hominis confitebitur illi. Quid tutum in Babylone si Hierusalem manet scrutinium? Puto enim hoc loco Prophetam Hierusalem nomine designasse illos, qui in sæculo vitam ducunt religiosam, mores supernæ illius Hierusalem conuersatione honesta & ordinata pro viribus imitantes, & non veluti hi, qui de Babylone sunt, vitam in perturbatione vitiorum scelerumquæ cõfusione vastantes. Deniquè illorum peccata manifesta sunt procedentia ad iudicium, & non egent scrutinio, sed supplitio. Mea autem (qui videor Monachus & Hierosolymita) peccata certe occulta sunt, nomine & habitu Monachi adumbrata. Et id circo necesse erit subtili ea inuestigari discussione, & quasi ad motis lucernis de tenebris in lucem prodi. Possumus afferre aliquid de Psalmo ad confirmandum id, quod dicitur de scrutanda Hierusalem. Ait namquæ sub persona Domini: *Cum accepero tem**

*pus, ego iustitias iudicabo, vias iustorum ni fallor, & actus eorum discussurum se & examinaturum dicit. Verendum valde cum ad hoc ventum fuerit, ne sub tam subtili examine multæ nostræ iustitiæ (ut putantur) peccata appareant. Hanc iustitiarum examinationem in principio adumbratam cernimus Genes. 1. Cum in formatione rerum Deus non solum terram, plantas, & animalia examinat videns an bona sint: sed & lucem ipsam, (qua cuncta illustantur & illuminantur,) disquirat, an bona sit: per quæ bona opera significari nemo est qui dubitet. Multa namquæ sunt, quæ lucis apparientiam habent, cum tenebræ sint. Vnde Lucæ, 11. dicit Christus. *Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint.* Opera ergo bona & iustitias & lucem iudicaturus est Dominus, & cum lucernis examinaturus: adeò terribile & districtum iudicium erit.*

Genes.

Lucæ.

Istum iudicij vltimi rigorem cum consideraret David adeò iustus, & de quo Dominus ait: *Inueni hominem iuxta cor meum,* dicebat Psalm. 142. *Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine. Et reddidit rationem: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quasi dicat. Quis poterit sic numeris omnibus esse absolutus, ut in iudicio coram te Domine iustus, & sine defectu appareat. Nam si Deus in Angelis suis reperit prauitatem, ut habetur Iob. 4. quanto maiorem in nobis (qui lutea vassa portamus, & terram sapimus) inueniet? Vniuersa iustitiæ nostræ, sicut dicit Esaia, capite. 64. *Coram**

Psalm.
Iusti iudicij
districtionem
maxime ti-
ment.

Iob.

Esaia

Deo erunt sicut pannus menstruata. Item Iob vir sanctissimus ore Domini laudatus, qui tot laborum genera adeo patienter sustinuit, ut dicat Scriptura Iob, 1. *In omnibus his non peccauit Iob, Cum in diei huius considerationem venit, silentium rumpens ait: Quis mihi hoc tribuat, Iob. 14. ut in inferno protegas me: & abscondas me, donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Ac si dicat. Si possibile esset inferni tormenta potius eligerem, quam in cōspectu iudicis operum meorum rationem redditurus apparerē. Et certe consideratione magna dignū est, quod qui prius cap. 6. (cum ab amicis increparetur) optabat, ut peccata sua, & calamitas, quam patiebatur in statera appenderentur, ut sua innocentia constaret: Altius ascendens, & Dominum iudicem conspiciens, & rigorem iudicij illius considerans affectuosissime dicat. *Quis mihi hoc tribuat, &c.**

Hinc Petrus de hoc iudicio loquēs 1. Canon. cap. 4. ait. *Si iustus vix saluabitur, peccator & iniquus ubi parebūt? Hoc signa, quæ in Sole, Luna, stellis, in terra, & mari sunt: hoc virtutum caelestium commotio clamando manifestant, hominemquē de sua miseria, nisi poenitentiam egerit, admonent. Hoc enim vnicū remedium ad fugiendam iudicis iram, & districtum illius examen, nobis relictum est: ut *sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc saeculo, ut dicit Paulus ad Tit. 2. expectātes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, ne simul cum hoc mundo damnemur. Ut nos ipsos iudicemus in hac**

vita, & nobis rationē nostrorum operum ipsi poscamus, ne a Domino iudicemur: ut Paulus. 1. Corin. 11. testatus est dicens: *Si nos metipsumos diiudicaremus, non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem, a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Quod Bernard. Sermo. 55. in Cantica affirmat inquitens. Vnum est tamen si nos metipsumos diiudicauerimus, non utique iudicabimur: bonum iudicium, quod me illi districto diuinoquē iudicio subducit, & abscondit. Prorsus horreo incidere in manus Dei uiuentis: volo vultui ira iudicatus presentari, non iudicandus. spiritualis homo omnia diiudicat. 1. Corint. 2. Et ipse a nemine iudicatur. Iudicabo pro inde mala mea, iudicabo & bona. Mala melioribus curabo corrigere actibus, diluere lachrymis, punire ieiunijs, caterisque sancta laboribus disciplina. In bonis de me humiliter sentiam, & iuxta præceptum Domini seruum me inutilem reputabo, qui quod facere debui tantum feci. Dabo operam, nec lolia pro granis, nec paleas cum granis offerre. Scrutabor ego vias meas, & studia mea: quo is qui scrutaturus est Hierusalem in lucernis, nihil inscrutatum in me, siue indiscussum inueniat. Nequē enim iudicaturus est bis in idipsum.*

Ecce tutissimā viam, qua diuini iudicij rigorem vitare possimus. Sicut enim villicus, qui officium suū strenue gessit, & omnia quæ curæ suæ commissa sunt in promptu habens ad fidelissimū computum redacta, non timet diē rationis: sed letus desiderat, & sperat. Quia tūc eius industria & fidelitas demonstrabitur, & a Domino nō solū laudabitur,

Corint.

Bernard.

Corint.

Simile.

Iob.

Iob.

Iob.

Petr.

Fugit Dñi iudicij qui seipsum prius diiudicat.
Titu.

tur, sed & premio afficietur: ita homo, qui dum viueret vitæ suæ rationem habuit, se ipsum iudicauit, opera sua ad legem Euangelicam est metitus, letus & gaudens Domini aduentum expectat. Quia tunc à Domino laudabitur, tanquam fidelis seruus, & supra multa constituetur. Contra autem qui perditie vixit, qui bona Domini sui dissipauit, timet aduentum Domini, & rationem reddere refugit: ne iniquitas eius depræhendatur. Huius rei exemplum habemus Lucæ. 16. in villico illo, qui diffamatus est apud Dominum suum, eo quod bona illius dissipasset. Qui suam prospiciens perditionem, ad serediens, secum iudicium inuit, & sic Domini iudicium effugit, & à Domino laudatus est: quia prudenter se gessit. Ita & nos, si iudicium Dei fugere desideramus, nos ipsos iudicemus, opera nostra examinemus, in nobis delicta nostra puniamus, & ante conspectum Domini iudicati appareamus: ne Dominus nos iudicet.

XII. CONSIDERATIO.

De gloria & maiestate, in qua venturus est filius hominis ad iudicium.

Et tunc videbunt filiū, &c.

ROST signa hæc ab Euāgelista enumerata apparebit filius hominis, ita ut ab omnibus conspiciatur: in tanta gloria & maiestate, ut vniuersi illius conspectum admirentur. Ve-

niet enim Angelorum exercitibus vallatus, beatorum spirituum agminibus septus: ut videant homines in gloria & maiestate iudicantis, quem in humilitate contempserunt, & recipere noluerunt. Filij hominis gloriam in qua venturus est, & illius aspectum depingit, Ioann. Apocal. 19. dicens: *Et vidi calum apertum, & ecce equus albus, & qui sedebat super eum vocabatur fidelis, & verax, & cum iustitia iudicat, & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis, & in capite eius diademata multa: habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse: & vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius verbum Dei. Et exercitus qui sunt in celo sequebantur eum in equis albis vestiti byssino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex utraque parte acutus: ut in ipso percutiat gentes, & inquit, Vidi calum apertum, &c. Venientem filium hominis & de cælo descendentem vidisse testatur in maiestate & gloria. Amplius dicit: *Et oculi eius tanquam flamma ignis. In quo diuersitatem quæ inueniente est incipit declarare: & primo in oculis. Quia oculi Christi, (qui antea placidi & amabiles omnibus apparebant, qui omnes consolabantur, qui corda lapidea emolliebant, qui oculis colubarum propter suauitatem comparabantur.) nunc erunt sicut flamma ignis, flammæ spirabunt præ magnitudine iræ. Sicut & in nobis videmus, quod cum magna ira per moti sumus ignem & flammæ per oculos effundere videmur. Præterea comparantur oculi eius flammæ ignis: quia sicut flamma sua luce omnia demonstrat, ita eius ocu-**

Apoca.

Oculi Christi quare comparantur flammæ ignis.

Plura diademata quid significent.

Simile. Pontifex & Imperator quare plura diademata portant.

Timoth.

Timot.

Corint.

Veste aspersa sanguine quare indutus appareat Christus.

Hebræ.

lis omnia erunt nuda & aperta, nihil manebit occultum. Præterea in capite eius diademata multa. Tum propter magnitudinem & excellentiã venientis, qui Rex regum est, & Dominus dominantium. Quod pluralitas diadematum demonstrat. Sicut quia Imperator multos Reges habet subiectos pluribus coronis insignitur: & summus Põtifex, qui supra omnes principes & reges dominatur, triplici corona in thiarâ decoratur: sic & Iudex noster, quia Rex regum est, (a quo & omnis potestas deriuatur) dicitur habere in capite diademata, multa. Tũ etiam quia diadema & corona in signe præmij est, sicut. 2. ad Timo. 6. Paulus testatur, qui mercedem coronam vocat. *De reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi, &c.* Et eiusdem Episto. capit. 2. *Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit.* Et 1. Corint. 9. *Qui in agone cõtendit ab omnibus se abstinet, & ille quidem vt corruptibile coronam accipiat: nos autem vt incorruptam.* Quia igitur Christus iudicaturus venit, & præmia pro meritorum qualitate largiturus, malis supplitia, bonis coronas: dicitur plures in capite habere coronas. *Et vestitus erat veste aspersa sanguine, in signum ingrati tudinis peccatorum.* Vt sanguis ipse Christi, qui pro illis effusus est, in testimoniũ in veste eius appareat, & homines accuset, qui tanti beneficij immemores Christi sanguinẽ contempserunt, & qui sanguinem Christi toties suis peccatis effuderunt: *Iterum crucifigentes Dominum Iesum Christum, vt ad Hebræo. 6. dicitur.* Vnde ad Hebræo. 10. dicit

Paulus. *Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quadam expectatio iudicij, & ignis, & amulatio, que consumptura est aduersarios.* Hortatur Paulus homines ad bona opera, vt declarat Chrysosto. Homi. 20. in istũ locum. Quia peccãtibus nobis post acceptam notitiam veritatis nõ relinquitur vltra alia hostia, id est, crux & passio secunda Christi nõ est: sed terribilis expectatio iudicij. In quo crux Christi apparebit, & sanguis eius demonstrabitur in signum nostræ ingrati tudinis, & vt contra nos clament, & vindictam poscant. Non negat Paulus remanere hominibus post baptismum poenitiæ remedium ad delenda peccata: sed vel difficultatem magnam declarat, vel de vltimo iudicio loquitur, in quo poenitiæ locus non erit, nec veniæ. *Et exercitus qui sunt in calo, &c.* Ecce comitatus magnitudo. *Et de ore eius procedit gladius vtraquẽ parte acutus: per gladiũ Dei ira significatur, & sententia contra impios ex ore eius procedẽs.* Ex ore enim Christi (quod omnes consolabatur, quod omnibus fauebat, ex quo blanda & consolatoria verba misericordiẽ plena procedebant,) egredietur gladius. Cuius rigorem declarat dicens. Quod erit ex vtraquẽ parte acutus, vt fortius feriat, & nemini parcat, & indignatio eius satietur. Ideo enim specialiter dies iste dies irẽ vocatur. In alijs enim diebus (licet Deo grauissima supplicia fecerit) non tamen vsquẽ ad iræ suæ satietatem: at in die isto ira Dei satiabitur san guine

Hebræ.

Quomodo peccantibus nõ relinquitur hostia pro peccatis. Chryso.

Gladius Dei iram significat.

Dies irẽ dicitur dies iudicij.

Ezech.

guine inimicorum, & complebitur in eis: vt Ezechie. 21. Dominus testatur dicens. *Quin ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam.* Aduerte quod dicit.

Manus Dei misericordia & iustitia sunt.

Ego plaudam manu ad manum. Manus Dei misericordia & iustitia sunt. Tunc plaudent: Quia misericordia homines accusabit, eo quod tanto tempore Deum dissimulare fecerit. Iustitia rationem poscet de beneficijs susceptis, & de ingratitude. Vnde implebitur indignatio Domini. Hoc videtur significasse

Roma.

Paulus ad Rom. 1. cum dicit: *An ignoras quod misericordia Dei ad penitentiam te adducit? Tu vero secundum duritiam tuam, & impoenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die irae, & reuelationis iusti iudicij Dei.* De quo Deuter. 32. dicitur. *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima: deuorabitq; terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.*

Deute.

Ex his gloria & maiestas in qua venturus est Christus apparet. Vt sciant homines quem finem habituri sunt labores pro Christo tolerati. Quem finem habuerunt ludibria & verbera que Christus passus est? Quem finem habuit eius humilitas? *Factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, vt dicit Paulus ad Philippen. 2. Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine IESV omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus IESVS in gloria est Dei Patris. Ecce omnia commutata sunt. Pro labore re*

Philipp.

quies, pro fame saturitas, pro paupertate diuitiae, pro lachrymis gaudium, pro opprobrijs honor, pro abiectioe celsitudo, pro humilitate maiestas & gloria successit. Tunc videbitur filium hominis, (qui adeo humilis in hoc mundo apparuit, vt vix cum homines reputarent Esai. 53. qui despectus & nouissimus virorum reputatus est: *Venientem in nube cum potestate & maiestate magna. Vt certo credas similem exitum habituros labores tuos, & non desperes.* Apostolis dicit Christus Matt. 19.

Vos, qui permansistis mecum in tribulationibus meis, sedebitis super sedes duodecim iudicantes tribus Israel. Lachrymae, abiectio & persecutio Mar-

Esai

Matth.

Hester.

Corinth.

Sapien.

Sapien.

chaei quam gloriosum exitum habuerunt, refert liber Hester. Vnde Paulus. 2. Corint. 4. dicit. *Momentaneum hoc, & leue tribulationis nostrae aeternum gloriae pondus operatur in nobis. Et de gloria & honore eorum qui pro Christo laborauerunt, dicitur Sapien. 4. Tanquam aurum*

*in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illarum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintilla in arundine to discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Qui ergo se conformauerit filio hominis in humilitate, apparebit similis ei in gloria. Quod Sapien. 5. Mali nolentes confitentur, & dicunt: *Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati vitam illorum existimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos fors illo-**

rum est. De quo modo pauca ista sufficiant, quia alibi occurret locus, quo copiosius ista tractentur.

XIII. CONSIDERAT.

Quod mali videbunt iudicem in forma hominis, boni vero etiã in forma Dei, quod istis, erit singulare solatium, illis vero maximus dolor, & plures rationes assignat vtriusquẽ.

Tunc videbunt filium, &c.

OMNES tam boni quã mali illum venientem videbunt, vt Apoca. 1. Ioan. testatus est: *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* Diuersimode tamen. Quod annotauit August. lib. 1. de Trinitate. cap. 14. dicens: *Cum venerit filius hominis in gloria sua, congregabitur ante eum omnes gentes. Cum enim & boni & mali visuri sint iudicem viuorum & mortuorum, proculdubio eum videre non poterunt mali, nisi secundũ formam qua filius hominis est, sed tamẽ in claritate in qua iudicabit, non in humilitate in qua iudicatus est. Caterum illam Dei formam in qua æqualis est patri, proculdubio impij non videbunt. Nõ enim sunt mundi corde. Beati enim mundi corde. Matth. 5. Quoniam ipsi Deum videbunt. Et ipsa visio est facie ad facie, qua summum premium promittitur iustis, & ipsa fiet, cum tradet regnum Deo & patri. 1. Corinth. 15. In quo sua forma visionem vult intelligi, subiecta Deo vniuersa creatura, & ipsa in qua filius*

Dei, filius hominis factus est. Alioquin si filius Dei iudex in forma, qua æqualis est patri, etiam impijs, cum iudicaturus est, apparebit, quid est quod pro magno dilectori suo pollicetur dicens, & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi? Impij igitur solam formam hominis in Christo videbunt, in maiestate tamen & gloria: Iusti autem nõ solum humanã, sed diuinam Christi formam in qua patri æqualis est conspicient.

Tum etiã licet omnes humanam formam intueantur in maiestate & gloria, non tamen eodem modo. Quia vt sæpe dictum est, iustis apparebit amabilis & delectabilis, suavis & facilis: impijs durus & terribilis. Quod egregie aduertens frater Alfonso de Castro, Homil. 17. super Psalm. *Miserere, in illum versum. Ne proyicias me a facie tua.* Ait. Quo pacto Dauid, qui superius petiuit a Deo, vt auerteret facie a peccatis suis, modo rogat, vt faciem suam ab eo non auertat? Et respondet. Quod Deus duplicẽ habet faciem, scilicet, faciem iustitiæ, & faciem misericordiæ. Facies iustitiæ peccatoribus terribilis, & valde formidolosa est: de qua Iob. 13. dicitur. *Vbi me abscondam a vultu ira tuæ? quia peccavi.* Et Psalm. 32. *Vultus Domini, super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum.* Facies autem misericordiæ placida est, & gratiarum plena, quẽ Soli Apoc. 1. comparatur.

Hanc diuersitatem ostendit visio illa Ezechie. cap. 1. qua vidit supra quatuor animalia similitudinẽ quamdam filij hominis, scilicet, Christi, quæ erat quasi *crystallus horribilis,*

Apoca.

August.

Mali solam formam hominis videbunt, boni vero etiã diuinam.

Matth.

Corinth.

Castro.

Duplex Dei facies misericordiæ & iustitiæ.

Iob. Psalm.

Apoca.

Ezechie.

ribilis, & velut aspectus ignis, & arcus cum fuerit in nube. Certe mirabilis hæc similitudo est, in qua adeò diuersa copulantur, vt vix coherere posse videatur. Quia crySTALLUS maxima pulchritudine & claritate pollet. Quomodo horrorem aspicientibus incutere potest? Insuper si species hæc est veluti ignis splendens, quomodo potest esse sicut arcus in nube? Hæc enim sibi contrariantur. Quando de nube ignis & fulgur egreditur, dira tempestas denuntiatur: Quando arcus in nube apparet, serenitas promittitur. Sed facile quæstio ista dissoluitur, si duplicem Christi faciem attēdamus, terribilem malis, delectabilem & amabilem bonis. Vnde sicut mali ex conspectu iudicis tristabuntur, & dolebunt: ita boni incipient letari, nouas de sua redemptione spes concipientes, & vt dicit Christus, & nos inferius latius explicabimus, leuabunt capita sua: Quoniā appropinquat eorum redemptio. Gaudebunt iusti videntes Christū venientem, vt Sancti patres aduertunt. Primò. Quia videbunt Christum (quem in hac vita despectum & contemptibilem peccatores habebant) venientem in nubibus cæli cum potestate, maiestate, & gloria magna. Et sicut solet vir letari & gaudere de bono honore, & augmento amici sui, magis quam de proprio: sic iusti, qui Christi amici sunt, (Vos amici mei estis: Ioann. 15. & iterum: *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.*) de bono & honore Christi letabuntur. Et sicut solet frater exultare ob gloriam fratris sui, sic iusti (qui fratres Christi sunt

Psal. 21. *Narrabo nomen tuum fratribus meis, &c.* vt exponit Paulus ad Hebræo. 2. cap. & Matth. 12. Christus ait: *Qui fecerit voluntatem Patris mei, hic frater, & mater mea est,* exultabunt de Christi honore. Secundò, gaudebūt & letabuntur, quia conspicient in Christo expressum typum suæ gloriæ, quæ ad similitudinem gloriæ Christi debet conformari, vt dicit Ioann. 1. Canon. cap. 3. *Cum apparuerit similes ei erimus. Quia videbimus eum sicuti est.* Et Paulus ad Rom. 8. *Quos prædestinavit conformes fieri imagini filij eius.* & 2. Corint. 3. *Nos vero omnes reuelata facie gloriam Dñi specularantes in eadem imaginem transformamur, à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.* Tertiò gaudebunt & letabuntur, quia videbunt venientem iudicē, qui eos à captiuitate, miserijs, & carcere, in quo præsentem vitam detinentur, liberabit: qui sententiā proferet pro eorum innocentia. Sicut qui iniuste in vinculis detinetur, & de sua innocentia securus est, desiderat aduentum iudicis, prestolatur, & petit, & cum venientem videt exultat: quia de sua libertate securus est. Nō aliter iusti (qui de sua innocentia securi sunt, quos quæ conscientia propria non accusat,) desiderāt iudicis aduentum, & cum venientem viderint, gaudebunt & exultabunt: quoniam certo appropinquat redemptio eorum. Sicut enim iudex portat gladium, quo de malis vindictam sumat: ita & quo innocentium defendat causam. vt Paulus ad Roma. 13. de potestate seculari loquens testatus est dicens. *Nam principes non sunt timori*

Psal. Hebræ. Matth.

Ioann.

Roman.

Corint.

Simile.

Roman.

Plures rationes quare iusti gaudebunt in aduentu secundo Christi. Simile.

Ioann.

Simile.

*b, ni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem, bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem feceris malum, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est iudex in ira ei qui male agit. Contra vero peccatores & reprobi videntes filium hominis in gloria & maiestate maximo dolore & turbatione afficientur. Videntesturbabuntur timore horribili, ut dicitur Sapiē. 5. Et plangēt se præ angustia & turbatione copiosissimas lachrymas fundentes, dicitur Apoc. i. & 14. Nā primo dolebunt & tristabuntur videntes maiestatem & gloriam Christi, (quē ipsi dum viverent despexerunt, & iniurijs affecerunt suis criminibus) veniētis ut rationem poseat. Quod Saluator Lucæ. 23. testatus est in die passionis suæ mulieribus eius mortem flentibus dicens: *Filia Hierusalem nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Et reddat rationem. Quoniam ecce venient dies, in quibus dicent beata steriles, & ventres qui non genuerunt, & ubera que non lactauerunt. Tunc incipient dicere montibus, cadite super nos, & collibus operite nos. Quia si in viridibus ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?* Cōsi vera dolorem & angustiam maximam, quæ ex conspectu illius, quē despexerunt procedit. Et licet locus hic ad literam de captivitate Iudæorum, & destructione Hierusalē, (quæ a Romanis facta est,) intelligatur, etiam transferri potest ad ultimum iudicium, cuius vastatio illa typus exiit.*

Secundo conspectus Christi in tanta gloria & maiestate tristissi-

mus erit impijs. Quia videbunt venientem iudicem contra se aded iratum, ut conspectum illius ferre non possint: ut Malach. 3. dicitur. *Ecce dies Domini veniet, & quis stabit ad videndum eum? Aut quis poterit cogitare diem aduentus eius?* Si asina Baalam, animal brutum, Nume. 22. videns Angelum euaginato gladio contra se aded timuit, ut steterit & voces humanas formas de Propheeta conquesta sit, quanto magis homines, (nisi brutis stupidiores sint) contremiscent, & turbabuntur videntes Dominum contra se iratū, & romphæam utraque parte acutam iræ Dei cōtra se euaginatam? Si ante faciem Domini irati contremuit & commota est terra, Psal. 17. quæ sensu caret: quid sentient impij videntes filium hominis, & de facie eius ignem procedentem? Si Aman vultum Assueri irati ferre non valens turbatus est, & præ tristitia concidit Hesther. 7. quid faciet peccator vultum Dei iratum cōspiciens, & Dominum sicut leonem rugientem? Tristabuntur igitur & dolebunt impij videntes iudicem. Sicut ille, (qui crimen admisit propter quod mortem meretur, quando videt iudicem aduenientem, carnificem accedentem, præconem iam clamantem, & omnia ad supplicium requisita parata) præ angustia, dolore, & tristitia stare non potest: quia suæ condemnationis certissima videt argumenta. Ita peccatores videntes iudicem pro tribunali sedentem (apparebit enim in throno & in nubibus cæli) audientes præconum voces (*Mittet Angelos suos cum tuba, Matth. 24.*) aspiciē

Malach.
Conspectū iudicis irati mali ferre non poterunt.
Num.

Psalm.

Hesther.

simile.

Matth.

tes

Sapies.

Apoc.

Principales rationes quare mali tristabuntur in aduentu iudicis.

Luce.

tes carnifices paratos, dæmones circumstantes vt discrutient: timebunt valde: quia tristissima illa sententia in auribus eorum iam sonare incipiet: *Sumite illum, & ligatis pedibus & manibus mittite in tenebras exteriores, Matth. 8. Et ite maledicti in igne æternum. Matth. 25.*

Matth.
Matth.

Tertio dolebunt & tristabuntur videntes Christum, (quem semper tanquã inimicum habuerunt, quẽ operibus suis negauerunt, vt dicit Paulus ad Titum. 1. quem factis suis infectauerunt & persecuti sunt) in tanta maiestate & gloria, vt Sol in conspectu illius non luceat, & Luna non appareat. Sicut enim homines solent dolere & tristari, cum vident hostes suos proficere, in gloria & honore crescere, in omnibus quẽ prosperari. Cuius rei non est opus quærere confirmationes, cum & in sacris literis, & in prophanis authoribus passim reperiãtur. Ita mali de Christi gloria & honore dolebunt. Sunt enim (vt dicit Paulus ad Philippen. 3.) *Inimici Crucis Christi.* De quibus Ioann. 15. cõquæritur Christus dicens: *Odio habuerunt me gratis.* Concludamus ergo quod boni videbunt filium hominis, & gloriam eius, & videntes letabuntur, vt habetur Esaiã. 33. *Regem in decore suo videbunt:* Mali vero non videbunt formam Dei, & gloriam eius, vt idem Esai. testatur, cap. 26. *Impius non videbit gloriam Domini, licet corporeis oculis illum in maiestate conspiciant, vt tristentur & doleant.*

Titu.

simile.

Philipp.
Ioann.

Esai.

Esai.

XIIII. CONSIDERAT.

Quod qui iudicatus est, iudicaturus veniet, adeoque strictam rationem exiget, vt iustus vix saluetur, pluresq; rationes assignat, quare conueniens fuerit iudicium esse.

Tunc videbunt filium, &c.

EXPLICATO iam præcedentibus considerationibus quis est ille qui venturus est, & quomodo venturus sit, superest vt explicemus, ad quid venturus sit. Et certe adeo hoc manifestum est, vt expositione non indigeat. Nullus enim est qui ignoret, secundum istum aduentum filij hominis futurum esse, vt qui iudicatus est, iudicium faciat, & rationem ponat cum seruis suis. Quod significatum videmus in parabola illa patrisfamilias Matth. 18. Qui peregre proficiscens bona sua seruis suis distribuit, & abiit: postea vero post longum tempus rediens rationem cum eis posuit. Quis per patremfamilias, vt dicit Gregor. Homil. 9. in Euangelia, significatur, nisi Christus, qui peregre profectus est? Quia secundum humanã naturam in cælum ascendit, & a visibili & corporali conspectu nostro se subtraxit, bona sua nobis tradens: venturus quidem postea, vt rationem ponat nobiscum, & commissorum talentorum lucrum exposcat.

Matth.

Gregor.

Sed statim animum videtur pulsare

sare molestus scrupulus. Quia indignum videtur maiestate & excellentia Christi, ut descendat rationem positurus cum hominibus, & quod cum illis iudicio contendat. Si consideres quis est qui venturus dicitur, eius magnitudinem: filius namque hominis venturus est, qui & filius naturalis Dei est: *Hic est filius meus dilectus*, dicit Pater, Matth. 3. & 17. Filius hominis, qui & verbum Patris est, de eius substantia, & illi æquale genitum: *In principio erat Verbum*, &c. Ioã. 1. Filius hominis, qui & principium omnium est: *Ego principium*, dicit ipse Ioann. 8. qui & loquor vobis: per quem facta sunt omnia: *Omnia per ipsum facta sunt*, Filius hominis, qui & finis est omnium: *Ego sum Alpha & Omega, principium & finis*, Apoc. 1. Filius hominis in cuius conspectu æterna vita & vltima foelicitas consistit: *Hac est vita æterna*, ut cognoscant te, & quem missisti Iesum Christum, Ioann. 17. Filius hominis, qui devicta morte super omnes creaturas est exaltatus, dexteramque patris obtinet: *Ascendit in celum, & sedet à dextris Dei*, Act. 1. Filius hominis, qui omnia adimplet, & in quo vivimus movemur & sumus: *Exaltatus est super omnes celos, ut adimpleret omnia*. Ephes. 4. *Qui est imago patris, & figura substantia eius, portans omnia verbo virtutis sua*. Hebræ. 1. *Cui omnia tradidit Pater in manus*, Ioann. 15. *Cui data est omnis potestas in celo & in terra*, Matt. 28. *Qui est Rex regum, & Dominus dominantium*, Apoc. 19. *Et per quem reges regnant*, Prouer. 8. Denique qui est Deus cum patre & vnum cum illo: *Ego & Pater vnum sumus*, Ioan. 10.

Indignū Dei
maiestate ap-
paret cum ho-
mine inire in
dicium.

Matth.

Ioann.

Ioann.

Ioann.

Apoca.

Ioann.

Actuum.

Ephes.

Hebræ.

Ioann.

Matth.

Apoca.

Prouer.

Ioann.

Præterea si consideres vilitatē & miseriam creaturæ cum qua venit iudiciū initurus, scilicet, hominis: *Qui terra est, & in pulverem reuertetur*: Genes. 3. Cuius miseriam Iob late prolequitur, cap. 14. dicens: *Homo natus de muliere, breui vivens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Quem Esai. cap. 40. sceno comparat: quem cinerem vocat Abraham, Genes. 18. Quiquē, ut omnia vno verbo cōplectamur, nihil est, ut dicit David, Psal. 38. Et substantia mea tanquam nihilum ante te. Si ergo & veniētis magnitudinem, & hominis abiectiōnem consideres, indignum videbitur maiestate & celsitudine Dei, cum homine iudicio contendere. Si Rex potentissimus cuius ditioni vniuersus orbis esset subiectus (sicut modo Regi nostro Philippo Tertio, quem Deus prospere & foeliciter per multa sæcula faciat regnare) cum vilissimo mancipio suo iudicio cōtenderet, certe videretur res tanto principe indigna. Quidquid enim de mancipio faciat quo ad bonum corporis vsum, iuste facit: suum namq; est, nec habet cui rationem reddat. Indignius autem iudicarem, si non solum cum mancipio in iudicio disceptaret: sed & super rem vilissimam & quæ nullius esset precij cōtenderet. Ita indignum sane maiestate Christi videtur, ut cum adeo vili & abiecto mancipio suo, scilicet, homine, in iudicium descēdat, eiquē suorum factorum rationem reddat. Quia si Deus hominem puniat, iuste facit. Non est cui ratio-*

Genes.
Iob.

Esai.

Genes.

Psalm.

Simile.

nem

nem factorum suorum reddere debeat. Nec aded mirabile est, quod Deus cum hominibus iudicio contendat, sicut quod pro re tam vili iudicium instituat, scilicet, pro peccato, quod nihil est: Vt dicit Augusti. exponens illud Ioann. I. *Sine ipso factum est nihil*, id est, peccatum, quod nihil est.

Augusti.

Pro peccato temporali eterna poena quomodo conueniat.

Et vrgetur hoc amplius. Quia non solum hoc Deo indignum videtur, sed & crudelissimum apparet, & contra omnem iustitiam, quod vultit Deus pro peccato hominem æternis mancipare supplicijs, & pro nihilo aded grauiter punire, vt dicat: *Ite maledicti in ignem æternum.* Matth. 25. Poena enim & illud pro quo infligitur debent esse commensurata. Sed quæ rogo proportio est inter peccatū, (quod nihil est, & tam cito transit) & æternum supplicium, quod finem nunquā est habiturum? Vt ergo ad id, vnde digressi sumus, redeat oratio, Dei magnitudinem & hominis miseriam considerans Iob, cap. 14. dicit: *Homo natus de muliere, &c.* Vbi hominis miseriam describit. Et subiungit. *Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium?* Ac si dicat. Indignum videtur tua maiestate & potentia. Et cap. 13. dixerat. *Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam: & stipulam siccam persequeris? Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.* Hoc est certe quod Hispane dicimus, *A moro muerto gran lançada.* Nihilquē gloriæ Deo videtur attribuere. Quæstionem hanc multi Sæctorum Patrum mo-

Matth.

Iob.

Iob.

uent, & in eius solutione multas rationes adducit, ex quibus aliquot breuiter referemus illud constituētes. Quod si omnia attente consideremus, nihil dignitati & maiestati Christi derogatur: imo multū gloriæ & laudis accrescit, ex eo quod cum hominibus velle iudicio contendere, & ex eo quod diem vniuersalis iudicij (in quo omnia pateant) constituit.

Multū gloriæ Deo accrescit ex hoc quod sit vniuersale iudicium.

Cuius prima ratio est, vt diuina iustitia cōstet, & manifestetur quā iustus sit Deus, & quam recta eius iudicia omnibus conspicientibus, & inimicis confitentibus. *Iustus es Domine*, dicebat David, Psalm. 118. *& rectum iudicium tuum.* Quod maxime in hoc ellucet: quod cum omnium Dominus sit, nulliquē rationem reddere teneatur, in iudicium descendere velle, & cum hominibus contendere: vt iustitia eius appareat. Quod Psalm. 50. David testatus est suam iniquitatem confitens, & dicens. *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.* Sensus est. Si mei misertus fueris, consequetur gloria tua, vt inueniaris & comproberis iustus in operibus tuis, & in omnibus verbis tuis: & vincas omnium calumnias, quæ contra tuam iustitiam excitari possunt. Ideo iudicari vis. Vbi iudicari non ita accipiendum est, vt iterū in iudicio Deus compareat, & alium iudicem constituat: sed quod ipse in vniuersali iudicio iudex futurus sit, & suam iustitiam manifestaturus. Quia qui iudicaturus venit publice, simul & ipse iudicetur suam iustitiam manifestando. Neq;

Primaria ratio.

Hoc Dei iustitiæ maxime ellucet in iudicio.

Psalm.

Psalm.

do. Neq;

do. Nequè enim humanorum principum Deus mores imitatur, qui (licet in multis errare, & ira, odio, vel amore decipi possint) ad eò sua potentia abutuntur: vt suorum factorum rationem aliam assignare non vellint quam suam voluntatem, dicentes: sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. Idquè ab omnibus iustum vellint iudicari, quod illis placitum est. Quod fecisse legimus Pilatum (cum Iudæi ad eum super titulo crucis tollendo accederent) dicentem, Ioann. 19. *Quod scripsi, scripsi.* Ac si diceret: Nullam à me facti aliam rationem poscatis, nisi quod ita feci. Deus autem errare non potest, omnia nouit, etiam ante quam sint, & nihilominus ad eò iustus est, vt publice vellit omnium à se factorum rationem reddere: vt omnibus decius rectitudine & iustitia constet. Et cum omnium Dominus sit, nullumquè superiorem agnoscat, vult cū homine iudicio contendere: vt vniuersis acclamantibus, etiam ipso reo, iustitia eius prædicetur. Et sicut dum viueret suam innocentiam & iustitiam ostendere volens in medio inimicorum suorum constitutus, & cum illis rationem inniens, Ioann. 8. dicebat: *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Ita iam mortis vinculis absolutus, & ad dexteram Patris residens, vult vniuersale iudicium in conspectu omnium facere, vt iustitia eius constet, approbetur, & laudetur.

Secunda ratio.

Vt omnia opera appareant, & pro eis decernatur pœna vel premium.

Secunda ratio est, vt omnium opera appareant tam bona, quam mala, & pro qualitate factorum vnusquisquè recipiat vel premiũ, vel damnationẽ. Quia (licet in obi-

tu cuiusquè hominis particulare fiat iudicium, & vniciquè sua sedes reddatur, & vel gloria vel supplicium decernatur:) voluit Deus, vt vniuersale fieret iudicium, & in eò vniuersorum opera ab omnibus conspiciantur: Bonorum quidem in maiorem ipsorum gloriam, dum eorum bona opera, pœnitentia, lachrymæ, & suspiria, publice approbantur, & laudantur. Nõ enim mediocris hæc bonorum gloria est. Iniquorum vero opera manifestantur ad illorum maiorem ignominiam & confusionem. Hoc autem iustissime à Deo decretum est, vt in hac vita homines ad bonũ incenderentur studio gloriæ: & mali à peccando retraherentur timore ignominie & confusionis, quæ tunc eorum vultus operiet, quando viderint crimina sua etiam occultissima, in conspectu vniuersorum hominum & Angelorum recitari.

Si multi hominũ, (vt historie tradunt,) sibi mortem intulerũt in vinctulis, ne publice & coram vno populo sua delicta publica voce præconis referri audirent, quid facerẽt si in conspectu totius orbis publice scirent recitanda? Consideret ergo peccator confusionem, quam patietur, cum vniuersa sua crimina in conspectu omnium præconis voce publice viderit recitari: vt à peccando retrahatur. Neq; enim hoc vulgare supplicij genus existimandum est. Confusio enim maxime hominem torquet, & pœna maxime congruens hominum naturæ est, qui propriam excellentiam in omnibus quærunt. Vnde volens Deus Hierusalem pro suorum peccatorum

Manifestabũtur opera ad gloriam bonorum & confusionem malorum.

Confusio maxime propria pœna hominis.

Osee.

gatorum merito debite punire, misericordiam destructionem, famem, & captiuitatem, Osee, cap. 2. Et post uersa hæc, quasi vltimum & maximum supplicium addit: quod ignominia eius manifestabitur & apparerebit coram omnibus gentibus, & præcipue coram illis, qui eam in honore habebant, dicens: *Idcirco conuertar & sumam frumentum meum in tempore suo, & vinum meum in tempore suo: & liberabo lanam meam, & limum meum, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius. Vnde & David Psalm. 108. Cum innumeras maledictiones & mala impijs inprecando, quæ illis ventura sunt Prophetico more declararet, vltimo loco tamquam maximum malum confusionem proponit dicens: *Induantur qui detrahunt mihi pudore, & operiantur sicut diploide confusione sua.**

Psalm.

Tertia ratio.

Ad obstruenda hominum ora futurum est iudicium.

Tertia ratio est. Vt hominũ ora obstruantur, (Ne alicui pateat aditus vt de Deo conquærat: quasi odio, inuidia, vel passione in iudicando contra illum ductus fuerit:) vult vt publice omnium facta diiudicentur, & sententia proferatur. Nouit optime Deus quã sint homines sui amantes, quamquẽ diligentes in omnibus suis operibus excusandis, quamquẽ faciles sint vt conquærantur, ex omnibus, (etiam sine causa) occasionem sumentes vt in alios culpas suas referant, & se innocentes ostendant. Ne ergo quis cõquærratur, & forte dicat: Noluit me Deus audire, ego meorum factorũ rationem reddissem: mea opera vel probassem, vel exucafalem, ne addeò graua & tanta poena digna ap-

parent: non mea in omnibus culpa est. Non mihi auxilia, quæ necessaria erant; Deus præbuit, (sine quo ego nihil poteram facere.) Nõ me vocauit, non mihi quæ alijs subsidia præstitit: ipse meæ perditionis particeps est. Ne ergo hæc & similia homines impudenter proferre audeant, vult Deus vniuersale esse iudicium, in quo constet quanta rectitudine se Deus cum hominibus habuerit, quanta æquitate vsus fuerit. Quomodo hominem adiuuerit fauorem præbēs, & in nullo (quod ad salutem necessarium esset) deficient. Vt igitur constet, quod ipse homo causa suæ perditionis extitit, & obmutescat, vult Deus vt publice & in conspectu omnium vltima causa agatur, & ipse homo conuictus tacendo Dei sententiam approbet, & confirmet. Huius exemplum habemus in illo qui ingressus est ad nuptias non habens vestem nuptialem, (cum paterfamilias diceret: *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?*) obmutuit, nec garrula mens humana quid responderet habuit videns iustissimum patrisfamilias iudicium. Præterea Saul. 1. Regum. 24. persequens David sibi iustus videbatur, at cum iudicio secum contendit, & bona opera quæ receperat a David computat, non potuit non condemnare se ipsum, & publice confiteri iustitiam David, & dicere, quod iustior se esset. Ita peccatores, (qui in hac vita causas suas defendere & excusare se posse arbitrantur,) cum dies vltimi iudicij aduenerit, & sedente iudice libri aperti fuerint, constiteritq; de Dei liberalitate & sua in-

Matth.

Reg.

grati-

gratitudine, ipsa veritate & rei euidencia conuicti non poterunt non clamare, & publice confiteri, ac dicere: iustior nobis es Domine, & iustissimum es iudicium tuum.

Quarta ratio. Iudiciorum Dei que in hac vita non assequeremur, ratio apparebit & equitas.

Quarta ratio est, vt vniuersorū, quæ in mūdi administratione sunt gesta (quorum multa homines non intelligentes, sine ordine, mēsurā, & pondere facta possent existimare) constet ratio, & quomodo iuste a Deo facta sint. Nam si ea quę modo sunt attendamus, & nostri iudicij pondere examinemus, multa dissona & sine ratione iudicabuntur. Quis enim videns impium exaltatum & eleuatum, honoribus auctum, & quod illi omnia ex animi sententia succedunt: contra vero iustum afflictum, calamitatibus oppressum, & in vniuersis aduersos effectus sentientem, non hæsitabit: & pedes eius pene mouebuntur, de Dei iustitia & æquitate dubitando? Quod Dauid considerans Psalmo. 72. dicebat: *Mei autem pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei. Quia zelauit, id est, attente & curiose aduertit: Super iniquos pacem peccatorum videns, &c.* Et Hieremias, cap. 12. non ausus iudicium inferre blasphemix dicit: *Iustus es Domine, verumtamen iusta disputem tecum. Quare via impiorum prosperatur? bene est omnibus qui preuaricantur abs te, &c.* Similiter & in alijs rebus possumus ratiocinari. Videmus enim hominem, qui a principio vitæ virtuti incubuit, qui recta operatus est, in fine misere labi, & sine poenitentia mori; vt Iudæ contigit. Qui a Christo vocatus est, & in Apostolum electus, & tandem desperas interijt,

Psalm.

Hierem.

& suspensus crepuit medijs. Et etiã intuemur alium, qui perditē vixit, & in vltimo vitæ poenitentiã agēs in pace moritur: vt contigit Latroni. Nec solum in spiritualibus, sed & in corporalibus similia conspiciamus. Est homo qui pacifice vixit, nec cuiquam nocuit, & vi ferroquē interficitur. Est & alius, qui vniuersa perturbat, & pacifice in lecto suo moritur. Hæc consideranti & rationem non intelligenti iniusta, inæqualia, & sine ratione facta videntur. Vt ergo cōstet quam recto iudicio hæc Deus permisserit, quāta iustitia in omnibus administrandis vsus fuerit, constitutus est iudicij vltimus dies: in quo vniuersorū quæ facta sunt ratio apparebit, & quæ non capiebamus manifesta erunt. Quæ in hac vita occulta erant aperte videbimus. Vnde Dauid propositæ dubitationi respōdens Psal. 72. se ipsum remittit ad diem iudicij, dicens: *Donec intrem in Sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum.* Illic namquē constabit, quare iustus afflictus fuerit, & peccator in prosperitate vixerit.

Psalm.

Ex hac diuersitate quæ inter bonos & malos in hac vita contingit, deducit euidens argumentum Iob ad probandum futurum esse vniuersale iudicium, dicens: *Iste moritur robustus & sanus, diues & fœlix, viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur. Alius vero moritur in amaritudine animæ suæ absquē vllis opibus: & tamen simul in puluere dormient, & vermes operient eos. Interrogate quemlibet de viatoribus & hæc eadem illū intelligere cognoscetis. Quia in diem perditionis seruetur malus, &*

Iob. Ex diuersitate euentuum in hac vita constat iudicium futurum.

ad diem

ad diem favoris ducetur. Ecce ex diuersitate hac infert futurū esse diē, in quo malus qui prosperatus est, iudicetur, & dignā accipiat suorum scelerū retributionem. Alioquin iniustus iudicaretur. Deus, qui bonos affligeret nunquam premiaturus: malos prosperaret nunquā puniturus. Et hoc est argumentum quod toto isto capite Iob latissime prosequitur. Ad eō manifestum esse dicit, vt non sit opus sapientes interrogare: sed sufficiat, quemlibet de viatoribus, id est, de cōmunibus hominibus de hoc interrogare.

Quinta ratio
Ad honorem
Christi pertinet,
vt qui iniuste
ab hominibus
iudicatus est
omnes iudicet.

Esa:

Psal.

Luca.

Ideo iudex omnium
Christus, quia iniuste
iudicatus est.

Quinta ratio ex eo deducitur, quod iustissimū est, vt filius hominis (qui in hoc mūdo ab hominibus iniuste iudicatus fuit, & cū sceleratis cōdē natus. Iudicaturus adueniat cū gloria & potestate magna: vt omnes homines & Angeli cognoscāt & videant, quam defectuosa & iniqua sint hominū iudicia, & quam lōge distent a iudicijs Dei. Sicut distat caelum a terra, dicit Dominus, Esai. 55. Sic via mea a vjs vestris. Vnde quod homines despectū & iniquum iudicant, Deus iustissimum & maximo honore dignū declarat: Vt constat Psal. 117. vbi habetur: Lapidē quē reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. Quod de seipso interpretatur Christus, Luca. 20. In vltimo enim iudicio Christus (quē homines reprobauerūt, & negauerūt, quemq; despexerunt tanquam inutilem Barabam homicidam elligentes) apparebit a Deo approbatus, & iudex vniuersorum constitutus, & factus in caput anguli. Ideo quia iniuste iudicatus est, iudicium ei a Patre tributum est. Quia mundum

vicit patienter sustinendo turpissimam mortem iniustissime illi illatā, iudex vniuersorum est constitutus. Quod Iob. 36. declaratur: Quia causa tua cū iniquis est reputata, ideo in iudicium causamq; recipies. Quem locū Greg. 26. Moral. cap. 25. (quem sequitur vtraq; Glossa & Lyranus) de omnibus iustis dictū interpreta tur. Vnde & aptius de Christo intelligi potest, qui Apo. 3. dicit. Quia vici, ideo sedi in throno Patris mei. Vnde Augu. de Verbis Domini, ait: Se debet iudex, qui stetit sub iudice: dānabit reos, qui falso factus est reus. Vt ergo Christi dignitas appareat, & vt de vniuersis triūphet, eiusq; victoria manifestetur in conspectu omniū, opus est vt sit iudiciū. Triumphum namq; Christi referuatū esse vsq; ad nouissimum iudiciū affirmant diuinæ literæ. Psal. 109. Pater ad Filium dicit: Sede a dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedū tuorū. Donec tēpus designat inter Ascensionē Christi & vltimū iudiciū, quando Christus regnaturus est etiā sensibiliter & visibiliter in toto vniuerso, & super omnes creaturas. Id etiā aperte testatur Paul. 1. Cor. 15. Cū dicit: Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatū & potestatem & virtutē, oportet autē illū regnare, donec ponat inimicos omnes sub pedibus eius, nouissime autem inimica destruetur mors: Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei: sine dubio, præter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia: tunc & ipse filius subiectus erit ei, qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Describit Paulus isto loco

Iob.

Grego.
Glossa.
Lyra.

Apo. 3.

August.

Psal.

Corint.

Christum quasi ducē quemdam à Patre missum ad debellandū regnū aliquod, qui egressus à certamine vires suas patri ostēdet, & subiectos principes ante seaget, & susceptā provinciam debite completam proficitur, & tunc *inimica destruetur mors*, quę quasi dux erat exercitus cōtrarij. Et hoc signū erit perfectę illi^o victorię, cōpletiq; triūphi.

Sexta ratio. Sexta ratio est, vt in vltimo & vniuersali iudicio decernatur & tribuatur integrū & completum pręmium honorū & malorum, & quantum ad substantialia, & quantum ad accidentalia, & quantum ad animas, & quantū ad corpora beatorū, & damnatorum. Licet enim statim vt animę à corporibus solute sunt, particulare cuiusq; iudicium fiat, & quaelibet pro suorum operū qualitate suis locis mancipentur, vbi perpetuo mansurę sunt. Bonę (si purgatorij igne non indigeant) in æterna scelicitate, vbi Deū reuelata facie contēplentur: si autē purgatione egeant, in purgatorio ad tempus detineantur, inde ad beatitudinem transiturę. Malę autem inferni ignibus traduntur. In quo essentialia pręmia bonorum & malorum consistit. Tamen quantū ad iudiciū corporū (vt declarat S. Tho. 4. contra gent. c. vltimo) & quantū ad accidētia pręmia multa remanent post decursum temporis addēda, & in vltimo die complenda, scilicet, gloria corporis, & alię dotes.

Anima enim, (cū corpore velut cōiuncto instrumēto ad operationes suas vsa fuerit, formaquē corporis extiterit,) in patria & beatitudine existēs adhuc corporis sui exoptat

confortiū: vt sua gloria participet, quod in laboribus & tribulationibus socius & amicus fuit: instāterq; sui corporis resurrectionem postulat. Quia tūc cōpletum erit gaudiū, & perfecta beatitudo in substantialibus & accidentalibus. Quia tunc recipiēt beati stolam alterā, quę in istum diem reseruata fuerat. In die namq; obitus sui accipit quisq; stolam vnā, id est, animę gloriā, expectans alterā, quę ex participatione prioris procedit, scilicet, gloriā corporis: quibus acceptis completa erit gloria & perfectum pręmium. Quod Apoc. 6. Ioān. asseruit dicēs: *Vidi subtus altare*, id est, sub Christi humanitate & protectione (vt vtraque Glossa interpretatur) in beatitudine scilicet vbi ipse Christus est. *Vidi*, inquā *animas interfectorum propter verbū Dei, & propter testimonium quod habebant. Et clamabāt voce magna dicentes. Vox hęc affectus & desiderii est naturale, quo sua corpora exoptant. Dicebant ergo, vsque quo Domine Snnctus & verus nō indicas, & non vindicas sanguinē nostrū de his qui habitāt in terra. Et data sunt illis singula stola alba: ecce animarū gloriam, & dictum est illis, vt requiescerent adhuc tempus modicū, donec impleātur conserui eorum, & fratres eorū qui interficiendi sunt sicut illi. Et Esai. 61. de iustis dicitur: In terra sua duplica possidebunt. Hęc duo loca exponēs Grego. lib 4. Dialo. c. 25. interroganti Petro, si igitur nūc sunt in cælo animę iustorū, quid est quod in die iudicij pro iustitię suę retributione recipient? Respōdet Greg. Hoc eis nimium crescit in iudicio, quod nunc animarū sola, postmodum*

Stola duplex gloriam animę & corporis significat.

Apoca.

Glossa.

Esai.

Grego.

Sexta ratio.

Ad decernendum completum pręmium in iudicio.

Animę statim post mortem pręmiū vel pœnā suscipiunt.

S. Thom.

Animę beatorum corporis gloriam desiderant & expectant.

dum vero etiã corporum beatitudi-
ne perfruuntur: vt in ipsa quoq; car-
ne gaudeant, in qua dolores pro Do-
mino cruciatuq; pertulerunt. Pro
hac quippe geminata eorũ gloria
scriptũ est Esai. 61. *In terra sua dupli-
cia possidebunt.* Hinc etiã ante resur-
rectionis diẽ de sanctorum anima-
bus scriptũ est Apoc. 6. *Datæ sunt il-
lis singula stola alba, &c.* Qui itaque
nunc singulas acceperunt, binas in
iudicio stolas habituri sunt: Quia
modo animarũ tantummodo, tunc
autem animarũ simul & corporum
gloria letabuntur. Quod Christus
insinuare voluit dũ post sex dies,
Matt. 17. transfiguratus est, & res-
plenduit facies eius sicut Sol, & ve-
stimenta eius facta sunt alba sicut
nix. Post sex enim dies, quibus præ-
sentis vitę tẽpus significatur, gloria
animæ corpori communicabitur,
& perfectũ erit gaudium & plenũ.
Similiter & mali corpora sua su-
mẽt, vt in illis etiam tormẽta patiã-
tur, & eorum pœna completa sit.

Esai.

Apoca.

Matt.

Septimaria-
tio.
S. Thom.
Ex mutabili-
tate rerum su-
mitur ratio iu-
dicij.

Septima ratio desumitur ex S.
Tho. 3. p. q. 59. ar. 5. vbi dicit. Quod
iudicium de aliqua re mutabili per-
fecte dari non potest ante eius con-
summationẽ, sicut iudicium de ali-
qua actione, qualis sit futura, perfe-
cte dari non potest, ante quam sit
consummata, & in se, & in suis ef-
fectibus. Multæ enim res apparent
in se vtilis, quæ ex effectibus con-
uincuntur inutiles. Vnde cum ho-
mo mutabilis sit, iudiciũ perfecte
de eo ferri non potest vsq; dum vi-
ta eius omnino terminetur. Et quo-
niã licet per mortem vita tempora-
lis hominis terminetur in se: rema-
net tamen adhuc secundum quid ex

futuris, (in quibus ad huc viuit ho-
mo) dependens. Viuit enim homo,
(licet corpore moriatur) in memo-
rijs aliorum, in quibus multoties
contra veritatem remanet bona vel
mala fama mortui. Viuit etiam in
filijs, qui aliquid patris sunt: iuxta
illud Ecclesiastici. 30. *Mortuus est*
pater eius, & quasi nõ est mortuus: simi-
lem enim reliquit sibi post se. Tertio vi-
uit quantum ad effectum suorũ ope-
rum, tam bonorum quam malorũ,
dum suo exemplo vel doctrina alij
similia efficiunt. Sicut Apostolorũ
doctrina & vita semper viuit, &
proficit, quandiu fides ex eorum
prædicatione propagatur: atque
adeo semper illis accidentale gau-
dium accrescit. Similiter & in ma-
lis Arrij peruersitas durat, quandiu
eius error pullulat. Quarto, quan-
tum ad corpus quodã modo viuit
in honore, dũ aliud traditur hono-
rifice sepulturæ immerito, aliud in
iuste in sepultum relinquitur. Tan-
dẽ viuit quantum ad illa in quibus
affectum suum posuit dũ viueret.
Vniuersa autẽ hæc subduntur exi-
stimationi diuini iudicij. De qui-
bus perfectũ & manifestum iudiciũ
ferri non potest, quandiu temporis
huius decursus durat. Ideoq; oportet
esse vniuersale iudicium in vlti-
mo die, in quo perfecte & cõplete
de vniuersis, quæ ad cuiusq; homi-
nis statum & conditionẽ pertinet,
iudicetur. Plures alias rationes assi-
gnare solent verbi Dei concionato-
res, quas omittimus. Quia quæ pro-
positę sunt potiores videntur. Vnde
ad ea quæ principio huius confide-
rationis obiecta sunt satisfaciamus.
Ad primum (quod ex Dei magnitu-
dine

Homo mor-
tus adhuc vi-
uere dicitur,
& in quibus

Eccles.

dine hominumque paruitate desumebatur) respondemus. Quod homo, si cum Deo comparetur, adeo exiguus est, ut pro nihilo reputari debeat. Ceterum si in se ipso consideretur, magnum quid est. Imo inter omnes creaturas quæ corpus participant, præcipuum. Formauit enim Deus hominem (licet de limo terræ) ut præsit vniuersis creaturis, & illarum habeat dominium, ut Genes. 1. habetur. Et Psal. 8. dicitur: *Omnia subiecisti sub pedibus eius, & minuisisti eum paulominus ab Angelis.* Quæ (licet de Christo interpretetur Paulus ad Hebræ. 2.) de vniuersis hominibus ad literam etiam dicta sunt. Sicut homo nobilis & diues valde, si cum Rege potentissimo cõparetur, & in eius præsentia constituitur, vix conspicitur: at seorsum constitutus omnium oculos ad se trahit, & ab omnibus colitur. Ita homo Deo comparatus quasi nihilū reputatur, cum in se magnus & potens sit valde. Non ergo indignum est Dei maiestate, ut cum homine, cui tottantaq; commissit, iudicio contendat. Præcipue quod si res æstimari debet ex precio, quoempta est, homo magnū quid, eximium, & inestimabile reputabitur, qui a deo magno & incõprehensibili precio emptus est, puta, sanguine agni immaculati Christi Ihs v. Quod Petrus. 2. Cano. c. 1. testatus est dicēs: *Non enim corruptilibus auro vel argento empti estis: sed pretioso sanguine agni immaculati, &c.* & Paulus. 1. Corint. 6. ait: *Empti enim estis precio magno.* Quod si apertius hominis valorem, & quanti eū Deus faciat, discere vis, attende: Quod se

ipsum Deus pro homine tradidit, ut ad Gala. 2. affirmat Paul. & hominis dignitatē intelliges. Ad secundū, quod ex peccati vilitate nascebatur, dicim⁹. Quod peccatū si in se ipso consideretur, vilissima res est, & nihil. At si in ratione offensæ & debiti attendatur, magnū quid est. Est namque offensa contra Deum, qui infinitus est. Indeque infinitatē quādam in ratione offensæ contrahit. Culpa enim & offensa ex persona, in quam cõmittitur, debet estimari. Grauior enim est vna & eadē offensa, ut alapa, in regem commissā, & in priuatum hominem. Quia crescit culpa ex magnitudine personæ offensæ. Atque adeo quæ cõtra Deum fit, maxima & infinita erit. Nō ergo pro nihilo reputanda est offensa, quæ contra Deum commissā est, ut non liceat pro illa in iudicium descendere, & debitas penas exposcere. Præterea ex bono, quo peccatum priuat & eius excellentia, peccati magnitudo pensanda est. Priuat enim hominem gratia, quæ donum diuinum est, & participatio quædam diuinæ naturæ, ut dicit Petrus. 2. Canon. cap. 1. Deturpat, & quantum in se est, tollere procurat Dei imaginem, ad quam conditus est homo, Genes. 1. Et sicut qui regia stigmata & arma deturparet, vel tolleret, reus esset grauissimæ culpæ & maiestatis offensæ: sic & qui peccatum admittit, Dei stigmata & imaginem in homine impressam auferre conatur. Vnde grauissimum crimen admittit. Insuper animam interficit: atque Dei seruum (quem tam magno precio sicut diximus emit)

Galat.

Peccati magnitudo sumitur ex persona offensa.

Peccati magnitudo ex bono quo priuat attenditur.

Petr.

Ex imagine Dei quam deturpat peccatum, etiā eius gratia probatur. Genes.

fura-

Homo in se magnū quid est.

Genes. Psal.

Hebræ.

Simile.

Hominis dignitas ex precio colligitur

Petr.

Corint.

furatur, & dæmoni tradit. Nunquid hæc parua sunt: & pro quibus non liceat in iudicio contendere? Iam ad tertium tempus est: ut veniamus, in quo de supplicio & pœna pro peccato inferenda agebatur, indignumquæ diuina bonitate & æquitate apparebat, ut pro culpa, quæ cito transit, æterna pœna tribuatur. Si enim ut habetur Deuter. 25. *Secundum quantitatem delicti erit & plagarum modus*: ubi delictum momentaneum est, damnatio æterna esse non debet? Hanc quæstionem mouet August. lib. 21. de Ciui. Dei cap. 11. & late prosequitur, soluitque dicendo. Quod iustitiæ ratio etiam in humanis non metitur quantitatem pœnæ secundum moram temporis, quæ in delicto fuit: sed secundum culpæ grauitatem. Et probat. Quia octo genera pœnarum in legibus reperiri scribit Cicero: damnium, vincula, talionem, ignominiam, exilium, mortem, & seruitutem. In nullo autem horum (nisi forte in talione) tempus pœnæ æquatur moræ culpæ: sed multo maiori tempore durant, ut constat. Vnde inquit August. Iam vero damnium, ignominia, exilium, & seruitus, (cum plerumquæ sic infliguntur, ut nulla omnino relaxetur) nonne pro huius vitæ modo similia pœnis videtur æternis? Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa vita, quæ his plectitur, porrigitur in æternum: & tamen peccata, quæ vindicantur longissimi temporis pœnis, breuissimo tempore perpetrantur. Nec quisquam extitit, qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta, quam cito factum est vel homicidium, vel adulterium. Non temporis longitudine, sed iniquitatis & im-

pietatis magnitudine metiendum. Qui vero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, nunquid mora qua occiditur, (quæ per breuis est) eius supplicium leges æstimant, & non quod eum in sempiternum auferant de societate viuentium? Quod est autem de ista ciuitate mortali homines supplicio primæ mortis, hoc est de illa ciuitate immortalis homines supplicio secundæ mortis auferre. Vnde deducitur quod si in humanis æternitas vel perpetuitas pœnæ pro delictis non repugnat æquitati iustitiæ: multo minus repugnabit iustitiæ diuinæ. Cum culpa, (ut late expositum est), infinitatem quandam in ratione offensæ participet. Et hæc alia ratio esse potest ad propositæ quæstionis solutionem.

Eandem quæstionem, lib. 4. Dialog. cap. 44. mouet Gregori. dicens: *Scire velim quomodo iustum sit, ut culpa, quæ cum sine perpetrata est, sine fine puniatur?* Et soluit dicens: *Hoc recte diceretur, si districtus iudex non corda hominum sed facta pensaret. Iniqui enim ideo cum sine deliquerunt: quia cum sine vixerunt. Nam voluissent utique si potuissent sine fine viuere, ut potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim quia in peccato semper viuere cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis pertinet, ut nunquam careat supplicio, qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato.* Huius rationis efficaciam sic explicat S. Tho. 3. contra Gent. cap. 144. ubi istam quæstionem versat. Etenim apud diuinum iudiciû voluntas pro factis computatur: Quia sicut homines vident ea quæ exterius aguntur, ita Deus inspicit hominum corda: qui autem prop-

Quomodo pro culpa transitoria æterna pœna iuste infligitur. Deute.

August.

Octo genera pœnarum leges infligunt.

Gregor.

Affectus ad peccatum æternitatem inuoluit.

S. Thom.

ter aliquod temporale bonū auer-
sus est ab ultimo fine, quia æter-
num possidetur: præposuit fruitio-
nem temporalem illius boni tem-
poralis æternæ fruitioni ultimi fi-
nis. Vnde patet quod multo ma-
gis voluisset in æternum illo bono
temporali frui. Ergo secundum di-
uinum iudicium ita puniri debet,
ac si æternaliter peccasset. Nulli
autem dubium est quin pro æterno
peccato æterna poena debeatur: de-
betur igitur ei, qui ab ultimo fine
auertitur per culpā, æterna poena.
Plures alias rationes adducit S.
Thom. loco allegato, quas videre
poteris.

XV. CONSIDERATIO.

Quod iusti gaudere de-
beant, & lætari, quia iudicium
prope est, de quo mali do-
lent & tristantur.

His autē fieri incipient. Sc.

VERBA ista in literali
expositione remissimus
ad istum locum: Quoniā
adeo literalia cum moralibus con-
iuncta sunt, vt necessario simul de-
beant pertractari. Vnde iuxta sin-
gulas literales expositiones singu-
las considerationes excitabimus,
quas breuius quam præcedentes ab-
soluemus: quia de illis omnibus al-
ijs etiā pluribus locis occasio tra-
ctandi occurret.

Aduertendum est, quod *Leuare*
caput, phrasis est in scriptura vsita-
ta, quæ diuersimode a Doctoribus

solet explicari. In primis *Leuare ca-*
put idē significat quod ex hilarari,
gaudere, & lætari. Idquē etiā apud
Hispanos in vsu est, quando homi-
nem videmus tristem & afflictum
dicere solemus, *Alça la cabeça*, id
est, *alegraos*. Illi enim qui træsto
sunt animo demisso capite terram
respicientes incedere solent. Isto
igitur loquendi modo hortatur
Christus discipulos suos, (vt, cum
vniuersa ista mala in mundo fieri
conspexerint,) gaudeant & læten-
tur: quoniam appropinquat eorum
redemptio. Ac si dicat Christus:
Vos amici mei, qui reliquistis omnia
& secuti estis me, cum videritis hæc
omnia, leuate capita vestra, id est, gau-
dete & lætamini. Quia appropinquat
redemptio vestra, & sedebitis super se-

Leuare ca-
put est lætari
& ex hilarari.

Matt.

des duodecim iudicantes duodecim tribus
Israel. *Matt. 19.* Doleāt quidē, mē-
tiq; & demisso capite incedant pec-
catores videntes mundum quasi a-
nimam agentem, Solem obscura-
ri, Lunam deficere, omniaquē tur-
bari. Plangent qui de terra sunt, &
terram comedunt: quia terrena il-
lis deficiunt. Vos vero, qui non estis
de hoc mundo, *Ioann. 15.* quorum con-
uersatio in celis est, ad *Philip. 3.* gau-
dete & exultate, sicut exultāt victores
capta præda quando diuidunt spolia.
Isai. 9. His enim fieri incipientibus pro-
pe & in ianuis est regnum Dei, *Matt.*
24. prope est vt vestrorum laborū
fructus colligatis. Amara & tristis
sit memoria, & lamentabilis cons-
pectus mortis & ultimi iudicij ho-
minibus, *Qui habent pacem in diuitijs*
 suis, Ecclesiastici, 41. Et qui in ter-
ra omnes suas spes collocarūt: Vos
vero, qui peregrini & aduena estis su-

Qui plange-
re debeant vi-
 dentes diem
 iudicij.
 Ioann.
 Philipp.

Matt.

Eccles.

per terram, nihilque in hoc mundo habetis, lætamini: quia redemptio vestra, & peregrinationis finis, & cælestis patria prope iam est. Doleant & tristentur qui mundanis his & caducis rebus adhæserunt earum videntes finē: vos vero quorum portio est in terra viventium. Psalm. 141. *Et quorum pars est Dominus, Psalm. 72. & Threnorum. 3. Gaudeate: quia prope est regnum Dei. Illi, (quibus crux Christi erat scādalu, Prædicamus Christū crucifixum. 1. Corint. 1. Iudæis scādalu qui Crucis Christi sunt inimici, ad Philip. 3.) grauiter doleant & lamententur, videntes signum filij hominis in celo, Matth. 24. Quia prope est eorū interitus & condemnatio. Vos autē (quib⁹ nulla alia gloria in hac extitit vita, nisi Crux Christi: Mihi ab sit gloriari nisi in Cruce Domini nostri dicebat vnus de vestro numero, ad Galat. 6. Qui in hac vita stigmata Christi in corpore vestro portastis, ad Galat. 9. Qui mundo estis crucifixi, ad Galat. 6.) Leuate capita vestra, & videntes signum filij hominis gaudeate: quia appropinquat redēptio vestra: In qua æterna vita sine morte, lachrymis, & dolore perfruemini, iuxta illud, Apoca. 21. *Iam non erit luctus, neque clamor, neque dolor erit vltra, quia prima abierūt. Quia absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorū, & mors vltra non erit.**

Vnde dies vitimi iudicij singularis erit refrigerij, & consolationis, ac lætitiæ iustis: sicut doloris & tristitiæ plenus erit peccatoribus. Quod Dauid Psalm. 36. declarauit dicens: *Novit Dominus dies immaculatorum, & hereditas eorum in æternum*

erit. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribunt. Vbi ad literam loquitur de vltimo iudicio, & vltimo fine ad bonorum (qui in hoc mundo calamitatibus & miserijs præmuntur) consolationem: exhortaturquē eos, vt despecta iniquorū prosperitate gaudeant & leuent capita sua.

Primo: *Quia novit Dominus dies immaculorum.* Id est. Descriptum habet in scientia prædestinationis sue numerum dierum vitæ hominum piorum, & vnusquisq; eorum dierum numeratus est apud Dominū, & vniversa quæ illis sunt euentura. Vnde non est quare homines timeant, & tristentur. *Non enim patietur Deus eos tentari supra id quod possunt, sed faciet cum tentatione proven-*

Secundo gaudere debent: *Quia hereditas eorum in æternum erit.* Hæreditas quippe illa ventura, (quæ iam prope est,) vitæ æternæ in terra viventium & in regno Dei, perdurabit illis in sempiternum: quam nullus hominū auferre poterit. Ideoq; conturbari non debent, si videant malos in hac vita florere. Quia paruo tempore eorum prosperitas & lætitia durabit. *Gaudium enim hypocrita ad instar puncti, Job. 20.*

Tertio gaudere debent quia *non confundentur in tempore malo.* Id est, in die iræ, calamitatis, & miseriæ, in tempore quando male erit omnibus operantibus iniquitatem, quando omnia in illos insurgent: non confundentur ipsi, nec timebunt. Quia tempus illud ipsis bonum & magnæ lætitiæ erit. In quo leuabunt ca-

Locus Psal. eleganter expositus.

Corint.

Job.

Psal. Psal.

Corint. Philipp.

Matth.

Galat.

Galat. Galat.

Apoca.

Dies iudicij singularis refrigerij iustis ob plures causas. Psalm.

pita sua, & quasi de magna tribulatione surgentes respirabunt, & gaudebunt. Quoniam appropinquat gloria eorum.

Quarto, leuare debent capita: quia *in diebus famis saturabuntur*. Id est, in tempore illo maximæ angustiae, & miseriæ: quando Sole, Luna, & stellis turbatis, omnia deficient, quando æterna fame incipient impij cruciari, iusti satiabuntur ab ubertate domus Domini, & cū apparuerit gloria eius. Quapropter æquo animo ferre debent iusti in hac vita quod mali florere permittantur, delitijs & voluptatibus frui ipsi vero despiciantur & egestatē patiantur. Postulat enim hoc diuinæ iustitiæ æquissima dispensatio, vt ij, qui in hac vita bona receperūt, in altera recipiant mala: illi vero, qui in hac vita mala iustinuerunt, in futura bonis abundant. Sicut Lucæ. 16. diuiti testatur Abraham dicens: *Recordare fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolatur, tu vero cruciarius*. Idem affirmat Psalmo, 74. inquit. *Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmauit columnas eius*. Quæ locū licet multi secuti August. referāt ad primū Christi aduentum, (in quo cū omnes habitatores terræ in varia vitia defluerent & dissoluerentur, Christus veniens quosdam velut columnas stabiliiuit & confirmauit, scilicet, Apostolos, qui ad Galat. 2. columnæ dicuntur: Verum quoniam verbis immediate præcedentibus, *Cum accepero tempus, &c.* & sequentibus, *Quia nequē ab Oriente, &c.* de iudicio vltimo loquitur,

vt in superioribus considerationibus interpretati sumus) commodius versus iste ad secundum Christi aduentum referetur. Ita tamen vt præterita profuturis, (vt in Scriptura consuetum est,) accipiantur: & per columnas omnes iusti intelligantur, qui sunt quasi fundamēta terræ. Et ita sensus erit: *Liquefacta est terra*, id est, omnes terreni homines & peccatores in nouissimo die iudicij præ nimio timore liquefiēt, exanimabuntur, & arescent. *Ego vero confirmauit columnas eius*, id est, iustos stabiliam & consolabor, ita vt in medijs his tribulationibus præ lætitia & exultatione leuent capita sua. Hinc Petrus (cum vniuersi Prophetæ & Apostoli de die isto loquentes terribilia & horrores plena nomina illi imponant, vocantes diem iræ, furoris, tribulationis, angustiae, tenebrarum & caliginis, occisionis, & vindictæ,) diē istum singulari nomine consolationis & refrigerij insigniuit Actu. 3. dicens: *Pœnitēmini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cum venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit eum qui predicatus est vobis IESUM Christum: quem oportet quidem calum suscipere usque in tempora restitutionis omnium, quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à sæculo Prophetarum*. Ecce aperte de vltimo Christi aduentu loquitur, & sic vniuersi Doctores interpretantur. Vocat quæ tempora illa, (in quibus mundus & mūdani in maxima erunt angustia & tribulatione,) *Tempora refrigerij à conspectu Domini*, id est, propter cōspectum Domini, ijs, qui vere penituerint.

Præterita
profuturis
ponuntur.

Dies iudicij
dicitur dies
consolationis

Actuum.

Lucæ.

Psalm.

Galat.

tuerint. Quia tunc lenabunt capita sua. Appropinquat enim eorum redemptio.

XVI. CONSIDERAT.

Quod iusti non deficiant, nec turbentur videntes rerum omnium turbationem, quimpotius inde nouam spem concipiant suæ redemptionis.

Leuate capita vestra, &c.

BEDA in istum locum per *Leuare capita* intelligit, mentem erigere & subleuare ad supernorum bonorum considerationem. Itaque verbis istis Christus hortatur suos, ut mundi tribulationes videntes, ne turbentur, & in errorem inducantur, sed considerent superna bona, & æternam beatitudinem, quæ illos expectat: & attendant quoniam prope est redemptio eorum. Ac si dicat. Cū videritis hæc omnia fieri, (quæ ex se apta sunt ut timorem etiã fortissimis incuriant:) *Leuate capita*, & considerate superna bona, ne deficiatis. Vbi aduertit, quod caput in Scriptura pro mente accipitur. Quia sicut caput reliqua membra fouet & regit: ita mens vniuersas cogitationes & desideria humani cordis moderatur. Ita accipitur Psal. 73. *Cōtribulasti capita Draconum in aquis.* Id est. Mentis & intentiones. Sic interpretatur Iſichius, lib. 1. in *Leuit. cap. 5.* & ita in proposito accipitur caput pro mente.

Hoc igitur anthydoto & singula

ri medicamine calamitatibus ingruentibus occurrit Saluator. Cū videritis mala, quæ mundo & vniuersis creaturis eueniunt: cum videritis vniuersa quasi contra vos insurgere, & vos premere: *Leuate capita*, hoc est, considerate quæ bona vos in cælesti patria maneant, & ista consideratione muniti procul pelletis omnem tristitiam & turbationem, forte squæ & cōstantes in medio tribulationum permanebitis. Qui enim mentis oculos in illa superna bona fixerit, facile vniuersa, quæ in mundo occurrere possunt, contemnet: facile labores omnes irruentes calcabit: facile pericula omnia superabit: & maxima quæque pro nihilo ducet. Hac consideratione Paul. 1. Cor. 4. munit⁹ vniuersos huius mūdi labores ut momentum reputabat, dicens: *Propter quod non deficimus, sed licet in qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.* Hic Paulus inuincibilem bonorum patientiam in malis sustinendis, & in defatigatam tollerantiam describit. Qui licet grauiter præmantur non deficiunt, & licet in multis tribulentur, etiam vsque ad corporis defectionem: *tamen is qui intus est homo, scilicet, spiritualis renouatur de die in diem* noua spe bonorum confortatus, & illorum consideratione confirmatus. Vnde Hieronymus in huius loci expositione dicit. *Licet corpus passionum iniurijs corrumpatur, anima tamen spe futurorum quotidie confirmatur ad omnia sustinenda.* Et Chrysoſt. Homil. 9. in 2. Epistola ad Corinth. dicit: *Quomodo corrumpitur externus homo? Dum flagellatur,*

Consideratio æternorū facit mala omnia contemnere.

Hieron.

Chrysoſto:

scda.

Caput pro mente.

Psalm.

Iſchi.

abigitur, innumera fert mala. Sed interim renouatur de die in diem. Quomodo renouatur? fide, spe, alacritate, & audet se opponere malis. Nam quo plura tollerit corpus, hoc maiorem spem habet anima, & fulgidior euadit, velut aurum quod multo igni examinatur. Et vide quomodo presentis vite molestias demolitur, dicens: *Id enim quod in presenti est momentaneum & leue tribulationis nostrae, supra modum ex sublimitate eternum gloriae pondus operatur in nobis. Rationem reddit quare non fatigetur inter continuas externi hominis afflictiones, quareque non deficiat. Quia quidquid afflictionis est in hac vita, leue & transitorium est, & causat gloriae pondus excellens supra modum, & eternum.* Singula singulis contraponit egregie Paulus isto loco: tribulationi gloriae, leuitati pondus excellens, transeunti eternum.

Et quidem quod vniuersa hominis afflictio in corpore & exterioribus sit momentanea, manifestum est: cum vniuersum tempus vite nostrae cum aeternitate comparatum nihil sit. Quod vero leuis sit non tã clare patet, sed si Pauli verba considerentur, aperta est sententia. Quoniam addit pronomen *nostra*. Aniam siquidem spiritualia leuis est omnis iactura corporalium propter spiritualia & aeterna. Quamuis etiã absolute loquendo leue sit quidquid in hac vita pati homo potest, relatum ad id quod pati potest anima separata. Anima enim pura cū patitur, incomparabiliter magis patitur, quam cum corpori coniuncta est. Metaphora vero ponderis vitetur, vt leui contrarium opponat. Et sicut leue vocatur quod parui

penditur, vel quod inconstans est, ita pondus appellatur quod magni penditur, & quod cōstans est. Vnde gloriae pondus dicitur gloria cōstans ad differentiam inuodanae gloriae, quae vere leuis est, & in hominū opinionone consistit. Istius gloriae magnitudinem declarat dicens: *Quod nō qualecumque pondus gloriae causant, sed supra modum excellens & eternum*, cui nihil temporalium valet comparari. Et quia dicere posset aliquis, nunquid Pauli parua sunt & momentanea reputanda, quae in hac vita patimur, tot ludibria, verbera, carceres? Nunquid parum est & leue sanguinem fundere, vitam amittere? Quid grauius, quid molestius, hominibus potest accideret? Altius ascendit dicit Paulus, considerate bona illa, quae repromissit Deus diligentibus se, & vniuersa haec leuia & momentanea apparebunt. Quae enim comparatio esse potest temporalis ad aeternum, & ad id quod semper est duraturum? Ideoque subiungit Paulus: *Non cōtemplantibus nobis quae videntur: sed quae non videntur. Quae enim videntur temporalia sunt: quae autem non videntur aeterna sunt.* Quae locum exponēs Chrysolto. Hom. 9. ait. *Deinde & modum ostendit quomodo leues sint tantae afflictiones. Quomodo igitur leues sunt? Non considerantibus nobis quae videntur, sed quae non videntur: sic & hoc leue quiddam praesens. Et hoc magnum quod futurum, si nos a visibilibus abduxerimus. Ea enim quae videntur temporalia sunt. Igitur & afflictiones tales. Quae autem non videntur, aeterna. Igitur & coronae tales. Et non dixit afflictiones tales: sed quae videntur omnia, siue poena sit, siue*

qui es.

Omnis tribu-
latio praesens
leuis est.

Anima sepa-
rate passio
malio maior
quam coniun-
cta est.

Chrysol.

quis es. Et sic nec propter illā dissolute agendum, nequē propter hanc vi faciēda. Id circo nequē de futuris loquens dixit regnum æternum: sed quæ non videntur æterna: siue regnum siue pœna sit, iterum vi. & propter hanc terreamur, & propter illud incitemur. Quoniam enim quæ videntur temporalia sunt, quæ autē non videntur æterna, ad hæc quidem spectemus. Qualem enim haberemus excusationem temporalia pro æternis elligentes? Licet enim præsens suauē sit, sed non perpetuum. Hæc intuens Dauid vniuersa terrena despiciens, Psalm. 72. dicebat: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui super terram.* Quem locum exponit August. sic. Comparauit voluntati suæ terrenæ præmium cælestæ, quod accepturus est, vidit quid sibi ibi serueretur, & cogitans & æstiuans in cogitatione cuiusdam rei ineffabilis, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, 1. Corint. 2. Non dixit illud, aut illud mihi est in cælo: sed quid mihi est in cælo? Quid est illud quod habeo in cælo? Quantum est? Quale est? Quid est? Et cum non transit, quod habeo in cælo, à te quid volui supra terrā? Seruas mihi tu, (sed dicam vt possum, sed date veniam, accipite conatum meum, deuotionem intendi, nā explicādi nulla facultas est:) Seruas, inquit, mihi tu in cælo diuitias immortales, te ipsum, & ego volui à te in terra quod habent impij, pecuniam, aurum, & argentum? Quasi dicat, minime: sed illa considerans vniuersa ista despiciam. Quid quæso effecit, vt tēnerē virgines tam grauiā & aspera tormēta inuictō animo fer-

rent, nisi spes coronæ æternæ, quæ reposita erat? Quid Martyres incēdebat, vt per medium ignem incēdētes mortem dulcem reputarent? Hæc sane futurorum consideratio. Respicentes enim illa æterna bona, quæ non videntur, minas iudicū spernebant, tormenta vincebant, carnificum crudelitātē superabāt, & in medijs tormentis cum Dauid dicebant: *Quid mihi est in cælo?* Quæ & quanta bona mihi sunt reseruatā. Pro illis hæc quæ patior exigua sunt: crescant tormēta, non deficiet animus. Quia semper in oculis mētis cælestium bonorum memoriā versatur. *Leuate ergo capita vestra,* dicit Christus, id est, considerate cælestia, & nihil vobis in hac vita poterit molestum esse.

XVII. CONSIDERAT.

Ex rerum turbatione
confidentiam iusto-
rum confirmat.

Leuate capita vestra, &c.

ALIIQVI isto modo loquendi existimant idem significari quod confidente, ex his quæ videmus ducta similitudine. Cum enim quis de salute sua vel bono desperat, ad eū deficere solet, vt caput vix attollere valeat, contra vero qui in suis negotijs spem & confidentiam habet, (etiā si in maximis difficultatibus versetur,) solet caput leuare & bono animo omnia aggredi. Hinc *Leuare caput*, confidere significat. Hor tatur itaque Christus discipulos suos,

Psalm.

Augusti.

Corint.

suos, vt omnia hæc videntes, quæ in mundo sunt, confidant & bono animo sint. Ac si dicat. Iniqui qui contra Deum peccatis suis pugnant, (cum viderint vniuersa turbari, & filium hominis venientem cū potestate & maiestate magna) turbentur, arescant, & diffidant. Quia nulla illisuperest spes. Nulla enim res est, quæ aded animum deiciat, & vires frangat, sicut diffidentia. Vos autem qui amici mei estis, *Leuate capita vestra, & cōfidite.* Hoc enim præcipuum inter multa bona secum fert bona conscientia, vt in maioribus difficultatibus, in maioribus calamitatibus, & quando omnia contra hominem pugnant videntur, Cælum, astra, terra, mare, vniuersaq; quæ in illis sunt, confidat, nihil timeat, maxima securitate caput leuet. Hæc efficit, vt (quando magis Deus videtur hominis oblitus, vel contra illum magis indignatus,) firmiter & constantius illi adhareat, & de illo magis confidat. Quod in Iob conspiceremus, qui, (cum mulier, cap. 2. diffidentiam & desperationem suaderet, dicēs: *Benedic Deo, & morere*) Respondit. *Quasi vna de stultis mulieribus locuta es. Si bona suscepimus de manu Domini: mala quare nō sustineamus?* Vnde cap. 13. dicit. *Etiā si me occiderit in eo sperabo.* id est. Non diffidam. Quia me cor meum non reprehendit, & consciētia non accusat. Vnde & David dicebat, Psalm. 26. *Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.* Et rationem subiungens dicit. *Vnam petij à Domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo Domini.* Quasi dicat. Quia ea quæ

in domo Domini sunt confidero & requiro, vniuersa malorum agmina non timebo. Diffidant mali & peccatores, (dicit Christus discipulis suis,) cum viderint vniuersas res, in quibus spem habebant, commoueri: quia eorum cōscientia eos mordet. Vos vero (qui nunquam in rebus mundanis spem posuistis, sed in me omnem vestrum cogitatum constituistis:) *Leuate capita vestra: ecce enim appropinquat redemptio vestra.* Ad confidentiam hortatur, vt discant: quo magis crescunt labores & tribulationes, eo magis de Dei bonitate confidendū esse. Quoniam tunc *appropinquat redemptio*, hoc est, tranquillitas, serenitas, & laborum finis. Sicut nautæ (quādo magis crescit tempestas, quādo aër fortius perflat, & quando mare magis tumet, cælumquē obscurius apparet,) noua spe eriguntur. Quia cognoscunt prope esse tempestatis finem, aduentarequē tranquillitatē. Vnde signa illa fulgida, quæ in maiori tempestatis vi, in nauibus solent conspiceri, (quæ ex nimia densitate & abundanti materia exhalationis procedūt, quæ ab antiquis Castor, & Pollux vocabantur,) serenitatis certissima inditiareputāt. Ita & nos cum viderimus mundum, mundanaquē omnia turbari, agitari, & commoueri, vniuersaquē contra nos coniurare, & fortius irruere, confidamus: Quia prope est vt tempestates & tribulationes finiantur. Quoniam prope & inianuis est redemptio nostra.

Huius rei singulare in Christo Redemptore nostro habemus exemplum. Quem mundus toto vitæ suæ cursu

Bona conscientia maxime confidit.

Iob.

Iob.

Psal.

eo magis cōfidendum quo magis crescant mala.

simile.

Castor & Pollux quid.

curfu est insequutus, sed tempore
 passionis ad eò exarsit contra eum,
 vt vniuersa commota fuerint, & tē
 pestas maxima excitara ita, vt ipse
 met pondere tribulationis graua-
 tus dicat, Psalm. 21. *Deus Deus meus*
respice in me, quare me dereliquisti? lon-
ge à salute mea, &c. Et magnitudine
 tēpestatis quasi oppressus instanti
 morte, Psal. 68. (qui ad literam de
 Christo intelligitur, vt ex quam
 plurimis noui testamenti locis, que
 lōgum esset citare patet: in quibus
 varij huius Psalmi versus referun-
 tur, vt Ioan. 2. & 15. & 19. & ad Ro-
 ma. 11. & Act. 1.) dicat: *Saluum me*
fac Deus, quoniam intrauerunt aquae vs-
que ad animam meam. Infixus sum in
limo profundi, & non est substantia,
Veni in altitudinem maris, & tempe-
stas demersit me. Laboraui clamās, &c.
 Eo autem tempore quo magis la-
 bores creuerūt, & quo inimici eius
 actum de illo putauerunt, serenitas
 & trāquillitas magna facta est. Vi-
 ctis enim diabolo & morte tertia
 die gloriosus a mortuis resurrexit,
 Ita & nos in tribulationibus, quan-
 do eas magis crescere viderimus,
 confidamus. Quia vt Osce, cap. 6.
 ait: *Venite & reuertamur ad Dominū;*
quia ipse cepit & sanabit nos, percu-
riet & curabit nos. Viuificabit nos post
duos dies, in die tertia suscitabit nos: &
viuemus. Sicut, cum conspiciamus lu-
 cernam magnas flammās & præter
 solitum cursum emittere, intelli-
 gimus finiri & extingui: Ita cū labo-
 res plus solito crescere & magnas
 flammās facere viderimus, ne defi-
 ciamus, sed magis cōfidamus: Quia
 prope est vt labores finiantur, & ter-
 minentur. Quod Saluator ostende-

Psalm.

Psalm.

Ioann.
 Romā.
 Actuum.

Osce.

simile.

re voluit, cum isto loco dicit: *Cum*
videritis hæc fieri. Id est, vniuersa ista
 mala euenire, & tribulationē ad eò
 magnam, (qualis nec antea fuit, nec po-
 stea erit, Matt. 24.) *respicite, & leuate*
capita vestra, confidite: quoniam ap-
propinquat redemptio vestra. Id est,
 prope est vt labores & calamitates
 finiantur. Quare redēptio hæc à la-
 boribus & miserijs intelligēda est,

Matth.

XVIII. CONSIDERAT.

Hortatur iustos vt dies lætitiæ
 agant cum viderint omnia tur-
 bari, & se tribulationibus
 magnis concuti,

Leuat e capita vestra, &c.

LEVARE caput idem est
 secundum multorum in-
 terpretationem, quod læ-
 titiæ & exultationis signa publica
 exhibere & ostendere. Atque ita
 Christus verbis his excitat suorum
 corda non solum, vt confidant, &
 nihil timeāt: sed vt dies lætitiæ præ
 gaudio agant, & festos dies quasi
 celebrent, cum vniuersa hæc in mū-
 do fieri conspexerint. Quia non so-
 lum quod quærebant inuenient, &
 quod desiderabant consequentur;
 sed & quia causam obtinebunt in
 illorum fauorem vltima & definiti-
 ua sententiā ab integerrimo iudice
 (quem nihil latet) prolata. Ac si di-
 cat. Mali in die hac, (quia causa ca-
 dent, & condemnationis suæ sentē-
 tiam audient) incedant demisso ca-
 pite, tristiæque incomparabilis
 signa demonstrent: vos autem, (pro
 quibus sententiā salutis, redemptio-
 nis,

Gaudere de-
 bēt iusti quia
 pro eis sentē-
 tia pronūtia-
 bitur.

nis, & æternæ gloriæ pronuntiabitur) non tantum gaudete, sed & *Leuate capita*, iubilate, & dies festos agite. *Simile* in hominibus contingere videmus, ille, qui apud iudicem de re aliqua magni momenti causam agit, vt de nobilitate vel maioriatu, (cum in suum fauorem sententia pronuntiatur,) solet lætari, exultare, & signa publica lætiæ ostendere, seruis suis nouas vestes ellargiri, cum amicis conuiuia & ludos instituire, ipseque erecto capite incedens, & quod Hispanè dicimus, *Pauoneã dose*, lætitiæ ostentationem facit. Contra vero ille, qui causam perdidit, demisso capite vultuque in terram defixo vix domum egredi audeat, tristi aspectu & incelsu animi dolorem, & suam confusionem ostendens. Itaque ex capitis eleuatione, vel demissione, vtrum foelicia & prospera, an aduersa & tristia hominibus euenerint, colligere solemus. Non secus & in fine, (cũ coram filio hominis vniuersorum causæ agantur) eueniet bonis gaudentibus, & signa lætitiæ magnæ exhibentibus, & choreas instituentibus: quia obtinebunt causam, in qua de eorum nobilitate, & ingenuitate, deque eorum redemptione à tributis & vectigalibus, quæ in hac vita soluebant, agebatur: audientque sententiam illam foelicem: *Venite benedicti Patris mei percipite regnum, &c.* Quia eorum nobilitas stabilietur, & regni cælorum possessio illis tradetur, tanquã filijs Dei, & heredibus illius. Ideo hortatur eos Christus vt leuent capita sua: *Quoniam appropinquat redemptio eorum.* Id est, declaratio nobilitatis &

ingenuitatis eorum. Mali vero demisso capite & testes incedent. Quia videntes hæc fieri, & vultum filij hominis intuentes certo cognoscent suam miseriam, & audient sententiam illam: *Ite maledicti in ignem æternum*, qua viles & infames declarabuntur, omnibusque bonis, (quæ videbantur habere) priuabuntur. Quod David Psal. 1. declarat, cum de malis loquens, ait: *Idro non resurgent impij in iudicio, neque peccatores in consilio iustorum.* Qui locus difficilis omnibus expositoribus apparuit. Quia (videtur cõtrarium affirmare ei, quod Paulus, 1. Cor. 15. testatus est: *Omnes quidem resurgemus,*) cum dicat impios in iudicio non esse resurrecturos. Ideoque varie locus hic explicari solet, & nos in alijs considerationibus diuersas interpretationes proposuim⁹, duas tamen isto loco afferemus, quæ instituto huic conducere videntur.

Prima est, vt idem affirmet David quod Paulus loco allegato, imo quod locus Pauli interpretatio sit propositi Psalmi, tantũ abest vt contrariantur. Pro quo sciendũ est, quod licet resurrectio communis futura sit tam bonis, quã malis in nouissimo die, (vt Euangelia docent, & fides testatur:) tamen duplex resurrectio in nouo testamento inuenitur, vel potius duplex resurrectionis conditio. Altera est nõ tantum ad corporalem vitam, sed etiam ad gloriam, & immutationem quæ bonorum propria est. Altera est tantum ad carnalem vitam, quæ non liberat à morte secunda, sed ad illam potius ordinatur: quæ malorum resurrectio est. Vtramque insinuare

Psal.

Corin.

Duplex resurrectiõ
conditio.

inſinuate videtur Paulus loco allegato. cum dicit: *Omnes quidem reſurgemus: ecce communem carnis reſurrectionem: ſed non omnes immutabimur, ecce diuerſitatem.* Cum ergo Dauid dicit: *Non reſurgent impij in iudicio,* loquitur de reſurrectione ad vitam æternam, quæ eſt reſurrectio iuſtorum. Hac autem reſurrectione nequaquam reſurgent impij, qui non ad vitam, ſed ad ſecundam mortem & æternam reſuscitabuntur. Abſolute vero dicit eos nõ reſurrecturos, & bene, Quia reſurgere eſt ad vitã redire, vita autem damnatorum mors potius dicenda eſt quam vita, cum ad æternas pœnas & continuam mortem ſit. Nõ enim vere ad vitam redibunt, quos continuo mors depalcat, vt idem affirmat Pſalm. 48.

Verbum cõ-
poſitum pro
ſimpli: i ponitur: reſurgere pro ſurgere.

Secundò accipi poteſt in verſu iſto verbum *reſurgere*, compoſitum pro ſimpli, vt commune eſt in Scriptura, ſcilicet pro *ſurgere*, ſeu ſtare in iudicio: & non reſurgere in iudicio pro cadere. Vnde idem eſt in iudicio reſurgere, ſeu in iudicio ſtare, quod cauſam obtinere, vincere, & ſententiã pro ſe audire. Contra vero non reſurgere, vel non ſtare in iudicio idem eſt quod cauſa cadere, litem amittere, & contra ſe ſententiã audire. Itaq; tota hæc oratio, *Non reſurgent impij in iudicio,* ſignificat eos condemnandos eſſe: & quia cauſam non obtinebunt dicuntur non reſurrecturi in iudicio. Quia vero boni & iuſti in lite vincent, dicuntur reſurrecturi, & à Chriſto admonentur vt leuent capita ſua.

XIX. CONSIDERATIO.

Quod fructus mundi
ruina ſit declarat.

Videte ficulneam, &c.



Ad confirmandos diſcipulorum animos, vt in literæ expoſitione fuſius diximus, adducit Chriſtus ſimilitudinem ficulneæ, & aliarum arborũ, ex quarum fructibus deducimus prope eſſe vernum tempus, quod æſtatem vocat Chriſtus. Hanc ſimilitudinem explicans Beda hic, ait: *Aperte ergo docet, quia ſicut ex fructu arborum ventura æſtas agnoſcitur, ita ex ruina mundi prope eſſe agnoſcitur regnũ Dei.* Quibus proſecto verbis oſtenditur, quia fructus mundi ruina eſt. Ad hoc enim creſcit, vt cadat: Ad hoc germinat, vt quæcũquẽ germinauerit cladibus conſumat. Vt hinc diſcant qui totam ſuã ſpem in mundo ſigunt, ne floribus illius detineantur, ne foliorum viriditate alliciantur, ne apparentium fructuum ſuauiate capiantur. Folia enim floresq; propter fructum ſunt. Vnde ad hoc mundus floret, vt fructum ferat: fructus autem mundi, vt diximus, ruina eſt. Eleuat, vt deiciat: honore ſubleuat, vt deprimat. Sicut arbores flores mittunt, non vt perpetuo illos habeant, ſed vt flore decidẽte fructus appareat: ſic vniuerſa, quæ modo mũdus producit, honores, diuitiẽ, voluptates, flores ſunt, qui non vt perpetuo maneant, producti ſunt: ſed ad fructus ordinantur. Decidet flos, & continuo apparebit fructus. *Omnis caro fœnum,*

Beda.

Fructus mundi
di ruina eſt.

Simile.

Esa.

foenum, clamat Esaias. 40. *Et omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum, & cecidit flos: quia spiritus Domini sufflauit in eo. Vere foenum est populus. Exiccatum est foenum, & cecidit flos, remansit fructus. Et quis fructus? Miseria, labor, & afflictio.*

Eccles.

Quod Sapiens Ecclesiast. 1. testatus est, dicens: *Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Hierusalem, & proposui in animo meo querere & inuestigare sapienter de omnibus, quae fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum ut occupentur in ea. Sensus est. Ego, qui loquor, non exauditu aut aliorum relatione loquor, non quae somniaui propono, sed quae diligenti consideratione aduertit, & quae expertus sum. Fui enim Rex Israel, & ut talis, potui delitijs abundare, & bonis frui. Et vidi quae fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Transit enim & decidit flos, & remanet amarus fructus afflictionis, doloris, & confusionis: ut Paulus ad Rom. 6. affirmat inquit: *Quem ergo fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Ecce fructum, ecce vanitatem, & afflictionem non solum spiritus, sed etiam corporis. Hoc intuens Dauid clamabat, Psalm. 4. Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium? Usquequo sequimini flores decidentes? Usquequo delectamini & adhaeretis folijs virentibus, quae sua apparentia vos decipiunt, & fallunt? Quorum fructus ruina est, miseria & afflictio? Vbi nota, quod duplici nomine satis conuenienti rerum mundanarum inconstantiam & fra-**

Rom. 6.

Psalm.

gilitatem declarat Dauid, scilicet, vanitatis, & mendacij, de quibus alijs locis plura dicemus.

Nunc ad nostrum propositum redeunt intueamur Aman rerum floribus insolentem, fauore principis, gloria & honoribus superbum, diuitiarum abundantia ellatum: & horum omnium florum fructum consideremus, & videbimus, quod misere interijt suspensus patibulo, quod inimico suo crexerat, Hesther. 9. Nabuchodonosor potens in regno suo viuebat, & potentiae suae maiestate gloriabatur dicens: *Nonne haec est Babylon ciuitas magna, quam ego aedificauit in domum regni, in robore fortitudinis meae, & in gloria decoris mei? Florebat, & ramos potentiae suae adeo dilatauerat, ut vniuersae terrae folijs suis umbram faceret. Quod satis constat ex arbore illa, qua Dani. 4. vidit in cubili suo: Videbam, inquit, & ecce arbor in medio terra, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis, & proceritas eius contingens caelum: aspectus illius erat usque ad terminos vniuersae terra. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea, subter eam habitabant animalia, & bestiae, & in ramis eius conuersabantur volucres caeli, & ex ea vescebatur omnis caro:) Per quam ut interpretatus est Daniel intelligebatur ipse rex. Arborem quam vidisti tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti, & magnitudo tua creuit, & peruenit usque ad caelum, & potestas tua in terminos vniuersae terra. Sed si fructum attendere voluerimus, videbimus succisam arborem, & dissipatam, eiectumque regem de regno suo, & inter bestias habitasse,*

Hesther.

Danic.

tasse, fœnum & palleas comedisse, donec septem tempora mutata sunt super eum, & cognouit quod dominetur Deus in regno hominũ, vt cap. allegato habetur. Balthasar Rex Babylonis, Daniel. 5. in potentia regni sui, & vt gloriam suam demonstraret, fecit conuiuium grã de optimatibus suis, & cum letus esset, vassa Domini prophanare ausus est, statimquẽ apparuit manus hominis sententiam contra illum in pariete scribens, & regno priuatus est. Antiochus, (qui adeo superbus incedebat, vt non solum hominibus, sed & tempore Dei vim inferret: & qui præ superbia sibi videbatur, vt habetur. 2. Machab. 9. fluctibus maris imperare, & montium altitudinis in statera appendere,) humiliatus ad terram, & doloribus plenus, sibi & suis intollerabilis præfœtore, in sella gestabatur ad ostendendam Dei potentiam, & quis sit mundanarum rerum fructus, quam miserabilis, amarus, & tristis: & quod, quos flore & foliorum viriditate deceperat, accerbo fructu pascat. Contingit mundo & hominibus in eo operantibus quod amigdalo, quod cito flores pulcherrimos mittit: sed statim frigore adueniente comburitur, & nõ solum floribus priuatus, sed & fructu remanet. Ita mundus suis cito floret, & ante tempus. Vnde adueniente quocunque frigore tribulationis flores siccantur, & decidunt, & solum remanet tribulatio & afflictio. Quod eleganter Esai. cap. 28. superbiam Ephraim despiciens, declarat dicẽs: *Va coronæ superbiæ ebrijs Ephraim, & flori decidenti gloriæ exultationis*

eius. Et Paulo inferius iterum dicit. *Pedibus conculcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim: & erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi tẽporaneum ante maturitatem autumnũ.* Vbi duo aduertenda sunt. Primum quod superbos Ephraim ebrios vocat. Quia iudicio & ratione carere æstimandi sunt, qui corona munda narum rerum superbiunt. Hos *graues corde*, appellat Dauid Psalm. 4. Secundum: Quod gloriam eorum flori comparat, & non qualicunq;, sed decidenti. Vt ostendat fragilitatem & inconstantiam mundanę gloriæ. Quæ non solum, vt dicit Iob. cap. 20. *Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra: sed & statim decedit marcescens.*

Hinc Sapientię. 5. (cum ipsi superbi Ephraim dixissent: *Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens.* Alijsquẽ adhibitis cõparationibus, (scilicet, nauis transeuntis, auis celerrime volãtis, & sagittæ fortissime emissæ.) concludit textus. *Quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis vnus diei prætereuntis.* Certatim videntur diuinę Scripturæ humanarum rerum & mundanę gloriæ inconstantiam & miseriam describere. Quam enim Iob flori cõparauit, Esaias, *florẽ decidentem* vocat: & Sapiens, *lanugini*, (quæ in fructibus arborum reperitur, & à vento tollitur,) comparat,

Danic.

Mach.

Simile.

Mundus floret inftar amigdalũ.

Esai.

Psalm.

Iob.

Sapien.
Inconstantia mundanarum rerum varijs similitudinibus explicatur.

nec solum lanugini, sed & tribus alijs rebus inconstantissimis, quas modo prosequi non vacat. Decidet ergo flos, & quis fructus manebit, nisi miseria & labor? Id Psalm. 36. declarat David inquiens: *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani. Ecce florē. Vide fructum. Et transiit & ecce non erat, quæsi eum, & non est inuentus locus eius.* Quasi dicat. Nō tantum gloria impij euauit, & dissoluta est: sed ita disparuit, vt nec locus eius inuentus fuerit amplius. Ad eō inconstās est, ad eō leuis.

Hoc optime adumbratum est instatua illa quam in somnijs vidit Nabuchodonosor, Daniel. 2. Cuius caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrō venter & fœmora ex ære, tibie autem ferræ, pedum quedam pars erat ferrea quedam autem fictilis. Ecce humanæ gloriæ imaginem, & similitudinem expressam. Circa quam illud in primis aduertendum est, quod Rex Babylonis non vidit mundi gloriam, regna, diuitias, & potentiam, nisi in imagine. Quia vniuersa hæc non tam res, quam rerum imagines reputanda sunt: statua erat quam vidit, non res solida, figura erat, non substantia. Quod Apostolus. 1. Cor. 7. affirmat dicēs: *Præterit enim figura huius mundi.* Nō dicit, *præterit natura aut substantia: sed figura.* Quæ consistentiam non habet, sed solam exteriorē apparentiam intus vana existens. Hinc David, Psalm. 72. Imaginem vniuersa quæ in mundo sunt vocat, dicens. *In ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Ac*

fidicat. Tu Deus, qui habitas in cælesti sancta ciuitate, imagines vanorum hominum, opes, dignitas, delicias, nominis claritatem, ad nihilū rediges, ostendens ludibria & spretra vana esse, & nihil, ea in quibus confidebant: & quod nihil sunt aliud quam vanitas & afflictio spiritus.

Nec solum hoc considerandum est, quod statua, mundana vocat Propheta: sed quod in somnijs vidisse eā testatur: vt hoc magis mundanæ gloriæ inconstantiam demonstreret. Quod Iob, cap. 20. affirmat dicens: *Si ascenderit vsquē ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tergerit, quasi sterquilinum in fine perdetur: & qui eum viderant dicent. Vbi, sicut? Velut somnium auolans non inuenietur: transiet sicut visio nocturna. Oculus, qui eum viderat, non videbit, nequē ultra intuebitur eum locus suus. Euanesceat omnis homo, & vniuersa eius gloria, velut somnium inane, & tanquam visio nocturna fugiet. Quod etiam Psalm. 72. David admirans dicit. *Quomodo facti sunt in desolationem? Subito defecerunt, perierunt propter iniquitatem suam. Velut somnium surgentium Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.**

Tertiō aduerte, quod licet caput statuæ aureum viderit, pectus & brachia argentea erant, reliquaquē mēbra ex alijs inferioribus metallis constituta decrescebant, vsquē dum extrema pedum pars fictilis esset. In quo aperte ostenditur mundi gloriam, (licet scelicissima habeat principia aureaque,) statim deficere, & decrescendo minui, donec ad lutum & miseriam deueniat: idquē

Mundana gloria in somnijs videtur.

ic. 6.

Psalm.

Mundi gloria semper decrescendo minuitur.

Psalm.

Danie. Statua Danielis mundanarum rerū exemplum.

Mundana imagines sunt re 7 u. n.

Corinth.

Psalm.

idque quotidiana experientia demonstrat. De quo alio loco plura dicemus.

Hoc vnū circa statuam istam ad uertendum superest, quod uidisse fertur lapidem sine manibus de mōte abscissum tetigisse statuæ pedes, & omnia confregisse, ita vt redacta fuerint in fauillam, quæ a ventro dispergitur, & illius locus amplius repertus non fuerit. Lapis sine manibus abscissus dicitur ad ei⁹ paruitatem declarādā: erat enim lapis qui vltro cecidit. Ethic adēō paruus, sufficiens fuit tam magnam confringere statuam, & ad nihilum redigere. In quo fragilitas & inconstantia humanæ gloriæ & potentiæ declaratur, quam quælibet res, etiam minima, non solum turbare: sed & omnino destruere valet, tandemq; fructus remanens nihil est aliud, quam tribulatio, dolor, angustia, & afflictio: quæ perpetuo durat. Quod de impijs loquens, Esai. cap. 66. testatur dicēs. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Quem locum licet communiter exponant de pœna damnatorum, etiam intelligi potest de afflictione & miseria impiorum in hac vita, & de morsu conscientiæ, qui remanet, & eos torquet transacta culpa, & de dolore, qui eos comburit trāfacta gloria & flore decedente mundi huius. Sic interpretatur Ambros. lib. 7. in Luc. cap. de parata Cœna, & multorum vocatione, dicens. *Ergo nequē corporaliū stridor aliquis dentium, nequē ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neq; vermis est corporalis: sed hæc ideo, quia sicut ex multa cruditate,*

& febres nascuntur & vermes: ita si quis non decoquat peccata sua velut quædam interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo peccata peccatis, tanquam cruditatem quandam contrahat veterū & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & suis vermibus consumetur. Vnde Esai. ait, cap. 50. *Ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis. Ignis quem generat mæstitia delictorum, vermis est, eo quod irrationabilia animæ peccata mentem delinquentis sensumq; compungunt, & quædam ex adunt viscera conscientiæ: quæ tanquam vermes ex vnoquoquē nascuntur tanquam ex corpore peccatoris. Deniquē Dominus id per Esaiam declarauit dicens: Et videbunt membra hominum præuaricantium in me, & vermis eorū non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Vnde David Psalm. 36. de hac inconstantia humanæ gloriæ loquens ait: *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: & transiit, & ecce non erat: quæ sui eum, & non est inuentus locus eius.* Viderat David eos, (qui humanarum rerum gloria ellati multum de illa confidebant, aliosquē despiciebant, sibi securitatem in rerum abundantia promittentes,) flante v̄to corruisse, miserequē præcipitados in maximas calamitates deuenisse, ita vt in nihilum redacti putarentur. Idq; adēō cito & subito, vt vix transeundi aspicienti fuerit copia. Ideo dicit: *Transiit & ecce nō erat, adeoque disparuit, vt non fuerit locus eius amplius inuentus.* Quod graphice depictum videmus in illa statua quam vidit Nabuchodonosor Rex Babylonis, Danie. 2. (qua mundi huius gloria celsitudo

Esai.

Psalm.

Danie.

Quæ exigua res mundanā potētiam destruant.


Esai.

Ambros.

Conscientiæ morsus contumacia est malorum afflictio etiā in hac vita.

& potentia designatur vt Richard. de interio. homi. cap. 32. declarat.) cuius caput erat ex auro purissimo, pectus & brachia ex argento, venter & fœmora ex ære, tibiæ ex ex ferro, & pedum quædam pars erat ferrea quædam fictilis. Vides flores, vides sublimitatem, vides gloriam in auro, in argento, in proceritate. Caput enim statuæ cælū tangere videbatur exaltatum sicut cedri Libani. Quid pulchrius auro? quid preciosi? argento? Sed quia fragili innitebatur fundamēto parti scilicet pedum fictili, facile non solum corruit, sed & disparuit,

nequē locus illius inuentus est amplius. Quoniam lapillus excissus de monte tetigit pedes eius, & non tantum comminuit eos, sed & *Tunc*, dicit textus: *Contrita sunt pariter ferrū, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in fauillam astine areæ, quæ rapta sunt vento, nullusquē locus inuentus est eis.* Ecce quod David dixerat. *Vidi impium exaltatum & elenatum sicut cedros Libani: transiui & ecce nō erat, quæsiui eum & non est inuentus locus eius.* Adeo facilis est mundi gloria, quam sequitur continua calamitas & afflictio spiritus.





EXPOSITIO
LITERALIS ET MO-
RALIS IN SECUNDAM
DOMINICAM ADVENTVS.



IN ILLO TEMPORE:
*Cum audisset Ioannes in vinculis ope-
ra Christi, mittens duos ex discipu-
lis suis, ait illi: Tu es qui venturus
es, an alium expectamus? Et respon-
dens Iesus, ait illis. Euntes renuncia-
te Ioanni, quæ audistis, & vidistis.
Cæci videt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi au-
diunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. Et bea-
tus est, qui non fuerit scādalizatus in me. Illis autem abeū-
tibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis
in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed
quid existis videre? Hominem mollibus vestitum? Ecce qui
mollibus vestiuntur, in domibus regū sunt. Sed quid existis
videre? Prophetam? Etiam dico vobis, & plusquam Pro-
phetam. Hic est enim de quo scriptum est: Ecce ego mitto an-
gelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuā
ante te. Luca. 7. & Matthæi. 11.*

EXPOSITIO LITERALIS.



DRO intellectu-
ne literę huius E-
uangelij, quę sa-
tis aperta est, ad-
uertendum est pri-
mo, quod Euangeli-
um hoc tres partes principales cō-
tinet. In prima proponitur legatio
facta ad Christum nomine Ioan-
nis per duos ex discipulis ipsius,
qua quærebatur, *Es tu qui venturus
es? &c.* Et explicatur locus vnde le-
gatio hæc facta est, scilicet, ex vin-
culis in quibus Ioannes erat consti-
tutus: & occasio ex qua legatio or-
ta est, nimirum, auditio operum
Christi. Secunda parte refertur
Christi responsio non per verba,
sed per opera miraculosa, quę om-
nem humanā facultatem superant,
dū dicitur: *Ite renunciate Ioanni, &c.
Et cæci vident, &c.* Tertia parte con-
tinetur commendatio Ioannis ad
urbas, qua Christus illum absen-
tem laudat, & sinistram opinionem
(quam de Ioanne turbę poterant
concipere ex ista interrogatione)
remouet, vbi dicitur. *Illis autē abeun-
tibus, &c.* Secundo aduerte, nō hic
conuenire inter Euangelistas de tē-
pore quando legatio hæc facta est.
Matth. cum cap. 10. retulisset mis-
sionem discipulorum Christi ad
prædicandum: & potestatem illis
traditam super omnia dæmonia, &
vt langores curarēt, statim cap. 11.
subdit: *Et factum est cum consummas-
set Iesus præcipiens duodecim discipulis
suis, transijt inde, vt doceret & prædica-
ret in ciuitatibus eorum, id est, in ciui-
tatibus Iudæorum. Ioannes autem*

Matth.

cum audisset in vinculis, &c. Quare se-
cundum Matthæum legatio hæc
videtur facta statim post missionē
discipulorum ad prædicandum. Lu-
cas vero, cap. 7. proposita & lauda-
ta fide Centurionis, & proposito il-
lo solēni miraculo, (quo filium vi-
duę suscitauit ad portas ciuitatis
Naim turbis clamantibus quod
Propheta magnus surrexit in nobis,
& quod *visitauit Deus plebem suam,*
diuulgataquē fama ista per vni-
uersam Iudæam) dicit quod dis-
cipuli Ioannis nuntiauerūt illi om-
nia hæc, & tunc vocans duos de dis-
cipulis suis misit illos ad Christū
cum ista legatione. Vnde non satis
sibi conuenire videntur in tempore
Euangelistę. Adde quod dicta
ipsa Matthæi non satis inter se con-
stare videntur. Quoniam missio dis-
cipulorum ad prædicandum facta
est a Christo Ioanne iam defuncto
& vita priuato. Christus enim nō
coepit publice prædicare, & Apo-
stolos conuocare vsque dum Ioan-
nes in carcere positus est, & in vin-
cula coniectus: vt patet Matthæi
cap. 4. Vbi habetur: *Cum autem au-
disset Iesus quod Ioannes traditus esset,
secessit in Galilæam, & relicta ciuitate
Nazareth, venit in ciuitatem Caphar-
naum. Exinde coepit Iesus prædicare.* Et
statim refert vocationem Petri &
Andrę, & duorum filiorum Ze-
bedæi. Postea autem decollato Ioā-
ne misit Christus discipulos suos
ad prædicandum, vt constat Lucę,
cap. 9. Vbi cū Lucas retulisset dis-
cipulorum missionem ait: *Auduit*

Lucę.

Matth.
Quando Chri-
stus coepit
prædicare.

Lucę.

bant

hant ab eo, & habitabat eo quod diceretur à quibusdam quia Ioannes surrexit à mortuis. Et ait Herodes. Ioannem ego decollavi? Quis est autem iste de quo talia audio? Ecce quomodo duorum Euangelistarum verba pugnare videntur.

*Componitur
differētia que
videtur esse
de tēpore le-
gationis hu-
ius.*

Sed horum non est difficilis cōpositio si aduertas, Euangelistas non multum curasse in explicanda rerum consequentia, & in ordine factorum Christi proponendo: solumquē in facti veritate explicanda laborasse. Quod in Matthæo frequentissime factū reperimus. Qui quæ gesta sunt fideliter narrat, quādo vero facta fuerint referre non curat. Vnde verba ista: *Cum audisset Ioannes, &c.* non sunt referenda ad immediate præcedentia quasi vnū post alterum factum sit: sed solum rerum substantia consideranda est: Lucas vero & factum narrat, & quando gestum sit exponit, ordinē & consequentiā rerum obseruās.

Ex diuersitate que in Euangelistis reperitur eorū veritas & Spiritus sancti prouidentia apparet.

In quo mira Spiritus sancti relucet prouidentia, & Euangelistarum veritas maxime commendatur. Cū non eisdem verbis, nec eodem ordine omnia referant: sed aliqua reperitur diuersitas, ita tamen vt nunquam rei veritas deficiat, & quod vni deesse videtur alter suppleat. Et ita ex quatuor Euangelistis vnū conficiatur testimonium, contra quod portæ inferi non præualeant.

Cum audisset Ioannes, &c.

Occasionē quare Ioannes in vincula coniectus fuerit nō refert noster Euāgelista, ideoq; vt dicebamus ex alijs supplendū erit. Marcus enim capit. 6. refert mis-

sionem discipulorum ad prædicandum, & quod auditis Christi miraculis multi mirabantur, & diuersa de Christo affirmabāt, inter quos extitit Herodes, qui dicebat: *Quem ego decollavi Ioānem, hic à mortuis surrexit.* Vnde occasione sumpta refert Marcus quare Ioannes captus sit, & in vincula missus, dicens: *Ipsē enim Herodes misit ac tenuit Ioannē, & vinxit eum in carcere propter Herodiam uxorem Philippi fratris sui: quia duxerat eam.* Ipse enim Ioānes publice arguebat Regem de crimine & adulterio, quapropter Herodias insidiabatur illi, & suggerebat Herodi vt Ioānem interficeret. Et licet illum reuereretur, & metueret Herodes, & illo audito multa faceret, iniqua mulieris persuasio & suggestio præualuit, vt Ioannē comprehenderet, tandemquē decollaret. Vt hinc discamus quantū consulētium apud principes & potentes possit oratio, præcipue eorū quos amore & fauore principes prosequuntur. Hi enim eorum animos assidua suggestione & persuasione (etiam si ad bonum propensi sint,) mouere solent, & in maxima mala præcipitare, vt in Herode nunc videmus. Quem nec Ioannis reuerentia, nec illius timor detinuit, ne male suadentis fœminæ & crebrius instantis peruersis dictis acquiesceret: de quo plura dicemus in decollatione sancti Ioannis.

Occasio propter quā Ioannes in vincula missus est declaratur.

Misit duos ex discipulis. &c.

Poterit aliquis isto loco inquirere, quare Ioannes, (qui adeo sollicitus pro Christi gloria & suorum discipulorum salute erat, sciēs

Quare Ioannes distulerit legationē vsque ad hoc tēpus.

non esse alium sub celo, in quo pos-
sent fieri salui) legationem istam &
missionem discipulorum suorum
ad Christum distulerit vsque ad tē-
pus istud, cum iam in vinculis posi-
tus morti proximus esse videba-
tur? Quætionem istam insinuat,
Chrysofostomus Homi. 37. operis
perfecti in Matth. Et respondet di-
cens: *Alieniores erant à Christo disci-
puli eius, & inuidia cuiusdam stimulis
semper agitabantur, magistrum suum
pluris esse cupientes, quæ res maxime ver-
bis eorum comprobatur. Multa enim re-
ferebant ad Ioannem contra Christum,
& eius discipulos. Unde cum nihil ad-
huc altius ac super hominẽ de Christo
cogitarent, Ioannem autem plusquam
hominem arbitrarentur, non poterant
equo animo ferre crescere in dies Ie-
sum videntes, Ioannem vero quotidie
minoris æstimari: quæ tamẽ turbatio fa-
ciebat, vt meliori Iesum mente audirẽt:
ad quod Ioannes donec cum ipsis erat,
tam precibus quam rationibus hortaba-
tur. Verum cum non persuaderet, mor-
tem suam licet propinquam videret, vi-
dens, & timens ne perniciose materia
opinionis relinqueret, si maiore se Chri-
sto putantes discipuli nullo pacto illi cõ-
iungerentur, hoc modo Christo ipsos of-
ferre curauit. Nam si aperte ipsis consu-
lisset, vt Christo tanquam meliori adha-
rerent, nullo pacto ei credidissent, sed
pro sua modestia dictum putantes ma-
gis ipsum collerent: silentio autem iam
tempus non erat, ideo licet viuens distu-
lerit, moriens ad Christum mittit.*

Et sicut pater quandiu viuit, suo-
rum filiorum curam gerit, illosquẽ
ad bona adhortatur, moriens autẽ
tutori vel fidelissimo amico com-
mẽdat, vt illorum curam gerat. Sic

Ioannes dũ viueret discipulos suos
hortabatur, & de Christo instrue-
bat diuersa tradens testimonia: At
eum mortem sibi instare videret,
quos amplius instruere non pote-
rat, ad Christum mittit, vt sic letus
& de suorum discipulorum fide se-
curus, moriatur, vt aduertit sanctus
Thomas in Catena super Matth.
cap. 11. Et Chryf. Homil. 27. ope-
ris imperfecti in Matthæum. Ioan-
nes in carcere, sciens se iam in exi-
tu constitutum, volebat discipulos
suos Christo adiungere, tanquam
si prouidus pater moriẽs filios suos
consignet fidei tutori. Desiderabat
enim viuens plenam fidem videre
discipulorum, & sine dubitatione
aliqua credentes in Christũ. Sicut
pater moriens, si viderit filios suos
bonis moribus ornatos, & omni sa-
pientia perfectos, quasi securus mo-
ritur, nihil de cætero timens de il-
lis: sic & Ioannes volebat discipu-
los suos perfectos videre in Chri-
sto, vt iocundius moreretur. Magis
autẽ non sicut pater filios suos, cõ-
mendabat Christo quasi tutori: sed
quasi pædagogus alienos filios,
(quos ad tempus accepit, vt erudi-
ret,) eruditos volebat Christo red-
dere, quasi proprio patri ipsorum.
Ideo interrogat per discipulos
suos: non vt ipse reaccipiens respõ-
sum à Christo audiret, & disceret:
sed vt missi discipuli oculis suis vi-
derẽt opera eius, & crederẽt. Et Eu-
thymi. in istum locum Matth. in-
quit. Sciens discipulos suos inui-
dia moueri aduersus Christum, (ve-
hementer enim præceptorem suũ
amãtes, & pariter gloria illius frui
cupientes, indignabantur videntes
Christum

Chrysof.

S. Thom.
Chrysof.Mittit disci-
pulos ad Chri-
stum vt vidẽ-
tes eius ope-
ra credãt, &
illi adherẽt

Simile.

Simile.

Euthy.

Inuidie disci-
pulorum oc-
currit.

Christum celebrem fieri: Verum quia saepius eos admonendo persuadere nequierat, nunc autem breui moriturus erat) delectis duobus, qui prudentiores essent, hos mittit ad Christum, pretextu quidem interrogandi an ipse esset qui venturus erat: Vera tamen causa erat ut cōspectis miraculis, quæ faciebat, in illum crederent.

Possumus & aliam rationem huius dilationis assignare ex significatione, quam colligimus ex Hilario in Matth. & ex Ambro. lib. 5. in Luc. Quia Ioānes formam legis habebat, quæ finem erat habitura, & non nisi cessans & moriens in Euangelium transitura. Vt ergo legis finem instare doceret Ioannes non antea, sed iam moriturus discipulos suos ad Christum mittit.

Tu es qui venturus es, &c.

INitio ante quam ad expositionem horum verborū veniamus, insurgit communis quæstio, quam vniuersi Sancti Patres & expositores tangunt, & varie dissoluunt.

Vtrum, scilicet, Ioannes discipulos suos ad Christum miserit, ut interrogarent quis esset, ex dubitatione, quam circa Christi personam haberet? Verba enim proposita id ostendere videntur. Interrogare nāque nescientis, vel dubitantis est.

Vnde aliquis interrogationem hanc audiens existimare posset Ioannē in vinculis constitutum de Christo, an esset Messias, dubitasse: Ideoque nuntios mississe. Sed hoc nequaquam de Ioanne credi potest. Qui enim ante quā Christus opera aliqua mirabilia fecisset, tā

eximia & sublimia de eo prædicauerat, quomodo dubitasse post multa opera ab eo præstita, & multa & singularia signa super eum visa, credendus est? Qui venientem Christum, ut ab ipso baptizaretur, prohibebat Matth. 3. dicens: *Domine ego à te debeo baptizari?* Qui turbis eum digito ostendēs dixerat Ioā. 1.

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Qui de Christo dixerat Ioānis. 1. *Post me veniet, qui ante me factus est: cuius non sum dignus calcæamenti solacere:* Et Luc. 3. *Ego baptizo in aqua, ille autem baptizabit in Spiritu sancto?* Qui viderat cælos apertos, Matth. 3. & Spiritum sanctum descendantem & manentem super Christum, & vocem Patris audierat: *Hic est Filius meus dilectus: quomodo dubitasse de Christi dignitate credi potest?* Qui de se dixerat Ioann. 1. *Ego nō noueram eum: sed dictum est mihi, super quem videris Spiritum descendantem & manentem, ipse est.* & ego vidi, & vos mihi testes eritis: quia testimonium perhibui. Denique qui vtero matris clausus Christum agnouit, Luc. 1. & exultatione confusus est, dubitare nullo modo credibile est. Nisi forte dicas, quod in vinculis positus metu malorum dubitauit. Quod a ratione multo remotius est quam præcedentia: ut optime adnotauit Chrysost. Hom. 37. oper. perf. in Matth. inquires. *Sed neque illud dicere quisquam poterit, sciuisse quidem ipsum, terrore autē carceris ac vinculorum timidiorē fuisse. Num liberationem sibi hac interrogatio affert? Nec si etiam hanc sperasset, quidquam aduersus veritatem simulasset vir ille, qui pietatis gratia vel mille mortes obijisset?*

Matth.

Ioann.

Ioann.

Luca.

Matth.

Ioann.

Luca.

Chrysosto.

Hilar.
Ambros.
Ioannes legē
representabat.

Vtrum Ioannes legationē mittens dubitauerit de Christo.

Ioannem dubitasse nō est possibile.

obſſet? Nam niſi excelfo robore animi
 atq; inuictō fuiſſet nunquā Iudeos adeo
 acriter, & Regem publice reprehendiſ-
 ſet. Quare nullo modo credi poteſt
 Ioannem vel dubitaſſe, vel timuiſ-
 ſe. Id quē Chriſtus in hoc Euange-
 lio confirmat, cum abeuntibus diſ-
 cipulis, (vt ſuſpitionem iſtam à cor-
 dibus turbarum remoueret) cœpit
 Ioannem laudare de virtute, ſcien-
 tia, conſtantia, & fortitudine, di-
 cēs: *Quid exiſtis in deſertū videre? &c.*
 Quæſtionis iſtius difficultas ſacros
 Doctores in varias ſententias & ſo-
 lutiones diſperſit, ex quibus ali-
 quas referemus. Tertuliana lib. de
 Perſcriptio. dicit. Ioannem non du-
 bitaſſe de Chriſto, quis eſſet: ſed
 deſiſſe certum eſſe de illius diuini-
 tate, & miſione ad reparandos ho-
 mines. Et rationem reddit. Quia ſi
 dubitaſſet nullo modo defendi poſ-
 ſet, quin aut leuis reputaretur, (dū
 eum quem non cognoſcebat, adeo
 magnifice prædicaret, & tam exi-
 mia de illo perhiberet testimonia)
 aut certe perſidiæ accuſaretur, ſi
 quem ſemel agnouerat, nunc dubi-
 tando negaret. Deſijt ergo certus
 eſſe, & ideo diſcipulos mittit vt in-
 terrogent. Sed certe ego nō video,
 quomodo ſi certus eſſe deſijt, excu-
 ſari poſſit à leuitate. Quia ſine cau-
 ſa & ratione amittens certitudinē
 quā habebat: leuis eſt corde, quod
 de Ioanne affirmari non poteſt, cū
 Saluator leuitatis notam ab eo re-
 moueat. dicens. *Quid exiſtis videre
 arundinem vento agitatam*, id eſt, ho-
 minem leuem? minime. Præterea,
 quia noua ſigna, quę Ioannes ſuper
 Chriſtū viderat, & mirabilia ope-
 ra, quę quotidie audiebat, eius cer-

itudinem potius confirmare, quā
 debilitare debebant. Quare Tertu-
 liani hæc explicatio ſuſtineri non
 valet. Ambroſ. lib. 5. in cap. 7. Lu-
 cæ, cap. de miſſione diſcipulorum
 Ioannis, refert quorundam ſenten-
 tiam dicentium: Ioannem magnū
 quidem Prophetam, ita vt Chri-
 ſtum agnoſceret, & annuntiaret re-
 miſſionem peccatorum futuram:
 ſed tamen non tanquam dubium,
 ſed tanquam pium vatem, quem vē-
 turum crediderat, non credidiſſe
 moriturum. Nō igitur fide, ſed pie-
 tate dubitauit. Dubitauit & Petrus
 dicens Matth. 16. *Abſit à te Domi-
 ne, non erit tibi hoc.* Ille fidei prin-
 ceps, (cui ſe Chriſtus non dum Dei
 filium dixerat, & tamen ille credi-
 derat,) de morte Chriſti nec Chri-
 ſto credidit: pietatis affectus non in
 deuotionis eſt lapſus. Deniquē ali-
 bilauari ſibi pedes recuſat, vbi
 myſterium non agnoſcit, dum do-
 minico grauatur obſequio. Reli-
 gioſus namquē lapſus amoris, fidē
 non impedit.

Iſte modus dicendi, licet ab Am-
 broſ. non impugnetur, ſtare nō po-
 teſt. Quoniam huiuſmodi pietas
 vel ex ignorantia eorū quę à Deo
 ordinata & prædicta fuerant, vel
 ex imperfectione & carnali affe-
 ctu proficiſci debebat, ſicut in Pe-
 tro manifeſte apparet. Quia enim
 myſteria nesciebat, & carnaliter
 afficiebatur, in verba relata frequē-
 ter proſiliebat. Vnde aſpere vt im-
 perfectus & ignorans à Chriſto re-
 præhendebatur. Matth. 16. audit.
*Vade retro Sathana, ſcandalum mihi
 es.* Et Ioan. 15. audit. *Quod ego facio,*
tu nescis modo. Pietas igitur iſta non
 omnia

Ambros.

Ioannem pie-
tate dubitaſ-
ſe an eſſet
Chriſtus mo-
riturus reſu-
tatur.

Matth.

Matth.

Ioann.

Tertulia.

omnino culpa carebat, quando reprehensa est. Ioannes vero propter interrogationem istam tantū abest vt vituperetur, quod eximijis laudibus a Christo commendatur. Non ergo huiusmodi pietas in Ioāne, (qui plusquam Propheta erat, & Dei mysteria nouerat) constituenda est.

Grego.

Interrogat
Ioānes an des-
censurus per
se sit ad infe-
ros.

Grego. Hom. 6. in Euange. quæ-
stionem istam mouet, & soluit di-
cens. *Sed hac citius quæstio soluitur, si
gesta rei tempus & ordo pensetur. Ad
Iordanis enim fluenta positus, quia ipse
Redemptor mundi esset asseruit. Missus
vero in carcerem an ipse veniat requi-
rit, non quia ipsum esse mundi Redem-
ptorem dubitat, sed querit, vt sciat, si is
qui per se in mūdum venerat, per se etiā
ad inferni claustra descendat. Quem
enim præcurrens mundo nuntiauerat,
hunc moriendo & ad inferos descendē-
do præcurrebat. Ait ergo. Tu es qui ven-
turus es? &c. Ac si aperte dicat: Sicut
pro hominibus nasci dignatus es, an etiā
pro hominibus mori, & ad inferos des-
cendere digneris, insinua: vt qui natiui-
tatis tue præcursor extiti, descensionis
etiā præcursor fiam, & venturum in
inferno te nuntiem, quem iam venisse
mundo nuntiaui. Duo ergo Ioannes
inquirat, primū, vtrū pro homini-
bus mori dignetur: secundum, vtrū
per seipsum ad inferos esset descen-
surus. Istum modum dicendi sequi-
tur Beda in Luc. cap. 7. Parum ab
hac interpretatione dissentire vide-
tur Hieronym. qui exponens ver-
ba ista Matth. 11. dicit. Non ait, tu
es qui venisti, sed tu es qui venturus es.
Et est sensus: Manda mihi, quia ad in-
fernum descensurus sum, vtrum te &
inferis debeam nuntiare, qui nuntiaui*

Beda.

Hieron.
Matth.

*superis. An non conueniat filio Dei, vt
gustet mortem, & alium ad hæc sacra-
menta missurus es?*

Iste modus dicēdi communiter
non recipitur, & merito. Quia pri-
mum quod affirmat, (Ioannem du-
bitasse an Christus pro hominibus
mori dignaretur, vel alium ad hoc
mysterium explendum missurus es-
set,) sustineri non potest. Ioannes
enim non minus instructus & edo-
ctus erat a Deo de mysterijs Chri-
sti, quam Prophetę veteris testamē-
ti: sed multo copiosius & manife-
stius, cum a Christo dicatur Pro-
pheta & plusquam Propheta. Sed
alij Prophetę apertissime de Chri-
sti morte, qualitate, & circumstan-
tibus illius loqui sunt. Non ergo di-
ci potest Ioannem illa vaticinia ig-
norasse, & de Christi morte dubi-
tasse. Quod autem Prophetę Chri-
sti mortem & modum eius prædi-
xerint, adeo est manifestum, vt nō
opus sit testimonia adducere, pas-
sim enim in scriptura occurrunt.
Esaia. 51. *Sicut onis ad occisionem du-
ctus est, &c. & quod crucifigendus
cum latronibus esset Idem Esai. Esai.
cap 52. testatur inquit: Et cum ini-
quis reputatus est, non aperuit os suum,
in humilitate sublatu est. Et cap. 53. Esai.
Quia posuit animam suam, &c. & Da-
uid, Psalm. 2. Quare fremuerunt gen-
tes. Quo consilia Phariseorum des-
cribit. & Psalm. 21. modum crucifi-
xionis expressit: Foderunt manus
meas & pedes meos, &c. Et quæ mili-
tes facere ausi sunt declarauit. Dini-
serunt sibi vestimenta mea, &c. Nec
de aceto siliuit Psalm. 68. Et in siti
mea potauerunt me aceto. Præterea to-
to Psalm. 21. Deus Deus meus respice
in me:*

Refellit
Prædicta sen-
tentia.

Esaia.

Esaia.

Esaia.

Psalm.

Psalm.

Psalm.

Psalm.

in me : totus decursus passionis Christi adeò graphice describitur, vt potius videatur quam legatur. Item Daniel. 5. hebdomadas describens dicit, & postea : *Occidetur Christus*. Vnde Hieron. in Prologo super Daniel. dicit. Quod nullus Prophetarum tam euidenter de Christo eiusquè passione prophetauit sicut Daniel. Quomodo igitur Ioannes hoc potuit ignorare, aut de Christi morte dubitare?

Adde, quod ipsemet Ioannes Christum moriturum prædixerat, quando eum agnum nuncupauit dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Quod annotauit Theophi. in cap. 11. Matth. Vbi cū propositam sententiam retulisset, ait. *Hoc autem friuolum fuerit dicere. Cum enim Prophetis alijs excellentior fuerit Ioannes, quomodo crucifixionem Christi, & eius ad inferos descensum ignorasset, præsertim cum Christū agnū nominarit, eo quod pro nobis immolandus erat?* Sciebat igitur Ioannes quod ad infernum venturus esset Dominus cum anima, vt & illic saluaret (sicut dicit Gregor. Theologus) omnes qui credituri erant, quod pro nobis incarnatus esset. Neque enim alia via quam per crucem & mortem peccata nostra erat ablaturus, vt Paulus ad Colossen. 2. affirmat dicēs: *Delens quod aduersus nos erat chirographum, & affigens illud cruci*. Præterea cum Ioannes dixit: *Hic est qui baptizat in Spiritu sancto & igni*, prædixit ea quæ post resurrectionem Christi futura erant : qui ergo resurrecturum confitetur, an moriturus sit ignorare credendus est. Cum resurrectio mortem supponat?

Secundum etiam quod prædictus modus dicēdi asserit, (scilicet, ignorasse Ioannem an Christus per seipsum ad inferos esset descensus) dici non potest propter propositam rationem. Id enim Prophetæ prædixerant sicut & cætera mysteria Christi. Præcipue Zacharias, capit. 9. vbi de Christo loquens ait: *Tu quoquē in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu, in quo non est aqua*. Qui locus intelligi non potest de exitu populi Israel à captiuitate Babylonica, vt aliqui interpretantur. Quoniam præcedentibus verbis, *Exulta filia Sio, &c.* de Christo locutus est Zacharias, & de eius aduentu, & ingressu in Hierusalē, vt interpretatur Euangelistę Matt. cap. 21. & Ioann. cap. 12. Vnde verba hæc quæ immediate sequuntur ad Christum referenda sunt, ad quem facit Propheta Apostrophē dicens. *Tu autem O Christe in sanguine testamēti tui*, id est, virtute sanguinis tui, *educes vinctos tuos*, id est sanctos Patres, qui captiui detinebantur, *de lacu in quo non est aqua*, id est, de Limbo. Ita interpretantur locum istum Hieron. Rupert. & S. Thom. 3. part. 9. 52. artic. 2. & alij multi. Præterea Osee, cap. 13. ad litteram loquitur de destructione mortis, & expoliatione inferni, scilicet, educatione sanctorum Patrum ex Limbo, dicens: *O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne*. Educationem Patrum morsum inferni appellat. Quia sicut qui rem aliquam mordet non totam, sed partem aufert: ita Christus non totum infernum expoliavit: sed partem illam solum in qua sancti Patres

Descensum Christi ad inferos prædixerunt Prophete.

Zacha.

Matth. Ioann.

Hieron. Rupertus. S. Tho. Osee.

Simile.

Daniel. Hiero.

Theophi.

Colossen.

tres detinebantur. Ita interpretantur locum istum Augusti. sermo. 137. de tempore, & Gregor. 12. Moral. cap. 8. & Hom. 22. in Euangel. & Anselm. Hieron. & Rupert. & S. Thom. loco allegato. Vnde de hac educatione loquēs Dauid, Psalm. 67. dicit: *Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, &c.* Et Ecclesiast. 24. dicit Christus. *Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormiētes, & illuminabo omnes sperantes in Dño, & de seipso loquēs ad Patrem, Psalm. 15. dicit. Non derelinques animam meam in inferno. Et Psalm. 29. Eduxisti animam meam ex inferno inferiori.* Quibus locis aperte de descensu suo ad inferos locutus est Christus, & Prophetæ. Quare Ioannes id ignorare non potuit, nec de eo dubitare.

esset Messias, & verus Deus: scientia autem experimentalis id nesciebat. Nondum enim viderat Christum miracula facientem, quæ testimonium perhiberent suæ diuinitatis. Quare interrogatio hæc ad scientiam experimentalem referenda est. Ac si dicat, scire cupio & experiri an tu sis qui venturus es? Et huic expositioni videtur fauere responsio Christi, quæ non verbis, sed factis reddita est. Nec hoc derogat dignitati Ioannis in aliquo, cum Christus ipse, qui scientia infusa, beata, & diuina, omnia nouerat, dicatur didicisse Hebræo. 5. & proficere scientia, Luca. 2. quæ ad experimentalem scientiam referunt Doctores. Ita & Ioānes nouerat Christum esse Messiam ex scripturis, nouerat ex voce Patris ad Iordanem, volebat id etiā experientia & miraculis cognoscere, & ideo interrogat. Sed hæc explicatio, licet curiosa videatur, necessaria non est. Ad quid enim Ioannes cupiebat experimentalis scientia cognoscere, & signa videre, quibus certus de hoc fieret: cum iam audisset Patrem demonstrantem & dicentem: *Hic est filius meus dilectus? &c.* Præterea quia iam discipuli Ioannis illi renuntiauerant multa signa & miracula, quæ Christus faciebat, & suscitationem filij viduæ, ex quibus cognitionem experimentalem poterat habere: nec ista quæstione opus erat ad talem scientiam. Ambros. lib. 5. in Luc. cap. de missione discipulorum Ioannis, aliam solutionem adhibet ex significatione desumptam. Quam etiam proponit Hilar. in istum locum Matth. di-

Hebræo.
Luca.

Ambros.
Ex significatione
lutionē ques.

Hilar.
cens.

August.
Grego.
Anselm.
Hieron.
Rupertus.
S. Thom.
Psalm.
Eccli.

Psalm.
Psalm.

Patres in
Limbo nō in-
digeant L. a
nis legatione

Augusti.

Palacios.

Tertium autem quod Hieron. affirmat. (Scilicet quæsisse Ioānem, utrum nuntiare deberet apud inferos Christi descensum,) nimis coactum videtur, & sine necessitate dictū. Quia (licet defuncti, ut docet August. lib. de cura pro mortuis agenda, multa ex his, quæ apud nos contingunt, cognoscant relatione eorum qui à nobis nuper decesterunt) sancti Patres non indigebat hac legatione. Quia ex scripturis, quas viuentes nouerat, cognoscebant tempus aduentus Christi iā esse impletum, & ministerio Angelorum de hoc instituebantur. Adde quod literæ non potest huiusmodi interpretatio satis accommodari.

Quidam modernus locum istum Matth. exponens dicit. Quod Ioannes cognouerat Christum scientia infusa & per reuelationem quod

cens. Ioannes detentus in carcere Dominum ignorat? Et Propheta tantus Deum suum nescit? Et qui venturum, ut pre conuntiauit, consistetentem ut Propheta agnouit: ad eundem ut confessor veneratus est: unde iam varie & tam abundanti scientia error obrepserit? Sed consequens de eo Domini testimonium sentire hoc ita non finit. Neque sane credi potest Spiritus sancti gloriam in carcere posito defuisse, cum Apostolis virtutis sue lumen esset in carcere positus ministraturus: sed præbatur in his quæ in Ioanne gesta sunt intelligentia amplior, & cum facti efficientia gratia in eo expressa sentitur, ut Propheta ipse, ipso quoque conditionis genere prophetet, quia in eo forma legis clara est. Christum etiam lex annunciat, & remissionem peccatorum prædicat, & regnum celorum spondit, & Ioannes totum hoc opus legis expleuit. Igitur cessante iam lege, quæ peccatis plebis inclusa, & populi vincula vitæ, ne Christus posset intelligi, vinculis & carcere continebatur. Ergo ad Euangelia contuenda lex mittit, ut infidelitas fidem dictorum contempletur in factis: & quod intra cum peccatorem fraude sit vincitum, per intelligentiam libertatis Evangelicæ absoluat. Et quia hæc interpretatio allegorica est, aliam subiiciemus, quæ communior est & facilior, quam fere omnes sancti Patres, licet alias adducant, proponunt. Cyril. Ambros. Chryso. Hieron. & alij. Quæ in hoc consistit, quod Ioannes in nullo dubitavit de Christo, sed interrogat ut discipulorum ignorantiam subueniat. Unde Hieron. in II. cap. Matt. in principio dicit. Non quasi ignorans interrogat: ipse enim cæteris ignorantibus demonstrauerat dicens:

Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & Patris vocem audierat: Hic est Filius meus dilectus, sed quomodo Saluator interrogat Ioann. II. Vbi sit positus Lazarus, ut qui locum sepulchri indicabant, saltem sic pararentur ad fidem, & viderent mortuum resurgentem: sic & Ioannes interficiendus ab Herode discipulos suos mittit ad Christum, ut per hanc occasionem videntes signa atque virtutes, crederent in eum, & magistro interrogante sibi discerent. Et Iustinus, quæstio. 38. ad orthodoxos dicit. Hanc fieri quæstionem, ne forte in opinione vulgi discipuli hallucinarentur, & IESUM aliquem ex antiquis Prophetis redituum, non autem Messiam esse existimarent. Siquidem visis operibus, quidam illum Hieremiam, alij Heliã, aut alium ex Prophetis dicebant Matth. 16. Itaque ne in retam periculosa nutarent & dubitarent, Ioannes discipulos suos ad Christum mittit. Et Chryso. Hom. 27. Oper. imperf. in Matt. ait. Ideo interrogat per discipulos suos: non ut ipse reaccipiens responsum à Christo audiret, & disceret: sed ut missi discipuli oculis suis viderent opera eius & crederent. Ioannes ergo ut discipulorum morbo & ignorantie mederetur, dubitantis personam induit, & discipulos ut nomine suo interrogarent ad Christum mittit. Quod profundissimæ humilitatis & maxime charitatis opus fuit. Ioannes enim de proprio honore nihil curavit, non attendit quid dicent de me turbæ istæ interrogatione audientes: quæ de me concipiunt opinionem, omnia postponit: ut saluti discipulorum suorum consulat.

Hinc discant Prælati, pastores, & con-

Ioann.

Iustinus

Matth.

Chryso.

Ioannes dubitantis induit personam ut discipulos suos iacet.

Cyril.
Ambros.
Chryso.
Hieron.Interrogat
Ioannes ut discipulorum dubitationi curat.
Hieron.

Prelati subdi-
torum perso-
nas induere
debet ut il-
lis succurrat.

Corint.

Corint.

Corint.

& concionatores proprium honorem cōtemnere, se ipsos & sua pro animarum salute negligere. Dis- cant cum dubitantibus dubitare, cū infirmantibus infirmari: vt omnes sanentur. Sicut faciebat Paulus, qui. 2. Corint. 11. dicebat: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Et iterum. 1. Corint. 9. *Omnia omnibus factus sum, vt omnes lucrifaciam.* Id est, nihil de me, de meo honore & salute curo, dummodo alij commodū reportent. Et. 1. Corint. 4. ait: *Nos infirmi, vos autem fortes; vos nobiles, nos autem ignobiles. Vsq̄ue in hanc horam & esurimus, & sitimus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur, & benedicimus propter vos.* Charitas enim efficit, vt homo sui obliuiscens proximorum salutem procuret: sicut & Ioannes fecit.

Isti modi dicendi optimi sunt, & maxima cum veneratione, vt sanctorum Patrum dicta decet, recipiendi. Sed mihi consideranti alius explicandi hanc interrogationem & quæstionē modus occurrit. Qui, vt arb. tror, legenti sicut nouus ingratius non erit. Quod interrogatio hæc non ex dubitatione aut ignorātia Ioannis processit, sed ex gaudio & lætitia, quam Ioannes habebat videns Christum iam manifestari, & quotidie in hominum opinione crescere. Quod ipse Ioannes testatus est, (quādo discipulis suis dicētibz Ioann. 3. *Rabbi qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce baptizat, & omnes veniunt ad eum.*) Respondit: *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum*

de celo. *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim: Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam sponsus est. Et alia plura de Christo testificatus est. & tandem concludit. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autē minui.* Hæc autem facta sunt, (dicit Euangelista,) ante quam Ioannes in carcerem mitteretur. Postea vero cum in vinculis quotidie ei discipuli noua & mirabilia opera Christi renuntiarent, gaudens mittit duos ex discipulis suis, vt interrogatione ista Christo gratulentur, & quod Hispani dicimus: *Le de el para bien, y bien venido.* Vnde interrogatio hæc exultantis & gratulantis est de aduentu & profectu Christi. Solent enim Hebræi vti interrogatione ad declarandā animi lætitiā. Sicut & apud Hispanos contingit, qui cum aliquē, quem multo tempore & ardenti affectu desiderabant, conspiciunt, dicere præ gaudio solent, *¿viades ya de venir?* Interrogatio hæc non est dubitantis de aduentu eius, quem præsentē habet: sed gaudentis & gratulantis. Ita in proposito hæc Ioannis interrogatio non dubitantis, sed gratulantis est, ac si diceret, erat iam tēpus vt aduenires, & nos vltorius expectare non permitteres? Et huic interpretationi fauere videtur Christi responsio factis & operibus, & præcipientis dicite Ioanni *quæ audistis & vidistis*, vt amplius gaudeat & gaudium eius plenum sit. Præterea hæc confirmant adeo eximie laudes, quas de Ioāne Christus prædicat tanquam de vero & fideli amico.

His

Modus dicen-
di authoris.

Ex gaudio
processit in-
terrogatio.

Ioann.

His de quaestione ista propositis ad literæ expositionem redeuntes dicimus. Quod in ista interrogatio-
ne tria Ioannes inuoluit, quæ fidei nostræ fundamenta sunt. Primo in-
terrogat de diuinitate Christi dū
dicit. *Tu es*. Quia, qui est, nomen est
Dei proprium, & illi soli esse con-
uenit, vt ad Moysen Dominus di-
xit, Exod. 3. *Qui est misit me ad vos*.
Deus namquæ per se & à se habet
esse, idemquæ semper perseverat &
manet. Vniuersa autem alia à Deo
esse participant, à quo facta sunt.
De quo scia secunda post secundā
Dominicam Quadragesimæ plura
dicemus. Secundum, quod confite-
tur ista interrogatio Ioannes, est
Christi humanitas, cum dicit: *Qui*
uenturus es: alludens ad Prophetiā
illam Genes. 49. *Non auferetur sce-*
ptrum de Iuda, donec veniat qui mitten-
endus est. Tertium confitetur utilita-
tem humanitatis Christi, & aduē-
tus eius, dicens: *An alium expecta-*
mus? Quasi dicat: *Tu es quem spera-*
bamus Saluatorem & Redempto-
rem, nec aliū desiderare debemus.
Ipsè enim (dixit Angelus ad Ioseph.
Matth. 1. de Christo,) *saluum fa-*
ciet populum suum à peccatis eorum.
Secundo aduerte ex Felice Pa-
pa, quod participium illud *ventu-*
rus, (quo Ioannes in sua interroga-
tione vsus est) significat deitatem
Christi: vt suaderi potest ex illo
Matth. 8. *Ego veniam & curabo eum.*
Respondet namque venire seu ven-
turus petitionibus & gemitibus
Prophetarum & Sanctorum Pa-
trum, qui instanter dicebant: *Vtinā*
diuum peres calos & venires, Esai. 64.
Tertio nota quod ex hoc prouenie-

bat, vt *Qui venturus est*, nomen esset
Messiæ proprium. Quo ardens desi-
deriū aduentus illius patres decla-
rabāt, quo semper (licet de Dei pro-
missione certi essent, & de eius fi-
delitate non dubitarent) pende-
bāt expectantes. Ideo, *Qui venturus est*,
vel *qui veniet*, vel *qui mittendus est*,
vocabatur, vt dicebamus. Gen. 49.
Donec veniat qui mittendus est. & Aba-
chū. 1. *Post modicum qui venturus est*
veniet, seu veniens veniet & non tar-
dabit. Et Ioann. 12. Cum vidissent
turbæ miraculum dicebant. *Quia*
hic est Propheta qui venturus est. Sic
interpretatur locum istum Cyril.
interrogat igitur Ioannes, vt
Christus sit ille venturus, expecta-
tio gētiū, & salus earum? Et hoc
in Græco exemplari manifeste o-
stenditur, in quo participium illud
uenturus, afficitur articulo. Habe-
tur enim, *O erxomenos*, id est, es tu il-
le venturus?

Tertullia. lib. 4. cōtra Martion.
optime verba hæc interpretatur &
multum fauet nostræ expositioni.
Cum enim longius egisset contra
eos, qui dicebant Ioannem dubita-
se an alius esset expectandus, quasi
alius in lege Christus alius in gra-
tia sit, ait: *Tu es qui venturus es.* Id est,
Si tu non es, quem venturum expecta-
mus? Cum vnus tantum sit qui ventu-
rus est?

An alium expectamus, &c.

Verbis istis respexisse videtur
Ioānes ad verba illa Gen. 49.
vbi de Christo dicitur: *Et ipse erit*
expectatio gentium. Vnde verbo hoc
inquit Ioannes, an Christus sit
quem omnes sperabant, & de quo

Qui ventu-
rus est nome
Messie.

Genes.
Abac.

Ioann.

Cyrill.

Tertullia.

Genes.

De diuinitate
querit cui
proprium est
esse.
Exod.

Humanitatem
Christi confi-
tetur.
Genes.

utilitatem ad-
uentus Christi
declarat.

Matth.

Felix Papa.
Venturus e-
nergiam habet
Matth.

Matth.

Esai.

Aggæi. *Aggæi, cap. 2. dicitur. Adhuc unum modicum est, & ego commouebo calum & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gētes. Et veniet desideratus cunctis gentibus.* Cui consentit Malachi. cap. 3. dicens. *Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Quod autem prædictus Aggæi locus de primo Christi aduentu intelligendus sit, patet. Licet enim Augustino, lib. 18. de Ciuit. Dei, cap. 35. & cap. 48. videatur, quod verba priora *Adhuc modicum, &c.* de priori aduentu intelligantur, & posteriora *Et veniet desideratus*, de posteriori. Qui hac ratione mouetur. Quia soli Iudæi noverant & expectabant venturum Christum. Vnde dicit Augusti. *Et desideratus esset cunctis gentibus, prius oportuit eum dilectum esse credentibus.* Sed ratio hæc non conuincit. Quia Christus licet principaliter Iudæis promissus fuerit, etiam & gentibus expectandus propositus est. Ideoque Genes. 49. *Expectatio gentium* vocatus est. & Esai. 42. dicitur: *Et legem eius insula expectabunt.* & Esai. 2. *Et fluent ad eum omnes gentes.*

Christus etiã
genibus pro
missus.

Genes.
Esai.
Esai.

Gentes qua-
liter uidera-
rēt Mesiam.
Aristo.

Osee.

Dicitur autē desideratus cunctis gentibus: Quoniam omnes gētes illius aduētu & redemptione indigebant: & quælibet res naturæ pondere appetit & desiderat suam perfectionem: ut Arist. 8. Ethic. ad Nicomachum, cap. 1. refert ex Euripide. Scilicet, amare & desiderare terrā, cum arefacta est, imbrem, & cælū, cum nubes plene sunt, desiderare effundere aquam super terrā. Quod de naturali appetitu intelligendū est. Sic intelligitur illud Osee, 2.

Exaudiam celos, & illi exaudient terrā, & terra exaudiet triticum. Nō quod hæc loquantur, sed quia naturaliter ista desiderant. Ita etiã Paulus ad Rom. 8. dicit. *Scimus quod omnis creatura ingemiscit, & parturit, exoptans reuelationē filiorum Dei.* Gemitus iste naturale desiderium est, quo cuncta suam perfectionem & foelicitatem exoptant. Ita & vniuersæ gentes naturæ pondere malis & miserijs grauatae, suum redemptorem & saluatorem expectare & desiderare credendæ sunt. Nec solum de naturali desiderio, sed & de ellicito appetitu sequente cognitionem interpretari possunt. Fuerunt enim semper apud gētes aliqui iusti, qui veri Dei cognitionē habebant, fuerunt & aliqui prophetæ, ut Sybillæ, qui de futuro Saluatoris aduentu prædixerunt. Vnde & illum desiderare potuerunt. Nec ideo quia cunctis gētibus desideratus dicitur, falsitatis Propheta arguendus est. Satis enim ad eius verificationē est, ut aliqui ex gentibus illum desiderauerint. Vel dicamus, dici desideratum cunctis gentibus, & expectatum: Quia illum cunctæ gentes expectare debebāt, ut in sortem filiorum Dei adoptarentur: ut sanguine eius redimerentur, & regenerarentur: ut hæreditatem promissam consequerentur, & remissione peccatorum facta in patriam, & promissam æternæ foelicitatis terram, (ad quam Moyse & lex perducere non potuit) Iosue, scilicet, Christus introduceret, & sortes in æternum mansuras diuideret. Et hoc Ioannes quærit propositis verbis.

Romani

Eūtes renūciate Ioāni, &c.

A Vdita Ioannis legatione & interrogacione non curat Christus verbis illi satisfacere: sed remittit discipulos ad ea, quæ audiebant & videbant, dicens. *It renūciate Ioanni quæ audistis, vel a turbis de me & mea doctrina loquentibus: vel, quæ ex ore meo de regno cælorum audistis. Credibile namquæ est Saluatorem sublimia tunc de regno Dei locutū fuisse, & longam ad discipulos Ioannis & turbas habuisse contionem. Nec solum hæc renuntiare præcipit, sed & opera quæ viderunt proprijs oculis vt tanquam oculati testes testimonium Christo perhiberent, quod cæci vident, claudi ambulant, &c. Pro quo aduerte, quod vt Lucas testatur, cap. 7. Eadem hora concurrunt multitudo languentium, cæcorum, claudorum, & aridorū, quibus in ipsa hora sanitatem impertitus est: vt sic discipulorum Ioannis indigentia subueniret. Idquæ diuina prouidentia factum est, vt proprijs oculis opera hæc conspicientes cōuincerentur, & qui dubitantes accesserant, firmissimi testes recederent. Ea enim quæ videmus fortius mouent, quam ea quæ audimus. Secūdo aduerte, quod licet verbis Christus non respondeat, tamen in his rebus & operibus quæ fecit, & Ioanni nuntiari præcipit, multa inuoluit Prophetarum vaticinia, quibus Messias & eius opera erāt prænunciata. Quasi operibus dicat. Videte Prophetarum dicta, considerate quæ de Messie operibus sunt annunciata, inspicite etiam opera*

Lucas.

quæ ego in oculis vestris facio, & apertè cognoscetis Prophetias illas impletas, & quod ego sum qui venturus eram, nec alium expectare debetis. Quod vt clarius pateat non grauabor aliquot testimonia in mediū proferre, quæ non solum a sanctis Patribus de Messia intelliguntur: sed etiam ab ipsis Iudæorū Doctoribus. Ita vt nullus sit, qui de Christo non interpretetur. Ad quæ & alia quam plurima respexisse videtur Christus cum hæc dixit Esa. 42. dicitur. *Ecce seruus meus suscipiam eum, &c.* Vbi multis de Christo propositis ait: *Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium vt aperires oculos cæcorum, & educeres de cōclusionē vincitum, de domo carceris sedentes in tenebris.* Et cap. 35. dicitur. *Ecce Deus noster vltionem adducet retributionis, Deus ipse veniet & saluabit nos. Tūc aperientur oculi cæcorū, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.* Ecce quod Euangelista dicit. *Cæci vident, claudi ambulant, &c.* Et cap. 29. *Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. & addent mites in Domino letitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt: Quoniam defecit qui præualebat, consummatum est illusor: Ecce pauperes euāgelizantur.* Et cap. 26. *Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent.* Et Esa. 61. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxit me, ad annuntiandum mansuetis misit me: vt moderer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem, &c.* Cui apertè respondet, *pauperes euāgelizantur.* Et Esa. 28. *Ecce ego mit-*

Esa.

Esa.

Esa.

Esa.

Esa.

Esa.

tam

tam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum. Qui crediderit non festinet. Id est. Nō offendat. Ecce: & beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Plura possemus afferre testimonia ex alijs Prophetis, & ex ipso Esaias, sed ista sufficiant, vt ex paucis intelligas quomodo Christi opera vaticinijs prophetarū respondeant, & vt Ioā. 5. Christus testatus est: Opera quæ ipse faciebat, testimonium perhiberent de illo.

Ioā. 5.

Cyril.

Hoc Cyril. ad Reginas de recta fide inter alios aduertit dicens: *Operibus ipsis Christus demonstrat se perfectorem diuinarum operationum esse in memoriam reducens ea, quæ per Prophetam prædicta fuerāt. Dicit enim beatus Esaias, cap. 35 confortamini manus remisse & genua soluta. Deinde quasi protensa manu ostendit Emmanuelem dicens: Ecce Deus noster, ecce Dominus cū fortitudine veniet, & brachium cum auctoritate. Demum adijcit miracula, quæ tunc à Christo fiunt. Tunc aperientur oculi cæcorum, &c. Et Lactantiu. lib. 4. Diuinarum institutio. qui est de vera sapientia. cap. 13. refert. Quod Milestus Apollo, utrū Christus esset Deus an homo? consultus respondit. Quod mortalis erat secundum carnem: sapiens portentificis operibus, sed sub iudicibus Chaldæis armis compræhensus, clavis & cruce amarum tollerauit finem. Vbi ait Lactantius. *Primo versu verū quidem dixit: sed arguè consultorem fefellit, sacramentum veritatis pœnitens nescientem. Videtur enim negasse illum Deum. Sed cum fatetur secundum carnem fuisse mortalem, quod etiam nos predicamus: consequens est, vt secundum spiri-**

Esai.

Lactan.
Apollinis re
sponso de
Christo.

*tum, Deus fuerit, quod nos affirmamus. Quid enim fuerat necesse carnis facere mentionem? Cum satis esset dicere, fuisse mortalem? Sed veritate pressus negare non potuit quemadmodum res se haberet. Sicut illud quod ait, fuisse sapientem. Quid ad hoc Apollo respondes? Si sapiens est: ergo doctrina eius sapientia est, nec vlla alia: & sapientes qui sequuntur, nec vlli alij. Cur igitur vulgo pro stultis & vanis & ineptis habemur, qui sectamur magistrum, etiam ipsorum Deorum confessione sapientem? Nam quod ait, portentifica illum opera fecisse, quo maxime diuinitatis fidem meruit, assentiri nobiscum iam videtur: cum dicit eadem quibus nos gloriamur. Et cap. 15. dicit. Virtutes eius fuerunt quas Apollo portentificas appellauit: quod quacumquē iter faciebat: ægros, ac debiles, & omni morborum genere laborantes vno verbo, vno quoquē momento reddebat incolumes: adeo vt membris omnibus capti, receptis repente viribus roborati, ipsi lectulos suos reportarent, in quibus fuerant paulo ante delati. Claudis vero ac pedum vitio afflictis non modo gradiēdi, sed etiam currendi dabat facultatem. Tunc quorum cæca lumina in altissimis tenebris erāt, eorum oculos in pristinū restituebat aspectū. Mutorum quoquē linguas in eloquium, sermonemquē soluebat. Item surdorum patefactis auribus insinuabat auditum: pollutos, ac sparsos maculis repurgabat. Et hæc omnia non manibus, aut aliqua medela, sed verbo ac iussione faciebat. sicut etiam Sybilla prædixerat inquiens: *Omnia verbo agens, omnem infirmitatem curans.* Nec vtrique mi*

rū, quod verbo faciebat mirabilia: cum ipse esset Dei verbum cælesti virtute & potestate subnixum. Ad ducitquē Esaiæ allatum testimonium, & tandem dicit. Sed & Sybilla eadem cecinit his versibus. *Mortuorum autem resurrectio erit, & claudorum cursus erit velox: & surdus audiet, cæci videbunt, & mortui loquentur.* Vnde vt Theod. scribit in duodecim Prophetas: Diuina prouidentia factū est, vt nullum miraculum Ioannes exhiberet, ne forte Messias esse putaretur. Imo nequē a Malachia vsq; ad Christum Prophetas aliquis intercederet, vt Sol ipse exoriens inter eclipses illustrior appareret. Sed & Moyse prædixerat non modo a doctrina, sed & ab operibus discernendum esse Messiam: dū illum ad sui instar requirendum esse prædixit. Hinc Euseb. Cæsariensis, lib. 3. demonstrat. *Euāgel. cap. 2. ait. Primus prophetarum Moyses alium prophetam sibi similem suscitandum esse denuntiat. Num igitur ex ijs qui post Moysen extiterunt Prophetæ, Esaias, exempli gratia, aut Hieremias, aut Ezechiel, aut Daniel, aut alius quispiam de cæteris duodecim Moyse conferendus fuit? Nequaquam. Sed ex illis tandem, quis vnquam Moyse similia effecit, Nusquam poteris dicere? Itaque Christum Moyse conferendum ostendit & in doctrina & operibus: ita tamen vt Christus potior Moyse sit.* Et latissimè prosequitur exponens in quibus conuenerint, & in quibus Christus excelluerit: quæ breuitatis causa relinquimus. Opera igitur Christi testimonium perhibebant, quod esset Messias, & prophetarum testimonijs apertè responde-

bant. Ideoque merito Ioannis discipulos interrogantes ad opera, quæ in eorum conspectu faciebat, remittit.

Pauperes euāgelizantur. &c

Multi exponunt verba ista credentes, *Euangelizor*, esse verbum deponens in actiua significatione, ita vt idem significet quod pauperes verbum Dei annuntiant, & prædicant. Christus enim non elegit diuites, potentes, & sapientes ad verbi sui prædicationē, vt dicit Paulus. 1. Corint. 1. sed elegit pauperes & abiecta mundi, vt fortius quæquē confunderet. Tamen si rigorem vocabuli attendamus secundum Græcorū linguam (cuius proprium est verbum hoc,) *Euangelizatur*, passiuè accipiendum est, & sic prædictorum verborū sensus erit.

Pauperes euangelizantur, id est, pauperes prædicantur & annuntiantur foelices & beati: iuxta illud Matth. 5. *Beati pauperes spiritu.* Signum enim Messiae maximè perspicuum & manifestū fuit, quod pauperes foelices & beati contra omnē mundi opinionem prædicarentur. Mundus namq; illos miseros, tristes, & infoelices reputat, quos pauperes videt. Et sic communiter homines dicere solent & publicare. Cōtra vero Deus pauperes foelices annuntiat. Quod Psal. 143. Dauid declarauit, (cum descripta malorū abundantia & prosperitate) dicit. *Beatum dixerūt populum cui hæc sunt.* Sed ipse Dauid Dei loquelam intelligens ait. *Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Debet enim in versu hoc suppleri, quinimo, vel alia con-

*Sybilla testi-
monium de mi-
raculis Chri-
sti.
Theodoret.*

*Quare Ioan-
nes miraculū
nullum fece-
rit.*

Euseb.

Corint.

*Euangelizan-
tur passiuè
accipiendum.*

Matth.

Psalms.

con-

confimilis dictio disſiſtiua! Ac ſi dicat. *Beati dixerunt*, mundani populū cui hæc ſunt, id eſt, hæc prosperitas & diuitiarum abundantia. Quinimo, *Beatus populus cuius Dominus Deus eius*: licet paupertate & miſeris præmatur. Quoniam hos Deus ſœlices & beatos prædicat: diuites verò inſœlices declarat, dicens *Luce. 6. Vobis diuitibus, &c.* Et *Matth. 19. Quam difficile eſt diuitem intrare in regnum cœlorum.* Habent enim multa quibus impediuntur, & retardentur: pauperes autem nihil habent quod eos detineat. Ideo beati dicuntur. *Quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum.*

Luce.
Matth.

Euangeliza-
re pro prædi-
care Euange-
lijum.

Eſai.

Aliter etiã exponitur locus iſte Euangelij & optimè, vt *pauperes euangelizantur*, idem ſit ac pauperibus prædicatur Euangelium, & annuntiatum regnum cœlorum. Et huiusmodi expositio maxime conſentire videtur cum loco *Eſaiæ. 6.* (ad quem Dominus reſpexiſſe credendus eſt cū hæc protulit) *Spiritus Domini ſuper me, eò quod vnixerit me, ad annuntian- dum pauperibus miſit me.* Quod *Septuaginta tranſtulerunt: Ad euangelizandum pauperibus miſit me.* Itaque oratio hæc *Pauperes euangelizantur*, eſt paſſiua huius, euangelizo pauperibus. Et nominatiuus ille in paſſiua oratione eſt datiuus acquisitionis in actiua, qui apud Græcos in nominatiuum verti ſolet. Pro quo aduertendum eſt, conſuetiſſimum eſſe apud Græcos quãdo orationem aliquam ex actiua in paſſiuam vertunt, prætermiſſo accusatiuo datiuū acquisitionis in nominatiuum commutare, ſicut 1. ad *Timot. 1.* videmus. Vbi enim

Datiuus ac-
quiſitionis in
nominatiuum
vertere ſolent
Græci.
Timot.

nos habemus *ſecundum Euangelium, quod creditum eſt mihi*: Græci habent, *ſecundum Euangelium quod creditus ſum ego.* Vbi loco datiuus ponitur nominatiuus.

Præterea aduerte. Quod apud Atticos sæpè ponitur accusatiuus pro datiuo acquisitionis, præcipuè in illis orationibus in quibus ſignificatur benè vel malè fieri alicui. Vnde vbi nos habemus, *Matth. 27. Quid faciam Ieſu, vel, de Ieſu, qui dicitur Chriſtus?* In Græco habetur: *Quid igitur faciam Ieſum, qui dicitur Chriſtus?* Hinc fit, vt ad Græcorum imitationem in ſacris literis reperiamus benedicere & maledicere cum accusatiuo ſignificãte eum, de quo benè aut malè loquimur. Nec ſolū datiuus pro accusatiuo ponitur: ſed & multoties accusatiuo remanente, datiuus in nominatiuum in paſſiuis orationibus commutatur. & ſic iſto loco contingit. Sic interpretatur *Ianſen. in Concordia Euangelica, cap. 47.* Sensus igitur verborum iſtorum eſt. Pauperibus Euangelium prædicatur. Et certe ſi attente iſta conſideremus, hoc maximū ſignorum fuit, quæ Chriſtus in ſuo aduentu operatus eſt, ſcilicet, pauperibus & abiectis prædicare Euangelium & afferre bonum nuntium ſœlicitatis æternæ & regni cœlorum. Vt hinc appareat Chriſtum in omnibus mundo contrarium eſſe, qui ſœlicita & læta nuntia non ad diuites, ſed ad pauperes mittit. Diuitibus enim ſua gaudia ſufficiunt. Pauperes, (qui Deo derelicti ſunt, vt dicit *David Pſalm. 10.*) cœleſti indigent conſolatione.

accusatiuus
pro datiuo sæ-
pe ponitur a-
pud atticos.
Matth.

Ianſen.

Pſalm.

Et beatus qui nō fuerit, &c.

ID est, qui non offenderit in me & in mea cruce & passione. Sic interpretatur Gregor. Homil. 6. in Euangelia, dicens: *Visis tot signis tantisque virtutibus non scandalizari quisque potuit, sed admirari. Sed infidelium mens graue in illo scandalum pertulit: Cum eum post tot miracula morientem vidit.* Vnde & Paulus. I. Corint. I. dicit. *Nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiā. Stultum quippe hominibus visum est, vt pro hominibus author vita moreretur, & inde contra eum homo scandalum sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri debuit. Nam tanto Deus ab hominibus dignius honorandus est, quanto pro hominibus & indigna suscepit. Quid est ergo dicere, beatus qui non fuerit scandalizatus in me, nisi aperta voce abiectionem mortis suae humilitatemque signare? Ac si patenter dicat. Mira quidem facio, sed abiectione perpeti non dedignor. Quia ergo moriendo te subsequor, cauendū valde est hominibus, ne in me mortem despiciant, qui signa venerantur, Beatus igitur qui non fuerit scādalizatus in mea morte, & in ijs que passurus sum. Adeo enim abiectione & Deo indigna apparebunt, vt cauendum maximè sit, ne ea videntes scandalizentur. Sicut contigit Scribis & Phariseis, qui audientes Christum de morte sua loquentem Ioann. 12. scandalizati sunt, & dixerunt: *Nos audiuimus ex lege, quia Christus manet in aeternū. Et quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis?**

Nec solum qui à Christo alieni erant, hæc audientes & videntes

scandalizabantur: sed & ipsi discipuli Christi, (qui eius doctrina imbuti fuerant, qui miracula eius viderant, quique virtute illius mirabilia multa fecerant) videntes ea quæ Christus patiebatur, valde scandalizati sunt. Adeoque in fide hæsitauerunt, vt relicto eo omnes fugerent, vt habetur Matth. 26. Quod & Christus prædixerat eodem capite dicens: *Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte.* Scandalum autē hoc ad fidem referendum esse satis aperte constat ex verbis Petri: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego nunquam scandalizabor.* Cui Christus exponens de quo scandalo loquebatur respondet dicens: *Amen dico tibi, quia priusquam gallus cantet ter me negabis.* Scandalum ergo hoc de dubitatione in fide intelligendum est. Quod omnes discipuli in nocte illa perpessi sunt. Sola Beata Virgo in fide firma, & stabilis perseuerauit: nec tribulationibus illis moueri potuit, vt dubitaret: Imo multo magis corroborata est in fide Dei bonitatem & clementiam extollens, qui adeo indigna pro hominibus pati dignatus est. Hoc Simeon Lucæ. 2. de Christo prædixerat, scilicet, Quod positus esset in ruinam multorum in Israël.

Alij exponunt, *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me*, id est, in dictis & factis meis. Multi enim vidētes opera Christi, quod peccatores vocaret, ad suum confortium admitteret, cum eis conuersaretur, manducaret, & biberet, scandalizabantur, & in Christo offendeabant, eum peccatorem reputantes. Vnde discipulis eius Matth. 9. dicebant.

Discipuli Christi in morte eius scandalizati sunt.

Matth.

Beata Virgo non fuit scandalizata in Passione.

Lucæ.

Quare

Grego.

Corint.

Ioann.

Quare cum peccatoribus & publicanis manducas Magister vester? Et Simon ille Leprosus (qui Dominum inuitauerat) vidēs quod mulierem peccatricem admitteret Lucae. 7. scandalizatus est, & dixit: *Si hic esset Propheta, sciret vsiq; quae & qualis est mulier, quae tangit illum.* Nec solum ex factis eius, sed etiam ex verbis multi occasionem sumebant scandalis, vt Matt. 15. constat. Dicente enim Christo: *Non quod intrat per os coinquinat hominem, adeo scandalizati sunt Pharisei, vt discipuli accesserint ad Christum & dixerint. Scis quia Pharisei audito hoc verbo scandalizati sunt? Ac si dicerent. Ne talia proferas, ne illis scandali occasionem prebeas.* Quibus Christus ait. *Omnis plantatio, quam non plantauit Pater meus caelestis, erradicabitur. Sinite illos, cæci sunt, & duces caecorum.* Iterum Ioann. 6. loquitur Christus de Eucharistiæ Sacramēto, & eius necessitate, & audito tali verbo scādalizati sunt, & dixerunt. *Durus est hic sermo, & recesserunt.* Itaque verba Christi multis scandali ansa fuerunt: licet Christus nec factis nec verbis aliquem scandalizauerit. Omnia enim quæ faciebat & dicebat, recta & vera, & secundum Dei doctrinam erāt: homines vero sua malitia scandalizabantur. Et ideo Christus de horum scandalo non curabat, nec ab operibus & prædicatione disitebat. Vt etiam tu dicas, non de quolibet aliorum scandalo curandum esse, vt propter illud a bono incepto desistas. Si enim opus tuum bonum fuerit & secundum Dei legem & præcepta; alter vero sua malitia scādalizetur,

sibi imputet. Tu in bono perseuera, & audi Christum Matt. 15. dicē *Sinite illos: Quia cæci sunt.* Id est. Nihil de eorum scandalo curetis, quod ex eorum malitia procedit. Licet propositæ expositiones optimæ sint; mihi videtur genuina huius loci explicatio, vt verba hæc ad discipulos Ioannis referantur: quibus Saluator voluit verbis istis intima cordium manifestare, & quod ex eis intelligerent, illum eorum mentes penetrare, cogitationes & intentiones cognoscere, & optime scire, quod ex eius gloria offendebatur. Ideo ait. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Ac si diceret. Scientibus & intelligentibus loquor. Vos ipsos considerate, qui in me & gloria mea scādalizati estis. Tacite mordet eorum consciētiās, & occulte repræhendit eorum dubitationem & incredulitatem. Vnde de verbis istis se declarat cordium scrutatorem; atq; adeo Deum, cuius proprium est mentis cogitationes & cordis arcana intueri iuxta illud. 1. Reg. 17. *Homo intuetur faciem, Deus autem intuetur cor.* Et illud Psal. 7. *Scrutans corda & renes Deus.* Vnde tale videtur conficere argumentum. Si ego cogitationes vestras intelligo, & corda vestra video, Deus sum. Ergo & qui venturus sum, nec alius expectandus est.

Illis autem abeuntibus, &c.

Recedentibus discipulis Ioannis, Christus, (ne astantes aliquam sinistram suspicionem conciperent de Ioanne, ne ve existimarent cum metu mortis commotum, vel alia causa turbatum, vt senten-

Matth.

Authoris sensus.

Reg.

Psalms.

Luce.

Matt.

Ioann.

Non de quolibet aliorum scandalo curandum.

tiam mutaret, & de eo quem mundo demonstrauerat, dubitare) incipit maximas Ioannis laudes prædicare, eius virtutes, constantiam, virtutem integritatem, poenitentiam, & sanctitatem commendare. Vt ex illis fides & autoritas doctrinæ illius accrescat.

Interrogatio certiorè red- dit orationi. Vbi illud obseruandum est, quod interrogationibus vtitur iuxta Hebræorum consuetudinem, vt vehementiorem affirmationem demonstrat, & certiorè sententiam ostendat. Quod etiam & apud prophetas nos auctores vsitatum est. Interrogatio enim vehementiam & firmitatem addit orationi.

Arundinem vento, &c.

Ioannis commendatio a- firmitate. Esai. **H**IS verbis Ioannis constantiam & firmitatem commendat, simulque & eius dignitatem declarat. Omnes enim, qui ex Adâ nascimur, arundines sumus, & quassatus calamus, vt Esai. 42. habetur. Quod in primo nostro parente cõpicere possumus, qui ad eum leuis, inconstans, mirabilis, & facilis fuit, vt vnica mulieris voce commotus & agiturus a sua dignitate & gloria, in qua conditus fuerat, Dei præcepto neglecto deciderit. Gene. 3. Ecce arundinem & quassatã. Quia peccato illius vnuerfum genus humanum infectum est, & morti subiectum. *Per vnum hominem peccatum in hunc mundũ introiuit, dicit Paulus ad Roma. 5. & per peccatum mors. Et ita in omnes homines mors pertrãsit, in quo omnes peccauerunt.* Et simul gratiam, qua solidandi erant, amiserunt. Et vacui remanentes egẽt gloria Dei. Omnes nascimur filij ira

Arundines sumus vacuæ gratiæ, & quassatæ peccato. Hinc ergo Ioannis dignitatem & excellentiam intelliges, quem arundinem negat esse Christus. Quia nõ gratia vacuus, (sicut & alij homines) natus est. Sed ex vtero matris suæ illa repletus prodijt a peccato liberatus. Quod Luca. 1. Angelus de eo prædixerat: *Et Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ. Qui ne leui saltem maculare vitam fame possit, vt canit Ecclesia, antra deserti teneris sub annis ciuium turmas fugiens petijt. Cuius tanta fuit puritas, & vitæ sanctitas, vt Angelus a Christo vocatus sit. Nullusquẽ internatos mulierum illo maior extiterit. De quo infra redibit sermo.*

Hominem mollibus, &c.

Austeritate & poenitentia Ioannis commendatio. **E**X tribus capitibus verbis istis Ioannis virtutem Christus commendat. Primum sumitur ex vitæ austeritate & poenitentia rigore. Qui non mollibus & delicatis utebatur vestibus, sed pilis camelorum & zona pellicea, vt habetur Marc. 1. Secundum desumitur ex cibo. Erat enim locustæ & mel siluestre. Tertium ex loco, nõ enim in domibus regum vel in oppidis degebat, sed in solitudine & deserto. Hæc tria apertius proponuntur a Marc. c. 1. sui Euangelij dicente. *Fuit in deserto Ioannes, & erat vestitus pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel siluestre edebat.* Ex his Ioannis poenitentia a Christo commendatur. Hæc verba exponens Hierony. lib. 2. in Matt. dicit. *Hinc omnem mali suspensionem a Ioanne remouet. Cur enim diuitias cupiat, vt affluat*

affluat dapibus & locustis vestitur, & mel
le siuestri. An ut mollibus vestitur? Pi
li camelorum regum eius sunt. Istius
modi cibus, & vestis carceris hospicio ra
cipiuntur, & predicatio veritatis tale ha
bet habitaculum. Qui autem adulatorem
sunt, & sectantur lucra, & querunt di
uitias, & diuitijs affluunt, & mollibus
vestiuntur: Isti in domibus regum sunt.
Ex quo ostenditur, rigidam vitam,
& austeram prædicationem vitare
debere aulas regum, & mollium ho
minum palatia declinare. Et Beda,
lib. 2. in Luc. ait. Non ergo caelesti, sed
terreno regno militant hi, qui pro Deo
perpeti aspera fugiunt: sed solis extorio
ribus dediti, præsentis vitam molliem &
delectationem querunt. Nemo ergo
existimet in luxu atque studio ve
stium peccatum deesse. Quia si hoc
culpa non esset, nullo modo Do
minus Ioannem de vestimenti aspe
ritate laudasset. Vnde Ioannes, si
cut & sanctitatis & virtutum exem
plar fuit, ita & poenitentiae præcla
rum exemplū exitit. Ut ex eo dis
camus, quo rigore, qua austeritate
in omnibus opus sit, ut peccatorū
maculas delere valeamus. Si enim
Ioannes, (qui à peccato originali
antequam nasceretur sanctificatus
fuit, & qui actuali peccato morta
li nunquam fuit infectus,) adeò as
peram in victu, vestitu, & habita
tione poenitentiam agebat, qualē
nos, (qui quotidie in peccata labi
mur,) facere debemus? Confunda
mur illum intuentes, & illius exem
plo commoti nostrorum peccato
rum poenitentiam dignā agamus,
& ut ipse dicebat, fructus poeniten
tia dignos exhibeamus, mēbra no
stra arma iustitiæ facientes ad san

In luxu &
studio pretio
sarum vestiu
peccatum nō
deest.

ctificationem, sicut fecimus arma
iniquitatis ad condemnationem: ut
sic, cum iudex aduenerit, laudari
& approbari mereamur.

Hic etiam aduerte: quod per ve
stes molles non solum intelligit
Christus vestimentorum superflui
tatē, sed & omnē delitiosam & vo
luptuosam vitam: ut vno nomine
vniuersa compræhendat.

Quid existis videre, &c.

Istis verbis non negat Christus
Ioannem Prophetam fuisse; sed
aliquid maius, & excellentius, ma
iorique honore dignum ei attri
buit, quo præ alijs Prophetis ma
gis honoretur. De eo enim Zacha
rias pater eius, Lucæ. 1. cecinit. Tu
puer Propheta altissimi vocaberis: &
qui plusquā Prophetam dicit, Pro
phetam non negat. Multis autem
titulis Ioannes à Christo plusquā
Propheta dicitur. Primò. Quia ex
cellētissimus inter omnes Prophe
tas fuit, illique Prophetæ (quem
Deus promisserat, & Moyses Deu
te. 18. prænuntiauerat, dicens: Pro
phetā suscitabit Dominus sicut me, &c.)
perquam similis. Ita ut mundus in
hoc deceptus fuerit existimās Ioā
nem esse Prophetam illū. De quo
Dominica sequēti plura dicemus.
Adeò excellens fuit, ut Christus
Lucæ. 7. de eo dicat. Inter natos mu
lierum non surrexit maior Propheta Ioā
ne Baptista. Participauit namq; ma
ius & excellentius lumen quam
alij Prophetæ, ut potē propinquior
Christo, qui verus Sol est, & in cu
ius lumine omnes Prophetæ vidēt.
Sicut quo quis propinquior est so
li magis de claritate & luce eius

Propheta
excellētia.
Laudatur Ioā
nes.

Lucæ.
Ioannes plus
quā Prophe
ta pluribus
titulis.

Deuto.

Lucæ.

simile;

participat: & qui propinquior est igni magis calefit. Ita Ioannes, cū propinquior esset Christo, excellentius præ alijs lumen participauit. Vnde nullus antiquorum Prophetarum ei præferendus est. Moysem (licet adeo magnus Propheta extiterit, vt de eius spiritu auferri potuerit, & Septuaginta viris communicari, vt habetur Num. 21.) non fuit maior Ioanne. Eliseus (in quo factus est duplex spiritus Eliaz, 4. Reg. 2.) non valet Ioanni comparari. Esaias (qui adeo clare mysteria Christi perspexit, vt Euangelista potius quam Propheta nominetur) longe inferior fuit Ioanne. Et quidē de Moyse August. lib. 2. contra aduersarium legis, capit. 5. dicit, quod non fuit maior Ioanne: Satis est quod illi æqualis fuerit. Nec huic obstat: quod Deute. vltimo de Moyse dicitur. *Et non surrexit vltra Propheta in Israel sicut Moyses.* Quia intelligi debet de Prophetis veteris testamenti, vel, quod non dicitur, ibi non surrexisse vquam Prophetam maiorem, vel æqualem Moyse: sed similem illi in his quæ sequuntur, scilicet. *Qui nosset Dominum facie ad faciem in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum vt faceret in terra Ægypti.* Non igitur loquitur de Prophetico lumine, neq; excludit Ioannem: qui, vt dicemus, confinium fuit vtriusquē testamenti. Præterea de Elia lib. quæstion. noui & veteris testamenti. q. 26. affirmat August. quod non fuit maior Ioanne. Merito igitur plusquam Propheta dicitur.

Secundò, dicitur plusquam Propheta: quia nō solum ipse de Chri-

sto prophetauit, (sicut ceteri Prophetæ) sed & ab alijs Prophetis ipse est annuntiatus: vt Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum.* Esai. 40. *Vox clamantis in deserto.* In quo quāto eum honore Deus prosequutus fuerit aperte cognoscitur, quādo in hoc illū filio suo voluit adæquare. Tertiò dicitur plusquam Propheta: Quia est Horizon & confinium noui & veteris testamenti. Finis vtriusquē veteris: *Lex enim & Propheta vsque ad Ioannem.* Et fuit initium noui testamenti, & primus qui regnū cælorum prædicauit: Vt Matth. 11. dicitur: *A temporibus Ioannis Baptiste regnum cælorum vim patitur.* Reliqui prophetæ ad vetus testamentū pertinebant. Quod Tertullia. lib. 4. contra Martio. affirmavit dicens. Quod Ioannes est limes inter vtriusquē testamentum constitutus, in quo desierunt vetera, & incipiunt noua. Et Albertus Magnus in Matt. dicit. Quod fuit medius inter legē & gratiam.

Quartò dicitur plusquam Propheta: Quia quem alij prædixerūt, ipse digito demonstrauit dicens Lucæ. 3. *Ecce Agnus Dei, &c.* Alij Prophetæ venturum prænnuntiabant, Ioannes iam præsentem declarat dicens: *In medio vestrum stat, &c.* Plus igitur quam Propheta est, qui non futura prænnuntiat: sed impleta & præsentia demonstrat. Prophetæ quippe ministerium est ventura prædicere, non demonstrare. Plusquam Propheta in eo est, quia eum quem præcurrēdo prophetauerat, etiam ostendendo denūtiabat. Hęc rationem reddit Hieron. quare dicitur plusquam Propheta in Matt. & lib.

Nullus antiquorum Prophetarū maior fuit Ioanne.

Num.

Reg.

Quod Moyses nō fuerit maior Ioanne affirmat August.

Deute.

Quod Elia non fuerit maior Ioanne, affirmat August.

Ioannes non solum prophetauit, sed & de ipso alij prophetarunt. Malach. Esai.

Ioannes Horizon vtriusque testamenti.

Matth.

Tertullia.

Albertus.

Ioannes digito demonstrauit Christum. Luca.

Hieron.

Chrysoſto.
Cyril.
Theophi.
Eut. y.
Auguſt.
Grego.

& lib. 2. in Episto. ad Ephes. Chry-
ſoſto. in istum locum Matth. Cy-
ril. lib. 2. in Ioann. cap. 1. & Grego.
Hom. 6. in Euange. aliud enim est
in spiritu v̄tura cognoscere, aliud
cernere ea opere completa. Vnde
merito maior omnibus Prophetis
dicitur.

Ioannes Pro-
phetas facit.
Chrysoſt.

Quintò dicitur plùs quam Pro-
pheta: quia non solum prophetiæ lu-
men sicut alij accepit: Sed tanto lu-
mine repletus est, vt adhuc in vtero
matris clausus matrem suam fece-
rit prophetare. Plùs ergo quã Pro-
pheta est, qui nō solum prophetat:
sed & Prophetas facit. Hanc ratio-
nem assignat Chrysoſt. Homi. 27.
Operi. imperf. in Matth. dicens:
*Quis Prophetarum cum esset Propheta,
Prophetam facere potuit? Elias qui-
dem, 3. Reg. 19. Vixit Eliseum in Pro-
phetam, non tamen prophetandi gratiã
illi donauit. Iste autem in vtero matris
existens, diuini introitus scientiam ma-
tri donauit, & os illius in verba confes-
sionis aperuit, vt cuius non videbat
personam cognosceret dignitatem di-
cens, Lucæ. 1. Vnde hoc mihi vt mater
Domini mei veniat ad me? Et ibi ele-
ganti epologo vniuersas has ratio-
nes videtur concludere, & alias in-
sinuare dicens. Propheta enim est de
Christo predicare. Nunquid Propheta
fuit, vt in vtero constitutus, Deum in vte-
ro cognoscere? Propheta est pro merito
conuersationis & fidei. Prophetiam ac-
cipere. Nunquid Propheta fuit, vt prius
fieret propheta quam homo, & ante gra-
tiam accipere? Propheta est beneficiũ
à Deo accipere. Nunquid Propheta est,
beneficiũ baptis-matis Deo donare? Pro-
pheta est verbum ante tempus significa-
re de Christo. Nunquid Propheta est, fa-*

*cie ad faciem digito Christum ostende-
re? Propheta est, vt ipse de Deo prophe-
tet. Nunquid Propheta est, vt Deus de il-
lo prophetet dicens. Ecce ego mitto An-
gelum meum ante faciem tuam?*

Hic est de quo scriptum, &c.

Concludit laudes & commen-
dationem Ioãnis testimonio
Malachi. cap. 3. vt Ioannis dignita-
tem intelligas: Qui ab eodem Ange-
lo à quo Christus annuntiatuſ est:
Qui miraculose sicut Christus con-
ceptus est. Qui multo antea ab eo-
dem Propheta, scilicet, Malachia,
prophetatus est, sicut & ipse Chri-
stus. Imo & ab ipso Deo prænun-
tiatuſ, & Angeluſ, sicut & Chri-
stus, nominatuſ. Verba enim Ma-
lachie: (Ecce ego mitto Angelum meũ)
non sunt Prophetæ: sed Dei loquẽ-
tis & annuntiantis, vt clare cõitat.

Ioannes ab
eodem Ange-
lo annuntia-
tus à quo &
Christus.
Malach.

Ecce ego mitto Angelũ, &c.

Prophetia hæc habetur apud
Malachi. cap. 3. quæ ad literã
de Ioanne intelligitur Christo il-
lam interpretante, vt vnanimiter
Euangelistæ referunt. Sed pro li-
teræ expositione notandũ est, quod
aliter videtur testimonium hoc le-
gi in Malachia, aliter in nostro E-
uangelista. Malachias namquẽ re-
fert per primam personam dicens.
*Eccẽ ego mittam Angelum meum, &
preparabit viam ante faciem meam.*
Matth. vero hic, & Marc. cap. 1. per
secundam personam referunt, dicẽ-
tes: *Ecce ego mitto Angelum meum an-
te faciem tuam, qui preparabit viam tuã
ante te.* Sed diuersitas hæc verborũ
nihil præiudicat scripturarum ve-
ritati, cum in idem redeat. Ideoque
Christus

Malach.

*Euangelista
in citandis te-
stimonijs sen-
sum, non ver-
ba curare so-
lent.
Marc.*

Christus Redemptor noster & Euā-
gelistæ non fuerunt multum solli-
citi de verbis in testimonijs scriptu-
rarum, quæ referebant: sed ad sen-
sum respicientes aliquando verba
immutant. Quod frequentissimum
est, & in Marc. cap. 1. videri potest.
Quæ duo testimonia, scilicet. (*Ecce
ego mitto Angelum meum, &c.* Et il-
lud. *Vox clamantis in deserto, &c.*) At-
tribuit Esaiæ. Cum primum sit Ma-
lachia, & secundum Esaiæ. Cum
enim sensus idem sit, idemquæ intē-
dat vterquæ Propheta, vtrumquæ
testimoniū coniunxit, & sub vnius
nomine retulit. Ita etiam & in pro-
posito in quo nulla est diuersitas.
Verba namq; vt a Matt. & Marc.
referuntur, sunt patris alloquentis
filium suum, & dicentis. O Chri-
ste: *Ecce ego mitto Angelum meum an-
te faciem tuam, &c.* Si vero vt Mala-
chias habet legantur, verba Chri-
sti sunt, vt dicit Hieron. & sic nulla
remanet difficultas. Scio aliquos
etiam verba, vt in Malachia habentur,
ad Patrem referre: & tunc di-
uersitas hæc in verbis nõ caret my-
sterio, vt optimè notat Ians. in Cõ-
cordia Euangeliorum, cap. 13. De-
claratur enim eadem Christi & Pa-
tris diuinitas, quæ per faciem signi-
ficatur. Eadem namquæ Patris &
Filij facies est & diuinitas iuxta il-
lud Ioann. 10. *Ego & Pater vnum su-
mus.* Et iuxta illud Ioann. 14. *Philip-
pe, qui videt me, videt & Patrem: Quia
eadem vtriusquæ facies est.*

Hieron.

Ians.

*Ioann.
Ioan.*

*Auiberis ra-
tio.
Facies Chri-
sti eius hu-
manitas dici-
tur.*

Aliã ego asigno rationem, quæ
contextui magis conuenire vide-
tur. Pro qua aduerte. Quod in Scri-
ptura facies Christi dicitur eius
humanitas iuxta illud Psalm. 83.

vbi David pro suorum peccato, ū
venia deprecans Patrem, dicit. *Psalm.*
Respice in faciem Christi tui, id est, in
humanitatem Christi tui. Facies
verò Patris Christus est iuxta illud
Psalm. 79. Ostende faciem tuam, id
Psalm.
est, Christum tuum, & salui erimus.
Cum igitur Ioannes ante Christū
missus fuerit viam illi præparans,
rectè & ante faciem Patris, & antè
faciem Christi venisse perhibetur.
Et confirmatur explicatio hæc ex
verbis ipsius Malachia, quæ statim
sequuntur. Cum enim dixisset: *Ecce
ego mitto Angelum meum, &c.* Sta-
tim exponens quid per faciem suã
intelligat, ait. *Statim veniet ad tem-
plum suum dominator, quem vos quari-
tis,* id est Christus, qui facies mea
est. Vt hinc dignitatem nostram cõ-
iectemus, quibus Deus faciem suã
aperte ostendit. Olim faciem suam
celabat, & dicebat Exo. 33. *Non vi-
debit me homo, & viuet.* Nunc faciẽ
ostendit, quam nisi viderimus, vitã
habere non possumus iuxta illud
Ioann. 17. *Hæc est vita aeterna, vt co-
gnoscant te, & quẽ misisti Iesum Chri-
stum.* Præterea circa prædicta ver-
ba aduerte. Quod, *Ecce,* vt commu-
ne est, semper rem aliquam nouã,
insolitam, & raram demonstrat,
attentumq; animum postulat. Est
enim velut excitantis particula. Vt
Esai. 7. *Ecce Virgo concipiet:* & Mat-
thæi. 2. *Ecce Magi, &c.* & alibi sæpè.
Magnum ergo & eximium quid
Ioannis missio, & aduentus est, quã-
do particula, *Ecce,* prænotatur. Et
certè inter omnes Dei misericor-
dias (vna excepta qua filium suum
nobis tradidit,) hæc summa est,
quod Ioannem miserit, qui præpa-
raret

Exod.

Ioann.

*Ecce rei nõ
ne signum.*

*Esai.
Matth.*

*Magna mise-
ricordia Dei
fuit Ioannem
mittere.*

raret viam eius, & pararet illi plebem perfectam pœnitentiam & regnum cœlorum prædicando. Insuper nota, quod Ioannem Angelum suum vocat. Ex quo Orige. (vt refert Beda Marc. c. 1.) Occasionem sumpsit, (dum credit se maximè Ioannis dignitatem extollere) errâdi. Credidit enim Ioannem fuisse Angelum natura vestitum carne. Et Beda hęcresim vocat sententiam istam. Non enim natura, sed officio & dignitate Angelus fuit. Nec aliqua necessitas extitit talis incarnationis. Cui errori videtur voluisse obuiare Saluator, cum Lucæ. 7. & Mart. 11. proposita prædicta sententia qua Ioannem Angelum vocat, ait. *Qui autem minor est in regno cœlorum, maior est illo, id est, minimus Angelorum, qui vident faciem Patris mei in regno cœlorum, maior est illo.* Ergo natura Angelus non fuit. Ita interpretantur locum istum multi inter quos est Ambros. lib. 5. in Luc. & Hieron. lib. 1. in. 11. cap. Match. vbi verba prædicta exponens dicit. *Nos autem simpliciter intelligamus, quod omnis sanctus, qui iam cum Deo est, maior sit illo, qui adhuc consistit in prælio. Aliud est enim coronam victoriæ possidere: aliud adhuc in acie pugnare. Quidam nouissimum Angelum in cœlis Domino ministrantem, meliorem volunt accipere quolibet puro homine, qui versetur in terris.* Et Augu. lib. 2. contra Aduersarium legis & Prophetarum, cap. 5. scribit, minorem omnium electorum Angelorum potuisse tunc dici maiorem Ioanne. Quia omnes beati erant, & Deo fruebantur, ad quem adhuc Ioannes contendebat. Et S. Thom. super Ioann. dicit.

Quod occasione verborum istorum, *Qui autem minor est, &c.* Quidam locum calumniandi inuenerunt. Volunt enim omnes veteris testamenti patres damnare. Si enim maior est alijs, sequitur quod alij non sint de numero saluandorum: Quia per regnum cœlorum præfens Ecclesia designatur. Quod si ille de præfenti Ecclesia non fuit, cõsequitur quod neque in numero saluandorum cõsensus sit. Hanc autem conclusionem peruersè & falso ellici manifestum est. cum Dominus I E S V S hęc verba in laudem & commendationem Ioannis protulerit. Quæ verò ro laus esset, si illum ad Ecclesiam minimè pertinere assereret? Itaque alia requirenda interpretatio est. Alia verò atque alia designatur à patribus pro ratione regni cœlorum. Illud enim modò pro beatorum cõgregatione, modò pro præfenti Ecclesia sumitur. Quod si pro beatorum cœtu vsurpetur, ita intelligendum est. Quod qui minor est inter beatos, maior est Ioanne Baptista, sed & maior est omni viatore. Vnde Paulus. 1. Corint. 13. presentem statum pueritiæ, futurum virilitati confert.

Vnde sana fides & vniuersorum patrum consensus tenent, Ioannem Angelum natura non fuisse. Quare autem Angelus dictus sit, varias rationes adducunt. Primò enim dicitur Angelus, vt notat Beda, propter officium. Angelus enim nuncius est, & Ioannes venit nuntiare Saluatorè. Vt enim notat Grego. Angelus non est nomen naturæ, sed officij. Vnde vniuersi spiritus cœlestes, quando ad aliqua nuntianda mittun-

Origen.
Beda.
Ioannē Ange-
lū fuisse natu-
ra error.

Lucæ.
Math.

Ambros.
Hiero.

Augu.

S. Thom.

Corint.

Pluribus ra-
tionibus Ioan-
nes Angelus
dicitur.
Prima ratio.
Beda.
Angelus Ioā-
nes officio.
Grego.

Psal. mittuntur, dicuntur Angeli. Psalmo. 103. *Qui facit Angelos suos spiritus*, id est, qui spiritus facit Angelos & nuntios suos. Cælestes namque spiritus semper spiritus sunt: sed nō semper Angeli dicuntur: Quoniam non semper mittuntur. Verum est quod inopia nominum: nomen officij translatum est & impositum ut in finem ordinem spirituum significaret: Quia illi regulariter & cōmuniter ad nos mittuntur.

Secunda ratio. *Angelus propter vitam dicitur.* Secundò dicitur Angelus propter Angelicam vitam. Tanta enim nitēbat puritate, tanta fulgebat sanctitate, ut Angelorū meritum equare videretur: & non homo, sed vita Angelus credi posset. Qui nō in terra, sed in cælo conuersabatur. In corpore erat, & inter Angelorum choros versabatur: In terra degebat, & cum Angelis habitabat. Ac si dicat Christus. Tanta vitæ puritate fulget, ut merito Angeli nomē mereatur.

Tertia ratio. *Angelus quia filius sacerdotis.* Tertiò Angelus dicitur: Quia filius Sacerdotis, & iure hereditario sacerdos futurus erat, licet officium exequutus nō fuerit. In Scriptura namq; frequentissimum est sacerdotes Angelos nominare. Malachi. 2. de Sacerdote dicitur: *Quoniam Angelus Domini exercituum est.* Et Esai. 33. *Angeli pacis amarè flebūt*, id est, Sacerdotes. Et Aggæi. 1. habetur. *Nuntius Domini de nuntijs Domini.* Alia translatio habet. *Angelus Domini de Angelis Domini*: id est, Sacerdos de Sacerdotibus. Et Paulus. 1. Corint. 11. Præcipit in Ecclesijs velari capita mulierū propter Angelos, id est, propter Sacerdotes, ut multi exponunt.

Quare autem sacerdotes Angeli dicantur ratio elegans sumi potest ex Dionysio de cælesti Hierarch. Ut enim ipse testatur infimum superioris ordinis & supremum inferioris magnam habent conuenientiam in natura & in nomine. Quia supremum infimi attingit infimū suppremi. Cum ergo in cælesti Hierarchia infimi sint illi spiritus, quos Angelos vocamus: & in ecclesiastica supremū gradum obtineat sacerdotum dignitas, iure Angelorū nomen ad Sacerdotes translatum est. Et similiter vitæ sanctitas & puritas transferri debet. Ex nomine igitur intellige puritatem & sanctitatem, quæ Sacerdos præditus esse debet. Agnoscāt dignitatem suā, & curent, ut vitæ puritas nomini respondeat. In veteri lege præcipiebat Deus, ut nullus ad sacerdotiū admitteretur, qui aliquo corporali defectu esset notatus. Idquē etiam in nouo testamento pluribus iuribus cautum est, ut ex corporis integritate animæ sanctitatem & integritatem intelligas. Tanta enim puritate & sanctitate præditus esse debet sacerdos, ut nec leui macula sit affectus. Et sicut nomine Angelus est, ita etiam & sanctitate & puritate. Ioannes igitur Angelus dicitur non natura, sed gratia, puritate, sanctitate, & officio. Nec hoc exiguæ dignitatis est ut aduertit Chrysostomus Homil. 27. Operis imperfecti in Matthæum dicens. *Ille autē istud supra quam videbatur erexit, ut qui homo erat Angelus diceretur.* Ecce mirro Angelum meū ante faciem tuā. *Audi nunc & intellige dignitatem. Puto (si non est audacia dicere) quod gloriosior*

Sacerdotes quare Angeli dicantur. Dionys.

Sacerdotum puritas qualis Angelorū

Chrysof.

riofior

Gloriosus est Angelus esse virtute & merito quā natura.

riofior est Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum Angelus est vocatus, quāsi nomine Angelus & natura fuisset. Angelo enim hoc ipsum quod Angelus est, non tantum virtutis premium est, quantum natura proprietatis. Iste autem mirabilis est, qui humana natura Angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit, quod non habuit natura, per gratiam Dei. Præterea dicit quod mittit Ioannem ante faciem Christi, in quo Ioannis dignitas declaratur, vt notat Chrysoft. Hom. 38. Oper. perfect. in Matth. dicens. Cur igitur maior Prophetis Ioannes? Quoniam propinquior erat Christo venturo. Mittam enim inquit, Angelum meum ante faciem tuam, qui autem ante faciem est, is proximus est. Nā quemadmodum maiore dignitate hi sunt qui proximè regibus deambulantibus ordinantur: sic & Ioannes in ipso aduentu constitutus, maiore gratia fulsit.

Chrysoft. Ioannes propinquior Christo idcirco maior alijs.

Chrysoft.

Sed mouet Chrysoft. Hom. 27. operi. imperf. in Matth. quæstionē. Videtur enim quod nihil excellentiæ Ioanni attribuat ex eo quod dicitur Angelus Domini, aut præire ante faciem eius: Cum ista omnibus alijs Prophetis conueniant, qui ante faciem Christi missi sunt, & similiter Angeli sunt vocati. Sicut scriptum est Actuum. 7. Qui accepistis legem in præceptis Angelorum. Id est, Prophetarum. Quid ergo dignitatis ex his illi accrescit, quem plusquam Prophetam Christus prædicauerat? Huic quæstioni respondet: nomen hoc Angeli, Ioanni tributum quasi specialis gratiæ inditium, & singularis excellentiæ manifestatiuum. Primò, quia omnes alijs Prophetæ ante faciem Domi-

Actuum.

Angelus dicitur Ioannes specialiori ratione quam alij prophete.

ni missi sunt: Ioannes verò sic missus est ante faciem Christi, vt penè cum ipso Christo veniret. Quantū præ cæteris Prophetis Ioannes in tempore iuxta Christum, tantum iustitia præ illis proximior erat Christo. Mutuo enim se visitarunt, & salutarunt, & Ioannes digito præsentem ostendit. Secundò, quia sicut multæ stellæ ante solem præcedunt nunciantes eius aduentum, nulla tamen earum luciferi nomen promeretur nisi solavna, quæ simul cum ipso sole procedit, & illi propinquior est. Sic omnes Prophetæ ante faciem Christi præcesserunt nuntiantes eius aduentum, solus autem Ioannes luciferi, præcursoris, & Angeli nomen meruit. Quia non solum nuntiavit, sed & digito ostendit. Tertiò, quia omnes Prophetæ missi sunt, vt aduentum eius annuntiarent: ite autem vt præpararet viam ipsius, & disponderet hominum corda, pararetque Domino plebē perfectam. Aliud enim est Aduentum annuntiare, aliud viam præparare. Nuntiantibus aduentum eius prædicationis sermo commissus est: præparanti autem vias humanæ correctionis opus iniunctum est. Sicut Angelus de eo dixit Lucæ. 1. El multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum suum. Cuius tanta est dignitas & excellentia, vt non putet Christus sufficere, si Prophetarum testimonia de illo adducat: nisi & propriam sententiam de illo proferat concludens, & dicens. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Baptista. Qui locus explicandus est, quoniā ad Ioannis explicandam dignitatē maxi-

Ioannes lucifer.

Lucæ.

Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne explicatur.

maxi-

maxime facit, & difficilis est. Eius quæ tota difficultas in eo consistit, ut intelligamus ad quos facta sit ista comparatio. Vtrum solum ad Prophetas & patres veteris testamenti: An etiam ad Apostolos, qui ad nouum testamentum pertinent, & Ecclesiæ primitiæ sunt? Præterea vtrum ad solos eos fiat comparatio, qui sunt in hac Ecclesia militanti: An etiam extendatur ad eos, qui sunt in Ecclesia triumphanti, & iam beati? Et certè in hoc non est concursus patrum sententia, dum alij sic, alij aliter intelligunt diffinitiuam sententiam Deo reseruantem, qui *spirituum ponderator est*, ut habetur Prou. 16. Et quidem quod de Prophetis & Patribus veteris testamenti tantum loquatur manifestè colligi videtur ex Luc. qui c. 7. ait. *Inter natos mulierum non surrexit maior Propheta Ioanne Baptista.* Unde verba ista sunt veluti explicatio eorum quæ prius dixerat, scilicet: *Et ego dico vobis, plusquam Prophetam: & hic est de quo scriptum est: Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* declarat dicens. *Inter natos mulierum non surrexit maior Propheta,* Hæc expositionem sequitur Hierony. in cap. 11. Matthæi, & addit. *Non ceteris Prophetis & Patriarchis, cunctisque hominibus Ioannem prætulit, sed Ioannem ceteris exæquauit. Non enim statim sequitur: ut si alij maiores eo non sunt, ille maior aliorum sit. Verum ut æqualitatem cum ceteris sanctis habeat.* Unde secundum Hieronymi sententiã Ioannes cum solis Prophetis comparatur. Et ex verbis istis, quæ negativa sunt, non potest inferri affirmatiua propositio, scilicet, quod

Ioannes omnibus Prophetis maior fuerit. Satis enim est ad eius verificationem, quod fuerit illis æqualis. Hiero. in hoc ultimo consentit August. lib. 2, contra aduersarium legis & Prophetarum, cap. 5. & lib. quæstionu. noui & veteris testamenti. quæst. 26. Quibus locis satis esse putat ad veritatem huius sententiæ, quod æqualis fuerit Patribus & Prophetis. Vnde cum Apostoli non comprehendantur in numero Prophetarum, ut potè excellentiori dignitate præditi, illis maior credendus non est.

Contrariam sententiam videtur tenere S. Thom. in Caten. super istud cap. Matth. quam desumpsit ex Chryloto. Hom. 27. oper. imperf. in Matth. vbi dicit. *Scriptura quidem non dicit Ioannem maiorem esse ceteris sanctis, sed ceteros sanctos non esse maiores Ioanne. Exæquauit eum ceteris, non preposuit. Sed cum tanta sit iustitiæ altitudo, ut in illa nemo possit esse perfectus, nisi solus Deus, puto quod omnes sancti, quantum ad subtilitatem diuini iudicij inuicem sibi, aut inferiores sunt, aut priores. Ex quo intelligimus, quoniam qui maiorem se non habet, omnibus maior est. Hoc denique sequens sermo demonstrat, dicens: Qui autem minor est in regno celorum, maior est illo. Quis autem est minor & maior? Christus videlicet, minor in corpore, maior in spiritu. Vide ergo, quia omnibus sanctis est maior, cui solus Christus est prior.* Duo affirmat Chryso. Primum, quod ad omnes sanctos fiat comparatio: secundum, quod ex negativa inferatur affirmatiua. Idem affirmat Ambros. lib. 5. in Luc. Nequè huic sententiæ obstare possunt

August.

S. Thom.

Chrylost.

Ambros.

Prouer.

Luc.

Hieron.

re possunt verba allata ex Luca. Quia consuetum est inter Euangelistas, vt vnus alterum exponat aliquid addēdo, quod alter prætermisit, vel sententiam extendendo: & ita Matthēum fecisse credimus absolute dicēdo: *Inter natos mulierum non surrexit maior.* Vt de omnibus Christum loquutū fuisse intelligamus. Sed non facile est explicare quomodo Ioannes omnibus dicatur maior. Et quidem de Moyse non mediocris est concertatio, de qua supra aliqua diximus. De Apostolis verò valde difficile est exponere quomodo illis maior dici possit. Quod vt aliqui exponant aduertunt. Quod dupliciter intelligi potest Ioānem dici alijs maiorem, videlicet; vno modo ratione prærogatiuarum, quibus diuinitus decoratus fuit: Altero, quod abundantiore spiritu, gratia, diuinorum cognitione donatus sit, meritisquē excelluerit. Et quidem si prærogatiuæ Ioannis considerentur, nulli dubiū esse potest, quod Ioannes non solū maior fuerit omnibus Prophetis: sed etiam ipsis Apostolis. Ioannis enim prærogatiuæ sunt. Quod Angelico oraculo promissus fuit: Quod miraculo conceptus, in vtero sanctificatus, Quod a Christo visitatus, Quod antequā nasceretur Christum adorauit, Quod primus regnum cælorū prædicauit, Quod Baptismi author, Quod Christum baptizauerit, Quod illū digito demonstrauerit, Quod Propheta natus fuerit, & aliæ quā plurimæ: quæ quidem nec in alijs Prophetis, nec in Apostolis reperiuntur. Si autem ad dona spiritus & gratiæ attenda-

Dupliciter aliquis dicitur maior altero.

Ioannes maior Apostolis in prærogatiuis.

mus, (licet temerè nō sit asserendū quod soli Deo cognitum est, vt supra diximus,) non videtur dubitandum; quod perfectiori spiritu, & abundantiori gratia donatus fuerit quā cæteri Prophete: & quod illis maior immeritis & sanctitate extiterit. De Apostolis verò, (qui primitias spiritus acceperūt, & Spiritu sancto in linguis igneis descendente illuminati & accēsi sunt,) nō est dubium quod maiores in gratia extiterint. Nec id negat Christus cū dicit: *Non surrexit maior.* Loquitur de his qui vsq; ad illud tempus surrexerunt, nō negat surrecturos, qui maiores esse possent: quales postea effecti sunt Apostoli.

Amplius nota quod ex isto loco non potest inferri quod Ioannes maior fuerit Christo, & Beata Virgine, vt vniuersi sancti affirmant dicentes: Quod in istis verbis Christus se ipsum & matrem suam excepit, licet differant in modo declarandi. Quare liber sanctorum Patrum aliquas asserit sentētiās. Hierony in istum locum Matth. dicit. *Inter natos, inquit, mulierum. His verbis præfertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt, & de concubitu viri: & non ei qui natus est ex virgine. & Spiritu sancto.* Petrus Galatinu. lib. 7. de Archanis fidei in Talmud inuētis, cap. 5. docet, ex isto contextu nullo modo sequi, quod Ioān. maior seu sanctior fuerit. Sanctissima Virgine Maria, & probat ex eo quod dicit. *Non surrexit.* Quod dici non potest nisi de eo qui prius cecidit, & postea surgit. Vnde intelligenda sunt verba ista Saluatoris de illis solum qui in peccato originali con-

Apostoli in gratia & spiritu maiores Ioanne.

Hieron.

Galatin.

Ioannes non fuit maior Virgine.

cepti sunt. Beata autem Virgo non surrexit: Quia nunquam in peccato originali fuit. Ideoque verbis ipsis Saluatoris excepta intelligitur. Et Bonaventura in Luca, ait. *Non enim dicitur maior respectu utriusque sexus, sed tantum virilis: unde non includitur Virgo Maria, quæ exaltata est super choros Angelorum, nullam puram creaturam habens superiorem, neque etiam æqualem: secundum illud Cant. 6. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matris sue, electa genitrici sue.* Et Sedulius de ea dicit. *Nec primam similem visa es, nec habere sequentem.* Et August. de Sanctis Ser. 22. qui est. 2. in natiuitate Ioannis Baptiste dicit. *Antecellit Prophetas, supergreditur Patriarchas, & quisquis de muliere natus est, inferior est Ioanne. Dicit fortasse aliquis, si inter natos mulierum Ioannes maior est, maior est Saluator? Absit. Ioannes enim natus mulieris, Christus Virginis natus est: ille corruptibiliter vixit, simbus effusus est, iste impallata virginis flore progenitus.* Et Ambros. lib. 5. in Luc. cap. de laudatione Ioannis ab excellentia cognitionis, dicit. *Sed tamen nunquid & illo maior de quo Moyses dixit, Quia Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus tuus, erit autem omnis anima que non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. Si igitur Christus Prophetas, quomodo maior hic omnibus? Nunquid Christum Prophetam negamus? Imo & Dominum Prophetarum assero, & huc omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris non Virginis natos. Maior enim fuit his, quibus equalis esse poterat sorte nascendi. Alia ista natura est, nec cum humanis generationibus comparanda. Non potest homini cum Deo vlla colla-*

tio esse. suis enim quisque præfertur. Denique ea usque cum Dei filio non poterat Ioannis esse vlla collatio, ut & infra Angelos æstimetur. Idem sentit Beda in cap. 7. Lucæ. Chryso. Homi. 27. oper. imperf. in Matth. aliam rationem excogitauit dicens. Considera non dixit: Inter natos de mulieribus, sed inter natos mulierum. Aliud est esse natum mulieris, & aliud est esse natum de muliere. Qui mulieris natus est, in muliere quidem natus est, & initium de muliere habet, & ante mulierem non fuit. Qui autem de muliere natus est, nec in muliere natus est. Ecce enim Christus de muliere quidem natus est. Quantum autem ad sermonem mulieris natus hic; & in muliere natus, qui ante mulierem non erat. Ergo qui mulieris natus est, de muliere nascitur, non tamen omnis qui de muliere nascitur, mulieris natus est. Ideo ergo non dixit inter natos de mulieribus, ne & se cum illis misceret.

Sed superest modo explicare aliam propositæ quæstionis partem, an si licet comparatio hæc fiat ad eum vniuersaliter, ut & Sanctos qui in patria sunt, compræhendat? Hiero. loco sæpius allegato existimat, cum viatoribus tantum comparationem fieri, neque extendi ad eos qui iam diuina visione fruuntur. Et probat ex eo quod immediate sequitur in textu. *Qui minor est in regno caelorum maior est illo.* Quod de vniuersis Sanctis interpretatur. Ita ut minor illorum ratione status maior sit Ioanne. Et August. locis etiam allegatis hanc tenet sententiam, præcipue lib. 2. contra aduersarium legis. Et Cyril. Alexandrin. lib. 2. Thesau. cap. 4. Alij patres vniuersaliter intelligunt comparationem istam factam,

Beda.

Vtrum ad beatos comparatio sit extendenda?
Hiero.

Bonavent.

Cantic.

Sedul.

August.

Ambros.

Etiam, vt etiam beatos compræhen-
dat, & hæc verba: *Qui minor est in re-
gno cælorum, &c.* referunt non ad
sanctos, sed ad Christum. Ita inter-
pretatur Chrysof. Hom. 27. oper.
imperf. in Matth. & Hilar. in Matt.
& August. Tract. 13. in Ioann. Et
Eusebiu. Emiffenus Homil. in Euā-
gelium Dominicæ. 3. Aduētus, vbi
dicit. *Quis est enim iste, qui Ioāne ma-
ior est, & in regno cælorum minor est? Nisi
Saluator noster, de quo scriptum est
Psalm. 8. Minuisti eum paulominus ab
Angelis, gloria & honore coronasti eū,
& constituisti eum super opera manuum
tuarum. Hoc autem Apostolus expo-
nens ad Hebræ. 8. ait. Eum autem, qui
modico quam Angeli minoratus est, vi-
demus Iesum, propter passionem mortis
gloria & honore coronatum. Minor est
enim Angelis Iesus secundū hoc, quod
mortalis & passibilis factus est: qui ta-
men omnibus maior est, secundum quod
Deus est, & creator omnium. Idem te-
nent Theophilaët. & Rupert. & S.
Thom. in Matth. Dicitur autem
Christus minor in regno cælorum
secundum Augustinum æstimatio-
ne apud homines, & natiuitate. Tra-
ctat. eni. 13. in Ioann. sic dicit. Di-
cit enim de Ioanne inter natos mulierū
non surrexit maior. Sed quia illi se præ-
posuit, in hoc quod plus erat à Ioanne,
Deus erat, qui autem minor est, inquit,
in regno cælorum, maior est illo. Minor
natiuitate, maior potestate, maior diui-
nitate, maiestate, claritate, tanquam in
principio erat Verbum, & Verbum erat
apud Deum, & Deus erat Verbum. S.
Thom. in Matth. dicit: Quod mi-
nor dicitur vel tempore, quia post
Ioannem natus est: vel humilitate,
quia pro hominibus in forma ser-*

ui humilis & abiectus nasci digna-
tus est. Caieta. in Matth. optime lo-
cum istum interpretatur & de Chri-
sto exponit dicens. Nequē in du-
bium vertitur, quis sit iste minor in
regno cælorum, quia constat quod
est ipse Messias. Qui quamuis natu-
ra, gratia, & dignitate sit maximus,
est tamē officijs minor, iuxta illud:
*Quis maior est, qui recumbit, an qui mi-
nistrat? Nonne qui recumbit? Ego autē
in medio vestri sum sicut qui ministrat,*
Lucæ 22. Et iterum. *filius hominis nō
venit ministrari, sed ministrare, & ani-
mam suam dare redemptionem pro mul-
tis.* Matth. 20. Vnde literalis sensus
est. Quod ille qui in regno cælorū
iam inchoato à diebus Ioannis Ba-
ptistæ est minor officijs, exercēs of-
ficia humilitatis, est maior Ioanne
carente maiore inter priores. Secū-
dō exponit, vt dicatur Christus mi-
nor in regno cælorum, id est, Eccle-
sia: Quia secundus fuit prædicator
regni cælorum. Ioannes enim pri-
mus fuit qui regnū cælorum præ-
dicauit. Secundus autem minorita-
tem quandam à primo denotat.

Aliam rationem quare minor di-
ctus sit ego colligo ex Philone Iu-
dæo, qui affirmat. Ius regni inter Iu-
dæos non ad priores & maiores na-
tū filios pertinere: sed ad minores.
Consuetudo autem hæc inoleuit ex
eo, quia. 1. Reg. 16. Dauid, cum ef-
set minimus inter filios Isai, in Re-
gem Israël à Samuele electus est.
Quare & ipse Dauid sanciuit, vt mi-
nor filius Ius regni consequeretur.
Ideoque & Salomonem, qui mini-
muserat, pro se regnare fecit. Vt er-
go ostendat Christus ad se ius re-
gni pertinere se minorem in regno

Chrysof.

Hilar.

August.
Euseb.

Psalm.

Hebræ.

Theophi.
Rupertus.
S. Thom.
Christus quo-
modo dicitur
minor in reg-
no cælorum.
August.

S. Tho.

Caieta.

Lucæ.

Matthæ.

Philon.
Ius regni de-
pud Iudæos
ad minores
pertinebat.

Reg.

August.

cælorum vocat. Et aduerte quod illud in regno cælorū, vt optimè notat August. lib. cōtra aduersarium legis & Prophetarum, cap. 5. dupliciter intelligi potest: vel de militanti Ecclesia, vel de triumphanti: vnde sententiarū hæc diuersitas exorta est. Et ita locus hic, *qui minor est, &c.* Duobus modis potest pūctuari. Primò, vt in regno cælorum cōiungatur cum minori: ita vt legatur: *Qui minor est in regno cælorum, & de inde sequatur, maior est illo.* Et sic de Christo intelligitur. Secundo vt coniungatur maiori: & ita legatur: *Qui minor est, & sequatur, in regno cælorum maior est illo, & sic de beatis intelligitur.* Et certè congruentior est prima lectio, & conuenientior ista interpretatio, quæ ad Christū refert: vt aduertit Theophi. in cap. 7. Lucæ. Quia eo tempore nondum quisquam hominum regnum cælorum & æternam beatitudinem adeptus fuerat. Nec videtur satis conuenire quod cum Angelis fiat ista comparatio.

Theophi.

Theoph.

Cyrill.

Dignitas re-
generatorum
ex aqua &
spiritu san-
cto.

Tandem vt nihil intactum prætermittamus aduerte. Quod Theophi. in Luc. cap. 7. aliter locum istū exponit, & Cyril. Alexandri. lib. 2. Thesau. cap. 4. eandem sequitur expositionem, & intelligunt, quod isto loco non fiat comparatio Ioannis cum Christo, aut cum beatis, aut cum renatis ex aqua & Spiritu sancto etiam paruulis. Quod ex sequentibus Christi verbis confirmant. Cum itaque Christus multa magnaquè de Ioanne dixisset, & summū inter natos mulierum esse ipsum affirmasset, quod ad extremum humanæ virtutis peruenisset,

maius bonum postea ponit: melioremque atque maiorem eum, (qui iam ad regnum cælorum peruenerit, & filius Dei factus sit per Spiritū sanctum renatus:) vt ostenderet: mirabilem esse Ioannē propter virtutes suas præcipuas declarat: sed mirabiliores ipso regni cælorū participes: hortaturque hac ratione, vt magno animo id rapere conarētur, quod Ioanne quoque maiores faceret. Regnum enim cælorum donū Spiritus esse modo dicimus, secundum illud Christi dictum, Luc. 17. *Lucæ.*


Regnum cælorum intra vos est. Maior igitur omnibus natis mulierum inuenitur, qui per Spiritū renatus est. Illi enim filij carnis adhuc appellātur: isti filij Dei sunt, quem orantes dicunt, *Abba Pater.* Quare & si inter natos mulierum secundum humanam virtutem mirabilis Ioānes sit: qui tamen ipso minores vidētur in regno cælorum, hoc est, renati per Spiritum sanctū maiores sunt: quia non mulierum nati, sed Deo participes & filij Dei ideo appellātur, (etiā si minimi perfectionibus & virtute quasi infantes videātur) quia modo renati. Quod autem Ioānem & omnes natos mulierum regeneratio, quæ per Spiritum sanctū fit, magno interuallo excedit, non longe nobis quærendus est testis, cum ipse Ioannes ad Iesum dixit, opus esse sibi ab eo baptizari. Nam & si perfectus esset virtute, renascendi tamen propter Spiritū gratia patebat, vt in maiorem ascēderet gradum: ne ex muliere deinde natus esset, sed ad diuinam nobilitatem reformatus: quod Saluator maxime affirmavit. Non enim dixit,

xit,

xit, perfectū ipsum esse, qualis sanctificationem (spiritualis baptismatis non haberet: sed necessarium baptismum per dispensationem in aliud tempus differendum asseruit. Nihil enim aliud, mea quidem sententia, illa verba Saluatoris significant, *dimitte modo*. Vnde secundum istum modum dicendi Ioannes solum comparatur ijs, qui secū dum carnem nati sunt: non autem illis, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; sed ex Deo nati sunt ex aqua & Spiritu sancto regenerati. Vltimò aduerte, vt optimè notat Ioannes Ferus, in istum locum Matth. quod prædictis verbis: *Ecce ego mitto Angelum meum, &c.* Dominus respondit quæstioni propositæ à discipulis Ioannis, scilicet: *Es tu qui venturus es? &c.* & satisfacit turbæ. Quæstioni satisfecerat operibus, quæ renuntiare præcipit Ioanni, *Cæci vident, &c.* Turbis satisfice-

*Ioann. Ferus
Respondet
quæstioni es
tu? &c.*

rat circa opinionem, quam de Ioanne habere poterant, verbis illum laudando, & testimonijs Prophetarum, quæ de illo dicebat, confirmādo. Deesse videbatur, vt quæstioni propositæ directè verbis responderet, ne suspensi inanerent audiētes, & dubitarent: an ipse esset qui venturus erat, an alius expectandus esset. Ne ergo suspensi maneant his verbis respondet quæstioni, ac si diceret. Vultis scire an ego sim qui venturus sum? Attendite ad dictum Malachiz: *Ecce ego mitto Angelum meum, Quod in Ioanne impletum videris, & intelligetis quod ego sum de quo sequitur: Et statim veniet ad templum suum dominator quem vos queritis, &c.* Si Angelus, (qui ante faciem eius qui venturus est, præcedet.) iam venit: & Angelus testamenti præsens credendus est. Quasi ex aduentu Ioannis & eius præcur sione aduentus Messizæ aperte colligatur.



I. CONSIDERATIO.

Docet quod gratis ini
qui iustos persequantur, &
quod libera repræhensio
pariat carceres &
vincula.

Cum audisset Ioannes, &c.

VERBA hæc audientium
animos turbare solent, &
non leuem admirationē
causare, dum audiunt Ioannem es-
se in vinculis. Ioannem inquam, tā
ræ virtutis & sanctitatis virum, vt
de eo Christus dicat Matth. II. &
Lucæ. 7. Quod inter natos mulierum
non surrexit maior Ioanne: Qui virtu-
te insignis, vita clarus, munere &
legatione illustris, sanctitate omni-
bus admirabilis fuit. Quia Chri-
sto tot tantisq; enchomij euectus
est isto Euangelio, & à Malachia
Angelus dictus, non solum propter
officiū, sed & propter vitæ purita-
tem, vt diximus. Quam intuentes
multi, (licet falso,) crediderunt Ioā-
nem natura Angelum esse nescien-
tes, vt ex Chryso. aduertimus,
quod maius & excellentius est in
carne Angelicam vitam agere, &
Angeli nomen promereri, quam na-
tura Angelum esse. Admirationē
itaquē nō mediocrem causat, quod
talem virum audiant in vinculis
constitutum, & in carcere inter ma-
lefactores, latrones, & homicidas
positum. Quod eleganter Chryso-
log. profequutus est, Ser. 127. (qui
falso nomine Chryso. circun-

fertur,) dicens: *Hodie nobis Ioannis
virtus, Herodis feritas dum refertur, cō-
cussa sunt viscera, corda tremuerunt, ca-
ligauit visus, intellectus hebuit, aufugit
auditus. Aut quid cōstat in sensibus hu-
manis, quando perdidit virtutum mag-
nitudinem criminum magnitudo. He-
rodes tenuit Ioannem, vt habetur Mat-
thæi. 14. & alligauit eum, & posuit in
carcere. Ioannes virtutum schola, Ma-
gisterium vitæ, sanctitatis forma, Nor-
ma iustitiæ, Virginitatis speculum, Pu-
dicitie titulus, Castitatis exemplum, Pœ-
nitentiæ via, Peccatorum venia, Fidei
disciplina: Ioannes maior homine, par
Angelis, legis summa, Euangelij san-
ctio, Apostolorum vox, silentium Pro-
phetarum, Lucerna mundi, Præco iudi-
cis, Præcursor Christi, Metator Domi-
ni, Dei testis, totius medius trinitatis,
datur incestui, traditur adultera, addi-
citur saltatrici. Merito ergo concussa
sunt viscera, corda tremuerunt. At He-
rodes ipse es qui prophanauit templum,
sacerdotium sustulit, confudit ordinem,
temeravit regnum, corrupit quidquid
erat religionis: quod vitæ, quod legis,
quod morum, quod fidei, quod disciplina
perdidit & confudit. Herodes Sicarius
in ciues, innobiles latro, populator in so-
cios, in domesticos prædo, interemptor
plebis, occisor filiorum, homicida in ex-
traneos, in proprios parricida, inebrians
cruore terram, in siti sanguinis perma-
nebat. Isle Ioannem tenuit & in vin-
cula coniecit. Qui vincula soluerat pec-
catorum, peccatoris vinculis alligatus
tenetur: vt vincula venia locum veniæ
non relinquat. Quis hæc audiens nō mi-
ratur, & videns non turbatur?*

Sed si attente à quo, quam ob
causam,

Matth.
Ioannis en-
chomias

Matth.
Lucæ.

Chrysolog.

causam, & quibus suggerentibus, Ioannes sic comprehensus & in vincula missus, consideremus, omnis admirationis causa cessabit. Potius mirabimur quod tanto tempore libere incedere, prædicare, & viuere permissus sit Herodes enim ut habetur Marc. 6. Ioannem reuerbatur, & audito illo multa faciebat. Hæc namque est virtutis conditio, hæc eius vis: ut etiam mali illam reuerentur. Tam est excellens, inelyta, & grauis, ut etiam iniquorum oculos ad se trahat, mirabiles sui excitet amores, & impiorum ora in suas laudes aperiat, inimicos cõuincat, & etiam nolentes cogat iustum venerari, & illius facta reuereri. Quomodo in Herode isto videmus, qui licet iniquus esset, & maximis vitijs cõtaminatus, nõ poterat virtutis splendore cogente, non reuereri Ioannem. Nihilominus quia illius perditam vitam increpabat, crimina arguebat, illum ferre non poterat iniqua femina instigante, suggerente, & contra Ioannem animũ Herodis concitante & incendente. Quæ tandem obtinuit, ut in carcerem mitteretur, & vinculis constrictus illic detineretur. Tandemque per saltatricem filiam, ut decollaretur. Neque eui mirum esse debet, si qui publicè, liberè, & acriter, iniqui regis nefanda crimina repræhẽdebat, in carcerem conijceretur, & capite plecteretur. Quid mirum, si mulier libertatis cupida odio prosequeretur, quem suæ nequitie apertum hostem conspiciebat, & suæ iniquitatis persecutorẽ videbat? Ecce, inquit Chrysol. vnde Ioannes offendit, ecce vnde Herodes furit:

malos qui manet offendit, incurrit odium qui arguit criminosos. Dicebat Ioannes quod erat legis, quod iustitiæ, quod salutis: certe quod erat non odij, sed amoris. Ecce qualẽ cõsequutus est ab impio pro pietate mercedem.

Hæc enim est malorum inimica consuetudo, ut bonos gratis & sine causa odio prosequantur, eosque ad eò persequantur, ut sibi suisque rebus minimè consultum putent, si iustus liber sit, & viuat: etiã si contra illos nihil faciat, vel loquatur. Quid facerent si iustus eorum vitam insectaretur? mores reprehederet? crimina argueret? Si eorum desideria impediret? fraudes detegeret? mala opera manifestaret? Quid si continuo latraret? & morderet, ut faciebat Ioannes? *Venite*, dicunt impij, *Sapient. 2. circumueniamus iustum.* Quod si rationem requiras quare iustũ odio habeant, & ut ipsi dicunt contumelia & tormento interrogaturi sint eum, & morte turpissima condemnaturi, nullam aliam rationem assignant nisi, *Quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata discipline nostræ.* Et addit in tantum molestia procedit, *Quod grauis est etiam nobis ad videndum.* Et quare eum ferre non possint, rationem reddunt: *Quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutata sunt viæ eius. Tanquam nyraces astimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris, tanquam ab immunditijs.* Ecce nullam aliam rationem assignant quare odio prosequantur, & nec videre possint iustum, nisi: *Quia inutilis est illis, contrarius operibus*

Mali bonos gratis persequuntur, licet eos nõ offenderint.

Sapient.

Marc.
Virtutẽ etiã
mali reueren-
tur.

Chrysol.

eorum in vita, quoniam bene viuit,
& abstinere se a vitijs & vitijs illorum.
Hæc sufficiens iniquis causa vide-
tur, vt iustos persequantur. Vnde
Christus cum multa bona præsti-
tisset Iudæis eorum obstinatam ma-
litiã demonstrans Ioann. 15. dice-
bat: *Odio habuerunt me gratis, id est,
sine causa. Gratis enim impugna-
tur, qui a malis sine causa & ratio-
ne persequutionem patitur, qui o-
dium reportat, vnde amorem con-
sequi debebat. Qui autem iustum
persequitur, quia inutilis est sibi, &
contrarius operibus suis, quid face-
ret si iustus illum repræhenderet?
Ideoque iniqui volentes in aliquo
odium suum contra iustum colora-
re pro ratione addunt. Improperat
nobis peccata legis, & diffamat in nos
peccata disciplina nostra. Ac si dicat.
Quid mirum si persequamur quem
nobis in omnibus contrarium ha-
bemus, & nos in cunctis mordentem.*
Et nesciunt miseri quod qua ratio-
ne malitiam suam excusare præsu-
munt, se ipsos magis accusant, aper-
teque ostendunt quod sola malitia
propria causa sit odij. Ipsa iustorum
persequutio, illos conuincit, & cõ-
demnat. Quod optimè Chrysologus
sermone allegato prosequitur
contra Herodem, dicens. *Herodes
te causa perit, te arguunt vincula, te car-
cer accusat, te diuulgat producta in pu-
blicum Ioannis iniuria, causam custodia
qui requirit, inuenit in te quod puniat,
& in Ioanne quod doleat. Ioannes orbi
notus, fama virtutis cognitus, celebratis-
simus sanctitate, dum trahit ad se suæ in-
quisitores iniuria, facit vt tuus cunctis
innotescat incæstus, agit vt te habeat cõ-
fusio publica quem corrigere nõ potuit,*

*secreta correctio. Captiuis criminum,
innocentia inimicis odiosa fit semper li-
bertas, virtus contraria vitiosis, sacrile-
gis exossa sanctitas, inimica castitas im-
pudicis, corruptis integritas poena, luxu-
riosis aduersa frugalitas, crudelibus mise-
ricordia, pietas impijs, iniustis iustitia
non ferenda.*

Hæc tota ratio est ob quã iniqui
ad eò grauius iustos persequantur.
Hincque oritur, vt mali & mūdus
ipse bonos & iustos perimant,
nec sibi satis esse putent si eos perse-
quantur, malis afficiant, in vincula
conijciant, nisi interimant & vitã
auferant: nec securitatem adhuc si-
bi promittunt, semper pauidi iustũ
timent. Si iustum iniuria afficiant,
& potentia sua opprimant, timore
magno agitantur timētes inde sur-
recturum. Si bona auferant, quibus
illis bellũ inferre posse videbatur,
securi non sunt scientes, quod ar-
ma iusti non carnalia sunt, vt dicit
Paul. 2. Corint. 10. sed spiritualia,
scilicet virtutes, quæ vera sunt bo-
na, & auferre nullus a iusto potest.
Si in vincula conijciunt manibus
& pedibus ligatis, valde formidat,
& vinctum timent scientes, quod
*descendit cum illo. Deus in foueam
& in vinculis non derelinquit eum,*
vt Sapiēt. 10. habetur. Si vitam au-
ferant iusto, non quiescunt, adhuc
mortuum timēt, & sepulchro con-
ditum surrecturum inde putant, &
contra illos pugnaturum. Quod sa-
tis apertè in Herode conspicitur,
qui vt Ioannis effugiat repræhen-
sionem illum compræhedit, in car-
cerem mittit, in vincula conijcit,
& tandem vitam priuat. Nec sic secu-
rus viuit, sed Ioannem obiurgantē

*Mali bonos
etiã mortuos
timent, y los
sueñan.*

*Iustorum vin-
cula accusant
peccatores.*

Sapientia.

& re.

& repræhendentem semper præ oculis habet. Sanguis eius iniuste effusus instanter clamat, & fortius Herodem repræhendit. Hinc procedebat quod quocunque signo Christi audito, statim Herodes Ioannis recordabatur, & dicebat. *Quem ego decollavi Ioannem surrexit à mortuis.* Ecce mortuum timet. Id etiam Genes. 4. in Abel conspicimus, quem frater suus Cain odio prosequabatur, quia melior illo erat, & pie vivebat. Tandemque interfecit. Nec ideo ab illo liberatus est, imo qui vivens tacebat & fratris utilitati consulere, mortuus illum impugnabat, terrebat, & contra illum instanter surgebat, ut ipse Dominus testatus est dicens. *Sanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra.* Et Ioannes Apoca. 6. affirmat, vidisse animas sanctorum clamantes voce magna, & dicentes. *Vsquequo Domine non vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra?* Maius itaque bellum iustus mundo infert moriendo, quam fecerat viuendo.

Totius huius discursus exemplum habemus aptissimum in Ioseph, quem fratres sui Gene. 37. gratis & sine causa tanto odio prosequabantur, ut eum interficere cogitarent: mitiusque propter Rubem ageres ligatum in cisternam mitterent, ut periret. Nec in hoc quiescunt, sed adhuc ligatum timent. Ideo iterum extrahunt de cisterna, & Ismaelitibus transfentibus venundant. Nec timorem deponunt, sed quo magis ab eis ellongatus credebatur & mortuus, magis timent. Et in Ægypto cum a domino terræ tanquam explora-

tores male tractarentur, inuicem dicebant. En sanguis Ioseph exquiritur, sanguis eius clamat contra nos, ipse nos insectatur. Vides quomodo ligatus, venditus, & mortuus reputatus Ioseph, maius bellum & fortius fratribus suis faciebat? Id etiam in Christo Redemptore nostro videmus, quem gratis persecuti sunt sui, & pro bonis mala reddentes vsque ad mortem traxerunt. Moriens vero de mundo, diabolo, & inimicis suis, de quo ipso in inferno triumphauit: maioremque moriendo victoriam adeptus est, quam viues consequutus fuerat. Quod ipse testatus est Ioan. 12. dicens. *Cum exaltatus fuero à terra, id est, cruci affixus, & morti traditus: omnia traham ad me ipsum: ibi maiorem virtutem & potestatem demonstrabo, fortiusque contra persequentes me pugnabo.* Et qua meas manus effugere se posse existimant, in eas incident. Ut hinc discant mundani, quod iustorum manus effugere non valebunt, etiam si eos persequantur, & vsque ad sanguinis effusionem trahant.

Quoniam morientes maiorem illis contradictionem facient, & eos magis persequantur. Ne existimet mali quod iustos interficiendo perimant. Quoniam licet mori videantur, viuunt, & quasi noua germina pullulant. *Quasi morientes,* dicit Paulus: *& ecce viuimus.* Quia iustorum opera semper viuunt, quæ malis dum viuerent, bellum inferebant, & in morte fortius impugnabunt, sicut

Ioannis sanguinem & vincula fecisse videmus.

K 5 II. CON-

Genes.
Maus bellum
iustus mortuum
impijs facit
quam viuus.

Apoca.

Genes.

Ioann.

iustorum manus
iniqui effugere
nullatenus valent.

Corint.

II. CONSIDERATIO.

Quam magnum malū sit inuidia, & quomodo colore virtutis etiam perfectos inuadat, & quod zelus, si non sit secundum scientiam, dam-nabilis est, declarat.

Cum audisset Ioannes, &c.

VT in literæ expositione insinuare cœpimus, discipuli Ioannis videntes opera mirabilia, quæ Christus faciebat, audientes quæ de illo turbæ prædicabant, intuentes quod indies nomē Christi crescebat, quod vniuersa terra illius fama repleta erat, & vniuersi populi illum sequebantur, & quod Ioannis nomen decrecebat, & obliuioni tradebatur præ fulgore operum Christi, ferre non poterant magistri sui casum. Talem enim ipsi credebant. Ideo ad Ioannem currunt, eiquè Christi opera referunt: & quasi de illo exoptulantes indignantur, quod tanto honore Christum ad se venientem in Iordane affecerit: vt habetur Ioann. 3. *Et venerunt ad Ioannē discipuli eius, & dixerunt ei. Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.* Ac si dicerent. Ecce quod ex illo testimonio consequutus es, ille officium tuum vsurpauit, & te relicto vniuersi illum sequuntur, nec de te curant. Inuidia & passione agitati discipuli Ioannis hæc ad magistrū retulerunt, vt annotauit optime Beda, lib. 2. in Luc. capit. 25. dicens.

Ioann.

Inuidia discipulos Ioannis vrebant in Christum.
Beda.

*Non simplici corde, (vt opinor,) sed inuidia stimulat discipuli Ioannis ei Christi virtutes & miracula narrant. Nam & alibi ita apud eum quasi esse produntur. Rabbi, cui tu testimonium perhibuisti, &c. Quibus morbum intelligens & medicinam conuenientem applicare desiderans Ioannes respondit, & dixit. Nō potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo. Quæ verba licet Chrysoit. Homil. 28. in Ioann. de Christo dicta exponat, & sensum esse credat. Non posset Christus authoritatem hanc baptizandi accipere, nec mihi anteferri, nisi id de celo esset illi cōcessum. Cyril. lib. 2. in Ioann. cap. 60. existimat, quod Ioannes verba ista de se protulerit. Intelligēs enim se a discipulis Christo præferri, & vt se ipsum Christo anteponeret discipulorū ista cōque- stione induci, respondet: Hoc nulla ratione fieri debere, nec posse. Nemo enim potest sibi maiorem præstantiam & authoritatem accipere, quàm sit ei datum de celo, & a Deo concessum. Qua responsione vanos discipulorum suorum conatus retundit affirmans se cælestem mensuram a Deo sibi præfinitam, nec posse, nec velle excedere. Et quidē ista interpretatio conuenientior est: Quoniam sequentia verba ipsi vos, &c. Huic expositioni magis conecuntur. Tum etiam, quia si de Christo loqueretur, non diceret, non potest homo quidquam accipere, cum Christus Deus sit, qui ex se habet quidquid habet. Adde: quod sine articulo in Græco ponitur dictio homo. Quare non de Christo, sed de omni homine intelligitur. Vnde subdit. *Ipsi vos mihi testimonium**

Chrysoit.

Cyrl.

stimonium

Simonium perhibebitis, quod dixerim. Non sum ego Christus: sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam spōsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit cum gaudio, gaudet propter vocē sponsi.

Pro horum verborum intellectu aduerte. Quod discipuli Ioānis existimabāt, quod Ioannes moleste laturus esset quod Christus baptizaret, & quod vniuersi ad eū concurrerent, quasi id sibi Christus usurpasset. Ioannes verò vt ostendat, se non hoc ægre ferre, nec Christum aliquid iniquum contra eum committere: sed potius quod iustum est, & a Deo ordinatum fieri, sequè de hoc maximè gaudere, vtitur similitudine corporalium rerum desumpta ex sponso & amico sponsi. Qui non sunt æqualis conditionis, sed sponsa ad sponsum pertinet. Ad amicum vero gaudere de illius bono, non sponsam sibi arripere. Ita cum Christus spōsus sit, ego amicus illius, ad me solum pertinet annuntiare, & de illius bono gaudere. Vnde infert Ioannes. *Hoc ergo gaudium meum impletū est.* Quia iam video Christum manifestari, & sponsam suam accipere. Et concludit. *Illum oportet crescere, me autē minui.* Et plura de Christi dignitate proponit, quibus suum gaudium exponit. Hinc obiter differentiam poterimus colligere, quæ versatur inter perfectos & imperfectos respectu operum Dei. Quia vnde imperfecti tristatur gaudent perfecti in operibus Dei.

Vnde imperfecti tristatur gaudent perfecti in operibus Dei.

sumpserunt: Ioannes verò, qui spiritalis erat & perfectus, inde lætitiæ & gaudij occasionem capit. Hoc quotidie experimur. Carnales & imperfecti in laboribus & afflictionibus, quas Deus illis permittit, tristantur: perfecti verò & qui ea quæ spiritus sunt sapiunt, lætantur, vt faciebant Apostoli: *Qui ibant gaudentes à conspectu concilij: quoniam degnihabiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Actuu. 5. Ex zelo & passione, quam pro magistro suo Ioanne discipuli habebant, procedebat non solum quod illi quæ prædicta sunt renuntiarent; sed & quod curarent Christi opera obscurate, & illum repræhendere. Ideo Matth. 9. cum Phariseis coniunguntur, & accedentes ad Christum interrogant. *Quare nos & Pharisei ieiunamus discipuli autem tui non ieiunant?* Volebant in discipulis magistrum accusare, & suam iustitiam statuere, ignorantes (cum adhuc essent sub lege, quæ nullum ad perfectum adduxit,) libertatem, qua Christus suos donauit. Hac etiā inuidia moti, modo magistro suo in vinculis constituto Christi opera nuntiauerunt, vt initio ex Beda retulimus.

Hinc disce, quam peruersa inuidia sit, quam magnū malum. Quæ non solum in illis, qui vitijs dediti sunt, locum habet: sed etiam in viris sanctioribus & perfectioribus aditum reperit, & nescio quibus rimulis ingreditur, & eò fortius figitur & radicatur, quo colore virtutis induta sedem ponit. Est inuidia adeò detestabile malum, vt omnia alia vincat: & eo fortius bellum inferat, quò minus cognoscitur. Dū

virtus

Actuum.

Discipuli Ioānis ex zelo sed nō secundū scientiā Christi opera arguebant. Matth.

Inuidia malū magnum etiā perfectiores inuadit.

virtus putatur, teterrimum vitium. Persequitur quis fratrem, quia sibi praelatum videt, & dicit: Quod pro Deo religione, & sanctitate zelat: cum invidia fascibus adustus id faciat. Alius in explebili odio fratris sanguinem fundere procurat, & iustitiæ prætextum, quo se decipiat, oculis omnium anteponit: Sed quod invidia agitet & commoueat, satis euidens argumentum desumitur ex eo, quod si frater ab honore cadat, ab officio deponatur, si illi inferior reddatur, (etiam si in eisdem moribus & vita perseveret, idem manens qui antea erat,) statim cesat æmulatio, & extinguitur zelus. Nō ergo ex iustitiæ, nec ex virtutis amore, sed ex liuore & invidia oriebatur. Est quidem zelus, sed non secundum Deum: qualis erat in discipulis Ioannis. Qui pro magistro suo zelantes Christum crescere ægre ferebant non spiritu Dei acti, sed carnali affectu inducti. Simile contigit Iosue Num. 11. Qui zelus pro Moyse spiritum Domini prohibere volebat. Cum enim spiritus Moyse requieuisset super septuaginta viros, qui electi fuerant ex populo, & prophetare cœpissent: remanserunt in castris duo viri, qui descripti fuerant & nō exierant ad tabernaculū. Qui simul prophetare cœperunt in castris. Quod vidēs puer quidam nuntiavit Moyfi dicens. *Heldad & Medad prophetant in castris.* Statim Iosue filius Num minister Moyfi non intelligens Dei dispositionem, & dolens quod præter magistrum suum, & sine eius ordine, (vt ipse credebat,) alij prophetarēt, dixit. *Domine prohibe eos.* Qui

Zelus debet esse secundū scientiam.

Num.

Moyse ait. *Quid æmularis pro me? Quis tribuat vt omnis populus propheteret?* Ac si diceret. *Quid tua interest, zelus iste tuus pro me ex carnali amore, non ex sciētia & ex Deo procedit.* Repræhensibilis est. Invidia non zelus est. *Quiesce.* Vtinam omnes prophetarent, & daret eis Dominus spiritum suum. Similiter Scribæ & Pharisei, (qui legis obseruantiam præ alijs profitebantur,) iactabāt se pro lege & religione, quā Christus contemnebat, zelare & agere Christum persequentes: cum non nisi invidia & odio mouerentur. Quia videbant Christum à populo honorari, & illis anteponi.

Caue igitur ne furore zeli & virtutis te invidia aggrediatur. Caue ne te vincat. Est namquē infame vitium, quod non nisi simulata facie inuadit. Est puerorum vitium, qui rebus aliorum macrescūt oppimis. vt Poëta dicebat. Vnde Menander aiebat. *Inuidus hostis est sibi ipsi, spontaneis semper tenetur molestiis.* Et Euripides in Phœnice ait: *Invidia Deus est pessima, & iniustissima, malisq; gaudet, & bonis tristatur.* Invidia autem nascitur vel ex amore proprio, vel ex amore quē ad alium habemus, qui cor nostrum excecet. Vnde magna cura & solitudine debemus cor nostrum custodire, non tantum ab illicito amore, & rerum prohibitarum concupiscentia: sed etiam à nimia dilectione earū rerum, quæ iustæ vidētur & prohibitæ nō sunt. Ne in illarum amore modum excedentes à passione vincamur, & quo non decet trahamur. Innumera enim incommoda & damna ex amore nimio alicuius rei terrenæ, etiam

Invidia infame & puerorum vitium.

Menander

Euripi.

Amor nimius etiam licitorum cohibendus.

etiam non illicito, solent pullulare. Iustum est & debitum magistrū diligere: (Dijs namq; parentibus, & magistris, parem gratiam referre non possumus, vt in communi Philosophorum prouerbio circūfertur) nec aliqua lege prohibetur. Tamen cauendum est, ne quid nimis in eo amore fiat. Sicut in discipulis istis Ioannis conspiceret licet, qui ex nimio amore magistri sui cōmouebantur, vt Christo inuiderent, opera eius moleste ferrent, & apud magistrū suū de illo cōquererentur. Ecce quod iustū erat, rationis mettas transgrediēs, factum est iniquū. Ratio autē huius est. Quia inter omnes animæ passiones nulla adeo potenter hominem subijcit, sicut amor. Ideo cæcus depingitur. Non quia nō videat, sed quia alios cæcos faciat. Quapropter in omnibus diligendis modus est adhibendus. Solutus Deus, vt dicit Bernard.

Amori Dei terminus non ponitur, ponitur tamen amoris proximi.

siue modo diligendus est, & in hoc modus & ordo dilectionis eius cōsistit. Hoc Christus ostendere voluit duo præcepta charitatis conuulgens Matt. 22. & dicens magistro illi interroganti: *Quod est mandatum magnum in lege? Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum, sicut te ipsum. Quasi dicere vellet. Modus diligendi Deū, qui in primo mādato habetur, est, vt sine modo diligas. Quantum potes, quātum vales amoris habenas laxes, toto corde, tota anima, vniuersis viribus tuis. Modus autem diligendi proximum, qui secūdo præ-*

cepto continetur, est, vt diligas sicut te ipsum. Ecce amoris proximi, qui iustus est, modū & limites apposuit. Amori verò Dei terminos abstulit. Quia in hoc timendum nō est, ne quid nimis fiat: Omnia enim parum sunt. In illo autem valde timendum est, ne quid nimis. Quia valde periculosum est modū tenere. Hinc multi & optimè existimāt, quod ideo Deus tētavit Abraham Gen. 22. Et præcepit illi, vt immolaret filium suum Isaac: quia videbat nimio amore senem ad puerum affectum. Idquē colligūt ex eo quod dicit. *Tolle filium tuum, quem diligis Isaac. Quid enim opus erat dicere: Quem diligis? Nisi vt noraret nimium & præter modum amorem, quem Abraham, licet iuste, ad filium suū habebat? Multum ergo considerandum est, ne amoris terminos in rebus etiam licitis, transgrediamur. Ne dum nimis ad illas afficimur, Dei obliuiscamur: & sicut discipuli Ioannis in inuidiam aliorum incitemur.*

Genes.

III. CONSIDERAT.

Quis sit vitæ finis optabilis hominibus, & quæ sit iustorum mors desiderabilis ostendit: quæquē vita recta fit, & multa documenta utilissima inde extrahit.

Cum audisset Ioannes, &c.
NON sine attenda consideratione prætereundum est, quod Ioannes in vinculis

Bernard.

Matth.

• **calis positus vitam finit. Et Christus cruci affixus Spiritum Patri reddit: & quod sicut vita similes fuerunt, ita & vitam sicut malefactores ab iniquis interempti, alter in carcere, alter in cruce finierunt. Ut hinc discamus qualis debeat esse finis vitæ optabilis & desiderabilis hominibus, qui recte vitam terminare desiderant. Illa enim optima & perfectissima vita iudicanda est, quæ sicut à laboribus initiū sumpsit, ita & in laboribus & miseris terminatur: & iste optimus & desiderabilis finis vitæ habendus est. Inter omnes figuras dicunt mathematici circulem perfectissimam esse, quoniam in finis principio coniungitur, & in pūto à quo cœpit terminatur. Ideoque Dei perfectio infinita per circulem figurā ab Ægyptijs significabatur. Ita vita illa hominis perfectissima censenda est, quæ vnde cœpit, ibi terminatur. Illa perfectissima & optima iudicanda, quæ sicut a laboribus, miseris, & fletu initium sumpsit: (homo enim nascitur ad laborē dicit Iob, cap. 5.) Ita in laboribus finitur. Quæ sicut à lachrymis & a gemitibus inchoatur (Primam vocem similem alijs omnibus emissi plorans, dicit Salomō Sapien. 7. Et ego natus accepi communem aerem, & similiter decidi in terrā facta: in involuente nutritus sum, & magniscaris. Nemo enim ex regib' aliud habuit natiuitatis initiū ita etia finitur.**

Vbi considerēt reges, principes, & potentes, quod licet conditione & forte alios antecellant, opibus, fortuna, & potentia alijs prælati sint, non habent vnde extollantur, alios contemnant, & opprimant. Si

Optima vita
quæ in laboribus
terminatur.

Iob.
vita lugendo
finitur.

Sapien.

Reges eisdē
miseris sub-
ditant quibus
& alijs.

cut fecit ille insolens seruus, cui Dominus proficiens bonorum suorum administrationem commisit, conseruos suos percutiens, molestant, & affligens. *Matth. 24.* Quia eodem principio formati sunt, sicut & cæteri homines. Quod Salomon ipse testatus est dicens. *Accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis. Sum quidem & ego mortalis homo similis omnibus, ex genere terreno illius qui prior factus est: & in ventre matris figuratus sum caro, decem mensium tempore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis & delectamēto somni conueniente.* Et eodem modo nati sunt, eisdem miseris subiecti prodierunt, eandem vocem cum alijs plorantes emisserunt: & eundem exitum & finem sunt habituri. Idem enim est interitus & communis lex principum & priuatorū. Vnus ergo, dicit Salomon, introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.

Matth.

Sapien.

Itaque optima vita est, quæ sicut à lachrymis incoepit, ita in lachrymis & gemitibus terminatur. Sicut à nuditate cœpit: (Homo enim inter omnia animalia nudus, inermis, & omnibus destitutus nascitur, vt suæ fragilitatis & miserie ad moneatur;) ita & nudus omnibusque destitutus moritur. Hæc optima & desiderabilis mors est. Iste felicitissimus vitæ exitus. Quem Christus sibi elegit, quem Ioanni amicissimo, & internatos mulierum maximo tribuit, omnibusque quos singulariter dilexit, communicauit. Ideo Petro, Ioan. 20. In signum singularis amoris, quo eum prosequeretur, cum illi suarum ouium curam

Ioan.

commisisset dixit: *Sequere me.* Quo loco non de sequela corporali loquitur est, sed de genere mortis quod clarificaturus erat Deum. Quod & Petrus intellexit, ideoque interrogat de Ioanne. *Hic autem quid?* quasi participem desiderans habere eū talis beneficij, Filijs Zebedæi Matthæi. 20. petentibus dexteram & sinistram in regno Christi pro singulari beneficio concedit, quod calicem eius sint bibituri. Hanc mortē optabat Balaam Num. 23. cum dicebat. *Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouissima mea horum similia.* Et si quæras. Quæ & qualis sit iustorum mors? Id Dauid Psal. 115, exponit dicens: *Preciosa in conspectu Domini mors sanctorum eius,* id est, gloriosa, & in maximo pretio habita, & quam omnes exoptare debent. Quod si mortis huius conditiones audire cupis, ausculta Paulum ad Hebræos. 11. Sanctorum mortem referentem, & dicentem. *Alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres; lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Circuierunt in pelosis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus.* Hæc preciosa mors est, & quam Dauid optabilem prædicat.

Matth.

Num.

Psalm.

Hebræ.

Regula alij ad adam quæ recta vita sit.

Hinc regulam eliciemus, ut qualis debeat esse hominis vita (si recta iudicanda est, & desiderabilis iustis) cognoscamus. Rectum enim illud dicitur cuius mediū non exit ab extremis. Quia si mediū pūctus lineæ parum vel eleuetur, vel depri-

matur supra primum & vltimum curua est linea. Cum autem eodē tramite continetur, nec ab extremis exit, recta iudicatur. Sic illa recta vita est quæ ab extremis non exit, sed illis similis in omnib⁹ est. Et sicut a laboribus, miserijs, & fletu incoepit, & in laboribus & miserijs terminari debet: ita & in laboribus miserijs & afflictionib⁹ tota trāfigitur. Hinc singulare solatiū iusti sumunt ad labores æquo animo ferendos & paciēter tollerandos. Dū enim vitæ suæ medium extremis vident respondere, se recta tendere certò arbitrantur. Hoc se solatio leuabat Iob, cum tot malorum generibus præssus capite primo dicebat. *Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc.* Ac si diceret. Non est quare molestè feram, si nudus, miserabilis, abiectus, doloribus & vlceribus plenus, omnibus quæ priuatus viuam, qui nudus natus sunt, & nudus sum moriturus. Vbi per vterum matris intelligit sepulchrum & terram, quæ omnium communis est mater, ad quam se reuersurum confitetur: sicut & ex illa formatus est. Nec de mulieris vtero commode posse intelligi videtur. Cum illuc, Relatiuum sit, & ad vterum mulieris refertur non valeat. De illo vtero loquitur ad quē reuersurus est: ut tota sententia ad idem referatur, & sibi in suis partibus conueniens sit. Terram vterum matris vocat. Quod Salomon Ecclesiastes 3. affirmavit dicens: *Omnia pergunt ad vnum locum, de terra facti sunt, & in terrā pariter reuertentur.* Narrat Titus Linius, lib. 1. ab vrbe condita, filijs Tarquinij Delphos pro-

Singulare solatiū iustis in laboribus

Iob.

Sepulchrum vterus matris nostræ est.

Eccles.

Linius.

pro-

profectis & interrogantibus, quis eorum Romæ principatum esset obtenturus, responsum datum esse, eum regnaturum, qui prius matrem osculatus esset. Cum autem illi currerent ut matrem oscularentur, Iunius Brutus, qui aderat, & responsum audierat, prolapsus se fixit, & terram osculatus est, eam esse matrem suam de qua responsum loquebatur intelligens. Idque ita esse eum comprobavit. Nam cum Bruti opera Tarquinius expulsus esset, ipse Brutus primus Consul creatus est. Hanc matrem & eius uterum respexit Iob cum dixit. *Nudus egressus sum, &c.* Vbi etiam adverte quod per nuditatem non solum privationem corporalem vestium intelligit, sed & omnis boni & solatii destitutionem.

Timot.

Vita hac sine
curis transi-
genda tempo-
ralium & qua
re.

Simile argumentum facit Paulus. 1. ad Timoth. 6. probans ex naturæ conditione vitam hanc sine cura & solitudine temporalium bonorum transigendam esse, & dicens. *Nihil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri incidunt in tentationem & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nociva, qua mergunt homines in perditionem & in interitum.* Quem locum exponens S. Thom. dicit. *Nihil enim intulimus, &c. assignat rationem eorum que dixerat, & primo ex humana conditione: secundo ex eius necessitate, ibi habentes, &c. Conditionem autem ponit quantum ad duo, scilicet, quantum ad principium. Quia nihil intulimus in hunc mundum. Quasi dicat. Sufficit necessitas, non*

superfluitas. Quia nihil intulimus in hunc mundum. Iob. 1. *Nudus egressus sum de utero matris meæ. Item quantum ad finem: Quia nihil auferemus ut habetur in Psal. 75. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Iob. 27. *Diues cum dormierit nihil secum auferet, aperiet oculos suos & nihil inueniet.* Eccles. Et Ecclesiast. 5. *quomodo venit sic reuertetur. Quantum ad necessitatem: Quia hac bona sunt propter necessitatem, & indiget homo contra interiora consumptia, & hac sunt alimenta: & contra exteriora corrumpentia, & sic indiget homo tegumentis vestium, & domorum.* Hebræ. Vnde Hebræo. vit. dicitur. *Sint autem mores sine auaritia contenti presentibus.* Et Eccles. 29. *Initium vite hominis aqua & panis, & vestimentum & domus protegens turpitudinem.*

Hinc ergo argumentum sume ad hæc temporalia contemnenda. Qui enim nudus ingressus est hunc mundum & nudus egredi cogetur, quid opus habet multa & superflua coaceruare in hac vita? Sed habens victum & vestitum & quibus tegatur his contentus sit. Quod dicit Paulus. *Quia nihil intulimus in hunc mundum, &c.* Hoc optimè declarat David, Psalm. 36. dicens. *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed & frustra conturbatur.* Imago isto loco significat personam fictam & apparentem, qualis est illius qui in comedia personam aliquam representat: qui finita representatione vestes deponit, & sicut ingressus est exire cogitur. Et qui regem aut principem representabat depositis vestimentis priuatus homo & interdum vilis remanet & apparet. Sic

homo,

Iob.

Psalm.

Iob.

Eccles.

Hebræ.

Eccles.

Psalm.

Imago personæ fictam significat.

S. Thom.

homo, dum viuit personam agit & imaginem repræsentat diuitis, nobilis, potētis, vel alicuius alterius, temporalibus bonis & mūdānis rebus tanquam ornamentis indutus, sed in fine vitę cogetur cūcta deponere, & sicut nudus ingressus est nudus egredi. Quod Sapiēs Eccles. 5. affirmavit dicens. *Sicut egressus est nudus de utero matris suę, sic reuertetur: & nihil auferet secū de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas. Quomodo venit, sic reuertetur.* Ecce quomodo in imagine pertransit homo. Et addit Sapiens. *Quid ergo prodest ei, quod laborauit in venturū?* Respondetur verbis Psalmi. *Sed & frustra conturbatur.* Illud, *sed*, idem valet quod, ideò, illationis nota est. Ac si dicat. Quia in imagine pertrāsit homo, & personā solūm repræsentās, ideò frustra conturbatur multa cōgerens & cōgregans dū viuit. Quid secum tullit diues ille Luc. 12. qui multa bona coacceruauerat, & repositauerat in multos annos, & statim audiuit: *Stulte hac nocte repetent anti mātuanam, frustra certē conturbatus fuit vt cōgregaret. Theaurizat enim & ignorat cui, vt habetur.* Psal. 38. Itaq; hoc singulare solatium est in laboribus & calamitatibus, quod sicut ingressi sumus in hunc mundum, & sicut egressuri sumus: ita & viuimus. Vnde fit quod iusti non solū patienter labores ferant: sed quod in laboribus & tribulationibus gloriantur. *Gloriamur*, inquit Paul. ad Rom. 5. *in tribulationibus.* & Iacob. sua Cano. cap. 1. dicit. *Omne gaudium existimate fratres, cum in varias tētationes incideritis. Tunc enim se rectā ducere vitā, & recta adop-*

ranū finem progredi agnoscunt iusti. Quando Philistin Arcā Domini, (quam captiuā tenuerāt,) remisserunt. 1. Reg. 6. dicit textus: quod *Reg. vaceę, quę Arcā portabant, relictis foetibus recta ibant mugientes versus Bethlames: quod interpretatur pingue donum, seu foelicitas. Vt ex hoc intelligas, quod tunc Arcā Domini portas, & recta ad foelicitatē pergis, quando mugiens, gemens, omni solatio destitutus, relictis filiis & omnibus charis pignoribus incedis. Hęc recta via, hęc optabilis vita est. Hoc optimē intelligebat Dauid, quando Psal. 15. in laboribus positus & exultās dicebat. *Funes ceciderunt mihi in præclaris. Sortē præclaram & exoptabilē iustus reputat, cum se in miserijs & laboribus versari videt. Quia tūc recta incedere intelligit. Hinc iusti maxime dolent & timēt, cū se prosperis in hac vita affici cernūt. Quoniam nesciunt, vtrum à recto tramite tūc recedant. Quod elegāter Greg. profequitur. 5. Moral. cap. 1. inquit. *Cū valde occultata sint iudicia diuina, cur in hac vita non nunquā bonis sit malē, & malis benē: tūc occultiora sunt, cum & bonis hic benē est, & malis malē. Nam cum bonis hic malē est, & malis benē, hoc fortasse deprehenditur: quia & boni si qua deliquerunt, hic recipiūt, vt ab æterna plenius damnatione liberentur: & mali bona quę pro hac vita faciunt hic inueniunt, vt ad sola in posterum tormenta pertrahātur. Vnde & ardentis in inferno diuiti, dicitur Lucę. 16. *Memento fili, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala. At cum bonis hic benē est, & malis malē, incertum valde est, vtrum boni idcirco bo****

Eccles.

Luce.

Psal.

Roma.
Iacob.

Psal.

Grego.

Luce.

na accipiant, ut prouocati ad aliquid melius crescant, an iusto latentiq; iudicio hic suorum operum remuneratione percipiant, ut à premijs vite sequentis inanescent: & virum malos idcirco aduersa feriant, ut ab aeternis supplicijs corrigendo defendant, an hic eorum poena incipiat, ut quandoq; complenda eos ad vltima gehennae tormenta perducatur. Quia ergo inter diuina iudicia grani incertitudinis suae caligine humana mens premiatur: sancti viri cum sibi suppetere prospera huius mundi conspiciunt, pauca suspitione turbantur. Timent enim, ne hic laborum suorum fructus recipiant, timent ne quod diuina iustitia latens in eis vulnus aspiciat, & exterioribus eos muneribus cumulatis ab intimis repellat.

IIII. CONSIDERAT.

Quod vox Dei maxime in laboribus sonet, & ibi audiatur, in delitijs verò & voluptuosa vita non sonet, tractat.

Cum audisset Ioannes, &c.

RES sanè mira & maxima consideratione digna est, quòd Ioannes cum liber esset & in sua potestate, non dicitur ab Euàgelistis audisse opera Christi. Cum autem in vincula còiectus est, & in carcere positus, statim dicitur audisse opera Christi. Mirabile est, quòd in carcere, (vbi compedum strepitus & catenarum adeò frequens est, vbi conquegentiù maximum murmur, vbi perditè viuentiù insolens clamor strepit: vbi nihil quietù est, vbi omnia con-

terionibus & tumultibus plena,) opera mirabilia & voces Christi audiatur. Extra carcerè verò, (vbi homo sua libertate vititur in pace constitutus, vbi omnia quieta & paccata sunt, vbi nihil quòd impedimento esse possit occurrit,) opera Christi non referatur, nec vox eius audiatur. Mirabile quidem hoc apparet. Sed hinc, si attèto animo considerauerimus, cognosceamus, quàm vtilitatem vincula & carceres & tribulationes hominibus afferant.

Primò enim auditum hominis acciunt, pròptioremq; reddunt, ut Dei vocè, etiam tenuissimam, percipiat. Hinc etià intelligem⁹ quàm sint aduersa & homini nociua prospera cuncta, mundi voluptates, delitiæ & diuitiæ, quæ aures obturant, ne vocè Dñi vocatis & loquētis audiamus. Quod satis apertè perspicitur in rege illo Manasse. 2. Paralip. 33. qui oculis priuatus videt, quæ, quando oculos habebat, non conspiciebat. Qui in suo regno in pace & quiete viuēs surdus erat, Prophetarum voces non audiebat, clamoribus Dñi aures obturabat. At verò captiuus in Babylonè ductus, in carcerè còiectus, & vinculis oppressus audit vocè Dñi, seipsum agnoscit, & clamat. Quod si interrogas. Quis tibi cum oculis priuatus esses visum restituit? Quis aures aperuit, ut audires? Respōdebit. Vincula, carceres, labores, & tribulationes aures aperuerunt, quas prosperitas opilaue- rat. Vox namq; Dei tenuis est, requirit subtilissimū auditum nō in- crassatum pinguedine, nec obturatum delitijs: sed adeò lenem, acutū & subtilē, vt Sybilum auræ tenuis-

utilitates plurimas quas tribulationes afferunt vide.

Labores autem acutū Paradip.

Esaï.

fine valeat percipere. In crassatum auditum habuisse perhibetur populus Israëliticus Esaï. cap. 6. & aggrauatū, vt Septuaginta transtulerūt vbi nos habemus: *Excaca cor populi huius & aures eius aggraua & c. di cētes. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus suis grauiter audierūt, & oculos suos clausērūt, ne fortē videāt oculis, & auribus audiāt, & corde intel ligant, & conuertantur.* Radicē ponit & causam quare populus ille audiens non audiat, & videns non intelligat. Quia scilicet pinguedine in crassatum est cor illorum, delitijs, voluptatibus, prosperitate, & bonis impinguarum. Et sicut in naturalibus videm⁹, quod nimia pinguedo & crassities inhabiles facit ad motū & operationes: ita & in spiritualibus nimia cordis crassitudo affectū retardat, & sensuū operationes impedit. Vincula, carceres, & labores cutē attenuant, quā delitiæ in crassa uerāt: corpus macerant, quōd delitiæ pingue nimis effecerant: atque adeò bonā mentem & acutum auditū faciunt. Qui etiā tenuem vocē percipiat. Quanta ad hoc laborū sit utilitas ex hoc colligi potest. Quia *sine fide impossibile est placere Deo*, vt dicit Paul. ad Hebræ. 11. Est namq; fides sperandarū substantia rerum.

Hebræ.

Roman.

Labores attē tum & solici tum reddunt.

Fides autē est ex auditu, vt ad Roma. 10. habetur. Igitur labores, vincula & carceres, quæ auditū acuunt, & aperiant, vtilissima sunt. Secundò id efficiunt, quod vox Dei, quæ in pace & tranquillitate non audiebatur, in vinculis & carceribus statim percipiatur. Non solū quia, vt diximus, auditū acuunt: sed quia atten tū & sollicitum reddunt, quem pax

& prosperitas desidiosum faciebat. Licet enim Deus semper clamet, semperq; ad ostium animæ nostrę stans pulset, non tamen semper vocē eius audimus. Quia debitā attentionē non habemus. Et sicut frequēter inter homines contingit, dū quis rebus alijs intētus & occupat⁹ est, vocantē & ad ostiū pulsantē nō audit, donec attendit. Et tunc dicere solet. Nescio qua occupatione ductus non attenderā, nec te audieram. Attētio ergo necessaria est, vt sonum percipiamus. Vnde prouenit, quod qui intētus & attendens ad rem aliquam existit, etiam minimum motum & exiguum sonum, quē alij non percipiūt, audiat: & alijs nō audiētibus nec sentientibus ipse surgat, & currat. Hoc intenta attentio facit. Non aliter in proposito. Dū in nostra sumus libertate, dum prosperē & ad nutum omnia succedunt, desidiosē viuimus, nihil curamus, in vtramq; autem dormimus. Ideo non mirum est, si vocem Domini clamantis non audiamus, & sonum pulsantis ad ostiū cordis nostri non percipiamus. At vbi primum libertate carere cœpimus, ad uersitate prēmimur, vinculis constringimur, quasi experge facti attēdere incipimus leuantes oculos ad montes vnde auxilium speramus: & tūc vocem pulsantis audimus: & licet submissē multum loquatur Deus, vocē eius percipimus. Quod eleganter explicauit Esaï, cūc. 50. dicit. *Erigit manē manē erigit mihi aurem, vt audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico.* Ac si dicat. In nocte, cum sopor membra tenet, & som-

Esaï.

nus sensus occupat, cū quiete dormiunt homines, obturatae sunt aures nec audiebā. At vbi primū mane aparuit, tribulationibus excitatus sum, aperuit mihi Dominus aures, vt audirem. *Mane erigit mihi aurem*, id est, attentum reddit. Phrasim enim est, qua Hebraei vtiuntur ad denotandam attentionem, dicere erectam esse aurē: sumpta similitudine ab animalibus, quae cum strepitus sit, statim aures erigūt, vt prōptius, percipiāt. Ecce tribulationū vtilitatem aliā, attentum hominē reddere. Et sicut cum aliquis prope nimū optata, vel in labore positus nuntium suae libertatis & desiderij sperat (licet alia negotia agat, loquatur, vel scribat,) semper attentus est animum & aures ad id quod sperat conuertēs: & quocumq; strepitu excitatur, surgit, accurrit, & nuntium venisse existimat. Si fores aperiri audit, si quē loqui, interrogat, vtrum nuntius venerit. Quid adeo attentū, adeo sollicitum & curiosum effecit? certē necessitas. Ira homo cum in vinculis, laboribus, & tribulationibus se videt constitutum, omni mundano auxilio & fauore destitutum, sollicitus Dei fauorem quærit, inuocat, & attentus sperat: & si minimum audiat strepitum vociferatur, & clamat: Es tu Domine qui venturus es, an alium debeo expectare, vt me a miserijs & calamitatibus istis eripiat?

Vnde tertium consequitur, scilicet, quod non solum aures nostras aperiant, nos attentos reddunt. sed quod maximi solatij est afflictis & in miserijs constitutis, quod vincula, carceres, strepitus, laborum, nō

sunt impedimēto quominus Deus voces nostras audiat: quin potius dum hominem magis prēmūt, vocem eius acutiorem & fortiorem reddunt, vt cælos penetrare, & ad aures Dei pertingere possit. Clama igitur, ne cesses, etiam si in carcere obscurissimo sis constitutus, etiā si compedum strepitu impeditus, & clamoribus aliorū obrutus videaris. Nihil enim hæc impediēt, quominus vocē tuam Deus percipiat, & audiat: imò certus esse potes, quod tūc exaudiet. Confide & clama. Si enim vinculorū strepitus, & nimius clamor, & labores aures hominū obturare non valent, imò eas acūūt, aperiant, & attentas faciunt, vt Dei voces in medio carcerum audiant: quanto minus aures Dei, quæ semper ad pauperū voces sunt aperte & intentæ, poterunt impedire? *Ad Dominū cum tribularer* (dicit Dauid Psal. 119. cum inter inimicos versaretur, & eorum exercitiis esset vallatus) *clamaui: & exaudivit me*. Ac si diceret. Strepitus armorum, clangor tubarum, hinnitus equorum, voces militum, me impedire non potuerunt: imo excitariūt, vt ad Dominum clamarem. Nec impedimento fuerunt, ne me Dominus audiret, quando tunc clamāte exaudivit. Daniel cap. 14. de lacu leonum clamat, & leonum rugitus non impediunt, quominus audiatur. Ioseph in fouea positus, & in vinculis constitutus clamat, & auditur. Imo *descendit cum illo Dominus in foueam, & in vinculis non dereliquit illum*. Sapien. 10. Manasses, 2. Paralyp. 33. de profundo carceris clamauit ad Dominum, & libe-

*Auris erecta
quid significet.*

simile.

Psalm.

Danic.

Sapien.

Paralyp.

Nihil impedit quominus Deus voces nostras audiat.

Psalm. liberatus est. *Oculi enim Domini super iustos*, vt habetur *Psalm. 33.* & *aures eius in preces eorum*: vt non solū voces percipiat, sed & desideria audiat, vt *Psalm. 9.* dicitur. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, præparationē cordis eorū audiuit auris tua.* Quibus verbis eximia promptitudo, quam Dominus habet ad audiendos pauperes, declaratur. Quæ non solū ad voces extenditur: sed & desideria ipsa ante quam proferantur, attendit. Et quod magis est ipsam præparationem cordis, antequam in desiderium formetur, Dominus audit. Ad eò acuto & subtili auditu est, adeoque intentus in preces pauperum.

V. CONSIDERATIO.

Malorum & bonorū disparē fortem cum Dei pro uidentia & iustitia componit, & diuersitatis istius varias rationes assignat.

Cuma uidisset Ioannes, &c.

NTE quā ulterius procedamus, non est prætereundum, quod maximā consideratibus admirationem causabit, & supra à nobis tactum est. Silicet, quod vir adeò iustus & sanctus vt Ioannes, qui adeò asperam vitā agebat, qui neminem offendebat, in vinculis sit: Herodes verò iniquus & peruersus, qui vxorem fratris sui iniuste rapuerat, liber in delitijs, dignitate, & honore uiuat? quæ huius tantæ diuersitatis causa esse potest: vt iustus pauper, malus

diues: iustus oppressus uiuat, iniquus triumphet: iustus in vinculis sit, peccator libertate fruatur: iustus vt malefactor moriatur, sceleratus in voluptatibus & honoribus gloriosus uiuat? Quem non turbat ista diuersitas? Res hæc multorum patrū animos diū torxit. Videtur enim cōtra diuinam iustitiā suspensionem mouere, & quòd iniuste Deus cū hominibus se habeat, qui tā dispari sorte bonorum & malorum vitā metiatur. De hoc *Abac. cap. 1.* quasi ex postulans cum Domino grauis verbis agit, dicens. *Vsquequo Domine clamabo & non exaudies, vociferabor ad te vim patiens, & non saluabis? Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem: videre pradam & iniustitiam contra me? Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio iustitiam sed & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? Et factum est iudicium, & contradictio potentior. Propter hoc lacerata est lex, & non peruenit vsque ad finem iudicium. Quia impius præualeat aduersus iustum: propterea egredietur iudiciū peruersum. Vbi aduerte, quod hanc in æqualitatem, quæ inter bonos & malos reperitur: vocat iniquitatē. Non quia iniquitas sit, aut peccatum: sed quia talis secundum hominum iudicium, qui Dei archana non penetrant, potest existimari. Præterea considera, quod istorū omniū quæ in mundo fiunt, quòd impius iustum conculcet, quod potentes infirmiores deuorēt, quod iudicium peruersum egredietur, quod lex violetur, & confusionis & perturbationis quæ in rebus humanis est, culpam (si qua est) in*

Mali prosperantur & iusti patiuntur in hac vita & quæ est horū causa.

Abac.

Deū videtur Propheta conijcere. Qui bonis mala, & malis bona concedit, & qui ista fieri vidēs dissimulat. Tamen si res hæc attentius & profundius consideretur, videbimus omni culpa vacare, summam æquitatem in ea reperiemus, misericordiam & iustitiam conspiciemus. Misericordiam quidem in bonos, iustitiam autem in malos. Et quod labores & mala in hac vita iustis tribuere est opus insignis misericordiae: quietem verò & bona impijs concedere iustitiæ opus sit, & maximæ iræ.

Quod diuersis vijs solet explicari hac autem in præsentī intelligemus: iustus frumentum est, ex quo panis purus & mundus fieri debet, vt in mensa Dei reponatur: impius verò hordeum & auena est, in cibum bestiarum & daemoniorū præparatus: vt ex parabola illa zizaniorum Matth. 13. apertè constat ipso Salvatore interpretante. Qui per triticum & bonum semen dicit intelligi filios regni & iustos: per malum semen & zizania filios nequæ seu perditionis. Et sicut apud nos frumentum frangitur, teritur, & comminuitur, vt panis fiat, & aptus cibus pro hominibus: hordeum verò vel auena integrum relinquitur: quia dētibus bestiarum & in illarum cibum ita sufficiens est. Ita iusti, qui frumentum sunt, frangi laboribus debent, teri calamitatibus & afflictionibus, comminui miseris: vt panis mundus & cibus Dei mensæ aptus efficiantur. Hinc Ignatius, cum ad bestias & leones duceretur, vt earum dentibus & vnguibus dillaceraretur, dicebat. Fru-

mentum Christi sum, dentibus bestiarum molar, vt panis mundus efficiar. Mori debet granum frumenti, vt fructum afferat: vt Christus Ioann. 10. testatus est dicens. *Nisi granum frumenti cadēs in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet.* Respiciamus granum illud frumenti, scilicet, Christum, (qui ad eò copiosè fructificauit, vt Esai. cap. 53. dicat. *Generationem eius quis enarrabit?*) quo modo frangitur, teritur, comminuitur, & tandem moritur in area crucis. Labores, miseriæ, & calamitates area sunt, vbi iustus teritur, & pristinum vbi electum triticum comminuitur, vt farina fiat. Id eò Esai. cap. 21. appellat iustos filios areæ, & trituram, dicens. *Tritura mea & filia areæ meæ, que audiui à Domino exercituum Deo Israel, annuntiaui vobis.* Quæ verba Hiero. de Hierusalē interpretatur. Et consentit locus iste cum illo Matth. cap. 3. vbi Ioannes de Christo dicit. *Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum: paleas autem comburet igni in extinguibili.* Ventilabrum labores sunt, quibus Deus aream suam voluit & mundat, & triticum separat à paleis. Appellantur autem trituræ & filij areæ: Quia quemadmodū triticum, quod est in horreum recõdendum, prius a bobus trituratur, vt ab eo excutiantur paleæ, & ipsum purum remaneat: sic viri iusti in hoc mundo varijs afflictionibus teruntur, multisquè inuidiæ telis expositi, atquè infinitis calamitatibus oppressi à bobus, hoc est, à sceleratis calcantur, vt sic mudi & purificati, nudi à paleis, & terrenis affecti-

Iustus triticum & mundus paleas.

Matth.

Ignatius.

Ioann.

Esai.

Labores area sunt & pristinum vbi iustus teritur Esai.

Iusti filij areæ & trituræ cur dicantur.

Hieron. Matth.

affectibus, in horrea Christi, id est, in caelestes mansiones reconditi diuina visione in aeternum fruuntur. Hoc idem licet alia similitudine explicauit Malachias, cap. 3. cum de aduentu Messiae & tempore huius militantis Ecclesiae loquens dicit: *Et statim veniet ad templum suum, &c. Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fulloniam, & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui. Et colabit eos quasi aurum, & quasi argentum: & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia.* Dicitur ignis conflans, ut Domini ea prima Aduentus diximus, Quia tribulationibus & laboribus purgabit, & examinabit electos suos: Sicut aurum & argentum igne examinatur & purgatur. Ut enim dicit Sapiens Proverb. 17. *Sicut igne probatur argentum, & aurum camino, ita corda probat Dominus.* Mali vero quia zizania sunt & hordeum integri & incolumes relinquuntur in hac vita dentibus demoniorum comminuendi in inferno. Quorum tribulatio tanto maior erit, quanto & diuturnior. Erit enim aeterna. Bonorum & malorum differentiam quantum ad tribulationes in hac vita & futura. Elegantissime declarauit Esai. cap. 28. Similitudine diuersorum seminum, quae plantata sunt, & in aream ducuntur. Quae non eodem modo, non eadem vi & fortitudine trituantur & excutiuntur: dicit. *Non enim in ferris triturbabitur Gith, nec Rota plaustrum super cimum circumibit: sed in virga excutietur Gith, & cimum in baculo. Panis autem comminuetur. Verum non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit*

illum a plastro, nec ungulis suis comminuet eum. Et haec a Domino Deo exercituum exhibit, ut mirabile faceret consilium & magnificaret iustitiam. Quem locum exponens Nicolaus de Lyra dicit: Hic ponitur exemplum de punitione malorum. Quia terrae nascencia collecta non similiter triturantur, seu excutiuntur vniuniformiter, sed aliqua cum leuiori instrumento, ut potest cum virga, ut cimum & similia. Alia autem trituratur cum instrumentis ferreis & ponderosis. Similiter in finali iudicio, ubi erit vniuersalis peccatorum collectio, non omnes vniuniformiter punientur, sed aliqui grauius, & alij minus grauius secundum eorum demerita, & secundum hoc intelligitur ista parabola. Sed ista expositio non videtur in omnibus literis conuenire, nec commodè de finali iudicio quantum ad omnia intelligi. Quia verba haec, *Panis autem comminuetur* ad finale iudicium referri non possunt, ut ipse Lyra fatetur: Exponens enim verba immediate sequentia, scilicet, *Verum non in perpetuum triturans triturabit illum* dicit. Hoc refertur ad poenas temporales, quibus Deus secundum ordinem sapientiae suae aliquando punit peccatores ad correctionem eorum, vel ad terrorem aliorum. Et talis correctio cessabit in iudicio, & succedet poena aeterna. Ego autem aliter locum istum interpretandum censeo de laboribus & calamitatibus, quibus Deus suos in hac vita comminuit, & triturat in eorum commodum & vtilitatem: Non in eorum perditionem. Ex seminum natura & qualitate expositionem de-

Malach.

Prover.

Esai.

Differentia
per arum in
storum & ma
lorum.

duco, quæ non excutiuntur & trituran-
tantur, vt pereant, sed vt emunden-
tur & conferuentur, & in eorum
bonum. Quare similitudo hæc ada-
ptari non potest supplicio & flagel-
lo destruenti, & in perpetuum du-
raturæ, quale est finale supplicium
malorum: sed adaptari debet tem-
poralibus calamitatibus, quibus
excutiuntur homines in hac vita.
Adde, quod consuetum est in scri-
ptura vitam hanc & præsens sæcu-
lum aræam nominare. Trituratio
ergo & excusio non nisi in aræa fit.
Ad labores ergo præsentis vitæ re-
ferenda sunt verba Prophetæ.

Pro quorum maiori intellectu
aduerte, quod per *Gith*, *cimi-
num*, & *triticum* iusti in hac vita sig-
nificantur, quibus tria instrumenta
ad excutiendum designata sunt, si-
licet virga, baculus, & mola: Quia
non eodem modo iusti in hac vita
laboribus præmuntur, sed alij mino-
ribus alij maioribus, pro vt diuina
sapientia disponit. Paris autem, quo
perfectiores significantur, commi-
nuitur inter molas vt farina fiat.
Ecce iustorum tribulationes non
admodum difficiles sunt, non enim
in perpetuum *triturations trituratione*
Dominus, dicit Prophetæ. Non ta-
men æquales sunt. Aliæ faciles, quæ
per virgam significantur: aliæ ma-
iores & fortiores, quæ per baculū
intelliguntur, qui virga fortior est:
aliæ terribiliores & magis duræ,
quæ per molam significantur. Tol-
lerabiles nihilominus sunt, & in
bonum iustorum ordinatæ. Per ser-
ram verò & rotā plaustrī, quæ gra-
uiora sunt instrumēta, grauissimas
pœnas & quæ insuperabiles sunt,

poteris intelligere. Quibus mali af-
ficiuntur in alia vita. Quod ex eo
patet, quia de pane loquens dicit.
Nec vexabit eum rota plaustrī, nec
ungulis suis comminuet eum. Ergo
ad aliud genus laborum & pœnarū
grauius referēda sunt duo ista, quæ
iustos non tangunt. Isto igitur loco
intendit Prophetæ iustos in labori-
bus constitutos, & varijs tormento-
rum generibus in hac vita afflictos
consolari comparans eos trituræ,
vt cap. 21. fecerat, & tandem dicēs,
quod non in perpetuum tritura du-
rabit. Quod si interroges, quare iu-
stos triturare permittat Deus? res-
pondet, *Et hoc à Domino Deo exerci-
tuum exiuit, vt mirabile faceret consi-
lium, & magnificaret iustitiam.* Quod
ergo iusti laboribus afficiantur in
hac vita, & mali prospere viuant,
tantum abest vt cōtra iustitiam sit,
quod Dei consilium declarat, & iu-
stitiam eius magnificat. Tribulatio-
nes enim & labores sunt probatio-
nes fidei & charitatis nostræ, qui-
bus nos tentat Deus: vt experientia
constet, an aurum purum simus, &
argentum electum, vel potius itā-
num aut plumbum iuxta illud Pau-
li ad Rom. 5. *Tribulatio patientiam ope-
ratur, patientia probationem.* Et Sa-
piens, Sapien. 3. dicit. *Tanquam aurū*
in fornace probauit illos, & inuenit eos
dignos se.

Quomodo autem tribulatio pro-
bationem operetur exponit Au-
gust. in Psalm. 35. super versum il-
lum, *Prætere miserericordiam tuam*
scientibus te, &c. dicens. *Quod sepe di-
ximus, illi sunt recti corde, qui sequun-
tur in hac vita voluntatem Dei. Volun-
tas Dei est, aliquando vt sanus sis, ali-
quando*

Tribulatio
quomodo pro-
bationem ope-
ratur.
Augusti.

quando ut egrotas. Si aliquando sanus es, dulcis es voluntas Dei: & quando egrotas amara est voluntas Dei, non recto corde es? Quare? Quia non vis voluntatem tuam dirigere ad voluntatem Dei, sed Dei vis curuare ad tuam. Illa recta est, sed tu es curuus. Voluntas tua corrigenda est ad illam, non illa curuanda est ad te. & rectum habebis cor. Bene est in hoc seculo, ut benedicatur Deus, qui consolatur: laboratur in hoc seculo, benedicatur Deus, quia emendat & probat. & eris recto corde dicens: benedicam Dominum in omni tempore: & non veniat mihi pes superbiae. Ecce tribulatio probat an tuam vel Dei diligas voluntatem, dum te illi submittis, & disciplinam patienter tolleras. In hoc sensu Apostolus ad Hebr. 13. dicit. Si extra disciplinam estis, ergo adulteri estis & non filij. Paternam namque castigationem filius equanimiter fert. Et idem Augustinus in Prefatio. in secundam enarrationem Psal. 25. exponens illud Matt. 8. Ipse vero dormiebat, dicit quod surgunt procellae stagni huius. Vides malos florere, bonos laborare, tentatio est, fluctus est, & dicit anima tua, o Deus Deus, ipsa est iustitia tua, ut mali floreat, boni laborerent? Dicis Deo ipsa est iustitia tua? & Deus tibi, ipsa est fides tua? Hæc enim tibi promissi? ad hoc Christianus factus es, ut in seculo isto floreres? & in futuro postea in inferno misserrime torquereris? Quia hic mali florent, qui cum die bolo postea torquebuntur. Sed unde hoc dicis? unde fluctibus stagni & tempestate turbaris? Quia dormit Iesus, id est, quia fides tua, quæ est de Iesu sopita est in corde tuo. Excita fidem, & cessabit tempestatas,

Hebræ.

Augusti.

quiescet turbatio, & Dei iustitiam & misericordiam conspicias. Ideo Hebræ. 11. dicitur: Fides speranda est substantia rerum. Iustus enim qui ex fide vivit aded rebus aduersis non perturbatur, ut omnia prospera suspecta habeat metuens, ne presentibus affluens bonis æternis excidat.

Hebræ.

Hoc etiam varijs comparationibus solet explicari & confirmari. Sicut agricola bouem vtilem iugo subijcit, arare facit, & continuo laborare: & licet macilentum videat a labore non soluit, quin potius illi continuo labori addicit: vacam vero inutilem, & quam macello referuat, liberam gradi sinit, & in optimis paschuis versari. Quod si interrogas, quare illum aded subijcis: istam autem laborare non facis? Respondet. Quia ille optimus est & frugi: ista inutilis est, increpescat, ut postea in macello mactetur. Similiter Deus bonos, qui frugi sunt, laborare facit, & afflictionibus premit: malos vero, qui inutiles sunt, & inferni macello referuantur, liberos esse permittit, & bonis abundare. Quod sub hac similitudine Amos. 4. Dominus declarauit dicens: Audite verbum hoc vacca pingues, quæ estis in monte Samaria, quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes. Quæ dicitis dominis vestris, affer te & bibemus. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies veniens super vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias vestras in ollis feruentibus. Et cap. 6. Vae vobis, qui opulenti estis in Syon, qui separati estis in diem malum, &c. Secunda similitudo est. Sicut agricola terram, quam bonam nouit, vtilem, & fructiferam voluit

Varie similitudines quibus propositum explicatur proponuntur. Simile.

Amos.

Amos.

simile.

aratro ligone scindit, & quiescere non permittit: malam verò, & quæ fructui ferendo apta non est, integram & intactam relinquit, nec à vepribus & spinis emundare procurat. Ita Deus qui agricola est, Ioann. 15. iustum, quem terram bonam esse cognoscit, ligone voluit, aratro scindit, igne comburit, tribulationibus & continuis laboribus agit, ut copiosum fructum afferat. Malum, qui terra inutilis est, suæ voluntati dimittit nihil laboris & mali immittens, ut floreat, vi rescat, gaudeat, & lætetur, & dæmonibus in paschuum referuetur. Tertia sicut vitem, quæ fructum fert, agricola exercet, amputat, & palmites eius scindit, propagines amouet, & folia tollit: illam verò, quæ fructum non fert, pulchram cum suis palmitibus & folijs relinquit, nec illam tangit. Ita Deus iustum, qui vitis electa est, ut fructum ferat exercet, putat, scindit, fodit, & labore versat: malum autem luxurari permittit, palmites mittere, & foliorum pulchritudine lætari, ut tandem, ut Ioann. 15. ipse Saluator dicit: *Abscindatur & in ignem mittatur.* Quarta, sicut Architectus qui domum ædificat, non equali sollicitudine lapides omnes pollire & elaborare curat: sed eos, qui in palatijs & locis honorabilioribus constituti sunt, summa cura & artificio elaborat, & ferro scindens ad regulam redigere procurat: eos autem, qui ad loca ignobiliora construenda seruantur, impollitos relinquit, nec de eorum æqualitate & pulchritudine curat. Ita cum iusti lapides sunt preciosi, reponendi

in illa sancta ciuitate Hierusalem, quam Ioannes vidit in Apocal. ex quadris lapidibus fundatam, dolandi sunt, polliendi, & elaborandi, ferro & vi & tormentis adæquandi. Quod in hac vita laboribus & tribulationibus fit, est enim locus ubi lapides elaborantur, & quod Hispanè dicimus, *El Taller*. In illa enim sancta Hierusalem non audietur ictus mallei, nec labori & miserijs erit locus. Quod Ioann. Apoca. 21. testatus est dicens. *Non erit luctus nequè clamor, nequè dolor erit ultra: quæ prima abierunt.* Quasi dicat. In hac vita locus erat ut lapides elaborarentur calamitatibus & miserijs: in altera locus non est. Iam enim priora transierunt, & noua successerunt. Hoc in fabrica templi illius, quod Salomon construxit, adumbratum cernimus 3. Reg. 6. de quo dicitur: *Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atquè perfectis ædificata est, & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.* Hæc ergo diuersitas inter bonos & malos iustissima est, nec est cur pro iusto doleas: quia in laboribus versatur. Quin potius illi maxime gratulandum est. Quia frumentum Dei est, terra utilis & bona, vitis fructifera, lapis in illo ædificio constituendus, de quo David Psalm. 115. dicebat. *Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum.* Ideo iusti in laboribus, carceribus, & tribulationibus gaudent scientes, quod à carcere in cælum, à vinculis in libertatem, à laboribus in requiem transeunt.

Ioann.

Simile. 3.

Ioann.
Simile. 4.Vita hæc est
el Taller ubi
iusti elaborantur.

Apoca:

Reg:

Psalm:

VI. CONSIDERATIO.

Plures assignat rationes quare Ioannes per se non instruxerat discipulos suos de Christi persona, sed ad Christum misserit: & quod ea quæ Dei sunt, solus Deus potest docere.

Mittēs duos de discipulis.

IOs fortassis qui in questionibus & renuntiacionibus operum Christi ad Ioannem magis erant solliciti, magisque curiosi: ut illis cōiunctis alij, qui simpliciores erant, ad veritatis cognitionem facilius perducerentur. Vel fortè eos elegit, quos simpliciore & candidiore animo, minusquè inuidiæ zelo tactos cognouit. Duos autem mittit, ut firmum sit eorum testimonium, & omni careat suspitione. In ore enim duorum vel trium stat omne verbum. Quare autem discipulos suos Ioannes in vinculis constitutus, & iam è vita discessurus, per se ipsum non docuerit de Christi persona, & ab inuidia & errore, in quo versabantur, retrahere curauerit: sed ad Christum docendos & instruēdos misserit, multas rationes assignat sancti Patres. Quarum aliquas in literè expositione retullim⁹, aliquas nunc de nouo amplificabimus, vel referemus. Præcipuas tangit Chrysofost. Hom. 27. oper. imper. in Matt. Prima igitur est, quod ideo mittit discipulos suos ad Christum, ut illi adhærētes securi maneat, & cō

Chrysofost.
Prima ratio.
Mittit discipulos ad Christum ut eius umbra protegi securi remaneant.

iuncti tali arbori optima umbra & protectione regantur, talem patronū habentes & in his quæ ad Deū, & quæ ad homines pertinent, tuti remaneant: de cuius manibus nullus poterit eos rapere, ut Ioann. 10. habetur. Et sicut prouidus & prudens pater, dum videt mortis suæ tempus instare, de suorum filiorum salute & bono sollicitus curat, ut fidei & sapienti tutori illos commendet, qui curiosè eos nutriat, fideliter & diligenter eorum res tractet, qui in omnibus bonorum suorum filiorum studeat, ut isto modo patris absentia minus filijs noceat. Ita Ioannes cum cognosceret tempus mortis suæ propè esse, discipulos suos, (quos ut filios enutrierat doctrina & exemplo,) ad Christum mittit: ut factò isto illos Christo commendet, quem scit ad eò fidelē, prouidum, & sapientem tutorem, imo & patrem illorum futurum: ut ex morte Ioannis non detrimentum, sed maximam utilitatem percipiant Christum pro Ioanne commutantes. Ut hinc discant patres filios suos ad Christum mittere, nec ad eò solliciti sint pro diuitijs, substantia, honore, & temperalibus bonis illorum: sed totam suam curam in eo constituent, ut bonis moribus instruantur, ad Christum dirigantur, ut illi coniuncti securi maneat. *Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiarur?* Vnde in institutis Laconicis refert Plutarchu. Quod tanta de filiorū educatione cura habebatur, ut lege cautum esset. Quod si quis ex ciuibus puertorum institutionem non pateretur,

Ioann.

Simile.

Patres qualiter de filijs debeant esse solliciti & de eorum instructione.

Matth.

Plutar.

pateretur, iura ciuitatis non usurparet. Nec cura hæc solum parentibus carnalibus incumbit: sed multò magis Prælati & magistris, vt omni cura & sollicitudine suos ad Christum discipulos mittant talibus instruendo præceptis, vt in illis generetur Christus. Sicut dicebat Paulus ad Galat. 4. *Filioli, quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus. Quia, nequè qui plantat est aliquid, nequè qui rigat, vt 1. Corint. 3. dicitur, sed qui incrementum dat Deus.* Hinc parentes, Prælati, & Doctores, qui in hoc negligentes sunt, pro filiorum, subditorum, & discipulorum delictis à Deo & a iure plectuntur. Extat Canon Apostolorum, qui est. 37. in quo habetur. Quod si Episcopus receptus à populo non fuerit non pro sua sententia, sed pro malitia populi: ipse quidem maneat Episcopus, clerici vero ciuitatis communionem priuentur, eo quod eruditores inobedientis populi non fuerunt. Ecce clerici pro peccato populi puniuntur. Diogen. vt in vita eius refert Laertius, patrem percussit cuius filium insolentem vidit. Et Lacedæmonij, vt refert Plutarc. in Laconicis, cum duo fratres inter se dissiderent, patrem grauitè multauerunt, eo quod eius negligentia inter filios si multas orta credebatur.

Secunda ratio sumi potest ex eo, quod Ioannes optabat securus & lætus mori: anxiabatur autem discipulorum suorum amore, quos moriens orphanos relinquebat. Ne ergo illi destituti manerent, & vt ipse feceris discedere posset, mittit eos ad Christum: vt Christus illos in-

stituatur, & ab errore quo detinebantur extraheret. Sciebat multò meliùs illos futuros cū Christo, multoquè securiùs, quam secum. Sicut pater quando videt filios suos bonis moribus imbutos, virtuti deditos, non multum tristatur decedens.

Tertia. Quia Ioannes alienos filios nutriendos & educandos suscepit, scilicet, discipulos illos. Qui non erant eius proprii filij, sed Christi. Neque enim pro illis Ioannes moriturus erat, nec in nomine Ioannis baptizati fuerant. Quod Paulus. 1. Corint. 1. sedare intendens cōtentionem, quæ inter discipulos exorta erat, de seipso dicit, *Significatum est enim mihi, quia contentiones sunt inter vos. Quod vnusquisquè vestrum dicit, ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis, ego vere Cephæ, ego autem Christi: diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Nō itaq; Ioannis filij erant, sed Christi. Verus enim hominū Pater Deus est per creationem, Deute. 32. Nonne ipse est pater tuus, qui creauit te? Christus verò verus est pater per spiritualemente regenerationem: Genuit enim nos sanguine suo. Quia posuit animam suam, dicit Esai. cap. 53. Videbit semen longeuum. Generationem eius quis enarrabit? Itaq; Ioannes pædagogus erat, cui cōmissi sunt alieni filij instruendi & educandi. Non enim Ioannes erat sponsus, vt Ioann. 3. dicitur: sed amicus sponsi. Quia sponsus est qui habet sponsam, cuius & filij sunt, qui computantur in semine. Quod si alius filij essemus, qui sponsus nō est, adulterini & non legitimi censeremur: atq; ad eò nequè hære des-*

Tertia ratio: Prælati alienos filios filii- cet Christi nutriendos & in- struendos sus- ciipiunt ideo laborare de- bent. Corint.

Deute.

Esai.

Ioann.

bono-

Galat.

Corint.

Can. Apost.

Laerti.

Plutar.

Secunda ratio.

bonorum sponsi esse mus. Cum igitur Ioannes sponsus non sit, nec spōsam habeat, scilicet, Ecclesiam sibi legitimo matrimonio copullatam (vt ipse ostendere voluit dicēs: *Non sum dignus soluere corrigiam calceamēti eius*, vt Dominica tertia latius dicemus) non pater, sed pædagogus erat. Vt fidelis pædagogus quos nutriendos susceperat, præfinito tempore patri reddit ad Christum mitteus. Vt hinc discamus, nobis non arrogare nequē attribuere ea, quæ Deus curæ nostræ commissit: sed cum scēnore Domino debito tempore reddere cum seruo illo fideli, qui Matth. 25. dicebat. *Domine quinque talētia tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucratus sum.* Nec solum accepta Domini sunt, sed & quæ lucrati sumus illi debita sunt. Vndē David, cum magnam argenti & auri copiā ad templi constructionem à populo traditam vidisset, ad Dominum cōuersus ait. *Tua sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus reddimus tibi.*

Matth.

Quarta ratio.

Legis perfectio in Euangelio posita est.

Hebræ.

Corint.

Quarta ratio, vt in literæ expositione insinuauimus, ex significatione desumitur. Idē enim discipulos suos Ioannes ad Christum mittit, vt intelligas, legis perfectionem in Euangelio esse positam, & in Christo constitutam, legisquē statum, qui per Ioannem significabatur, transferendum in Euangelium, cuius Christus principium & author fuit. Tota namquē vetus lex erat vmbra Euangelicæ legis, & Christi Domini: vt testatur Paulus ad Hebræo. 10. dicens. *Vmbra enim habens lex futurorum.* Et 1. Corint. 10. *Omnia in figura contingebant*

illis. Vnde lex illa vetus infirma erat neminemquē ad perfectum adducebat, vt habetur ad Hebræ. 7. Quia per legem solūm erat cognitio peccati, vt ad Rom. 3. dicitur: Deo pro nobis aliquid melius disponente, vt temporis plenitudine adueniente, mitteret filium suum, quem lex illa significabat: qui nouā legem traderet non in tabulis lapideis cōscriptam, sed in tabulis cordis nostri, vt. 2. Corint. 3. dicitur: quæ gratiam præbēret, qua homines ad perfectum perducerentur. Vtriusquē legis diuersitatem eleganter declarat & prosequitur Paulus ad Galat. cap. 4. sub figura duorum filiorum Abrahamæ dicens. *Scriptum est enim, quoniam Abrahamus duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte Syna in seruitutem generans, quæ est Agar. Illa autem quæ sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra. Scriptum est enim Esai. 54. *Latere sterilis quæ non parit, &c.* Istum locum exponentes sancti Patres quæstionem mouent, quomodo ex duobus filiis Abrahamæ qui ex Ancilla natus est, dicatur natus secundum carnem: ille verò qui de libera secundum repromissionem natus videatur? Genes. enim. 16. multa per Angelum matri promittuntur de eo antequam nasceretur. Et capit. 17. multò plura ad Abraham de Ismaele iam nato Dominus promittit. Hanc quæstionem mouet Hieron.*

Hebræ. Roman.

Corint.

Veteris & nouæ legis diuersitas. Galat.

Esai.

Quomodo Ismael dicatur natus secundum carnem cum etiam de illo sit facta promissio.

Genes.

Genes.

Hieron. in Ex-

in Expositione Epistolæ ad Galat. quæ est ad Paulam & Eustochiū. Et dupliciter respondet. Primò, quòd promissio de Ismaële facta est ab Angelo : Promissio verò Isaac facta est ab ipso Deo. Ideò hæc repromissio dicitur. Sed quoniam, vt ex cap. 17. Genes. constat, etiam super Ismaële multa Deus loquutus est, & promissit Abrahæ. Secundò respondet. Repromissionem compleri in datione testamenti. Quia aliud est, benedicere, augere, multiplicare, quod Ismaëli promittitur ; Aliud hæredem institui, Aliud legata accipere, Aliud hæreditatem ex testamento consequi, sicut Isaac consequutus est. Ideoq; Genes. 17. dicitur. *Statuam testamentum meum cum Isaac.* Et Genes. 25. habetur, quòd filijs concubinarum Abrahæ data sunt dona, Isaac autē hæres cõstitutus est. Et quia nihil magnum in his solationibus dici videbatur, concludit Hieronymus. Quod si quis aliam commodiorem expositionem inuenerit, proponat. Quia libens illam recipiet. Eandē quæstionem mouet August. 15. de Ciuitate Dei, cap. 2. & 3. & respõdet dicens. *Vterque (scilicet Isaac & Ismael) de semine Abrahæ, sed Ismael genuit consuetudo demonstrans naturam: Isaac verò dedit promissio significans gratiam. Ibi humanus vsus ostenditur, Hic diuinum beneficium commẽdatur. Natus est ergo Ismael sicut nascuntur homines vsitata lege natura, ideo dicitur. Etus est secundum carnem. Non quod ista Dei beneficia non sint, aut non illa operetur Deus, sed vbi significandum fuerat Dei donum, quod indebitum hominibus gratis gratia largiretur, sic oppor-*

*tuit dari filium quemadmodum natura non debebatur ex cursibus. Ex scripturis clarum est, quod Ismael non promittente Deo, sed iubente Sarra naturali virtute in adolescentia Agar conceptus est: Isaac autem de sterili, & vetulaq; matre supernaturali virtute promittentis cõceptus. Nam quod Angelus ad Agar dixit. Ecce concepisti & paries filium, certè non est promittentis concipiendū, sed prædicentis futura de iam concepto. Aut etiam precipientis est; Ideo Isaac filius repromissionis est, tamen ex carne natus, sed non virtute carnis, quæ iam efeta & sterilis erat: sed virtute diuinæ promissionis ex Sarra nonagenaria sterili natus, & non sicut Ismael, qui natus est secundum carnem, id est, naturalem generationem. Hæc ad literam & secundum historiam contigerunt, & in Genesi referuntur, quæ Paulus dicit per allegoriam dicta. Allegoria autem, dicit Hieronymus, aliud præterdit in verbis, & aliud significat in sensu. Vnde quam hic vocat Paulus allegoriam, ad Roman. 7. & 1. Corint. 10. spiritualē intelligentiam appellat. Hæc autē spiritualis significatio declaratur cum dicitur: *Hæc enim sunt duo testamenta, &c.* Vbi aduerte quod duplicem Hierusalē distinguit. Vnā, quæ coniuncta dicitur mōti Sinā. Quod non debet intelligi de coniunctione secundum locum, sed secundum significationem. Quia sicut Sinā seruit cum filijs suis, ita & Hierusalem materialis, & Synagoga. Alteram, quæ sursum esse dicitur, quæ, vt aduertit Hieronymus, Ecclesia militans significatur, quæ sanctorum mater est, & filios in libertatem generat. Et dicitur esse sursum*

Genes.
Genes.

August.

Allegoria
quid.

Roma.
Corint.

Hierusalem
quomodo cõ-
iuncta sit mō-
ti Sinā.

Hieron.

Ambros.

furfum fecundum Ambrosium in huius loci expositione, quia celum sedes eius est. Vidit enim Ioannes Hierusalem descendentem de celo. Et ibi, quos generat, erunt cum illa. Duo igitur testamenta per hos duos filios Abraham significantur, & per duas matres duplex Hierusalem. Vetus testamētum & Agar filios in seruitutem generat, Nouū & Sarra filios in libertatem. Ideoque prius illud testamentum reijciendum, & abolendum demonstratur. Vnde concludit Paulus. *Ejce Ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius Ancillæ cum filio libera.* Vetus igitur testamētum, non præbebat ius ad hæreditatem, nec in illa poterat inducere. Quia & si per gratiam, qui iusti erant filij Dei dicebantur, Non tamen erant in illa lege & illa Hierusalem, tanquam sub Patre & matre: sed tanquā sub pædago & in statu seruitutis. Idēdō vetus lex pædagogus dicitur. Quod eleganter Paulus exponit & profequitur ad Galat. cap. 3. probās ex legis veteris infirmitate aliam legem futuram, quæ perfectos faceret, & quod illa ad hanc ordinabatur, & dicens. *Si enim data esset lex, quæ posset viuificare, verē ex lege esset iustitia, sed conclusit Scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago.*

Galat.

Vbi aduerte, quod nō negat Paulus in veteri lege fidē fuisse, & proposita multa quæ crederentur, cū

umbram futurorum haberet lex, & in eum qui vêturus erat, omnes tenerentur credere, & spectare. Quod & Paulus loco isto declarat dicens. *Prius autē quam veniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quæ reuelanda erat.* Fidem ergo in statu illo admittit, sine qua impossibile est placere Deo. In loco hoc distinguit Paulus statum legis contrastatū fidei, vocans noui testamenti tempus, fidei tempus, distinguensquē illud ab externis cæremonijs. Ex quo infert. *Itaque lex pædagogus noster est, &c.* Pædagogus a puero & Ago nomen habet, qui cum non sit pater alienum puerum ducat & nutrit ab eo recessurus, quando ad legitimum hæreditatis consequendæ tempus aduenit. Paruulo interim assignatur, dū tenera studijs eruditur infantia, & metu pœnæ coercetur, ne lasciuēs in vitia effluat. Ita & lex Moyfi populo lasciuenti vt puero, data est, quæ illum instar Pædagogi custodiret, nutrirer, & castigaret: & futuræ fidei præpararet. Quæ postquā venit, & in Christum credentes fidem accepimus, & nouam legem, iam non sumus sub pædago. Tutor, curator, & Pædagogus recessit, & veri Dei filij facti sumus. Cui non nos generauit lex abolita, sed mater fides, quæ est in Christo Iesu. Preterea aduerte, quod non debet sic intelligi, quod lex Pædagogus noster fuit in Christo: quasi uentibus iam in Christo lex Pædagogus fuerit, sed, in, pro, ad, accipi debet, ita vt sensus sit. Quod lex Pædagogus noster fuit ad Christum nos ducens, & præparans, & ad hæreditatem

Pædagogus
indēdō quis
dicatur.

reditatem cōsequendam nutriens.
 Quod ostendunt sequentia verba,
Vt ex fide iustificemur. Vnde August.
 Serm. 13. de verbis Apostoli inquit.
*Pædagogus puerū non ducit ad se ipsum,
 sed ad Magistrum.*

August.

Galat.

Alia etiam similitudine statim
 in principio cap. 4. id etiam ostendit
 Paulus declarans statum veteris
 legis, (licet filiorū esset: Omnes
 enim per gratiam Dei filij sumus.)
 Fuisset athen statum paruulorum,
 qui sub tutoribus sunt: nec suorum
 bonorum liberam habent administracionem,
 donec secundū iura ad legitimam
 ætatem perueniant: dicens. *Dico autem
 quanto tempore heres paruulus est, nihil
 differt à seruo cū sit Dominus omnium:
 sed sub tutoribus & actoribus est, vsque
 ad præfinitum tempus à Patre. Ita & nos
 cum essemus paruuli, sub elementis huius
 mundi eramus seruientes.*

Lex vetus e-
 lementa dicitur,
 es quare.

Vbi aduerte, quod per elementa isto loco non debes intelligere ista materialia elementa, quibus mundus constat: nec angelos, qui illis præsunt, (vt multi interpretari voluerūt.) Sed per elementa accipere debes corporales & exteriores ceremonias & ritus. Tum etiā & corporea sacrificia, quæ lex vetus præcipiebat, obseruantias lunarum dierum, neomeniarum, & sabbathorum. Fuit autem cōueniens, vt Iudæi sub his elementis & visibilibus rebus Deo seruirent, vt seruaretur congruus ordo naturæ: vt à sensibilibus ad intellectualia perducerentur, & à visibilibus ad inuisibilia. Sic interpretatur locum istum Chrysostomus in Epistolā ad Galathas. Et sanctus Thomas in istum locum aduertit, quod no-

Chryso-
 s. Thom.

tanda est proprietas scripturarum, & quod consulto Paulus dixit: *Era-* Roman.
mus seruientes sub elementis. Vt notaret differentiam populi Iudeorum à reliquis gentibus: Gentes enim elementis seruiebāt, & illa vt Deos collebant, vt ad Roma. 2. testatur Paulus dicens: *Seruierūt creaturæ potius quam creatori.* Iudæi verò dicuntur seruire sub elementis. Quia per hæc visibilia verum Deum collebant, & venerabantur. Secundò locum istum interpretatur Hieronymus, lib. 2. in Episto. ad Galat. quæ est ad Paulam, intelligens per elementa mundi legem Moysicam. Quia per hæc quasi initia & exordia literarum Dei timorem, qui sapientiæ principium est, docebantur. Et sicut literæ, quibus pueri primò instruuntur, elementa vocantur, ex quibus ad maiorum cognitionē tempore ducente perueniunt. Ita & lex Moysi, quasi literæ, & rudimenta prima erat & elementa, quibus veluti pueri instruebantur. Ab his namque elementis, postquam venit plenitudo temporis, ad maiora ascendimus, & filiorum adoptionem recepimus. Et vt optimè dicit Hieronymus. Potest lex Moysi & Prophetæ pro elementis accipi literarum, quod per eas syllabæ iungantur, & nomina: & non tam sui quam alterius rei vtilitate discantur: vt possimus orationem legere contextam: in qua sensus magis & ordo verborum, quam literarum principia considerantur. In hac significatione accipit elementa Paulus ad Hebræ. 5. cum ad eos, qui iā Hebræ.
 deberēt esse perfecti, & veritate neglecta adhuc disciplinarum principijs

cipijs inhærebant, scribens dicit. *Etenim cum deberetis esse magistri propter tempus, rursus necesse habetis, ut doceamini quæ sint elementa principij sermonum Dei.* Elementa igitur vocat legis veteris ceremonias, sacrificia, & Sacramenta: ut eorū demonstraret infirmitatē. Erat enim lex illa verus veluti manus horologii, quæ horā designat, & demonstrat, sonum verò causare non potest. Quia demonstrabat peccatū, & vires ad superandū non præstabat. Ostēdebat Christum, nec illum tradebat. Lex verò Evangelica perfecta est, & homines ad perfectum adducit. Quia Christū demonstrat, & præsentem offert: ostendit culpam, & gratiam tribuit ad illā superādā, dat velle & perficere, demonstrat horam & sonat. Ideo Ioannes, ut ostendat legis perfectionem in Euangelio esse positam, discipulos suos ad Christū mittit. Plures rationes possemus adducere, sed istę pronunc sufficiant.

Simile.

VII. CONSIDERAT.

Docet fidem Christi necessariam esse, & bona opera moralia sine Christo nullius esse momenti ad æternā vitam, operaquē ex fide procedentia si non ad sit charitas, nullius esse momenti.

Mittens duos ex discip. &c.

Discipuli Ioannis rectē secundum legis instituta vivebant, & iuxta ea quæ à magistro suo acceperant, orabant, ieiunabant, sanctis operationibus

incūbebant, sine alicuius offensione vivere curabant. Quod ipsi testati sunt quando simul cum Herodiana ad Christum accedentes. Matth. 9. dixerunt. *Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter: discipuli autē tui non ieiunant?* Quid ergo opus erat ad Christum illos mittere? Certē ut hinc scias: nihil honestatem, aut sanctitatem homini ad æternam vitam prodesse, si à Christo fuerit alienus. Nihil opera moraliter bona prodesse, quantum attinet ad æternam vitam consequendam: Si homo à Christo alienus fuerit vel cognitione & fide, vel operatione in peccato mortali existens. Opus est, ut opera nostra, etiam bona moraliter, valorem aliquem apud Deū habeant, & vitæ æternæ meritoria sint, ut fide, & charitate Deo coniungamur. Et quodcunque horum duorum desit, opera inutilia & vana redduntur quantum ad præmiū æternæ vitæ. Quia qui Christum non cognoscit illius fidem non suscipiēs, in tenebris ambulat, & mortuus est, nec Deo placere potest, ut ad Hebræo. 11. Paulus affirmat. Qui verò opere à Deo alienus est per culpam, qui fidem habet & operibus caret, qui confitetur ore Deū & operibus fidei suę contradicit. fidē habens mortuam, hic in regione tenebrarum vivit, & in umbra mortis versatur, ut Esai. cap. 9. de peccatoribus dicitur, *Sedētibus in tenebris & in regione umbræ mortis lux orta est eis.* Per regionem umbræ mortis Hieronymus peccatum intelligit. Sed statim rogabit aliquis. Quomodo peccatū umbra mortis dicatur, cū peccatum mors sit, & multo ve-

Matth.

Bona opera moralia sine Christo nihil profunt ad æternam vitā.

Hebræo.

Esai.

Hieron. Peccatū quomodo dicitur umbra mortis.

rior morte corporis, cū peccatum causa sit mortis corporalis, vt affirmat Paulus ad Roma. 5. *Per peccatū mors*? Hinc Hieremias, c. 22. dicit. *Nolite flere super mortuū, sed super eū qui egreditur & non reuertetur: id est, Nolite flere eos, qui corporalē vitam amittunt, sed eos qui spiritualiter per peccatum moriuntur. Quomodò ergò vmbra mortis dicitur? Certè, non negat peccatū mortem esse. Vocat autē vmbra mortis: Primò vt ostendat differentiam inter spiritualem & corporalem mortem. Quòd in hac regressus nō est, in illa, quandiu in hac vita sumus, regressus patet, si per poenitentiam ad Deum conuertamur. Secundò, quia mors culpę æternę morti comparata est veluti vmbra, sicuti & vita iustorū comparata æternę foelicitati vmbra vitę dicitur. Duę enim sunt in hac vita regiones. Altera est vmbre vitę, quę est spiritualis Hierusalē à Dei amore condita. Altera vmbra mortis, quę est spiritualis Babylona proprio amore constituta. Quamuis enim viri iusti vitā animę habeant fide & charitate Deo coniuncti, dicuntur esse in regione vmbre vitę, quia nondum fruuntur diuina visione, & sempiterna vita, sed per fidem ambulant videntes per speculū in ænigmate. i. Corinth. 13. Ita qui vitijs contaminati sunt, in regione vmbre mortis esse dicuntur: quia nondum addicti sunt illi perpetuę morti, cuius peccatum vmbra dicitur. Ideò appellatur æterna damnatio mors secunda Apocal. 2. & à Christo dicitur, nox, quando nemo poterit operari, vt infra dicemus. Ideò nec qui fide*

caret, nec qui in peccato mortali est, potest aliquid operari quod meritorium sit æternę vitę, & quod Deo gratum sit, nisi diuini luminis splendore illustratus ad Christum veniat, & noua luce orta operetur. Qui enim in tenebris est, operari non potest, vt Ioannis. 9. Christus dixit. *Ambulate dum lucem habetis, ne tenebrę vos comprehendant, veniet enim nox, quādo nemo poterit operari.* Vt ergò operemur lux necessaria est, quę Christus est. *Erat lux vera,* Ioan. 1. & gratia eius. Quare opera existentis in peccato mortali, licet bona videantur, & moraliter talia sint, vt ieiunium, elemosyna, nullius meriti apud Deum sunt.

Pro quo notandum est, quòd opera hominum sunt in triplici differentia, quędam enim sunt viuā, quędam mortuā, quędam mortificatā. Opera viuā dicuntur quę sūt in gratia, & meritoria sunt æternę vitę, qualia sunt opera iustorum. Opera mortificatā dicuntur illa, quę factā fuerunt ab homine iusto & in gratia existenti, postea verò per peccatum mortale subsequens non amiserunt vitam quam habebant, quia id impossibile est, sed mortificatā dicuntur, quia non imputantur ad p̄m̄ium, nec per illa quandiu homo in peccato permanferit æternam vitam consequetur. De quibus Ezechiel. 18. dicitur. *Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secundum omnes abominationes, quas operari solet impius. Nunquid vincit? Omnes iustitia eius, quas fecerat, non recordabuntur.* Ecce verbis his declarat, quę sit operum bonorū mortificatio. Non dicit,

Rom. 5.
Hierem.

Ioann.

Ioann.

Due regiones in hac vita.

Opera existentis in peccato nullius momenti.

Opera hominis in triplici differentia.

Corinth.

Ezech.

Apoca.

dicit, opera morientur, & peribunt: (Quia opus, quod à principio vitali & à gratia semel processit, intrinsicè vitam habet, & fieri non potest vt à tali principio non processerit, & vitæ respectum nō habeat: Sed eorum non recordabor; Quoniam ad præmium non peruenient. Opera mortua dicuntur quæ fiunt ab homine existenti in peccato mortali. Huiusmodi autem sunt non solùm ipsa peccata, sed etiam opera omnia etiã moraliter bona vt eleemosynæ, ieiunia, & alia huiusmodi, quæ à tali homine fiunt. Quæ quia non procedunt à principio vitali, quod est gratia, vita earent & mortua sunt. Quæ ossibus aridis comparantur apud Ezechiel. De quibus intelligitur illud Esai. 58. Vbi conqueri videntur homines cōtra Deum, eò quod opera legis ab illis facta non receperit dicentes: *Quare ieiunauimus & non aspexisti; humiliuimus animas nostras & nescisti?* Respondet. *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, &c.* Quod clarius dixerat Esai. cap. 1. *Et cum extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis, & cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam. Manus enim vestre sanguine plene sunt.* Ac si dicat. In peccatis estis, & quid vobis vniuersa hæc proderunt? Hoc autem discrimen versatur inter opera mortua & mortificata. Quod opera mortificata, quia vitam habuerunt, & à principio vitali processerunt, per pœnitentiam reuiuiscunt. Opera verò mortua omnino pereunt quantum attinet ad meritum æternæ vitæ: nec vllò modò vitam acquirere possunt. Quia à pri-

uatione adhibitum non est regressus. Vndè. 1. Corinth. 13. dicit Paulus. *Si habuero prophetiam, & nouerim misteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Nec ob hoc intelligas vniuersa opera hominis existentis in peccato mortali, peccata esse, vt hæretici falso affirmant. Aliud enim est peccata esse, aliud mortua esse. Peccatum nã. què est quod contra legem Dei fit: Mortuum verò, quod principium vitæ non habet, licet legi conforme sit. Vndè peccatores opera legis exequentes à peccato nouo excusantur, non tamen per illa apud Deum promerentur. Præterea non negamus, quod opera moraliter bona etiam in peccato facta, vt ieiunia, eleemosynæ & alia similia multum peccatori profint. Quia Dei misericordiam prouocant, vt ex sua bonitate peccatori faueat, illum excitet, & illuminet. Vndè Danieli Regi Nabuchodonosor dicebat cap. 4. *Consilium meum placeat Regi. Peccata tua eleemosynis redime.* Tamen illis non est fidendum: quia nullius meriti sunt.

Illud hominum genus, qui in peccatis viuunt & aliqua opera bona præstando sibi securitatem promittunt, nec pœnitere procurant, repræhendit Deus Hierem. cap. 7. dicens. *Nolite confidere in verbis mendacij dicentes. Templum Domini, templum Domini, templum Domini, templum Domini est.*

Corint.

Non omnia opera existētis in peccato sunt peccata.

Bona opera peccatoris ad multa prouocant.

Dani.

Fiducia eorū qui in peccatis sunt & in bonis suis fidunt repræhenditur. Hierem.

Esai.

Esai.

Discrimē inter opera mortua & mortificata.

*Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij, qui non proderunt vobis, furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire post Deos alienos quos ignoratis. Et venistis & stetitis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum. Et dixistis. Liberati sumus, eo quod fecerimus omnes abominaciones istas. Isto loco Propheta intendit populum liberare a deceptione, quam verbis mendacibus sacerdotes & falsi Prophetæ illis causabant dicentes. Templum Domini, &c. Sacerdotes enim persuadebant populo, quod omnia peccata illis dimittebantur per solam oblationem sacrificiorum sine alia pœnitentia & satisfactio-
ne: & quod licitum erat illis vivere secundum sua desideria, furari, occidere, & adulterari, si sacrificia offerrent, quibus ab omnibus culpis mundabantur. Hæc vocat Propheta verba mendacij, quæ nõ proderunt, quinimò multum nocent, dum peccandi libertatem cōcedunt. Præterea aduerte, quod particula, *eo quod*, quæ isto loco ponitur à Propheta, non causalis est. Nulla enim adeò demens infania in aliquo esse poterat, vt peccata & crimina adeò detestanda pro causa afferret, quare à malis liberarentur, sed accipitur pro, *ideo*, & confessionis nota est, & ita sensus est. Quia ad templum venimus, quia sacrificia offerimus, liberè & ad placitum nostrum vivere possumus, nec est cur peccata admittere timeamus. Ecce propter oblationes liberati sumus ab omnibus istis malis. Ita exponit locum istum Nicolaus de Lyra.*

Secundò etiam exponi potest locus iste, vt per abominaciones intelligantur sacrificia illa in peccatis oblata, quæ abominaciones dicuntur à Domino Esai. 56. *In-* Esai.
censum abominatio est mihi. Amat enim Deus hostias & sacrificia, quæ ab illis offeruntur, qui mundo corde oblaturi accedunt. Similem malitiam repræhendit Christus in Scribis & Pharisæis Matthæi, 15. *Cum enim Pharisæi repræ-* Matth.
hendissent Christi discipulos, eo quod transgrederebantur traditiones seniorum, ipse respondens ait. Quare & vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram? Nã Deus dixit, honora patrem & matrem: & qui maledixerit patri vel matri morte moriatur. Vos autem dicitis. Quicumquẽ dixerit patri vel matri, munus quodcumquẽ est ex me tibi proderit. Et non honorificauit patrem suum aut matrem suã. Optimè locus iste exponitur ex loco Esaiæ allegato, & ad illum respexisse videtur Dominus. Et repræhendit Scribas & Pharisæos, eo quod dicerent & persuaderent populo, quod si munera & oblationes offerret, (etiam si patrem & matrem contēneret, nec honore debito in necessitate afficeret, illis subueniendo,) à culpa & peccato liber esset: Quod in maximum detrimentum salutis eorum erat, grandequẽ peccatum. Ostendit Dominus isto loco, & apud Prophetã, quod opera, quæ ab hominibus sunt in peccato existentibus, etiam si ex genere suo bona & laudabilia sint, nullius precij & valoris sunt nulliusq; meriti: sed mortua sunt. Ideoque de cordis munditia, & animæ puritate

puritate prius curandum est, vt opera apud Deum meritum habeant. Vt ergo valorem operum nostrorū ex Christo & eius gratia, sine qua nihil sunt, prouenire ostendat Ioannes, mittit discipulos suos ad Christum: vt fide illius illustrati, & illi coniuncti, & fide viua membra illius effecti participant charitatem & gratiam, quibus diuinæ naturæ consortes facti salutem consequantur, & opera viua & digna æterna vita efficiant: quæ sine Christo prestare nequaquā possent. *Nec enim, (vt dicit Petrus Actuum. 4.) Est aliud nomen sub celo datum hominibus, in quo possint salui fieri.* Et ipse Christus Ioann. 17. ad Patrem suum loquens ait. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum.* De fide loquitur, vt exponit optime Cyrillus lib. 11. in Ioann. cap. 16. quam æternam vitam vocat. Quia radix, principium, & causa est æternæ vitæ consequendæ per bona opera in charitate facta.

Actuum.

Ioann.

Cyrill.

VIII. CONSIDERATIO.

Prælatorum & Prædicatorum curam pro sibi commissis ouibus tractat: & vt suorum commodorum debeant obliuisci pro suorum salute.

Mittēs duos de disci. &c.

VT Verborū istorum vim intelligere valeamus, & Ioannis excellentiam percipere, necesse est, vt verba ista præcedentibus coniungamus: & locū

consideremus, vnde Ioannes discipulos ad Christum miserit. In vinctulis enim positus non de sua salute aut libertate curat, sed discipulorum vtilitati & commodo studet. Nec, vt sibi consulat, eos mittit: sed vt eorum morbo medeatur. Non enim mittit discipulos, vt pro vita & libertate sua deprecentur, rogēt, intercedant, aliquid subsidij afferant, sed sui immemor totam suam curam & sollicitudinem ad discipulorum suorum salutem procurandam transfert. Quod sanè omnem admirationem excedit: Vt eleganter Chrysostomus aduertit Hom. 27. operis imperfecti. in Matthæū dicens: *Vt scire, quod est supra humanam naturam? Missus in carcerem, non de suo periculo sollicitus erat, sed de aliorum salute cogitabat, id est, discipulorum suorum.* Ideo mittens ad Christum interrogabat. Vt hinc discant Pastores, Prælati, & verbi Dei concionatores, qui speculatores à Domino constituti sunt, & Magistri aliorum facti, qua cura & sollicitudine teneantur vtilitatem & salutem animarū curæ suæ commissarum procurare nō parentes laboribus & vigilijs, famem & pericula contemnentes, vitam, si opus fuerit, periculo exponentes. Debent non solum rerum suarum, sed & sui obliuisci, vt aliorum bono consulant sicut fecit Ioannes, & faciebat Paulus: qui vt verbum Dei prædicaret, & saluti animarum prospiceret, nulli laborum generi se subtrahebat, vt 2. ad Corint. 11. ipse testatus est dicens: *In laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter. A Iudeis quinquies quadragenas*

Chrysostomus

Qualis debet esse Pastorū & Prædicatorum sollicitudo.

Corint.

dragenas una minus accepi. Ter virgis caesus sum. Semel lapidatus sum, ter naufragium feci. Nocte & die in profundo maris fui, in itineribus saepe. Periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus. In labore & erumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: praeter illa, quae intrinsicus sunt, instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Haec Praedicatoris partes sunt, in quibus gloriari debet, vnde concludit Paulus. Si gloriari oportet, quae infirmitatis meae sunt gloriabor. Ac si diceret. In his me gloriari oportet, quod non cessauerim a praedicatione verbi Dei propter meam vtilitatem, commodum, & salutem: sed quod instanter laborauerim vsque ad sanguinis effusionem & vitae amissionem. Quod etiam Actuum. 20. testatus est dicens: Vado in Hierusalem, quae in ea ventura sunt mihi ignorans: nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur dicens. Quoniam vincula & tribulationes Hierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animam meam preciosiorem, quam me: dummodo consummum cursum meum, & ministerium verbi quod accepi a Domino Iesu, testificari. Euangelium gratiae Dei. Ponderandum est verbum illud. Nec facio animam meam, id est, vitam meam, preciosiorem quam me. Ille enim vitam suam magis preciosam quam se habet, qui pro vita seruanda seipsum perdit, & ministerio suo deest in necessarijs. Ideo

Paulus dicit: se animam suam contempnissse, dummodo adimpleret cursum ministerij sui, & in nullo praedicationi Euangelij deesset. Nec in hoc tantum laborabat, sed & omnia in omnibus fiebat sui oblitus, vt omnes ad Christum traheret. Qui animam suam & seipsum mortis periculo exposebat, nunquid pro substantia voluptatibus, delitijs, & proprijs commodis sollicitus fuisse credendus est? Quis ea, quae Petrus & reliqui Apostoli (qui vt Actuum. 5. habetur, *Actuum.* *Ibant gaudentes a conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati:* qui magistratibus denuntiantibus vt tacerent, nec in nomine Christi praedicarent, constanter responderunt: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*) Passi sunt, & fecerunt, vt Christi Euangelium disseminarent, poterit referre? Quanta Christus Redemptor noster, vt nobis exemplum preberet, pro salute hominum passus est? Tandemque, animam suam pro illis posuit, & sanguinem in cruce fudit. Vnde ista considerans Ioannes. 1. Canon. cap. 3. dicebat. *In hoc cognouimus charitatem Dei: quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Hoc significat verba illa Christi toties repetita, Ioann. 15. *Hoc est praeceptum meum, vt diligatis inuicem, sicut dilexi vos.* Ac si diceret. Talis debet esse amor vester erga fratres, vt sicut ego pro illis animam meam odio habui, & sanguinem fudi ita & vos pro fratribus non solum propria, sed & vos ipsos & animas vestras debetis contemnere, & pericu

*Actuum.**Actuum.**Ioann.**Ioann.*

test aliquis esse separatus à Christo, id est, à visione & fruitione, quæ habetur in gloria. Sic separari à Christo optabat Apollolus pro salute Gentilium, nec dum pro conuersione Iudæorum, secundum illud Philip. 1. *Desiderium habens dissolui & esse cum Christo, multò melius permanere in carne necessarium propter vos.* Desiderabat igitur anathema esse, id est, separatus à gloria, vel simpliciter, vel ad tempus propter honorem Christi, qui ex conuersione Iudæorum poterat prouenire. Undè Chrysostomus in libro de compunctione cordis dicit. *Ita totam eius mentem deuicit amor, ut etiam eò quòd præ cateris omnibus amabilius erat esse cum Christo, rursus id ipsum, quia id placeret Christo, contemneret: sed & celorum regna, quòd videbatur laborum esse remuneratio, pro Christo nihilominus cedere pateretur pro fratribus suis.*

Facilius locus iste, & magis ad mentem Apostoli interpretari potest, si dicamus: Quòd Paulus non optat separari à Christo pro fratribus suis, quimpotius illi magis coniungi hoc feruentissimo charitatis actu, quò post Christum anathema esse desiderat, id est, mori, sacrificari, & Deo in oblationem offerri, sicut Christus oblatus est, pro fratrum suorum salute. Ac si dicat: Testis est Deus, quòd libentissimo animo turpissimam, & vilissimam mortem sustinuissem pro fratribus meis, dummodò illi saluificent. Hoc significat anathema. de quo sensu copiosius alio loco agemus. Ad nostrum nunc institutum quilibet propositorum sensuum satis

est. Omnes enim ardentem Pauli charitatem pro fratrum suorum salute demonstrant, quam Prælati, & concionatores verbi Dei tenentur imitari. Sed quòd maximè defendum est, multum ab ista perfectione distamus, qui magis de nostra utilitate, voluptate, conimodo, & honore, quàm de animarum salute curamus. Hæc certè videntur tempora quæ Paulus prospiciens à longè deflebat dicens. 2. ad Tim. *In nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi.* & infra. *Ex his enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desiderijs, semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes.* Et c. 4. ait. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaccerruabunt sibi magistros prurientes auribus.* De his loquitur Ezechiel capit. 13. dicens. *Vae Prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum & nihil vident. Quasi vulpes in deserto prophetae tui Israel erant.* Exponit statim in quò nequitia & insipientia prophetarum esset, inquiring. *Non ascendistis ex aduerso, nequè opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in pratio in die Domini.* Ecce prophetae & concionatoris munus est pro salute populi se Dei ire & flagellis opponere, se murum contra hostes pro illis constituere, se ictibus & periculis pro illorum salute exponere, propria vita & honore neglecto utilitati fratrum consulere. Sicut fecit Ioannes: qui in vinculis constitutus sui obliuiscitur, & de salute suorum discipulorum sollicitus, illos ad Christum

Philip.

Chrysost.

offerri desiderat Paulus pro fratribus post Christum.

Timot.

Timot.

Ezechi

mittit: vt suo nomine interrogare non erubescant, & sic sanentur.

IX. CONSIDERATIO.

De utilitate laborum agit, & vt hominem ad Deum trahant.

Mittens duos ex disci. &c.

S hocum vnde Ioannes discipulos suos ad Christū mittit, & tempus consideremus, scilicet, quod in vinculis positus, & cum mortis suæ tempus instaret, vinculis onustus, laboribus & afflictionibus oppressus discipulos mittat ad Christum, aperte cōspiciemus, quā vt. litatem, quod commodum, labores & afflictiones homini afferāt. Animum namque excitāt, cor mouent: vt ad Deū reuertatur, vt clamet, auxilium poscat, & vt mundanis omnibus relictis ad Deum tendat, & se totum illi committat. Quo n. hil frequentius experimur. Videas, (si attendere volueris non solum ad alios, sed & ad te ipsum,) hominem, qui dum pace fruebatur, prosperè agebat, securus & quietus vivebat, vanitatibus & vitijs deditus erat: qui Dei nō recordabatur, sed suorum desideriorum idola sequens, & vanitates amans, vanus factus erat totus his rebus mundanis addictus, qui cælestium vix recordabatur: vbi aduersitas aliqua, labor, infirmitas, & tribulatio, illum vel leuiter tangere cœpit, statim excitari Deum & cælestia in mentem reuocare, ad Deum confugere, clamare, preces

Labores homines excitant vt Dei recordentur.

fundere, instāter auxilium Dei postulare. Quod si interrogēs? Vnde hæc tam grandis mutatio? Respondebimus, hæc mutatio dextere excelsi, quæ terigit illum laboribus. Afflictiones, & tribulationes excitarunt, & ad Deum traxerūt. Eius enim naturæ & conditionis homines sumus, vt non nisi necessitate coacti ad Deum veniamus. Huius rei, licet opus non sit, apertum exemplum habemus in populo Israëliti-
co, qui victorijs inimicorum gloriosus, bonis gaudens, opibus excelsus, quando iuggebat mel de petra, & deliciarum butyrum comedeat, Dei sui oblitus Deos alienos sequebatur: vt Deut. 32. testatur Moyses, inquit. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilataratus. Dereliquit Deū factorem suum, & recessit à Deo saluatore suo. Pronocauerunt eum in dijs alienis, &c.* At vbi Deus mala & tribulationes illis immittebat, bella, fames, infirmitates, mortes, & alia supplicia, statim surgebāt, ad Deū veniebant, illum deprecabantur, foribus domus illius assisiebant, pulsabant, & fauorem Dei sui petebant; Quod Psalm. 77. Dauid affirmat dicens, (post quā singularia beneficia, quibus populum illum per desertū quadraginta annis prosequutus est, enumerauit, eorumq; ingratiā in alitiam proposuit.) *Cū occideret eos quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est.* Ecce labores trahunt, quos delitiæ elongauerant. Id etiā videre possumus in Rege illo Manasse,

Deute.

Psalm.

Labores rebelles domat & subiungunt

nasse,

Roman.

lo exponere. Hoc exemplo excitatus Paulus erga fratres suos, qui erant ex semine Abrahamæ secundum carnem, eorum salutem exoptans ad Roma. 9. dicebat. *Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior: testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto.* Hac præfatione & exaggeratione utitur Paulus testem Deum adducens, & propriam conscientiam. Quoniam rem magnam & creditu difficilem erat dicturus. Ut his cont. stationibus charitatis suæ affectum erga fratres suos ostenderet, & persuaderet: aliosque pastores suo exemplo ad similia excitaret, & suæ obligationis admoneret. Dicit: *Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* Istum locum versans Chrysostomus Homil. 16. in Episto. ad Roma. Pauli charitatē in fratres suos maximè commendat inquiens. *Nōne magna quædam, & quæ supra naturæ captum esse de Pauli erga Christum dilectione vobis dixisse visus sum? Etenim natura ingratia, & omnem excellentia orationem fuit: at quæ hodie dicta sunt, tantam habent ad illa hyperbolem, quanta illa ad rerum nostrarum conditionē. Quanquam non existimabam illa habere hyperbolem, sed tamen superuenientia ea, quæ hodie sunt lecta, multo illis omnibus illustriora visa sunt. Id quod ille cum intelligeret, ab ipso statim exordio palam fecit, itaque qui ad maiora progressurus à multis minimè credendus esset. Prius autem ea confirmat, de quibus dicturus est. Quod facere multi consueverunt, quoties dicturi aliquid sunt, quod multis fidem non faciat, sed quod verum esse magnopere sibi persua-*

Chrysof.

serint. Et dicit veritatē dico & cetera. Et sanè locus iste Pauli difficilis valdè est. Aliqui referendum hoc iudicant ad tēpus illud, quò Paulus fuit in Iudaismo, & ad miserū statum Iudæorum, quò à Christo separati esse volunt, ideò tristatur & dolet, & in seipso exponit aliorū personam repræsentās. Vndè dicit, se tanto zelo Iudaismi & tuendę legis olim inflammatum fuisse, ut vellet à Christo anathema esse & separari: quod & opere demonstraui, quando zelo legis accensus persequutus est Ecclesiam Dei. Quare se modo cognita veritate dicit maximè tritari, & continuo dolore affici. Hanc expositionem amplectitur Caietanus hic. Sed hæc interpretatio non quadrat literæ: Quia ante conuersionem Paulus anathema erat, & separatus à Christo, nec erat cur optaret quòd iam tenebat. Quare communis omnium Patrum sententia est, ut Paulus loquatur de eo tempore quo iam erat in Apostolatu, & gentium Apostolus à Christo constitutus. Et quoniam se gentium Apostolum prædicabat, & gentium ad Christum vocationem, & expulsionem populi Israelitici denuntiabat, genti suæ contrarius videbatur, & illā odio prosequi gentium gloriam statuens. Hanc calumniam remouens modo Paulus, verbis istis declarat dilectionis suæ erga populum Iudæicum magnitudinem, & ostendit tristitiam ingentē qua tenebatur propter Iudæici populi reprobationem & expulsionem, simulquē demonstrat ardens desiderium, quo cupiebat Iudæos saluos fieri, & ad agnitionem

Caieta.

tionem veritatis venire, etiam cum detrimento propriæ salutis, dicens. *Optabam ego ipse anathema esse, &c.* Quid autem significet anathema, eleganter declarat Chrylostomus Hom. 16. in Epist. ad Roma. dicēs. Quid igitur est anathema? audi ipsum Paulum. I Corint. 16. ita loquentem: *Si quis non amat Dominum nostrum Iesum Christum sit anathema, Maranatha, hoc est, ab omnium commercio segregetur, alienus ab omnibus sit. Nam que admodum anathema, donumque id, quod Deo oblatum dedicatur, nemo est qui temerè manibus contingere audeat, neque ad id proprius accedere: sic & cum qui ab Ecclesia separatur, ab omnibus abscindens, ac tanquam longissimè abducens, hoc nomine à contrario sicut appellat, magno cum terrore omnibus interminatur ab eo ut separentur, ac pedem referant. Anathemati enim honoris gratia appropinquare nemo audebat. Ab eo autè qui ab Ecclesia abscissus erat ex opposita omnes sententia separabantur. Qua propter separatio quidem tum hæc, tum illa, ex æquo à vulgo ab alienatio erat. separationis verò modus non vnus, sed illi contrarius: ab illo enim abstinebant tanquam Deo dicato, ab hoc autem decedebant tanquam à Deo alienato, & ab Ecclesia abscisso. Anathema igitur separatum significat. Sed statim occurrit, quomodo optabat à Christo separari Paulus pro salute fratrum suorum, qui cupiebat dissolui & esse cum Christo, ut ipsemet ad Philippenses. 1. affirmat, & qui omnia ut stercore arbitratur, ut Christum lucrifaceret ad Philippenses. 3. Nunquid licitum est optare separari à Christo? Aliqui dicunt hæc à Paulo dicta esse per*

hyperbolem & exaggerationem quãdam ex nimio amore, quo suos diligebat: & quod illius vi rapiebatur illius animus ad impossibilia. Hic enim dolor Pauli incomparabilis erat, quem conceperat ex ruina & euersione Israëlitici populi. Simili æstu agitato David optabat dari sibi, ut pro Absalō filio suo moreretur. Et Moyses Exodi. 32. dicebat. *Aut dimitte populo noxam hæc, aut, si nō facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.* Isti excessus sunt charitatis flagrantis, qui Deo displicere non possunt, cum ex charitate ardent; proueniant. Sic interpretatur Ambrosius super istum locum Pauli. Sanctus Thomas in istum locum patrum vestigia sequens ita exponit, ut exoptet Paulus separationem suam à Christo nō per culpam, sed per carentiam gloriæ & visionis Dei ad tempus, dicens: quod separari à Christo dupliciter contingit. Vno modo per culpam, per quam aliquis à charitate Christi separatur eius præcepta non seruans, & isto modo non poterat Apostolus optare esse anathema à Christo pro quacunque causa. Est namque hoc contra ordinem charitatis, quo quis tenetur Deum super omnia diligere, & salutem suam plusquam aliorum. Charitas namque omne peccatum excludit, per quam Spiritus sanctus in nobis inhabitat, & Deus in nobis manet. & nos in illo. Ideo Ioannes. 1. Canon. cap. 3. dicit. *Quod qui ex Deo natus est non peccat, nec peccare potest: Quia semen Dei, quod est charitas & gratia, manet in illo.* Hæc autem peccatum secū non compatiuntur. Alio modo potest

*Hyperbolem
verba Pauli
habent.*

Exod.

*Ambros.
S. Thom.*

*Separationem
à gloria ad tē
pus exoptat.*

Ioann.

Chrysof.

*Anathema
quod sit.
Corint.*

*Quomodo
Paulus optat
esse anathe-
ma à Christo
Philipp.*

Philipp.

nasse, qui cum regno suo & prosperitate & pace frueretur, Dei sui nō recordabatur patrum suorum abominaciones sequens: At captiuus in Babylonem adductus, oculis priuatus, compedibus vincētus, & in profundo carceris positus, 2. Paralyp. 33. ad se rediens, Dei sui recordatus est, & de profundo carceris clamans exauditus est. In quo & Dei misericordia, qui nullum respuit, & laborum utilitas, qui etiā rebelles domant, manifestè ostenditur. Antiochus in prosperitate potentie sue elatus Dei templum inuadit, & in tantam superbiam deuenit, vt diceret: *Si est Deus in celo?* id est, non est Deus in celo: Vbi autem in egritudine decidit. 2. Machab. 9. suam infirmitatem agnoscit, & ad Deum reuertitur, vt textus dicit: *Et qui paulò ante sydera cali contingere se arbitrabatur, cum nemo poterat propter intollerantiam foetoris portare.* Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus, ad agnitionem sui venire diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. Danielis. 4. Nabuchodonosor, qui in gloria sua se Deum reputabat, & vt talem adorare faciebat: in calamitate & miseria inter bestias positus, foenum & palleas comedens, Deū agnoscit, & collendum & adorandum prædicat.

Prauum certè est cor hominis, & lapidibus durius, quòd nisi fortibus ictibus, & durissimis instrumentis frangere non potest. Ezechiel. 36. Dominus de populo Israëlítico dicit. *Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Ac si

dicat, reddam vobis cor, quale à principio vobis tradidi, scilicet, carneum, quòd sentiat & doleat, facile què cindi possit: *Et auferam à vobis cor lapideum,* Quod vos vestris sceleribus indurastis, & in lapidem conuertistis, & insensibile fecistis ita, vt misericordia, & bonis emolli non valeat: sed ferro, igni, & cōtentione laboriosa, indigeat, vt scindatur. Idèd frequenter populus ille in Prophetis duræ cervicis appellatur, & cor eorum durius dicitur adamante. Quòd, vt dicunt naturales, non nisi sanguine hædi mollescit, ferro, & igni non cedit, omnia instrumenta sua duritie superat. Ita cor hominis adèd durum est, vt nisi sanguine ex tracto laboribus, afflictionibus, & calamitatibus non emolliatur, cuncta instrumenta sua duritie vincit. At vbi sanguine tangitur, molle redditur, & sentit. Et sicut silex non emittit cintillas, nisi percutiatur ferro: ita cor nostrum nisi ferro tribulationis tangatur nō mittit cintillas, nec accedit ignem, nec fenum causat. Quòd intelligens Dauid cum Deo loquens dicebat, Psalm. 148. *Tange montes, & fumigabunt:* id est homines in mundo potentes, & qui alti & firmi in rebus temporalibus sicut montes videntur prosperitate & bonis nimis aucti, tange tribulationibus & laboribus, & statim fumigabunt, la chrymas fundent ad te venient, & igne amoris tui accendentur. Vbi aduerte, quòd tangere aliquem dicitur Deus in Scriptura, quando labore & tribulatione hominem tenet, & probat. Iob. 19. *Manus Domini tetigit me:* id est, percussit, & vulnerauit

Paralip.

Mach.

Danic.

simile.

simile.

Psalm.

Tangere quomodo dicitur Deus.

Iob.

Ezechie.

nerauit

Labores instrumenta sunt quibus Deus Dominem excitat. Simile.

nerauit me, vt probaret. Labores enim sunt instrumenta, quibus Deus vritur ad excitandos homines, qui profundissimo somno correpti in peccatis suis dormiunt. Et sicut apud nos cōtingit, quod cum dormientem excitare volumus, solemus strepitum pedibus & manibus facere, vocare, & clamare. Quod si ista non sufficiunt, accedimus & dormiētem commouemus, aurem vel capillos vellendo dolorem causamus, vt vel sic excitetur. Quod in letargicis medici facere solent illos torquendo. Sic Deus cū homines videat in peccatis, voluptatibus, & mundi delitijs iacentes, & graui somno oppressos, excitare procurans vocat & clamat per se, & per suos concionatores, in ternis inspirationibus, & externis vocibus dicēs: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, Ephes. 5.* strepitum manibus & pedibus facit res exteriores commouendo, amicum, vicinum, filium feriēdo, diuitias & bona auferēdo. Quod si videat ista nō sufficere, propiūs accedit, in propria persona labores, carceres, infirmitates permittit, vt vel sic commotus homo à somno excitetur, & ille qui beneficijs negligens factus fuerat, laboribus actus veluti compellatur ad Deum venire. Hoc est quod in parabola illa *Luce. 14.* homo ille, (qui fecit cōenā magnam, ministris suis præcipiens, vt omnes quotquot inuenirent vocarent, & ad cōenam adducerent, & videns quod adhuc superesset locus dicēs: *Ite & quos inueneritis compellite intrare.)* ostēdere voluit. Labores namquē quasi compellunt homines, vt

Ephes.

Luce.

Labores commouent homines ad Deum intrandum.

ad Deum veniant, vt excitentur, vicia reliquant, & continuo clamēt. Quod eleganter *Esaias, cap. 26.* declarat dicens: *Indulxisti genti Domine, indulxisti genti: nunquam glorificatus es. Elongasti omnes terminos terra. Domine in angustia requisierunt te: in tribulatione murmuris doctrina tua eis. Sēsus est, Indulxisti gēti Domine, &c.* Tu Domine genti huic, scilicet, hominibus impijs & potentibus sæpē in hac vita indulxisti, multa eis bona tribuisti, eorumquē terminos elongasti donans eis possessiones & bona multa. Hanc amplitudinē & largitatem Dei geminatio illa verbi *indulxisti* demonstrat, & copiosam misericordiam largissima manu in partitam declarat. Eorum autem ingratitude declarat dicens. *Nunquid glorificatus es* ab illis propter hæc tam magna & singularia beneficia? Non quidē. Imō propterea à te longius recesserunt. Securitas contemptum peperit.

Videtur Propheta quasi Deum increpare, eō quod sceleratos homines non coërceat, & puniat, qui indulgentia quotidie deteriores fiunt. Vnde per quandam quasi Ironiam, & cum affectu, & capitis commotione verba hæc legenda & proferenda sunt, *indulxisti genti: quid inde lucratus es? Peiores facti sunt sicut Sapiens Eccles. 30.* dicit: *Equus indomitus euadet durus & filius remissus euadet preceps.* Et *Prouer. 1.* *Prouer. prosperitas stultorum perdet eos.* Qui vult equum domare vritur freno: & qui vult fructum ex vite colligere amputat eam: sic & Deus freno laborum vti deberet, vt nos moderaretur: & superflua amputare, vt factum

Esai.

Eccles.

Simile.

atum

tum colligeret. Ideoq; hæc ostendens Propheta subiunxit. *Domine in angustia requisierunt te, &c.* Ac si diceret. Vide utilitatem afflictionis, qui indulgentia recesserunt a te, nec te glorificauerunt: ecce Domine in angustia requisierunt te. Quod & Osee, 6. Dominus confirmat dicens. *In tribulatione sua manebunt consurgens ad me.* Et Hierem. 2. in tempore afflictionis dicent: *Surge & libera nos.* Ideo Propheta noster ait: *In tribulatione murmurabis doctrina tua eis, id est, in afflictione, in qua præ angustia nec clamare quidem audebant, sed missitæ & submissa voce preces fundere, tuam doctrinam amplectebantur. Quo loco considera, quomodo exaggerat tribulationum utilitatem, & meritò. Nam ex eis admirabilis quædam amoris magnitudo erga Deum oritur. Vsq; aded est salutaris afflictio, ut caro, quæ suapte natura repugnat spiritui, & homines à virtute deterret, calamitatibus debilitata spiritui se submittat, simulquæ cum eo Deum exquirat. Quod David Psal. 62. dicebat, positus in vasta solitudine, patria expulsus, à Saule vehementer afflictus. *Deus Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.* Hinc Psal. 82. Malorum utilitati consulens David, & partes eorum agens cum Deo, dicebat. *Imple facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum Domine.**

Vbi aduerte quòd non exoptat propheta malum, etiam temporale, scilicet, contumeliam, & ignominiam illis, quos videt à Deo auersos. Licet in ordine ad bonum

spirituale, & ad illorum conseruationem licitum sit fratribus temporalia mala desiderare, ut illis attriti ad Deum conuertantur. Per modum certe optantis & petentis prophético sermone est futurorum denuntiatio facta à Dauid isto loco. Ac si diceret. Implebis facies eorum ignominia, & quærent nomen tuum. Imperatiuus præsentis pro futuro indicatiui ponitur, ut frequens est in Scriptura. Hoc in se expertus Dauid dicebat Psal. 31. *Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina.* Id est, conuersus sum, dum tribulatione afficior. Tribulatio enim est veluti spina carni infixæ, quæ dum dolorem causat, facit ut homo ad se redeat, & manum suam ad locum vbi spina est applicet. Ita labor spina est, & sui dolore hominem ad se trahit. Ideo Dauid dicit. Qui antea in delitijs Dei oblitus erã, & mea desideria sequebar, dum configitur spina, & tribulatio suo dolore me pungit, & erumna me præmit, conuersus sum ad Deum, meam miseriam agnoscens, & Dei bonitatem confitens. Vnde Psal. 118. hanc laborum utilitatem perspiciens dicit. *Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas.* Hinc procedit quod iusti maximi faciunt tribulationes & labores, & quasi si inuenerint thesaurum gloriantur cum se afflictos & tribulatos vident. Psal. 138. vbi nos legimus. *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus.* Aliqui ex Hebræo vertunt. *Mihi nimis preciosa facta sunt afflictiones tue Deus.* Quia *reagh*, amicum & afflictionem significat. Et licet verba ista *afflictiones tue*, passiue

Tempus pro tempore ponitur.

Psalmi

Tribulatio spina dicitur & quare.

Psalmi

Psalmi

Osee.

Hierem.

Psalmi.

Psalmi.

Galat.

siuè accipi possent, scilicet, pro afflictionibus quas Deus ipse pro nobis passus est, in quibus nobis gloriantum est: vt dicebat Paulus ad Galat. 6. *Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: Nihilominus actiuè intelligi debent, afflictiones tuae Deus, id est, quas tu Deus vel inmittis, vel permitis, mihi nimis preciosae sunt. Quia me ad te compellunt accedere, & etiã reluctantem trahunt.*

X. CONSIDERATIO.

Tractat quàm quieta sit iusti vita, quamquè inquietas impiorum, & quod tribulationes iusti animum non perturbant.

Mittens duos ex discipulis. &c.

IOANNES in vinculis positus & morti proximus non turbatur, sed adeo paccato animo in carcere & medijs tribulationibus viuit, vt discipulos audiat Christi opera renuntiantes, & eos ad Christum mittat, vt interrogent, an ipse sit qui venturus est. Hinc aperte cognosces, quàm quieta, secunda, & tranquilla sit iusti vita. Nihil eum in hac vita conturbare potest, nihil lædere: labores afflictiones, erumne, carceres, vincula, fames, pericula, mors, animum illius commouere non sufficiunt, nec illum turbare possunt: quin in medijs tribulationibus sicut turris fortissima, & mons magnus immobilis in sua quiete & pace perseveret. De horum numero

Paulus erat, qui dicebat ad Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Sicut scriptum est, quia propter te mortificamur tota die, estimati sumus sicut oves occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia nequè mors, nequè vita, nequè angeli, nequè principatus, nequè virtutes, nequè instantia, nequè futura, nequè fortitudo, nequè altitudo, nequè profundum, nequè creatura alia poterit nos separare à charitate Dei. Iustus enim fundatus est supra firmam petram, muro fortissimo & tutissimo septus. Ideoque nec illi officere, nec illum perturbare aduersa possunt. Sicut Domui sapientis, quæ supra petram fundata est, vt Saluator dicit Matth. 7. nihil nocere possunt vēti, turbines, aquarum procellæ, & tempestates; ita nec iusto, qui supra petram, (quæ Christus est,) suam domum fundauit, nihil possunt nocere tribulationum turbines, nec aduersitatū fortissimi venti, nec ingentes tempestates, tutissimo muro cinctus est. Quod diabolus, (intendens Iob constantiam euertere, & eius quietam mentem perturbare se posse confidens,) fateri compulsus est, Iob. c. 1. dicens: *Nūquid Iob frustra timet Deū? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamquè substantiam eius per circuitum? Ac si diceret. Tali muro vallato quis poterit nocere, vel, eius quietem turbare? Id etiã David de iustorum securitate loquens affirmat, Psalm. 124. dicens: Montes in circuitu eius, id est, iusti: & Dominus in circuitu populi sui,**

Roma.
Nulla aduersitas iustū mouet à sua pace.

simile.

Matth.

Iob.

Psalm.

Et usque in seculum. Quia nō relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum. Et Esai. cap. 26. de sancta ciuitate loquens ait: Vrbs fortitudinis nostrae Sion Saluator ponetur in ea murus & ante murale. Hinc Ecclesia de populo fideli in quadam oratione canit. Quia nulla ei nocebit aduersitas, si nulla ei dominetur iniquitas.

Esai.

Iusti promalis gratias in ferentibus augunt.

Adeo iustus securus uiuit, ut ea quae mundus contra iustum facit, mala quae illi infert, pro beneficio & mercede accipiat, & gratias persequētibus reddat. Quia malis istis non solum illum non turbat mundus, sed impellit ut desideria sua citius consequatur, & ad Deum velocius perueniat. Quod eleganter profequitur Chrysofost. Hom. 27. operis imperfecti. in Matth. in principio dicens. Ioannes specie homo, gratia angelus: quia nihil carnis erat in eo, nisi visio sola: corpore tenebatur in carcere, anima autem in caelo: & quod Herodes illi faciebat pro poena, ille suscipiebat pro beneficio. Et ira illius quasi Dei misericordia fruebatur: Quia verum gaudium est sanctorum exire de mundo. Quemadmodum festinantem hominem ad rem aliquam, quam desiderat, si quis nesciens consilium eius pro malo compellat eum ire uolentem: sic puto esse, cum impius hominem iustum uult occidere mori cupientem. Desiderijs iusti seruit impius illum afflictionibus impellens, ut moriens aeternam vitam consequatur. Cupio dissolui, dicebat Paulus ad Philipp. 3. & esse cum Christo. Qui dissolutioni huic inferuerit iustum persequens & vitam illius auferens, nihil illi ingratiū se fecisse existimet, sed magnum illi exhibuisse beneficium. Nō

Chrysof.

Mala impellunt iustos ut citius quo optant perueniat.

Simile.

Philipp.

contristant, non turbant aduersa haec iustu: quin potius singulariter delectant. Hinc sapiens & iustus tantum abest quod miserijs & calamitatibus turbetur: ut illas quaerat omni diligentia, tanquam preciosissimum thesaurum. Dauid glorians de tribulatione inuenta dicebat, Psalm. 114. Tribulationē & dolorem inueni, & nomen Domini inuocavi. Quo loco ardens desiderium, quo tribulationes quaerebat, exponit dicens: Tribulationem & dolorem inueni. Haec enim est differentia inter inuenire & reperire: quod inuenimus quod quaerimus: reperimus quod casu se offert. Quarebat pius uir afflictionem, qua inuenta laetabatur. Eius uero utilitatem declarat dicens: Et nomen Domini inuocavi. Quando enim, (ut consideratione praecedenti dicebamus,) ex tribulationibus alia utilitas non sequeretur, nisi quod nos excitat, ut Deū inuocemus, haec sufficiens erat, ut cunctis delectabilibus mundi praeponderentur. Ut autem propositus locus magis intelligatur, aduerte: Quod aliud est inuenire calamitatem & tribulationem: aliud est ab ea inueniri. Qui enim dixit. Tribulationem & dolorem inueni, ait, Psalm. 118. Tribulatio & angustia inuenerunt me. Illum namque tribulationes inueniūt, quem imparatum reperiūt: ille autē tribulationes inuenit, quicquid inquit, & exoptat, sequē illis obuiū praebet Dei amore actus & stimulus. Uterque tamen debet Deum inuocare, & illius auxilium exposcere, letoque animo, vel inuentam, vel inuenientem tribulationē tollerare.

Psalm.

Differentia inter inuenire & reperire.

Aliud est quod nos inueniamus tribulationē, aliud quod tribulatio inueniat nos. Psalm.

Hinc Sapiens Prouerb. 12. dicebat.

Contristare
profrangere
accipitur.

hac. Non contristabit iustum quicquid acciderit ei: Impij autem replebuntur malo. Contristabit, isto loco secundū multorum expositionem accipitur profranget, ita vt sensus sit. Non contristabit iustum quicquid acciderit: id est, non franget, non turbabit, nec commouebit iustum, quicquid acciderit. Quia nec aduersa deicere, nec prospera illum mutare valent. Aequalitatem animi quam iustus habet ad bona & mala, prospera, & aduersa, læta & tristia, his verbis declarat Sapiens. Contra verò mali replebuntur malo. Quòd non de malo culpæ interpretari solet, sed de malo pœnæ, quasi dicat: Impij non deficient mala, labores, & miseræ. Sed commodius explicatur, vt priori sententiæ contrarietur, qua dicitur: quòd nihil contristabit iustum. *Mali vero replebuntur malis*, id est, quocunque malo etiam leuissimo contristabuntur, & turbabuntur. Iustus eodem vultu prosperam & aduersam fortunam recipit. Psalm. 138. de iusto dicitur, *Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Per tenebras aduersitatem & calamitates, per lumen prosperitatem significari testatur August. in expositione istius Psalmi. Vbi dicit. *In hac nocte, in hac mortalitate, vita humane habent homines lucem, habent & tenebras: lucem prosperitatem, tenebras aduersitatem. Sed vbi venerit Dominus Iesus Christus, & habitauerit animam per fidem, & promiserit aliam lucem, & inspirauerit, & donauerit patientiam, & monuerit hominem non delere: prosperis, ne frangatur aduersis, incipit homo fidelis indifferenter vt mundo isto, nec extolli quando res prosperæ*

Æquali vultu
prospera
& aduersa
iustus recipit

Psalm.

August.

accidunt, nec frangi, quando res aduersæ sunt: sed vbiq; Dominum benedicere, non solum quando abundat, sed etiam quando amittit: non solum quando sanus est, sed etiam quando ægrotat: vt sit in illo vera illa cantatio Psalm. 33. *Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Si ergo semper & quando lucet nox ista, & quando obscura est nox ista, quando aridet prosperitas, quando tristis est aduersitas, semper sit laus eius in ore tuo, fiet tibi quòd modò dictum est. Sicut tenebræ eius ita & lumen eius. Non me conculcant tenebræ eius, quia non extollit lumen eius.* Hinc sapientes antiqui dicebant: Virum sapientem similem esse lapidi quadrato, qui quacunque parte voluatur & cadat, cõfedit, quia planiciem habet: virum verò insipientem similem dicebãt globo siue spheræ: quia globus cū rotundus sit, non habet vbi quiescat, continuò voluitur, & tam in prosperis quã in aduersis non quiescit. Facile quocunque etiam leuissimo impetu agitur, & hac illaque voluitur. Vndè David per modum deprecationis Prophetans, & malorum conditionem exprimens Psalm. 32. dicebat. *Pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti, id est, pones eos vt rotam, quæ continuò voluitur & nunquam consistit, & sicut stipulam quæ facile à vento circumfertur.* Eorum inconstantiam verbis istis exponit. Iustus autem cū quadratus sit lapis equali faciem quaquã versus demonstrat, Prospera & aduersa, bona & mala æquali vultu & eodem animo suscipiens: nullis commouetur nec prosperis nec aduersis. Talis erat

Iustus lapidi
quadrato ma
lus globo cõ-
paratur.
Simile.

Psal.

Philipp.

erat Paulus qui ad Philippen. 4. de se dicit. *Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare. Ubique & in omnibus institutus sum, & satiari & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.* Ob hoc singulares gratias Deo referebat David Psalm. 4. dicens. *In tribulatione dilatasti mihi, supple, cor, ut sciam tribulationem æquo animo & sine perturbatione aliqua ferre. Quod etiam videmus in Ioâne, qui in vinculis positus non turbatur, non tristatur, non inquietus existit: sed summa pace fruens discipulorum salutem consulit illos ad Christum mittens, & in se comprobans verum esse sapientis dictum. Non contristabit iustum quidquid acciderit ei, id est, non franget nec turbabit.*

Psalm.

Contristare pro moleste ferre ponitur

Potest etiam & contristari, accipi in propria significatione pro moleste ferre & tristitiam causare. Hanc in animo iusti nulla aduersa vitæ huius efficere valent. Quia tristitia, ut definiunt Philosophi, est de his quæ nobis nolentibus accidunt. Iusto autem, (cum maximè cõformis sit Dei voluntati, quo præcipiente vel permittente mala omnia eueniunt,) nihil præter voluntatem potest accidere. Nihil ergo quod molestiam & tristitiam causet. Semper ergo iustus siue bonis afficiatur siue malis, constans & firmus perseverat, nec commouetur. Cognoscit & certò scit, quod Deus illi semper bonus est, siue mala, siue bona permittat. Quod David Psalm. 7. de diuersitate quæ in hac vita inter malos & bonos reperitur,

Deus semper bonus est iustis siue bona tribuat siue mala permittat.

Psalm.

& de bonorum præfuriis loquens, declarauit dicens. *Quam bonus Israel Deus his, qui recto sunt corde. Quem lo-* cum tractans Ambrosius, lib. 4. de interpellatione, cap. 2. dicit. *Ellucet in principio huius Psalmi emendationis profectus. Nemo enim potest Deum bonum fateri, nisi hic, qui non ex successibus commodorum suorum, sed ex celestium mysteriorum profundo, & diuina dispositionis altitudine bonitatem eius cognoscit: quæ non specie presentium, sed futurorum utilitate pensanda est. Iusto itaque semper bonus est Deus: & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum, semper dicit: Si bona accepimus de manu Domini, quæ mala sunt cur non sustineamus? Et longissimè toto capite diuersis exemplis & scripturarum testimonijis, hanc iustorum animi æqualitatem ad bona & mala prosequitur, quæ poterit quisque videre. Hanc conspiciere licet in Petro, qui in carcere, Actuum. 12. vincens catenis duabus ab Herode tenebatur, & altera die producendus erat, ut crucifigeretur, & adeò quietus & securus erat, ut adeò graui somno dormiret, quod opus fuerit ad illum excitandum Angelum fortiter excutere latus eius. Nihil certè est quod iustum contristet, turbet, & commoueat.*

Ambros.

Actuum.

Quòd in malis & carnalibus hominibus, qui sua quærunt, & in mundo spem suam posuerunt, omnino contrariè accidere videmus: quos quilibet strepitus etiam minimus, quælibet mali apparès species adeò turbat, ut quiescere non permittat. Quod Daniel. 6. contigit Nabuchodonosori, quem species

Malos minimos quælibet perturbant.

Danie.

N

quædam

quædam phâastica in somnijs apparet, somnium quodam vanum & inane adeo deterruit, & turbauit, vt somnum ab oculis eius omnino excuteret, nec dormire pateretur. Quilibet ventus etiam leuissimus mundanum hominem perturbat. De quo Iob. cap. 24. dicit. *Leuis est super faciem aquæ.* Quem locum tractâs Gregor. 16. Moral. cap. 25. ait. *Aquæ autem superficies huc illucq; aura impellitur, & nulla stabilitate solidata passim mouetur. Iniqui igitur mens plusquam aquæ superficies leuis est: Quia quilibet hanc auram tentationis attrigerit, sine tarditate aliqua retractionis trahit. Si enim cor fluxum cuiuslibet peruersi cogitamus, quid aliud quam in vëto positam aquæ superficiem cernimus? Nunc namquæ illum auram superbiam impellit, nunc auram luxuriæ, nunc auram inuidiæ, nunc auram fallaciæ pertrahit. Super faciem ego aquæ leuis est is, quem quilibet heroris ventus cum venerit, impellit. Vnde bene quoquæ per Psalmistam dicitur. Psalm. 82. *Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Vt rota quippe ponuntur iniqui: quia in circuitu laboris missi, dum ea quæ ante sunt negligunt, & ea quæ deferenda sunt sequuntur, ex posterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt. Qui rectè quoquæ stipulæ ante faciem venti comparantur, Quia irruente auram tentationis, dum nulla subnixi sunt ratione grauitatis, eleuantur vt**

cornuant.

XI. CONSIDERAT.

Quod lex ordinabatur ad Euangelium & ad Christum suos mittebat, & quod scripturarum intelligentia sine Christo esse non potest.

Mittens duos ex discip. &c.

MITTIT quidem discipulos Ioânes ad Christum, vt interrogent, & interrogando discant

Christum esse verum Messiam, quem homines spectabant. Vbi statim non mediocris difficultas animum pulsat. Si intentio Ioannis in ista interrogatione & legatione (vt in literæ expositione probatum reliquimus,) erat, dubitationem discipulorum suorum, quam de Christi persona habebant, tollere, & illos ad Christum transmittere, vt quis esset Christus cognoscerent: quid opus erat nunc discipulos suos mittere cum hac legatione ad Christum, & vt interrogarent eum, *Es tu qui venturus es? &c.* Si eorum instructionem desiderabat, & commodum quærebat, potius eorum vtilitati consulere, & quod sui officij erat compleret, si ipse quis esset Christus palam, distinctè, & clarè discipulis suis in vinculis positus exposuisset. Si, quando discipuli accesserunt, & illi renuntiauerunt opera Christi, Ioannes illos docuisset, & dixisset: *Hic est qui venturus est, nec alium expectare debetis: Hic est quem digito demonstrans, cum in*

Quare Ioannes discipulos suos non instruit: sed ad Christum mittit, cum ex officio ad id teneretur.

Iordane vt à me baptizaretur aduenit, prædicauit dicens: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hic est, quem vox Patris, quam de cælo tunc audistis, *Hic est Filius meus dilectus,* demonstrabat: Vidistis columbam descendantem de cælo, & super caput eius manentem, quid speratis? Hic est de quo sæpè dicebam, non solum vobis, sed & vniuersis turbis: *Qui post me veniet ante me factus est, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti.* Hic est qui baptizaturus est in Spiritu sancto. Hic est Messias, & spectatio gentium. Vtrique si hæc dixisset discipulis, credidissent illi. Quid ergò opuserat tunc tacere, & ad Christum discipulos mittere, vt ista interrogarent?

Quòd si alitè rem hanc considerare voluerimus, reperiemus: quòd Ioannes ad hæc quæ diximus explicanda ex officij sui debito tenebatur. Qui enim Angelus missus fuerat ante faciem Christi, vt præpararet viam illius, non solum baptizando, sed & docendo, & demonstrando quis esset Angelus testamenti, & in quem sperare deberet: id præcipue erga discipulos suos, & maximè eo tempore quo iam mors eius instabat, facere tenebatur. Mirum sanè est, quòd qui omnes ad se venientes docebat, & de venturo Christo instruebat, etiam milites & Publicanos, discipulos suos docere in hac occasione desistat, & ad Christum instruendos mittat? Nec satisfieri huic difficultati videtur, si dicamus, quòd sæpè (vt maximè credibile est.) Ioannes hoc testatus fuerat, & discipu-

lis suis prædixerat, quòd illi nequaquam sibi persuadebant, vel propter nimium amorem quem ad Magistrum suum habebant, vel quia ex maxima humilitate ista Ioannem dicere arbitrabantur. Hæc inquam solutio non sufficit. Quia tanta erat Ioannis autoritas, vt quidquid diceret sine difficultate aliqua discipuli eius crederent. Præcipue quia in re tam graui & tam necessaria, instantequè tempore mortis Ioannis, discipuli nullo modo sibi persuadere potuissent, Ioannem propter humilitatem quod verum erat de se reticere, vel de alio quod falsum erat affirmare. Magnum igitur in hoc latere misterium videtur, nec sinè grauissima causa hoc factum esse credere debemus. Hilarius in Matthæum dicit. *Ioannes detentus in carcere Dominum ignorat? Et Propheta tantus Deum suum nescit? Atqui venturum vt prætor nuntiavit, consistentem vt Propheta agnouit: aduentem vt confessor veneratus est. Vnde tam varia & tam abundanti scientia error obrepserit? Sed consequens de eo Domini testimonium sentiri hoc ita non fuit. Nec sanè credi potest Spiritus sancti gloriam in carcere posito defuisse, cum Apostolis virtutis suæ lumen esset in carcere positus ministraturus. Sed præbetur in his quæ in Ioanne gesta sunt intelligentia amplior, & cum facti efficientia gratia in eo expressu sentitur.* Vnde Hilarius, Ambrosius & alij dicunt, & nos superioribus considerationibus explicare cœpimus, per Ioannem legem veterem intelligi, per Christum Euangelium. Et quia lex Euangelium præsignabat, & ad illud ordinabatur, Ioannes ad

Hilari

Ambro.

*Lex ad Christi-
stum ordina-
batur, idè
Ioannes disci-
pulos ad Christi-
stum mittit.
Ioann.*

Exod.

*Legis, nisi
Christus ape-
riat, sensus in-
telligi non po-
test.*

Corint.

Luce.

Christum discipulos suos mittit, & lex ad Euangeliū. sed dices? Nunquid lex non annuntiabat sufficienter & manifestabat Christum? Vtique. Idè Christus Scribas & Phariseos de se sciscitantes ad scripturas remittit Ioannis. 5. dicens: *Scrutamini scripturas: quia ipsa testimoniū perhibent de me.* Quorsum igitur discipulos ad Christū mittere necesse erat? Huius ratio desummi potest, quantū ego conijcio, ex illo Exod. 34. Vbi habetur, quòd accepta lege de manu Domini Moyse facies prefulgore cornuta erat, nec filij Israël in faciem eius intendere poterant. Vnde proposita lege dicit textus. *Impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam. Qui ingressus, ad Dominum, & loquens cum eo, auferbat donec exiret: & tunc loquebatur ad filios Israel: omnia, quæ sibi fuerāt imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyse esse cornutam: sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.* Hoc eleganter profequitur Paulus 2. Corin. 3. & interpretatur de intelligentia scripturarū, quas sine Christo intelligere non valemus. & nisi ipse auferat velamen à facie Moyse. Quia ergò Ioannes & lex ipsa sufficiens non erat auferre velamen illud positū super faciem Moyse, & aperire sensum scripturarum, idè mittit discipulos suos ad Christū: ut ille dignetur aperire illis sensum, ut intelligant scripturas: & auferre velamen, quod faciem, id est, sensum scripturæ tegebat. Quod & in ipsis discipulis Christi etiā vidimus, qui audientes Christū scripturas allegantē, multa non intelligebant, donec Christus, Lucæ. 24.

Aperuit illis sensum, ut intelligerēt scripturas. Est nāq; lex liber scriptus & signatus, quē Ioann. Apoc. 5. vidit: quē nemo aperire poterat, nisi solus agnus qui occisus est, & qui habet clauē David, quæ claudit & nemo aperit, aperit & nemo claudit, Apoc. 3. Et sicut qui foribus obseratis & clausis conaretur intrare inutiliter laboraret, & licet ad aperiendum diuersis clauib⁹ instaret, operā perderet, donec ostiarius veniret, & propria clauē aperiret. Ita humana sapientia clauis quidē est, quæ multa clausa referat, sed inutilis ad aperiendā diuinam scripturā per seipsam, quæ humano spiritu conscripta non est. Non enim, ut dicit Pet. 2. Cano. c. 1. *Voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed Spiritu sancto inspirante loquuti sunt sancti Dei homines.* Idè humana sapientia & naturalis ratio aperire non potest. Quod ut magis intelligatur aduerte. Quod intellectus & naturale lumen clauis est etiā abstrusa referans, & occulta Dei manifestans, de qua scriptū est, Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Et Psalm. 35. *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Ceterū ad ea quæ ad Christū pertinet, & fidei misteria nō accedit, aperire non potest. Petro dixit Christus hoc innuens Matt. 16. *Caro & sanguis nō reuelauit tibi: id est, nature lumen ad id attingere nō potuit.* Creaturarum attenda consideratio clauis est, quæ etiam Dei occulta aperire solet, ad Rom. 1. *Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur: sempiterna quoq; eius virtus, & diuinitas,* Et Sapiē. 13. *A magnitudine*

Apoca.

*Apoca.
Simile.*

Petr.

*Lumen natu-
rale clauis
est multa de
Deo referans*

Psal.

Psal.

Matth.

Roman.

Sapien.

enim

enim speciei & creaturae cognoscibiliter poterit creator horum videri: Et ad fidei archana cognoscenda non valet peruenire. Quia fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. ad Hebræo. 11. Cum ergo naturales vires & ratio aperire nequaquam possint, opus est, vt ostiarius, qui clauem habet David, aperiat, & lumine suo nos illustret, Christus, scilicet, Qui est lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Ioann. 1. Idè concludit Ioannes: Dedit eis potestatem filios Dei fieri: quia non ex sanguinibus, nequè ex voluntate carnis, nequè ex voluntate viri: sed ex Deo nati sunt. Opus ergo est vt Christus fores aperiat, vt intrare possumus ad cognitionem: velamen auferat, vt vultum Moysi, hoc est, scripturarum sinceram intelligentiam percipere possimus: vt aperiat nobis sensum, vt ipsius verba intelligere valeamus. vt ipse nobis loquatur, vt illius cognitionem habere possimus. Idè Ioanes discipulos suos ad Christum misit. Quia (licet ipse multoties prædicauerat, & ex scripturis ostēderat tempus aduentus Messiae iam impletum: Tum etiam & Christum esse Messiam in lege promissum demonstrauerat, & digito ostēderat:) videbat se nihil proficere: cognoscebat opus esse (vt veritatem hanc discipuli eius intelligerent) vt Christus ipse illis loqueretur, se illis ostenderet, eorum intellectum illuminaret, mētes aperiret, suis verbis & signis instrueret, & cōuinceret. Propterea mittit illos ad Christum.

Vt hinc discamus quòd mysteria fidei nisi Deo docente & loquē

te intelligi nō possunt. Tum etiam quòd & in illis, qui fidem habent & scripturarum cognitionem, & qui corde credunt, opus est, vt multa Deus specialiter & distinctè loquatur, & eis nota faciat: vt intelligant & conuincantur, & vt æquum est illa percipiant, debitumquè & intentū effectum in cordibus eorum causent. Explicemus hoc. David iustus erat, in lege Dei die ac nocte meditabatur, mandata Dei continuò inquirebat, vt eius voluntatem in omnibus adimpleret, qui tanta diuinorum cognitione præditus erat, vt gloriaretur se supra senes intellexisse: & tamen cum Deo loquens Psal. 34. aiebat. *Dic anima mea, salus tua ego sum.* Quid sibi verba hæc volunt? Nunquid poterat David ignorare quod tota eius salus sita esset in Deo? qui Psal. 145. dicebat: *Nolite confidere in principibus, & in filiis hominum, in quibus non est salus.* Et Psal. 36. *Salus autem iustorum à Domino; & protector eorum in tempore tribulationis.* Et Psal. 26. *Dominus illuminatio mea, & salus mea.* Et alibi sæpè constanter affirmat non esse salutem nisi in Domino? Nunquid poterat ignorare quod toties affirmauerat? Absit. Id certè credebat, id prædicabat, id confitebatur. Quid ergò est hoc, quod dicit in laboribus & tribulationibus positus: *Dic anima mea, salus tua ego sum?* Vult dicere: vt consistere valeam in tribulationibus, vt inimicorum impetum sustineam, vt tribulationum viribus non succumbam, & stare possim firmus in laboribus: *Dic anima mea, salus tua ego sum.* Peculiarem quidem

Multa sunt que nisi Deus ipse specialiter dicat effectum non habent etiam in credentibus.

Psal. 34.

Psal. 145.

Psal. 36.

Psal. 26.

dicendi modum exposcit verbis his David, quo Deus scit, & solet loqui quandò vult. Quo quãdo vritur, statim verba illius in anima imprimuntur, cor trãsfingunt, & nova desideria in homine generant.

Tale est illud dicere, de quo Psalmo, 32. *asseritur. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt.* Quando Deus isto modo loquitur, & dicit animæ, *Salus tua ego sum*, illico nascitur in corde contemptus terrenarum rerum, surgit amor cælestium: statim anima mundana deserit: & fortior in se facta pericula non metuit omnia quæ in mundo sunt parui pendens. Dixerat Deus animæ David, *Salus tua ego sum*: quando Psal. 72. dicebat: *Quid mihi est in cælo, & à te quid volui supra terram?* Dixerat id Paulo, quandò ad Roma. 8. clamans aiebat. *Quis ergò nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius?* Hoc etiam experientia in nobis cognoscimus. Quoties concionatores audimus de cælestibus, de gloria, de iudicio, de pœnis æternis loquētes, & frigidi recedimus. Et quoties etiam contingit, quòd subito ad verbum quod legimus, vel audimus, in corde nostro ignis accenditur, & procedimus clamantes & dicentes: quid sunt mundana omnia? Ecce vt umbra transeunt: quid nobis est in cælo? Tunc proculdubio Deus loquitur, & animæ dicit, *Salus tua ego sum*. Nec ista, nisi Deus ita loquatur, vt par est intelligi valēt. Alio exēplo hoc manifestius fiet. David se mortalem cognoscebat, idq; certò sciebat, (cum

dixerit Psal. 38. *In imagine pertransit homo.* Et Psal. 89. *anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta annis. Si autem in potentibus octuaginta anni: & amplius eorum labor & dolor.*) Et tamen anxie a Deo petebat. Psal. 38. *Notum fac mihi Domine finem meum.* Quo loco non petit David vt illi Deus diem mortis suæ, & horam obitus sui manifestet (de hoc enim non curabat, qui semper paratus esse cupiebat:) sed isto modo loquendi secundum multorum expositionem ingens desiderium declarat, quo mortis suæ diem exoptabat, vt ab his miserijs & malis liberaretur. Mihi autem videtur, quod quid specialius verbis his postulet, scilicet, quod Deus illi declaret, & mēti eius notificet quòd mortalis sit, & tandem moriturus. Licet enim ista crederet & confiteretur, opus esse existimabat, vt id specialiter Deus animæ intimaret, vt ei imprimeretur, & vt sibi persuadeat opere & effectu quòd mortalis sit, & vt talis vitam suam disponat, terrena negligat, cælestia procuret. Etenim licet credamus quod mortales sumus, idquē cuncta testentur, & quotidianus amicorum, fratrum, filiorum, parentum, interitus prædicet: sic vivimus ac si nunquam essemus morituri. Vndè hoc? nisi quia Deus non loquitur, nec homini intimat finem suum. Ideò David petit *Notum fac mihi Domine finem meum*: vt voce tua & timore hoc confixus per horrescam, & vt moriturus vitam instituā. Itaq; opus est vt multa Deus specialiter hominibus dicat, alioquin impossibile est, vt sal-

Psal. Psal.

Psal.

Psal.

Psal.

Roma.

tim cognitione practica (quæ ad opus extenditur,) cognoscantur. Quis ergo Christus sit de horum genere est, & nisi Christus ipse doceat intelligi non potest. Quia *Verum potest venire ad me;* dicit Christus Ioann. *Quia nisi Pater meus traxerit eum.* Ob istam causam Ioannes discipulos suos, quos sæpè instruxerat, nec profecerat, ad Christum mittit, ut ab illo illuminentur; trahantur; ex ore ipsius audiant quis ipse sit, & conuincantur, & credant.

Ioann.

XII. CONSIDERATIO.

De fidelitate nuntiorum: & quæ mala sequantur ex eo quod aliquid addatur, vel subtrahatur auditis.

Tu es qui venturus es, &c.

HANC Ioannis legationem, quam per discipulos suos ad Christum misit, & eorum fidelitatem & sinceritatem in referendis & proponendis verbis Ioannis ut ab ipso acceperant, clariùs exponit Luc. cap. 7. dicens. *Cum autem venissent ad eum viri dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te dicens: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Fideliter legatorum officium executi sunt, nude verba mittentis referentes, nihil curantes addere vel subtrahere. Ut nos doceat suo exemplo, qua fidelitate & sinceritate legationis officium, (si nobis commissum fuerit, vel ipsi ultro acceperimus,) exequi debeamus nihil mutantes, nihil addentes, nihil subtrahentes: sed simpliciter

Lucæ.

In referendis auditis quæ si fidelitate sit attendendum.

nudè sine affectu, & ornatu, quæ nobis commissæ sunt referentes, & quæ audierimus nuntiantes. Mutatio enim, additio, vel subtractio, fidei aut ornatus verbis aliorum appositus multum nocere solet, dum res ipsa aliter facit apparere quàm in se sint, vel diuersum animi affectum, (quæ qui primò protulit habebat,) ostendit. Ideò ex infidelitate nuntiorum seditiones, contentiones, discordia, rixæ, & bella multoties oriuntur. Vno verbo addito vel subtracto animus diuersimodè afficitur: & (licet parum sit,) magna causat. Est enim quasi semen, quod in terra cordis alterius seminatur, & qualiter proponitur talè fructum profert. Quod Sapiens intelligens Prover. 13. dicit. *Nuntius impij cadet in malum, legatus autem fidelis sanitas.*

Prover.

Locus hic diuersimodè legitur, in nostra enim vulgata habetur, sicut retulimus. Ex Hebræo autem verti potest, *Nuntius impius cadet in malum, &c.* Et isto modo apertior est oppositio inter veramquæ partem huius versiculi: & sensus quocumquæ modò legatur fere in idem recidit, & nostro instituto satis congruit. Sensus est. *Nuntius impius dicitur, qui aut non fideliter exequitur ea ad quæ mittitur, aut non fideliter refert ea quæ accepit impiè & infideliter referens addendo, vel minuendo, vel mutando.* Et hoc etiã significare potest quod in nostro textu habetur, *Nuntius impij*, ut genitiuus iste non referatur ad mittentem, sed ad rem quàm refert. Quæ impia dicitur si secundum substantiam suam talis sit, vel quia ipse sua infidelitate aliter referendo impiã facit,

facit, dum mutat rei speciem, colorem, vel formam aliquid addendo, vel subtrahendo, vel aliter referendo. *Nuntius*igitur *impius* cadet in *malum*; quod alijs dolose parauerat, & sibi & mittenti de decus pariet rixas & contentiones suis verbis excitando. Contra verò *Legatus fidelis*, qui bona fide legationem obit, vera nuntiaturus venit, quæ accepit fideliter narrans, *Ipse est sanitas*, hoc est, salutaris & mittenti, & sibi ipsi, & illis ad quos mittitur. Talis enim vtrinque læsos animos & offensos calumnijs falsisque rumoribus à nuntijs impijs sparsis & causatis reuocat ad concordiam, & omnia ut se habet referendo, ambiguitatem & errores pellit, mittenti vtilitatē, sibi honorem, his ad quos mittitur lætitiā afferendo. Quorum omnium opposita nuntius impius infideliter referendo facit, animos ledit, corda offendit, calumnias excitat, discordias seminat, odia nutrit, omnia turbat, & tam mittentibus, quam ijs ad quos mittitur malum causat: à quo nec ipse iusto Dei iudicio liberatur. Quem locum exponens Nicolaus de Lyra ait. *Legatus fidelis sanitas*. Quia reddit bonā dispositionem inter homines, & causat illam, quam corruperat nuntius impius. Sicut sanitas in corpore bonam dispositionem humorum & qualitatum adducit. Legatus verò infidelis seminat inter fratres discordias, idèò maximè odibilis est, ut *Prouer. 6.* Sapiens testatur. Vbi grauitèr inuehitur contra eos, qui verbis iniquis detrahendo, & sermones detorquendo discordias excitant, & inimicitias causant inter

Lyra.

Prouer.

fratres, dicēs. *Homo apostata, vir inutilis graditur ore peruerso: annuit oculis, terit pede, digito loquitur: prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat.* In Hebræo efficaciorē sententiā verba ista continent, dum vno tantum verbo exprimuntur & alia omnia per participia, isto modo. *Homo Belial vir iniquus, incedens ore peruerso, annuens oculis suis, loquens pedibus, docēs digitis, peruersitatibus cordis sui cogitans malum, omni tempore cōtentiones mittet.* Vbi aduerte quòd *Vir apostata*, idè est quòd *vir Belial*: non enim accipitur *Apostata*, pro eo qui defecit à fide, quam semel recepit, (quæ est cōmunis & vsitata nominis significatio:) sed significat eum, qui a Deo recessit, qui timore Dei postposito nō per infirmitatem, sed per malitiam peccat. Sicut accipitur *Ecclesiaste. 10.* *Initium superbiae hominis apostatare à Deo.* Et *Ecclesia. 19.* *Vinum & mulieres apostatare faciunt cor sapientis.* *Apostata* Dei desertorem significat, virum *Belial*, & virum iniquum: qui in nostra versione *vir inutilis* dicitur: Quia nec sibi, nec alijs prodest, qui malus est. Enumerat statim illius conditiones, & quomodo alijs vniuersis suis motibus, verbis, & operibus, & cogitationibus malum procuret: & tanquam omnium radicem cōstituit, quòd *graditur ore peruerso*. *Peruersum* os dicitur quòd omnia inuertit, detorquet, & commutat omnium, quæ audiuit & refert, formam iuxta suam conditionem peruertēs. Idèò notanter non dicit, *peruersa* loquitur, quòd ad rerum ipsarum conditionem referendum esset: sed dicit *graditur*

Eccles.

Eccles.

graditur

graditur ore peruerso, vt ipsius oris peruersitatem & malitiam demonstret, quod omnia ad suam qualitatem trahit, etiam bona peruertendo: dum nihil sincere refert, aut sicut est proponit. Hinc nascitur quod *annuat oculis, terat pede, digito loquatur*: quæ dupliciter intelligi & interpretari possunt. Primò, vt significant illius peruersitatem, qui (dum amicè & blandè loquitur hominem decipiens,) oculorum nutu vel pedum signo, aut digiti demonstratione, cõplicibus suis signa præbet, vt alteri noceant, & demonstrat quo inuadere possint, vt perdant. Et ideo aliqui pro *annuens oculo* vertunt *innuens oculo*: & in Hebræo pro eò quod habetur *terit pede* legitur *loquitur pede*. Cui sententiæ consentit illud, Psalm. 54. *Oderunt me gratis, & annuunt oculis: Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur, & in iracundia terra loquentes dolos cogitabãt.* Secundò *annuere oculis* accipi potest pro fraudulenter nutu oculorum amicitiam simulare. Quod verbum *annuere*, magis propriè significat. Etea quæ sequuntur ad hoc referenda sunt, vt significant impiũ ore per verba, & reliquis corporis sui partibus, scilicet, oculis, pedibus, & manibus, per signa quædam & gesticulationes amicitiam simulare se homini submittendo: ceterum corde aliud agere, scilicet, machinari malum. Ex quo sequitur id quod omnibus prædictis peius est, quod *omni tempore iurgia seminat*. Cum enim omnibus blandè loquitur in facie, & post tergum male loquatur eis detrahendo quos coram laudabat, & in controuer-

sijs eis, quos coram approbabat, eò tradicendo, & illorum facta vituperando, talis multas sæpè inter amicos contentiones & iniuriam excitat, dum vtrique parti amicitie simulatione multa mala & falsa suffurat, mala suggerit: cuius suggestio nibus & detractio nibus facillè creditur propter præsumptam amicitiam. Hoc hominum genus perniciosissimum est, & in republica peius igne voraci qui omnia consumit. Hinc Sapiens statim subiungit. *Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius: quali peius grauius & perniciosius. Et enumeratis sex malorum generibus ponit septimum, scilicet: Eum qui seminat inter fratres discordias.*

Cum enim multæ sint mendacij species, duas particulariter in hoc malorum catalogo refert Sapiens: eo quod sint pestilentissimæ, puta, *Testem fallacem pro ferentem mendacia*: per quem iudicium peruertitur, à quo reipublicæ salus depēdet: per quem innocentes opprimuntur aliquando vsq; ad mortē. Non enim minus nocet qui lingua quàm qui manu fratris sanguinem fundit. Hinc August. dicit, quod hora Tertia dicitur Dominus crucifixus: quia tunc gladio linguæ Iudæi crucifixerunt clamantes ad Pilatum & dicentes: *Crucifige crucifige eum.* Vndè non sunt immunes dicit August. à mortis reatu, qui licet manibus non interfecerint, ore crucifixerunt. Et secundò refert eũ qui suis obrectationibus, malis cõsilijs, aut alijs rationibus, scilicet, addēdo, minuendo, vel falsa referendo, seminat discordias inter fratres. Hoc

Testis falsus
quàm sit ma-
lus.

August. lib. 3.
de consensu
Euang.

Psalm.

Annuere oculis est fraudulenter amicitiam simulare.

enim vitium maximè Deo displicet: sicut & charitas & mutuus amor inter fratres ei maximè placeat. Hinc Prover. 17. Sapiens itorū dicit. *Qui altero sermone repetit, separat fœderatos.* Vbi altero sermone repetere aut significat sermonem qui aliter rem narrat, quam prius narrata est, quo scilicet, res deprauatur, & maligne refertur: Aut simpliciter significat sermonē nouum, qui alter sit ab eo quo res quæpiā prius audita est. Ita vt sensus sit. Qui quod semel audiuit aliter vel altero nouoque sermone repetit, separat fœderatos. Ex Hebræo id magis explicatur, & nostrum propositum apertius confirmatur. Veri enim potest. *Qui mutat verbum, separat fœderatos. Qui autem fidelis est nuntius, affert sanitatem. Sicut frigus niuis in die messis, dicit Sapiens, Prover. 25. ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam illius requiescere facit.* Pulchra sanè similitudo, qua & ille qui misit nuntium pro re graui rectè comparatur hominibus tempore æstatis calore æstuantibus & refrigerium sperantibus, & messoribus qui magnis laboribus & caloribus incensi refrigerium expectant. Et ille qui missus est, si fideliter commissum sibi negotium exequatur, merito comparatur frigori niuis, quod multum refrigerat, & tempore maximi caloris subuenit. Cōparatio in hoc consistit. Sicut frigus niuis valdè desideratum & expectatum recreat, & reparat æstuantium & laborantium animos & corpora: ita & nuntius fidelis post negotium peractum suo bono nuntio mittentis animum laborantem &

æstuantem præ desiderio reficit, tranquillumque reddit. Vel vt Hebræa habent, *Animam eius restituit.* Hinc ergo constat quanta bona fidelis nuntius causet: & quorum malorū infidelis nuntius sua infideltate causa sit. Vnde discipuli Ioānis, ne infidelitatis argui possent, vt a magistro suo verba acceperūt sine aliqua mutatione vel alteratione Christo retulerunt dicentes: *Es tu qui venturus es? &c.*

XIII. CONSIDERATIO.

Quod tribulatio hominis cor probat & examinat vt caminus aurum.

Tu es qui venturus es? &c.

IOANNES in vinculis constitutus mittit discipulos suos ad Christū, vt nomine ipsius interrogent, an ipse sit qui venturus est. Et licet Ioānes non dubitauerit, vt in literæ expositione satis probauimus, tamen dubitantis personam vel ignorantis induit. Interrogatio namq; nescientis vel dubitantis esse videtur. Vt hinc discamus, quæ sit laborū, tribulationum, & afflictionum cōditio, & quòd tribulatio hominis animum probat, & qualis sit manifestat. Nequè enim in prosperis cōstātem & fortem esse magnum est: in aduersis quidem non deficere nec dubitare hoc eximie virtutis est, & singulare Dei donum. Aduersa hominem probant, & eius constantiam manifestant. Quā plurimi namq;

Prover.

Mutatio verborum in nunciandis rebus multū nocet.

Prover. 25.

Nunciij fidelis pulchra comparatio.

Aduersa homines probat

namq; (dum in pace, quiete, & prosperitate bonis abundant, & nihil triste molestumquè illis accidit, dū nihil est quòd eos molester) adeò se fortes & constantes ostendunt, vt veluti quidam montes immobiles appareant, & se pro Deo, si opus fuerit, morituros iactent, Dei bonitatem prædicent, nec aliquid esse existiment quod illos vel paulisper à Deo valeat dimouere: quos, (si tribulatio exurgat, si labor inuadat, si afflictio tãgat,) statim trepidantes, refugientes, & terga vertentes Deū deferere videas. Qui similes sunt filijs Ephrem, de quibus Psalm. 77. dicitur. *Fily Ephrem intendentes & mittentes arcum, conuersi sunt in die belli.* Id est, antè quàm tempus conflictus adueniret, de sua fortitudine gloriabantur, mira promittebant, stupenda iactabant intendentes arcus, & sagittas in aërem mittentes: at vbi tempus belli & conflictus aduenit, & hostiū exercitus apparuerunt, conuersi sunt, terga verterūt, & ignominiosè fugerūt. Talis erat Petrus cum de sua fortitudine & constantia nimium confidens Matthæi. 26. dicebat: *Et si oportuerit me mori tecum non te negabo.* Tales fuerunt & reliqui discipuli, qui similia dicebant: vt ibidem Matthæus refert. Et tempore belli Petrus negauit, & ceteri discipuli relicto Christo fugerunt. Intendebant certe arcum, & conuersi sunt in die belli.

Tribulationes Deus immitit vt homo vires suas agnoscat. Quod quidem multoties contingit diuina Sapiencia disponente, vt homo virium suarum potestatem & facultatem agnoscat, & confusus discat timere, quod ellatus &

de se confidens nesciebat formidare: & discat se Deo humiliter subijcere. Ideò multoties Deus iustos cadere permittit, vt humiliati discant de sua fortitudine & virtute non præsumere. Vndè David superbus, & in abundantia sua ellatus, de se confidens dicebat Psalm. 29. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebo in æternum.* Quem locum Nicolaus de Lyra & Iansenius interpretantur de abundantia temporalium bonorum, qua David superatis hostibus in regno suo pace & tranquillitate fruebatur, à qua se per nullā potentiam dimoueri posse existimabat. Ideò dicit. *Ego dixi in abundantia mea, id est, in quieta possessione regni mei, quando nullo existente, qui mihi contradiceret, bonis temporalibus & spiritualibus abundabam, Non mouebo in æternum à via veritatis & iustitiæ.* Ex hoc enim quòd in persecutione Saulis positus multo tempore innocentiam & iustitiā seruauerat (vt ex. i. lib. Reg. patet:) bonis abundans credebat se eandem innocentiam posse tenere, & de se nimium confidens hæc dicebat. Ob quam confidentiam Deus ad horam eum dimisit, vt in peccatum laberetur: & sic suam fragilitatem cognosceret. Ideò statim dicit.

Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. De cuius Psalmi sensu copiosius statim dicemus. Hic igitur qui in abundantia sua dicebat, *Non mouebo in æternum,* suā fragilitatem agnoscebat Psalm. 118. *clamabat. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam de me non præsumere: vt discam in te omnem meam spem constituere: vt discam te humili-*

Psalm.

Matth.

Psalm.

Lyra.

Iansen.

Psalm.

humiliter deprecari, ne vel parum à me recedas, & in nihilū redigar. Nec solum multi in tribulationibus fugiunt, (qui significati sunt Matth. 20. in parabola illa seminantis per semen illud quod cecidit supra petram, & natū aruit: quia nō habebat humorem: Quoniā tales, ut Christus dicit: *Ad tempus credunt, & in tempore tentationis, id est, tribulationis, recedunt:* de quo plura Dominica in Sexagesima dicem⁹.) Sed & de iustis & perfectis viris, qui Deo coniunctiores videntur, multi labuntur. Qui dum se favoribus auctos & bonis affectos à Deo vident, constantes & fortes se ostendunt, & de sua securitate multum gloriuntur: Sed cum laboribus, siccitate, asperitate incipiunt premi Deo aliquā tulūm recedente & favoris sui manum retrahente, statim turbantur, tristantur, & commouentur, & de Dei erga eos cura, & protectione, & amore dubitare videntur, se à Deo oblitos & derelictos dicunt, & non quiescunt. De horum numero erat David, qui Psal. 29. (cū omnia paccata, quieta, & tranquilla erant, cum pace fruebatur, & bonis abundabat à Deo dilectus: Cū diuini amoris frequentissima signa in se videbat, & spiritualibus delictijs repletus incedebat) tūc dicebat. *Ego dixi in abundantia mea non mouebor in eternum.* Pro abundantia verti potest ex Hebræo, in *faelicitate, in prosperitate, & in quiete mea.* Vel ut paraphrasis Chaldaica trāsfert. *Ego dixi in confidentia mea,* id est, ego cum essem aliquando in abundantia cōsolationis internæ cōstitutus, cū essem in latitudine de-

uotionis spiritualis positus, corde interiùs per diuinæ visitationis presentiam dilatato, dixi, id est, non solum intra me proposui, sed & verbis asserui; *Non mouebor in eternum,* à Deo meo, illi adhebebo vinculo indissolubili, nec me aliquis separare valebit vel paululum ab illo: nihil erit quod me ab illo diuelat. Irruant hostes, veniant mala, inuadant tribulationes, crescant dolores, circūdent miserix, non me mouebunt, nec separabūt à Deo. Nec enim fieri posse videtur, ut quem in laboribus constitutum, à Saule grauitèr persequutum tribulationis vis à Deo dimouere nō potuit, in abundantia, prosperitate, & delictijs spiritualibus separet tentatio. Huius rationem statim annectens ait. *Domine in voluntate tua prestisti decori meo virtutem.* Ac si diceret. Ego libenter confiteor, quod non ex me virtus ista procedit: sed à tua voluntate. Non mihi attribuo hanc fortitudinem & constantiam, licet me in illa inexpugnabilem & insuperabilem iudicem. Hoc magis declarat translatio Hieronymi ex Hebræo, quæ sic habet. *Statuisti monti meo fortitudinem.* Quasi dicat, me veluti montem firmissimum cōstituisti, qui altissimis radicibus securus & immobilis est. Talem me existimo & iudico in tanta abundantia bonorum spiritualium & cælestiū consolationum, ideoque *Non mouebor in eternum.* Sed statim qui se addeò fortem & constantem reputabat, immissa tribulatione, deficiente consolatione, & dulcedine illa spiritus turbatur & commouetur, & dicit: *Auertisti faciem tuam à me,* id est,

Matth.

Multi qui cōstantes videntur si tribulatione tangantur deficiunt.

Psal.

Locus Psalmi eleganter expositus.

Chaldaici.

Hieron.

id est,

Psalm.

id est, abscondisti faciem tuam seu fauorem tuum, cessarunt tantisper consolationes, *Et factus sum conturbatus.* Vis conturbatum videre? Audi David Psal. 72. (cum peccatorū pacē & iustorū tribulationes conspiceret) dicentem. *Quam bonus Israel Deus ijs, qui recto sunt corde. Mei autem penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei. Quia zelau super iniquos pacem peccatorum videns.* Et non solum de se hoc affirmat prædicto Psalmo, sed & de vniuersis pijs hominibus, qui populum Dei constituunt: quia vt in plurimum ita contingit. Proposita namquē ista diuersitate bonorum & malorum dicit. *Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis.* Quod sic aliqui interpretantur. *Ideo*, id est, propter istam differentiam, & hæc considerans populus pius & iustus sistet gradum, & quasi vacillare incipiet, & quodammodò moueri à proposito colendæ iustitiæ. In harum scilicet rerum consideratione detinentur, & cum admiratione tantam impiorum sclicitatem attentius contemplantur, & veluti dubitantes hæsitant, num in via iustitiæ pergere debeant, vel illis se assimilare: & cum se populus iustorū conuertit, aliud etiam reperit, quod afflictionem & turbationem eorum auget, nempe, quod *dies pleni inuenientur in eis*, id est, in impijs dies, in quā, pleni vel quantum ad prosperitatem, vel quantum ad vitæ longitudinem. Et licet hoc optimè dictum sit, mihi videtur: quod verbū illud *conuertetur*, accipiatur pro mouebitur, turbabitur, vel tristabitur. Et quod huius turbationis causam

reddat dicens. *Et dies pleni inuenientur in eis.* Id est, quia dies pleni prosperitate & fauoribus inueniuntur in eis: hoc est, in peccatoribus.

Simile quid in Paulo videre licet, qui in abundantia sua dicebat ad Roma. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? &c. & certus sum quod neq; mors, neq; vita, nequē instantia, nequē præterita, nequē futura poterūt nos separare à charitate Dei.* Ecce mōtem firmissimū. Sed audi tribulatione conturbatū, & dicentem. 2. Corin. 12. *Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus sathana qui me collaphizet. Propter quod ter Dominū rogavi, vt discederet à me.* Conturbatus sanè rogabat, qui adedò instanter petebat, & cui dictū est: *Sufficit tibi gratia meæ.* Ac si diceret. non me idedò tui oblitum credas, quia labores & tentationes tibi permitto: sed maximè tui memorē. Nam *virtus in infirmitate*, id est, in tribulatione & labore, *perficitur.* Nec enim humiliat Deus vt deiciat, sed vt subleuet: non castigat vt occidat, sed vt uiuificet: vt 1. Reg. 2. dicit Anna.


Roma.

Corint.

Reg.

XIII. CONSIDERATIO.
Quomodo se Deus & iustus mutuo intelligunt etiam si non loquantur.

Tu es qui venturus es, &c.

 I communem expositionem, (quæ vera & certa est) sequamur, quæ dictū est Ioannem non dubitasse de Christi di.

sti diuinitate & officio: sed in discipulorum suorum gratiam, & ut illorum tolleret dubitationem, dubitantis personam induisse. Et si haec, quae Lucas, cap. 7. addit à discipulis Ioannis relata, considerauerimus, sicut: *Ioannes Baptista misit nos ad te, ut interrogaremus, &c.* Simulque cum laudibus a Christo prolatis contulerimus, aperte cognoscemus, Christum optimè Ioannis mentem & intentionem in legatione ista intellexisse, & animum eius penetrasse. Ideoque tantopere laborasse Ioannis personam commendando, ut suspicionem quae circa eius constantiam posset oriri à cordibus affertum amoueret.

Lucas.

Non multis
opus est ut
Deus iustorum
desideria percipiat.

Ut hic intelligamus quomodo se Deus & iustus mutuo intelligant. Quomodo Deus piorum ad se loquentium mentes videat, intentiones cognoscat, desideria intelligat, corda penetret: ita ut non opus sit multorum verborum ambagibus, nec proluxa oratione, nec crebra repetitione, sed simplici tantum affectu, nudo desiderio, ut Deus percipiat, intelligat, & exaudiat. Non opus sit vocibus, clamoribus: sed simplex labiorum motus, & oculorum aspectus, & quodlibet signum etiam minimum, & quod vix perceptibile sensibus sit, sufficiat, ut Deus iustum intelligat. Ne igitur sollicitus sit iustus, non turbe tur cogitans, utrum Deus verba mea ruditer proposita, vix praedolore, turbatione, & angustia expressa, intelliget? Si meam intentionem & petitionem percipiet? Quia sufficit oculo annuere vel conuiuere, ut mentem eius & desideria percipiat. Hoc

sores Lazari optimè intelligebant, quando (Ioan. 11.) fratre suo animam agente mittunt nuntium ad Christum, & solum dicunt. *Ecce quem amas infirmatur.* Vbi Hieron. *Non multis verbis, non longa & composita oratione vtuntur: Quia amanti significasse sat est.* Ex nimio amore, quo Deus hominem diligit, & iustum amat, procedit: ut statim illum intelligat, & quocumque motu etiam minimo excitatus attendat, & quid iustus velit percipiat. Ideo Psalm. 33. dicitur. *Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. Oculi Domini super iustos sunt, Quia semper illorum faciem & vultum intuetur, ut videat si aliquid vel minimum signum ostendant. Et aures eius ad preces eorum, ut percipiat & exaudiat.* Iste versiculus optimè sermone Hispano explicatur. Illud enim *Oculi Domini super iustos, &c.* est quod Hispanè dicimus, ut alicuius magnam curam & sollicitudinem in re aliqua inquirenda explicemus: *Que se haze ojos Dios. y se buelue orejas para mirar y oyr al justo.* Quod etiam pulcherrime Psalm. 9. Dauid declarauit inquires. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus, praeparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Quo loco promptitudo & cura singularis Dei ad audiendas & intelligendas pauperum voces explicatur: quae tanta est, ut non solum clamoris vocem, sed ipsa quoque eorum desideria exaudiat: & quod magis est prius quam plenè exprefferint suum desiderium, imò prius quam in corde formauerint, ubi primum parare coeperint corda sua ad desiderandum, statim exaudiat, & intelligat.

Ioann.

Hieron.

Psalm.

Psalm.

Tam facilis
Deus ad audiendum ut cordis praeparationem percipiat.

ligat. Maximam energiam habet vox hæc & sententia: *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Magnum enim & eximie clementie effectus vocibus se attentum præbere: maius, desideria exaudire: maximam autem, & quod omnem excedit admirationem est, cordis præparationem non solum aduertere, sed audire. Non ergo timendum est iusto, ne Deus illius vocem non audiat, aut petitionem quomodocumque propositam non intelligat, qui cordis præparationem cognoscit, & audit.

Sed obijciat fortasse aliquis. Si tanta est Dei ad exaudiendos suos facilitas & promptitudo, ut etiam cordis præparationem statim percipiat, quid est quod in Euangelio nos Christus admonet Lucae. 18. ut semper oremus & nunquam deficiamus? Quid sibi vult quod de importunitate postulantis refertur in parabola illa iudicis iniqui Lucae. 13. & in altera de amico media nocte postulante commodari sibi tres panes Lucae. 11. qui propter instantiam & importunitatem tandem obtinuerunt quod postulabant? Præterea si tanta est promptitudo & facilitas Dei in exaudiendis nostris vocibus, cur plerumque in longum differt impletionem eorum que postulamur? Solutio istorum facilis est, si verba Psalmi attendamus, scilicet: *Præparationem cordis eorum audiuit auris tua.* Licet enim Deus ab initio, & ex quo se præparant pauperes, ut clament, attentas habeat aures, & auditum accommodet ad preces eorum: non tamen semper continuo præbet, aut præbiturum

pollicetur quæ postulant: sed multoties in longum tempus differt. Quoniam ita expedire nouit illorum exercitationi, & profectui, vel ut ex clamore continuato & perseveranti augeat in illis munera suæ gratiæ. Nihil enim pauperi salubrius quam ut clamet ad Dominum: multoquæ utilius illi esse solet sic clamare, quam statim quod postulat accipere. Deinde, quoniam statim etiam adest pauperi oranti, & cor suum præparanti. In ipsa enim sua præparatione illum adiuuat, ut perseveranter digneque ut oportet, sciat postulare, & efficit ut postulet. Facilis ergo est ad audiendum pauperis clamorem, qui cordis præparationem aduertit. Nec opus est multum clamare, sufficit labia mouere. Quod. 1. Reg. 1. in Anna Samuelis matre contigisse sacra refert historia dicens. *Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, ut Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia eius mouebantur, & vox penitus non audiebatur.* Unde Heli existimauit eam temulentam. At Deus cordis desiderium audiuit, & labiorum motum intellexit, & petitionem suam illi concessit. Hoc sanè maximum solatium est pro ijs, qui in afflictionibus constituti sunt, quod nullus impedire potest, (licet ora obstruat, licet tumultum faciat) quin Deus illorum voces audiat, & desideria illorum cognoscat, & intelligat. Contingit inter Deum & homines quod usu venire solet inter eos qui se mutuo diligunt. Quos nullus impedire potest, quin mutuo colloquantur, & etiam sine ver-

Differt Deus petita concedere ut copiosius largiatur.

Reg. Labia mouere sat est ut Deus intelligat.

Luca.

Luca.

Luca.

Cur Deus ut petentes instemus hortatur.

bis solo oculorum nutu se intelligant. Ita cum Deus hominem singulari amore prosequatur, nō opus est multis verbis, labiorum motus, oculorum nutus satis est, vt se mutuo intelligant. Quod sponsa intelligens dicebat, *Canti. 7. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.* Verbis istis amoris magnitudo & sollicita cura (qua sponsus votis & desiderijs sponsæ attendit) significatur: vt qui semper fixis oculis illius vultū contempletur, nec oculos ab illius conspectu vel parum amoueat: vt illius voluntatem & desideria cognoscat. Quo Scriptura amorem, (quem erga virum suum mulier debet habere, (& curā,) quam de illius voluntate in omnibus exequenda) explicet, vtitur isto modo loquendi, *Genes. 3. vbi nos legimus, Et ipse dominabitur tui, ex Hebræo verti potest: & ad virum conuersio tua.* Ac si dicat, nihil aliud aspicias, nec oculos ab illius vultu amouebis, vt eius voluntati in omnibus respondeas. Vnde *Sicut oculi ancilla sunt in manibus dominae suæ, vt dicit David Psalm. 122. vt eius faciat voluntatem, & statim ac sine mora quæ Dominæ suæ placita sunt intelligat: ita oculi nostri debent esse ad Deum, vt paria illi reddamus, nec opus sit illi multis verbis vti, quo eius voluntatem intelligamus, & exequamur.* Oculi namquæ Dei continuò sunt in manibus, facie, ore, & oculis nostris, vt quocumquæ motu vel minimo facto nos intelligat. & ad fauendum accedat: hoc significat modus ille loquendi, *Ad me conuersio eius.* Quibus etiam verbis ostenditur cura, qua Christianus in suis operi-

bus procedere debet, quem Dominus semper ante oculos suos gerit, quem semper intuetur. Vnde *Psalm. 15. Dauid dicebat: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper. Quoniam à dextris est mihi ne commouear.*

Magnum igitur ista solatium, vt dicebamus, tribulatis hominibus adferunt, ne in laboribus tristētur, sed multum de Dei misericordia confidant: qui *prope est omnibus inuocantibus eum in veritate.* Nec est Deus vt homo, vt non intelligat, nec vt filius hominis, vt opus sit frequenti verborum repetitione, iterata multiplicatione, vt si isto modo non intelligat, saltem illo percipiat. Deus enim intuetur corda, affectus percipit, & aures eius intentæ sunt, & oculi aperti ad clamorē pauperis. Qui enim clamorē sanguinis Abel, licet voce careret, audiuit, & intellexit *Genes. 4. Quomodo vocē tuā & verba non percipiet? Hoc significare voluit Dominus apud Esai. cap. 58. dicens. Tunc inuocabis & Dominus exaudiet te: clamabis & dicet, ecce adsum: Quia misericors sum Dominus Deus tuus.* Quasi dicat. Ne timeas, nec in laboribus turberis: *Quia vix tu clamabis, quandò ego exaudiam, Ecce adsum, vt te liberē.* Idquæ *Quoniam misericors & bonus sum, & intendens ac fixis oculis & apertis intuens os tuum, vt te intelligam.* Istam curam postulabat Salomon. 2. *Paralyp. 6. quando ædificato templo orans dicebat. Aperiatur quasi oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem, quæ fit in loco isto.* Ex his omnibus satis apertè colligitur quàm exacte se Deus & iustus

Psalm.
Qua cura debeat homo ambulare qui ante oculos Dei semper est.

Magnum solatium laborantibus quod Deus prope est.

Genes.

Esai.

Paralip.

Canti.

Genes.


Psalm.

stus intelligant, sibi mutuo colloquantur, suasquè mentes mutuo percipiant, sicut in Christo & Ioāne hodie conspiciamus.

XV. CONSIDERAT.

Quod nulla res creata quantumuis perfecta satiare potest hominis affectum, nisi solus Deus, etiam nec humanitas Christi.

Tues qui venturus es? &c.

 VI attentè interrogationem istam perspexerit, duas in illa inuolutas questiones reperiet. Prima est: An Christus sit qui venturus est: Secūda, an alium expectare deberent. Et secunda superfluè addita reputari potest. Quia si ipse est qui venturus est, nō est cur expectetur alius? & si alius expectandus est? non est ipse qui venturus est. Sufficiens igitur videbatur interrogare: *Es tu qui venturus es?* Nec opus esse videbatur addere, *An alium expectamus?* Sed non carent ista mysterio. In Christo enim (vt in literæ expositione diximus, & fides confitetur) duplex futura erat natura, diuina, scilicet, quæ non videbatur: & humana, quæ exterius apparebat. Nec vna sine altera sufficiens erat ad gētium expectationem complēdam, & vt in eo mens nostra quiesceret, nec vltra (quod desideraret, aut expectaret,) haberet. Humana enim natura (licet perfectissima esset in Christo) cordis desiderium

non satiabat, nisi & diuina cognosceretur. De vtraquè igitur natura, vt in litera diximus, inquit, de humana dicens: *Es tu qui venturus es?* de diuina verò dicens: *An alium expectamus?*

Vt hinc intelligas, quòd nulla res creata, (quantumuis perfectissima, preciosissima, & optima sit,) quietare potest cor hominis, nisi ad Deum perueniat, & illi adhæreat. Semper remanet quòd desideret, & exoptet, semper quod speret. Quia nihil creatum hominis desiderium satiat, & cor replet. Diuitias quærit, & in illis non quiescit: honores ambit, & non satiatur. Voluptates venatur, & semper remanet famelicus. Semper suspirat. Quia nihil creatum animæ desiderium & appetitum complet. Nihil est quod cordis amplitudinem in vita hac adæquet. Omnia creata ab illa deficient. Solus Deus animæ appetitum replet, & cordis desiderio æquatur. Imò, vt proprius loquamur, infinite illud excedit. Quod vt magis intelligatur aduerte. Quid preciosius, Quid melius, Quid dignius Christi humanitate inter creata esse & intelligi potest? & tamen in ea non quiescit appetitus, nec illa satiatur animus, aliud desiderat, aliud quærit, & inquietum est cor vsque dum diuinitatem illius hic intelligat, & in furo videat. Ideò Ioannes non solum inquit: *Es tu qui venturus es?* quod ad humanitatē refertur: sed addit *An alium expectamus?* Ac si dicat, vt cor nostrū quiescat, non satis est vt quæ apparent & exterius videntur cognoscamus: sed vt & naturam di-

Nulla res creata / tuat cor hominis

Humanitas Christi. o dis appetitū non replet.

Duplex in Christo natura erat necessaria vt satiare ret cor hominis.

uinam (quæ non videtur corporeis oculis) manifestes. Ideò existimo quòd Christus non verbis, sed operibus, (quæ diuinitatis eius apertū reddebant testimonium,) respòdit interrogationi huic nomine Ioannis factæ. Ratio autem quare nihil præter Deū hominis desiderium compleat, & quietet, ea est. Quia cum homo ad Dei imaginem & similitudinē factus sit, nihil præter Deū illius capacitatem valet adæquare. Vndè August. dicit. *Fecisti Domine hominē propter te, & inquietum est cor nostrum donec reuertatur ad te.* Isto modo multi interpretantur illud Genes. I. *Faciamus hominem ad imaginē & similitudinem nostram.* Et dicunt, quòd imago & similitudo ista Dei in homine in eo consistit, quod factus est capax Dei & visionis illius. Isto modo interpretantur Cyrill. & Euseb. Cæsariensis. Imago igitur Dei in homine est capacitas humane mentis ad Deū suscipiendū, quam nulla creaturarū nec omnes simul complere possunt. Et sicut videmus quòd in naturalibus circularem figuram, (quæ inter omnes perfectissima est, quia in ea principium fini coniungitur) nulla alia figura ad plenum æquare & eius capacitatē complere potest. Quamcumquē enim figuram siue triangularem, siue quadrangularem, siue plurium laterum circulo superponas, semper vacuū remanet aliquid. Ita cum Deus per circularem figuram designetur, (qui omnem continet perfectionem, & principium & finis est omnium rerum, vè ipse testatur Apoca. I. *Ego sum Alpha & Omega. principium & finis.*) Homo,

quī ad Dei imaginem & similitudinem factus est, circulari figuræ similis existit. Cuius capacitatem nulla creaturarum, nec omnes simul possunt replere: quamcumquē apponas, semper vacuū remanet, donec Deus ipse adueniat, & cordis capacitatem & vacuum impleat. Ideò inquietum est cor nostrum vt dicit August. etiam maximis & preciosissimis rebus plenum non quiescit, semper vacuum manet. Ac Ideò semper alia atquē alia desiderat. Diuitiæ, licet copiosissimæ sint, quietare non possunt: quimpotius nouis desiderijs torquent. August. exponens illud Psalm. 29. *Ego dixi in abundantia mea non mouebor,* ait. *In qua abundantia dixit homo, non mouebor in æternum? Intelligamus fratres personam humilis hominis. Quis hic habet abundantiam? Nemo. abundantia hominis quæ est ærumna & calamitas. Diuitiæ habent abundantiam? Plus egent quanto plus habent, desiderijs vastantur, cupiditatibus dissipantur, timoribus cruciantur, tristitia contabescunt. Honores, dignitates & officia cor non complēt: quoniam cito euanescūt. Psalm. 36. *Vidi impium exaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, transiit & ecce non erat. Quæsiit eum & non est inuentus locus eius. Voluptates & delitiæ non satiant, quimpotius nouam sitim generant. Quod Christus Samaritanæ Ioann. 4. dixit. *Qui biberit ex hac aqua (qua munda significantur) sitiet iterum.* Vniuersa namq; ista non habent perfectā figuram circularem, quæ omnia cōtineat, cui nihil desit. Vndè quantum cuiq; rei deest de summo & in**

Quare nihil præter Deum cor hominis satiet.

August.

Genes.

Imago Dei in homine capacitas mentis. Cyrill. Euseb.

simile.

Apoca.

Augusti.

August.

Psalm.

Ioann.

Quantū cuique rei deest de summo perfectione tantum distat vt cor replicat.

finito

finito gradu perfectionis (quem attingere nulla, neque omnes simul possunt) tantū abest, quod hominis appetitum faciet, & capacitātē cordis illius compleat. Solus Deus (qui summū & infinitum bonū est, ad cuius imaginē formatus est homo) illius potest appetitum satiare, & capacitatem replere. Vnde Dauid Psalm. 16. dicebat. *Satiabor cum apparuit gloria tua.* Aliqui vertunt ex Hebræo: *Satiabor cum apparuerit similitudo tua*, scilicet, in me, cū enim apparuerit, vt dicit Ioann. 1. sua Canon. cap. 3. *Similes ei erimus.* Sensus verborū Dauid est. Nihil est quod me satiare possit in hac vita, etiam preciosissimum, nisi gloria tua. Hinc Christus discipulis suis, (quia sua corporali presentia maximè delectabantur, adeoq; contēti erant, vt quorū de sua absentia loqueretur valdè tristarentur) Ioann. 16. dixit. *Quia hæc dixi vobis, id est, quia de mea absentia & recessu corporali à vobis loquutus sum, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego dico vobis, expediat vobis vt ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Quasi dicat. Non in mea humanitate tantū vestra quies & perfecta satietas consistit: sed opus est, vt diuinitatis meæ aspectu ditemini, & fœlicēs & beati efficiamini. Quod prius asseruerat Dauid dicens. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Non satiat potentia, non regna, & imperia, non diuitiæ, non aurum, non argentum, deniq; non omnia quæ in mundo sunt. Semper cor vacuū manet, suspirat, & ingemiscit reuelationem filiorum Dei expectans. Quod Paulus ad Rom. 8. declarat*

Psalm.

Ioann.

Ioann.

*dicēs. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Nam expectatio creatura reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloria filiorum Dei. August. lib. 83. question. 9. 67. eleganter locum istū tractat, & nomine creature omnis dicit hominem intelligi. Quia in eo omnium creaturarum aliquid reperitur. Scilicet, intelligere Angelorum, sentire animalium, viuere platarum, & esse aliarum rerum. Omnis ergo creatura homo est, & vanitati subiectus est. Quia se per culpā rebus his mūdāis & inferioribus se subiecit, quæ condite sunt vt illi obtemperarent. Faciamus, dixit Deus Genes. 1. hominē ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cali, & bestiis, vniuersaq; terræ, omniq; reptili quod mouetur in terra. Omnia autem, vt Ecclesiastes. 1. dicitur, vanitas sunt. Ideoque homo ingemiscit reuelationē filiorum Dei expectans, & corruptioni subiectus, a qua liberabitur cum apparuerit gloria filiorū Dei. Licet enim filij Dei simus, vt dicit Ioann. 1. Cano. cap. 3. *Nōdum apparuit quod erimus.* Quia vanitati subiecti sumus. Cum autem apparuerit, id est, cū peruenerit tēpus in quo liberabitur homo a corruptione, & mortale hoc induet immortalitatem, tunc *Similes ei erimus: Quia vidēbimus eum sicuti est.* Tunc satiabitur appetitus noster: Quia erit Deus omnia in omnib. 1. Cor. 15. *Omnis igitur creatura, id est, homo ingemiscit.**

Rom.

August.
Homo omnis
creatura di-
citur & qua-
re.

Genes.

Eccles.

Ioann.

Corint.

Quia in nulla re huius mundi quietē potest inuenire, non dū apparente quod erit. Sicut filius potētissimi regis omnia despicit, & pro nihilo ducit, nullate satiatur, & quietus redditur, donēc regno patris sui potiatur. Quia omnia alia exigua ei apparent, nec amplitudinē animi illius valēt complere. Ita homo, (qui filius est Dei, & heres bonorum illius, ad imaginē & similitudinem Dei factus,) nullo satiatur, in nullo quiescit, semper inquietus existit, donec paterna hereditate potiatur, Deum videat, & possideat. Sēper hęc bona querit, & pro illis sollicit⁹ suspirat. Inquietum namq; est cor nostrū, donēc reuertatur ad Deū. David Rex erat maxima potentia munitus, maximis diuitijs abundās, potentissimo regno fruens, & tamen suspirabat, & gemens dicebat Psal. 72. *Quid mihi est in celo: & a te quid volui super terram? Ac si diceret. Quorsum hęc terrena concupiscam, illa sequar, & inquiram, quę vanitas sunt & nihil si ad bona illa, quę mihi in celo preparata sunt, cōparentur: si ad te, qui omnium bonorum fons est, referantur? Ideo, Si iuuit anima mea ad Deum fontem viuū, quando veniam & apparebo ante faciē Dei? Psal. 41. Salomon, (qui in gloria regni & potētiae suę omnia probauit, & experientia edoctus est) dicit Ecclesiast. I. *Vidi cuncta quę sunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus.* Duo de rebus mundanis affirmat. Primū quod vniuersę vanitas sunt, ideoq; satiari non possunt appetitū, semper vacuū relinquunt. Sicut cibus qui vanus est, si comedatur, etiam si stomachum re-*

pleat, non satiat, nec nutrit: sed inanem derelinquit: Ita & mundana omnia, cum vana sint, imò & vanitas ipsa, opprimere & grauare animę stomachum possunt, satiari & reficere nō valent. Quim potius no uam famem & desiderium excitāt, suspiria & gemitus mouent. Quod eleganti comparatione declarauit Esai. cap. 29. loquens de potentia, gloria, & diuitijs eorū, qui pugnanturi erant contra Ariel, & contra Syon: & in illis (vt dicit Hiero.) ostendens qualis sit omnium mundanorum gloria, quales diuitiæ & potentia, vtq; citò dispareāt, nec cor satiari valeant, dicit. *Et sicut somniat esuriens & comedit: cum autem fuerit experges factus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam euigilauerit lassus adhuc fuit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quę dimicauerunt contra montem Syon. Quem locum trāslatio septuaginta clarius exponit, & quasi declarat inquiens. Erūtque sicut qui in somnijs esuriunt & comedunt: cumque surrexerint, vanum est somnium eorum: & sicut qui per somniū sitit, & bibit, cum surrexerit adhuc sitit, & anima eius frustra sperauit: sic erunt diuitiæ omnium gentium, quę militauerunt contra montem Syon. Quid aptius dici potuit, quidq; significātius ad explicandam mundanarum rerū vanitatem, & quomodo appetitus semper in sua fame & siti perseueret? Sicut & in somniantibus experientia demonstrat: somnia certē sunt, quę solūm decipiunt insipientes. Alterum quod Sapiens testatur, & in quo rerum harum miseriam auget, est, quod sunt affli-*

Esai.

Hieron.

simile.

Psalm.

Psalm. 2

Ecell.

Mundana omnia vana sunt ideo semper vacuum relinquūt appetitum.
simile.

etio spiritus. Quia dum sperantur, torquent. *Spes enim quæ differtur affligit animam.* Proverb. 13. & cum habentur cruciant. Quia appetitum excitant, & satiare non valent. Ideò ab vna in aliam rem agitur & mouetur cor nostrum: & quod antea desiderabat statim fastidit. Quia cor vacuū derelinquit. Ideoque in rebus mundanis, vt dicit Grego. appetitus placet, & experientia displicet. Quia non habitæ desiderantur res istæ, & habitæ odio habentur. Quia voluptatem, gaudium, & pacem promittebant, nec præstare potuerunt. Quod in persona Hierusalē Osee. 2. graphicè depingitur, quæ mundanarum rerum desiderio stimulata dicit. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, oleum meum, & porum meum.* Ecce quæ sibi promittebatur sed contraria omnia inueniens dicit: *Vadam & reuertar ad virum meum priorem, scilicet ad Deum: quia bene mihi erat tunc, magis quam nunc.* Panis namque mundi nō sariat, aqua eius non extinguit sitim, velles non calefaciunt: quia vana sunt. Quod Ioann. 4. Dominus dixit. *Qui biberit ex hac aqua sitiet iterum.* Quia nō extinguit sitim, licet parum refrigeret. At, *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, scilicet, diuina bona & gratiam participando, non sitiet iterum: sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam:* ibique anima satiata quiescet. Quia cessabit omnis motus, cum suo principio coniungatur.

Pronct.

Grego.

Osee.

Ioann.

XVI. CONSIDERATIO.

De singulari Christi benignitate in suscipiendis nūcijs istis, & de patientia quæ necessaria est præcipuè in superioribus, & quod afflictis non est danda afflictio.

Ite renunciate Ioanni, &c.

Singularis Christi benignitas & mansuetudo verbis istis ostenditur, qui audiens Ioannis interrogationem nō indignatur, nec moleste fert: sed benigne suscipit, & mansuete respondet: *Euntes renunciate Ioanni quæ audistis & vidistis.* Legatio enim ista & interrogatio facta à Ioanne per discipulos suos occasionem præbebat indignationi, & asperæ responsioni, eum dubitationem de Christi persona præse ferret. Possetque Christus respondere asperis verbis, vt prima facie interrogatio hæc promereri videbatur. Ite & dicite Ioanni, vt meminerit eorum quæ de me populo dixit, quando digito demōstrauit, & agnum tollentem peccata mundi prædicauit. Dicite, vt in memoriam reuocet columbæ descensum, qui datus est ei in signum meæ diuinitatis, vt ipse testatus est Ioann. 1. Meminerit vocis, quam de cælo audiuit, affirmantis me esse Filium Dei. Dicite, vt ad sanio-rem mentem redeat, ne propter vitæ periculum & instantem mortē sententiam mutet, ne leuis animi reputeretur. Non ista dicit, nec ex-

Ioann.

stulationibus & quærelis contra Ioannem vitur, (qui tempore maioris necessitatis, & quando testimonium eius magis prodesse posse videbatur) sententiam mutauerit, & de eo, quod ad eò assueverat astruxerat, dubitauerit. Hoc enim hominum carnalia sapientium propriū est, molestè, scilicet, ferre, quicquid præter opinionem & sententiam illorum accidit, statimquè in superbas voces, & accusationes contra alios proflire. Non ita Christus, sed patienter sustinens interrogationem, benignè & mansuetè respondet. *Ita renuntiate Ioanni, &c.* Multa in conspectu discipulorum Ioannis miracula operatur, & ab eū tibus discipulis Ioannem longissima oratione commendat.

Huius rationem possemus assignare ex his, quæ in litera & in superioribus considerationibus dicta manent, quod Christus mansuetè & benignè nuncios suscipit, & blandè legationi respondet, quia mentè Ioannis apertè cognouit, & quòd non ex dubitatione, aut ex leuitate propria mitteret, sed ut discipulorum suorum dubitationem tolleret, & Christo occasionem præberet eos & turbas instruēdi. Sed aliā huius rationem ad morum compositionē satis vtilem è licere poterimus, si considerauerimus locum unde Ioannes legationem istam mittit, & statum in quo erat, scilicet, in carcere & vinculis. Idèd mansuetè & blandè respondet, ne afflictum noua afflictione afficeret. Ut enim in communi prouerbio circumfertur, & ratio comprobatur, afflictis nõ est dāda afflictio. Idq; ex alijs Chri-

sti factis & responsis poterit confirmari. Regulo namquè, (qui potens erat, superbus & arrogans bonisquè abundans) ad Christum accedenti Ioannis. 4. & petenti, ut descenderet & sanaret filium eius, (in quo superbæ mentis & dubitantis cordis in fide Christi inditia præbuit, petens descensum & aduentū Christi in domum suam, ut sanare posset filium eius) asperè respondet & grauibus verbis increpat dicens, *Nisi signa & prodigia videritis non creditis.* Petro ex pietate & amore sine discretionem suadenti Christo, ne ascenderet Hierosolymam *Matt. 16.* ne ad eò indigna pateretur, dicenti què, *Absit hoc à te Domine, Non ita fiet,* asperimè respondet. *Vade sathana, scandalum mihi es.* Ioanni verò, (qui dubitationem interrogatione ista ostendere videbatur) mansuetè respondet. Ut hinc discas quam benignus, quam facilis & suavis sit Deus erga eos qui in laboribus & afflictionibus sunt. Ut & tu inde discas misereri laborantibus, subuenire indigentibus, consolari tristes, parcere afflictis. Verbis istis & mansueta responsione quasi dicere voluit Christus. Sufficit Ioanni suus dolor, sufficiunt labores & tribulationes quas in carcere patitur, sufficiunt catenæ & molestiæ, quæ eum præmunt, sine hoc quod eum asperè ego tractem. *Euntes renuntiate illi quæ audistis & vidistis,* & qua benignitate, qua mansuetudine, quo amore vos susceperim, ut vel sic consolationem suscipiat, & afflictiones eius alleuentur.

In hoc Deus maximè clementiā suam manifestat, & longanimitatē commen-

Afflictis non est danda afflictio.

Laborantes;
etiam si ipsi
suorum labo-
rum causa sint,
Deus consolatur.

Ioann.

Luce.

Matth.

August.

commendat. Quod, (etiam si homo sibi suorum malorum causa sit,) non ideò indignatur, & seuerè tractat, non exprobat culpas, sicut homines facere solent: sed benignè recipit, alloquitur, consolatur, & visitat, & in afflictione posito subsidiū libèter pręstat. Mulieri illi, (quę in adulterio est deprehensa, & vt condemnaretur ante Christū adducta, licet ipsa sua culpa sibi malorum suorum & afflictionis in qua posita erat causa fuerit,) non indignatur, nec asperis verbis ad illam utitur: sed blādè & misericorditer suscipit, & tacens digitoquè in terram scribens Ioann. 8. illi pratercinium adfert, tandemquè, ne afflictæ afflictionem grauaret, eleuans caput suum dicit: Filia est aliquis qui te accuset? Et respondente, Nemo Domine: addit, nec ego te condemnabo, uade in pace. Magdalenæ, (quam suorum criminum memoria & dolor affligebat, Pharisæi murmuratio grauabat,) benignè susceptæ. Lucæ. 7. dixit. Filia confide remittuntur tibi peccata tua. Vt hoc ostēdat, omnes laborātes sine aliqua distinctio- ne & differentia vocat Matth. 11. inquit. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Quibus verbis non solum laboris vniuersalitem declarare intendit, quę ad omnes se extendit nullūquè excludit: (vt optimè adnotauit August. Sermo. 10. de verbis Domini, hæc verba exponens: Quare, inquit, omnes laboramus, nisi quia sumus mortales, fragiles, infirmi, lutea uasa portantes, quę faciunt inuicem angustias?) sed & uocationis generalitatem, quæ ad omnes laborātes se ex-

tendit: Nō enim dicit: Venite ad me, qui ex iusta causa laboratis, qui sine culpa uestra labores incurristis: sed dicit: Venite ad me omnes qui laboratis, ex quacumquè causa. Qui omnes uocat, neminē excludit. Quod non mediocri solatij est. Siue ergò sine culpa uestra, siue per culpā uestram laboretis: Venite ad me: & ego reficiam uos: id est, labores uestros & miseras tollam in me suscipiēs, & uos liberos relinuens. Quod Esai. cap. 53. de Christo loquēs prędixerat inquit. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Quem locum Matt. cap. 8. de infirmitatibus corporalibus, doloribus, & laboribus interpretatur, dicens. Vespere autem facto obtulerunt ei multos demonia habentes, & eiecit spiritus uerba: & omnes malè habentes curauit, ut adimpleretur quòd dictū est per Esaiā Prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: & agrotationes nostras portauit. Petrus uero, 1. sua Canon. cap. 2. interpretatur locum istum de peccatis, & laboribus spiritualibus dicens: Qui peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, iusticia uiuamus: cuius liuore sanati sumus. Quare locus iste de laboribus & infirmitatibus & corporis & animæ ad literam intelligendus & interpretandus uenit. Nam cum oratio una plures potest habere sensus, omnes illos Spiritum sanctum intendisse & uoluisse significare credendum est, Vnde uerbum illud Tulit æquiuoce accipitur, uel pro auferre, si ad corporis infirmitates referatur, uel pro in se sumere, si de peccatis intelligatur. Quod aduertit Basilius

Esai.
Labores nostros & languores Christus portauit. Matth.

Petr.

Languores Christus tulit auferendo

Basil.

in Regulis breuioribus responsio-
ne ad interrogationē. 177. inquit.
*Languores nostros ipse tollit, non quod
in se ille suscepit, sed quod eos in qui-
bus hæc erant, curauerit. Etiam hinc lo-
co poenitentia ratio conuenit: curauit
enim morbos anima.* Et Chrysof. in
cap. 8. Matth. existimat locum istū
Elaiae; (licet de morbis animæ po-
tius dicatur, vt conueniat cum illo,
*Ecce Agnus Dei, ecce qui tollis peccata
mundi:*) de morbis corporis intelli-
gi posse, cum Euangelista ad illos
retulerit. Et Orige. in cap. 8. & 15.
Episto. ad Roma. ad corpus & ad
animam refert locū istum. Et Theo-
phila. dicit locū istum, (qui de pec-
catis loquitur) à Matt. de morbis &
doloribus corporalibus interpreta-
tum: eo quod plurimi morbi ex pec-
catis oriuntur. Ipse ergo dolores &
labores nostros tollit, vt alleuet,
subueniat, & cōsoletur, & afflictio-
nem auferat, & doceat afflictis non
esse dandam afflictionem: sed beni-
gnè suscipiendos, & consolandos.
4. Reg. 6. referunt diuinæ literæ,
quod Benadab Rex Syriæ propter
populi Israël peccata ascendit, &
obsedit Samariam tempore Iorā
Regis Israël, qui malum fecit con-
tra Dominum, & in tantam angu-
stiam populus Israël deuenit, vt vē-
deretur caput a fini octoginta argē-
teis, & quarta pars cibi stercoris
columbarum quinq; argenteis, ma-
tresquē filios suos comederent. Cū
quē Rex ira accensus pergeret, vt
auferret caput Elisei, Dominus mi-
sericordia vsus est, abundantiam &
copiam panis promittens in diem
crastinum. Et licet regis facta & de-
sideria id nō promerentur, tamē

afflictionem respiciens misericor-
dia vsus est. Similiter. 4. Reg. 19. Reg.
Ezechiae in maxima angustia con-
stituto propter obsidionem hostiū
mittit Deus Esaiam, qui eum con-
soletur, & promittat certam de ho-
stibus victoriam.

Afflictio namquē & miseria ma-
ximè Deum commouet, vt miseri-
cordia & clementia, (etiam in eos
qui nō merētur) vtatur. Hinc Thre-
no. 1. Hierusalem, vt Dominum ad
misericordiam flectat, dicit. *Vide
Domine afflictionem meam: Quoniam
erectus est inimicus.* Et Paulo infra.
*Vide Domine & considera, quoniam fa-
cta sum vilis.* Possit vtique aliquis
dicere. Quid tribulationes tuas ad-
ducis, (vt Dominum ad misericor-
diam flectas,) quas ipsa ruis culpis
& peccatis meruisti? Iustè mala
ista pateris. Quod ipsa fecisti susti-
ne. Quid miseriæ & afflictionis re-
cordaris, vt Deum ad misericor-
diam prouoces? Hæc potius iram
eius poterunt excitare, dum mala,
(quibus afflictionem istam merui-
sti) reuocant in memoriam. At ma-
lis & miserijs erudita Hierusalem,
& Dei conditionem cognoscens
ait. *Vide Domine & considera afflictio-
nem meam.* Ac si diceret. Scio quod
hæc & multò maiora promerentur
mea crimina: sed non est amoris
tui afflictos noua afflictione ve-
xare, sed potius consolari. Quia nō
*despicis clamorem pauperum, id est, af-
flictorum, vt habetur Psalmo. 21.* Psalms
Ideò afflictionem meam tibi repre-
sento. Vndè Psalm. 9. dicit Dauid. Psalms
Et factus est Dominus refugium pauperi,
id est, afflictio: adiutor in opportunitate,
& in tribulatione. *Adiutor dicitur,*
quia

*Afflictio mul-
tū mouet Dei
viscera, vt mi-
seretur.*
Thren. 1.

Chrysof.

Origen.

Theophi.

Reg.

quia patronus & defensor pauperū est contra iniquorum calumnias. Vndē statim subiungit, & hortatur omnes vt in Deo cōfident, dicens. *Et sperent in te, qui nouerunt nomen tuum Domine. Et pro ideo accipitur. Ac si dicat. Idcō sperent in te. Quia nouerunt nomen tuum, id est, tuū ingenium & conditionem. Desperent illi de tua misericordia, qui te nesciunt, vel nolentes vel non audētes ad te accedere. Certissimē enim constat illos non cognouisse nomen tuum: id est, non te talem cognoscere, qualis te vera existis, & qualis in sacris Scripturis declaris. Si enim te scirēt, si te verē cognoscerent, si de te vt oportet in bonitate sentirent: si tuam misericordiam, tuam benignitatem, tuam lōganimitatem cognoscerent, utiq; securissimē toto corde in te confiderent. Audimus illos, qui nouerūt nomen tuum, de te & tua bonitate mira proponere. Cognouit nomen tuū Dauid, qui clamabat Psal. 33.*

Psalm. Accedite ad eum & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Et

Psalm. Psal. 61. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in aeternum. Et

Psalm. Psal. 54. Iacta super Dominum curā tuam, & ipse te enutriet: non dabit in aeternum fluctuationem iusto. Cognouit nomen tuum Petrus, qui ad vniuersas sibi oues commissas clamabat. i. sua Canon. cap. 5. Humiliani sub potenti manu Dei, omnem vestram sollicitudinem projicientes in eum: quoniam ipsi cura est de vobis. Deniquē & ipse Dominus Psal. 90. dicit. Quoniam in me sperauit liberabo eum, protegam eum: Quoniam cognouit no-

men meum. Nomen pro ingenio & conditione accipitur.

Nomen pro ingenio & conditione.

Idcō qui Dei ingenium cognouerunt sperant in eo, & suas afflictiones & miseras, sicut faciebat Hierusalem, illi repræsentant. Vt facilius ad misericordiam flectant. Eius enim ingenij Deus est, vt afflictis maximē compatiatur. Hinc Esai. 42. de Christo dicitur. *Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet. Ille enim calamum quassatum dicitur confringere, qui est, qui in afflictione & labore est, magis affligit, & opprimere conatur. Et ille lignum fumigans extinguit, qui hominis in tribulatione & miseria existentis scintillā spei, si qua manet, extinguerē nititur. Christus verō afflictos consolatur, tristes iuuat, debiles confortat, pusillanimes excitat, vt confidant, peccatores suscipit & benignē tractat. Vndē ipse de se dicit Esai. 61. quod misit illum pater, vt mederetur cōtritis corde, non vt eos omnino contereret nouas afflictiones & dolores doloribus addendo, quibus qui quassati erant contererētur, & qui fumigabant omninō extinguerentur: sed potiùs, vt misericordia & clementia subueniendo confirmarentur. Spiritus, inquit, Domini super me, eo quod vnxit me, ad annuntia-*

Esai. Vnde ipse de se dicit Esai. 61. quod misit illum pater, vt mederetur cōtritis corde, non vt eos omnino contereret nouas afflictiones & dolores doloribus addendo, quibus qui quassati erant contererētur, & qui fumigabant omninō extinguerentur: sed potiùs, vt misericordia & clementia subueniendo confirmarentur. Spiritus, inquit, Domini super me, eo quod vnxit me, ad annuntia-

Esai. dum mansuetis misit me: vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam. & clausis apertionem: vt predicarem annum placibilem Domino. Hinc Sapiens Prouerb. 31. nos ad Christi imitationem exhortans dicit. Date sinceram marentibus, & vinū

Esai.

Esai.

Prouer.


his qui amaro sunt animo, bibant & obliuiscantur aegritatis suae, & doloris sui non recordentur amplius. Per vinum & ficeram, quae cor hominis laetificat, consolatio intelligitur: quam merentibus & ijs qui amaro sunt animo tribuendam praecipit, ne tristitia & dolore oppressi pereant diffidentes: quin potius consolatione erecti Dei misericordiam sperent. Quae locum exponens Beda dicit. Merentibus & ijs qui amaro sunt animo, siue ob exiliu[m] huius mundi, siue ob prioris vitae maculas, siue ob miseras & calamitates, dandum esse vinu[m]: quod verè laetificat cor hominis, quod Dominus in nuptijs fecit ex aqua (qua secundum Augustinu[m] Bedam & alios patres, tribulationes & afflictiones significatur, quae instar aquarum sua frigiditate animae calorem extinguunt, & suo impetu obruunt, unde de Sponsae constantia tanquam mirabile dicitur Cant. 8. *Aqua multa non potuerunt extinguere charitatem*), vinum consolationis sicut scripturarum, & caelestis sapientiae, ac poculum sanguinis Christi, qui ut habetur Psalmo. 103. *Laetificat cor hominis*, & confirmat illud: ut sic inebriati ab vberitate domus Domini, & torrente voluptatis & refrigerij eius potati, peregrinationem huius vitae leuius ferant, ac condemnationis metum, quem lex Mosayca incutit, animo excutiant, labores patienter ferant, ne absobeantur abundantiori tristitia, pusillanimitate, aut desperatione. Ut ergo ostendat Christus, quomodo hi tractandi sunt, qui in afflictionibus & laboribus positi conspiciuntur, discipu-

los Ioannis benignè suscipit, & interrogantibus mansuetè respondet.

XVII. CONSIDERATIO.

Quomodo Christus respondendo operibus veru[m] & irrefragabile testimoniū perhibuit de se, & quod opera latere eum non patiebantur, & quod commendatio non est verbis facienda sed operibus.

Quae audistis & vidistis, &c.

 Hrysoft. Homil. 37. oper. perfect. in Matth. verba ista exponens dicit. *Ex quo illis ostendit, non esse sibi occultas cogitationes eorum. Quod si respondisset, Ego sum, & offendisset nempe ipsos responsum hoc, & dixissent, aut certè cogitassent, quod Iudaei crebro more solent dicere: tu de te ipso testimonium perhibes: id circo non ita dicit, sed signis ipsos ad fidem adducit, ut & omni suspitione doctrina sua careat, & hac luce lucidior sit. Testimonium enim proprium, (quando non sunt alij testes fide digni, aut alia testimonia quae fidem faciant,) semper secum fert suspitionem quandam falsitatis. Quod Pharisei Ioann. 8. Christo dicenti: Ego sum lux mundi, obiecerunt dicentes: Tu de te ipso testimoniū perhibes, testimoniū tuum non est verum. Christus verò hanc tollens calumniam respondit. Et si ego testimoniū perhibeo de me ipso, verum est testimoniū meum. Quia scio unde veni, & quò vado. Et quia solus non sum, sed*

Chrysoſtōm

Testimoniū proprium suspectum est nisi alij adiungantur testes Ioann.

Beda

Augusti

Cantico

Psalmi

ego & qui misit me Pater. Et in lege vestra scriptum est, Quia duorum hominum testimonium verum est. Et concludit. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me Pater. Non solum voce de lapsa in nubibus: Hic est Filius meus delectus. Matth. 3, sed etiam operibus meis consentiendo & illa approbando. Præterea Ioann. 5. dicit. Ioannes testimonium perhibuit de me. Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim quæ dedit mihi Pater ut perficiam ea: ipsa opera quæ ego facio, testimonium perhibet de me: Quia Pater misit me. Operum testimonium fortissimum & irrefragabile est, contra quod nulla potest esse iusta calumnia. Operibus igitur Christus respondet Ioannis interrogationi, ut de se testimonium perhibeat firmum & sine aliqua suspitione operibus ipsis testantibus, & eius personam & quis ipse sit prædicantibus. Ac si dicat Christus: Non opus mihi est vobis respondere, & quis sim aperire, respicite & considerate opera quæ ego facio, & ipsa quæstioni vestræ satisficient, & meam personam commendent. *Ite, renuntiate Ioanni quæ audistis, à turbis de me, & quæ vidistis.*

Opera prædicant qualis quisque sit & latere non patiuntur.

Ut hinc discat Christianus non se ipsum verbis commendare & laudare: sed ea opera præstare, quæ testimonium perhibeant virtuti. Nam opera ipsa si bona sunt, non solum testimonium perhibent facienti: sed & illius virtutem & quis sit tacendo prædicant. Magis enim opera clamant apud homines, quam verba. Sunt magni precones: & etiam si latere vellis, bona opera te mani-

festabunt. Christus Marc. 7. latere volebat, & non poterat: quia opera quæ faciebat ipsum manifestabant, & abscondita esse non poterant. Ait enim Marc. *Et ingressus in domum neminem voluit scire, & non potuit latere.* Et reddit rationem. Quia mulier, cuius filia habebat spiritum immundum, statim audiuit, & accelsit petens filia sanitatem. Vnde Lucæ. 19. quando Christus ingressus est Hierosolyman omnibus acclamantibus, & pueris dicentibus. *Osanna filio David, Benedictus qui venit in nomine Domini,* Pharisei accesserunt & dixerunt illi, ut increparet turbas, ut tacerent: quibus ille respondit. *Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.* Ac si diceret. Quid opus est præcipere, ut taceant, quando opera adeo sunt euidencia, ut celari non possint: & quando tacentibus hominibus lapides consurgunt, & prædicabunt.

Marc.

Lucæ.

Opera bona sunt sicut lux, imò & à Christo lux appellantur Matthæi. 5. *Sic luceat lux vestra coram hominibus, &c.* Et exponens quæ sit ista lux ait: *Ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum.* Lux autem in occulto esse non potest, nec latere. Etiam si occultari curetur, se ipsam prodit, & hac illacque egreditur, & se manifestat. Itaque opera bona ipsa se produunt, clamant, testimonium perhibent, & virtutem operantis testantur: & quod plus ea celare & occultare quis studet, eò magis clamant, vociferantur, se manifestant, & produunt: quia non putat homo effluunt, lucent, & apparent. Christus miracula faciens præcipiebat discipulis & turbis, ut tacerent,

Simile.
Matt.

Marc.

tacerent, & nemini dicerent: Opera autem ipsa eorum linguas soluebant, vt magis illa prædicarent: vt testatus est Marc. cap. 7. iniquens. *Et præcepit illis ne cui dicerent: Quânto autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabant, & eò amplius admirabantur dicentes. Benè omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.* Nec in hoc contra Domini præceptum faciebant. Ea enim est bonorù operum conditio, vt hominibus tacentibus ipsa clament, & testimonium perhibeant. Vndè posset aliquis Christum interrogare, quare Domine, (cum in mundum veneris vt testimonium perhibeas veritati, vt habetur Ioan. 18. Et vt cognoscant te & Patrem qui te misit, in quo vita æterna consistit, Ioann. 17.) opera quæ facis celari præcipis? Nemo enim vult notus esse, & in occulto opera mirabilia facit: sicut Ioan. 7. Christo dixerunt fratres eius persuadere volentes, vt ascenderet ad diè festum. Cui ipse respondebit. Præcipio ne dicant, nõ quia tacere eos volo, sed vt operum meorum qualitatem declarem, quæ adèò mirabilia sunt, adèò gloriosa, vt non indigeant præconibus. Ipsa se prodent, & manifestabunt, meamquè virtutem hominibus declarabunt. Non opus est vt aliquis ea prædicet, & manifestet. Quod intelligentes illi qui viderant, quanto magis ipse præcipiebat vt tacerent, ipsi magis clamabant & dicebant. *Quia Propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus visitauit plebem suam.* Atquè adèò voluntati eius prædicantes inferuiebant.

Huius rei singulare exemplum

Publicantes
opera Christi
non faciebāt
cōtra eī prae-
ceptum.

Ioan.

Ioan.

Cur Christus
velabat quod
opera eius
non manifestarentur.
Ioan.

habemus Exod. 2. in Moyse, qui recens natus ellaganti specie præditus erat. Quem mater & soror, (ne cum alijs pueris Hebræorum periret,) occultare volebant, & totis viribus procurabant: Ipse tamen se vagitibus, ploratu, & clamoribus prodebat adèò, vt (cū iam quatuor mensium tempus esset transactum, & amplius se posse illum occultare desperarent) in fiscellam ex iuncis factam proijcientes, in flumen mitterent credentes periturum & sic celandum. Sed ipse prior expositus se prodit, atquè inde extractus à filia Pharaonis in filium adoptatus est, & in domo Regis educatus. Vides, quomodo licet celare procurauerim Moysem omni studio & diligentia, ipse se manifesta-uerit? Per Moysem & per masculos quos Pharaon interficere præcipiebat, (vt benè annotauit Origenes Hom. 2. in Exod.) opera bona nostra intelliguntur, quibus insidiat princeps mundi huius, vt illa perdat: idèò in occulto ea facere toties à Domino admonemur. Cæterū talis est bonorum operum natura, vt sicut Moyse, se ipsa prodāt & manifestent, & quo magis celare ea procurauerimus, amplius se manifestent, & nos prodant. Ipsa opera testimonium perhibent de se, & de nobis. Ne ergò te ipsum iactes, ne te ipsum prædices, bona opera fac, & sile: ipsa te manifestabunt, etiam si latere vellis nõ poteris. Ob hoc Christus discipulos Ioanis ad opera sua contuenda remittit. Operum namquè testimonium firmissimum est, & irrefragabile quod ex illis sumitur argumē-

Exod.

Moyse &
masculi bona
opera signifi-
cant.
Orig.

tum,

Ioann.

tum, contra quod inimici loqui nō
 audent. Cæcus ille à natiuitate, quē
 Christus Ioann. 9. sanauit, hoc ar-
 gumento à Dei sapientia edoctus
 vsus est, vt Christi sanctitatem, vir-
 tutem plūs quam humanam, aper-
 tē demonstraret. Cum enim Phari-
 sæi dicerent, quōd Christus pecca-
 tor esset, & non esset à Deo: quia in
 Sabbatho lutū fecit ex sputo, & sa-
 nauit illum: & instarēt, vt daret glo-
 riam Deo, id est, veritatem confite-
 retur, & quid sentiret de Christo
 aperiret: dixit. *Si peccator est nescio:
 vnum scio: Quia cum cæcus essem modo
 video.* Et paulō inferiūs dicentibus:
*Nos scimus quia Moysi locutus est Deus,
 hunc autem nescimus vnde sit:* Respon-
 dit. *In hoc enim mirabile est, quia vos
 nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos.
 Scimus autem quia peccatores Deus non
 audit: sed si quis Dei cultor est, & volun-
 tatem eius facit, hunc exaudit. A sæcu-
 lo non est auditum, quia quis aperuit ocu-
 los cæci nati. Nisi esset hic à Deo non po-
 terat facere quidquam.* Vides quomo-
 dō toties opera Christi repetat, &
 in confirmationem sanctitatis eius
 adducat? Quibus sic conuicti sunt
 inimici, vt non habentes quid res-
 pondere possent, profiluerint in cō-
 tumelias dicentes. *In peccatis natus
 es totus, & tu doces nos?* Magna qui-
 dem operum vis & efficacia est. Ex
 quibus Nichodemus argumentum
 desumpsit ad intelligendum Chri-
 stum à Deo missum esse Ioann. 3.
 dicēs. *Rabbi scimus, quia à Deo venisti
 magister.* Reddit rationem. *Nemo
 enim potest hæc signa facere, quæ
 tu facis: nisi fuerit Deus
 cum eo.*

Ioann.

XVIII. CONSIDERATIO.

Quod opera sunt lapis
 Lydius ad quem se probare de-
 bet homo, vt cognoscat cuius
 filius sit Dei, an diaboli, &
 de qua sorte mundi,
 an Dei.

Quia audistis & vidistis. &c.

AD opera remittit Chri-
 stus Ioannis discipulos,
 vt ex illis quis ipse sit, de-
 ducant, & an sit qui venturus est co-
 gnoscant. Opera namquē, vt dixi-
 mus, quæ Christus faciebat, testi-
 monium perhibebant quod a Deo
 missus esset. Simulquē viam ape-
 rit, qua quisquē nou solūm alios,
 sed & se ipsum examinare, & quis,
 qualisq; sit, cognoscere possit, vt: ū
 ex Deo sit, an ex hoc mundo: Vt ū
 Dei filius sit & de iustorum sorte,
 an ex filijs diaboli: Silicet, per ope-
 rum considerationem & examina-
 tionem. Quia opera, quæ quisquē
 facit, quis & qualis sit apertē ostē-
 dunt. Hæc ergō regia via est, qua
 ad sui cognitionem quisquē gradi
 debet, si non vult errare. Hæc gene-
 ralis est regula, quæ nunquam defi-
 cit. Opera tua considera, illa medi-
 tare, & ex illorum qualitate & con-
 ditione animi tui dispositionem co-
 gnosces, & quis sis luce clariūs vi-
 debis. Quia animus noster inuisi-
 bilis est, & sensibus percipi non po-
 test, soli Deo illius cognitio dici-
 tur reseruata: Cum homines solūm vi-
 deant quæ foris apparent, Deus autem
 insuetur cor, vt habetur. 1. Reg. 17.
 Ita, cum homo per regenerationē
 & fidem

*Regeneratio
 facit hominē
 spiritualem,
 & ab huma-
 na subtrahit
 cognitione.*

& fidem ex spiritu nascatur, & spiritus sit, in alteram & altiore naturam tranſit, quam humana ratio attingere non valet, vt Christus Ioann. 3. affirmat dicens. *Quod natū est ex carne caro est; quod autem natū est ex spiritu, spiritus est.* Vnde sicut nemo potest cognoscere quæ sunt Dei, nisi spiritus Dei, vt dicit Paulus. 1. Corint. 2. Ita nemo qualis homo sit, qui spiritu natus est, potest cognoscere, nec ipse spiritus hominis. *Nemo enim scit verum odio, vel amore dignus sit.* Nemo inquam qualis sit homo potest cognoscere, nisi spiritus Dei declaret, & manifestet. Viam igitur, qua quisque & Christum, & se cognoscere possit, ostendit mittens discipulos Ioannis ad opera sua consideranda, vt ex illis quis ipse sit intelligant: & te ad opera tua examinanda remittit, vt te ipsam cognoscas, & quis & qualis sis percipias.

Et sicut fides, (quæ fundamentū est vitæ hominis) cognosci non potest, nisi ex operibus: ita qua vita homo viuat, nisi ex operibus dignosci non potest. Opera namq; testimonium perhibent, qualis sit cuiusque fides. Quod eleganter Iacob. in sua Cano. cap. 2. prosequitur docens fidem ad salutem necessariam esse, illam tamen sine operibus non sufficere ad vitā spiritualem. *Quid proderit, inquit, fratres mei, si fidē quis dicat se habere: opera autem nō habeat. Nunquid poterit fides saluare eū? Quasi dicat, non: Et hoc exponit similitudine. Si frater & soror nudi sint, & indigeant pane, dicat autem aliquis eis, calefacimini, & non dedit necessaria, quid proderit? Nūquid eorum in*

digentiam leuabit solis verbis? Nō vtique. *Sic fides sine operibus mortua est in semetipsa.* Vnde talis fides Christianum facit: sed filium Dei non constituit. Opera quæ ex charitate procedunt filium Dei & heredem regni efficiunt. Hæc vitam fidei testantur, & manifestat. Quia *fides sine operibus mortua est in semetipsa*, dicit Iacobus. Fides quidē est, & vera fides: sed mortua. Vnde ergo quod fides viua sit cognosci, & manifestari potest? Ex operibus sane. Quod declarat Iacobus inquit. *Sed dicet quis. Tu fidem habes, ego opera habeo. Ostende mihi: fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi: ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus est Deus: bene facis. Et demones credunt, & contremiscunt. Vis autem scire, o homo inanis, quoniam fides sine operibus mortua est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est? Et ennumerat plures patres, qui omnes ex operibus iustificati sunt. Et tandem concludit. *Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est: ita fides sine operibus mortua est.* Vbi appellatione spiritus non significatur anima, vt optime aduertit Caieta. hic, sed habitus, seu status. Et aptè comparat opera flatui. Quemadmodum enim corpus animalis si non spirat mortuum est: ita fides si nō parit opus, mortua est. Elatus siquidem est effectus corporis viui, & similiter operatio est proprius effectus fidei viuæ. Vnde apparet quo sensu superius dixerit, fidem sine operibus mortuam esse, non quod sentiat opera esse formā fidei: sed quod sentiat opera esse concomitantia fidē, & inditia vitæ illius. Sicut habitus commi-*

Fides mortua
vera fides est.

Fides ex operibus cognoscitur: & sine operibus non potest ad salutem.

Iacob.

Caieta.
Spiritus pro flatu ponitur.

Opera non sunt forma fidei.

commi-

commitatur vitam hominis, & illius est argumentum. Sicut igitur corporis vita ex operatione & respiratione cognoscitur: (anima namque cum spiritualis sit, & inuisibilis, sensu comprehendendi non potest: Unde rogo cognoscis quod corpus viuat, & animam habeat? Respondebis & optimè, ex motu & operatione: Unde Philosophi dicunt, quod viuere est ipsum operari) Ita fides non dignoscitur, quod viua sit, & spiritum habeat, nisi ex operationibus.

Hinc Saluator signum tribuens quo lupos vestibus ouium opertos ab ouibus distinguere valeamus Matth. 7. dicit. *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Id est, ab operibus eorum, vtrum lupi sint, vel oues potestis cognoscere. Manus illorum intuemini, & ex illis animum cognoscetis. Manus namque qualis quisque sit declarant. In republica, vt rectores & gubernatores cognoscant qualis vnusquisque sit, & ex quo officio viuat, manus inspicere solent, vtrum tenes & blandæ sint, vel callos habeant, & inde argumentum deducunt, vtrum ex aliquo officio viuat, vel vagus & perditus homo sit. Manus igitur certius quam quælibet alia pars corporis de hominis qualitate testificantur. Quod intelligens Iacob Genes. 27. (quando mater ei persuadebat, vt benedictionem fratris sui Esau surriperet) nihil aliud timuit, nisi quod Esau homo pilosus esset, & ipse leuis: & quod si atrectaret eum pater sentiret quis esset. Unde & ipse Isaac caligantibus oculis eius, & videre non valens, cum vocem filij au-

diret, & vocem Iacob esse iudicaret, dixit. *Accede huc, vt tangam te filii mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau, an non.* Et accedente eo, manus illius apprehendit, & palpauit: sentiensque pilosas dixit Isaac. *Vox quidem vox Iacob est: sed manus manus sunt Esau.* Additque textus: *& non cognouit eum, quia pilosa manus similitudinem maioris expresserat.* Vides, quomodo manus non solum de hominis qualitate, dispositione, & officio: sed etiam de persona testentur certius, quam aliæ corporis partes. Quare merito Christus dicit, a fructibus eorum cognoscetis eos. Vtiturque in huius confirmatione similitudine arboris, quæ ex fructibus an bona, vel mala sit, cognoscitur. Ita & homo ex operibus. Phariseis dicebat Christus Ioann. 8. *Si filij Abraham estis, opera Abraham facite.* Gloriabantur Pharisei quod filij Abraham essent, & dicit Christus. *Si filij Abraham estis, opera vestra id non manifestant: quæ multum differunt ab operibus Abraham: & ex operibus, cuius filius sit quisque cognoscitur.* Si opera Abraham faceretis, possetis verè dicere quod filij Abraham sitis. Nunc autem cum queratis me interficere, non estis filij Abraham. Quia hoc Abraham non fecit: vos facitis opera patris vestri. Hoc audientes dixerunt. *Nos ex fornicatione non sumus nati. Vnum patrem habemus Deum.* Quibus Christus ait. *Si Deus pater vester esset, diligeretis vtrique me.* Et ex his concludit. *Vos ex patre diabolo estis.* Et reddit rationem. *& id est, quia desideria eius vultis perficere.* Ecce qualiter ex operibus cuius filij sint colligit,

Matth.

Manus qualis quisque sit declarant. simile.

Genes.

git, & confirmat. Qui enim opera Dei facit, mandata eius custodit, filius Dei credendus est: qui autem opera diaboli perficit, diaboli filius esse conuincitur. Qui furatur, mentitur, adulteratur, blasphematur, & similia facit, quomodo filius Dei dici potest, & non potius diaboli, quem suis operibus imitatur?

Si igitur cognoscere desideras cuius filius sis, opera tua considera, & ex illis te ipsum cognosces. Si ille qui dicit se Deum nosse, & fratrem suum odit, mendax est, & in eo veritas non est, ut dicit Ioann. 1. *Canonic. cap. 2.* Ille qui fratrem persequitur, qui blasphematur, mentitur, & rapit, si filium Dei se dicat, maximè mendax deprehenditur. Et si de illo, *Quis videt fratrem suum necessitatem habere, & clausit viscera misericordiae suae ab eo,* dicit Paulus. *1. ad Timot. 5.* Quod fidem negavit & est infideli deterior: (Quod non ideo dicit, quia fidem amiserit: sed quia opere se fidem non habere testatur opera faciens fidei repugnantia) quomodo de eo qui diaboli opera facit, dici potest, quod sit filius Dei? De his dicit Paulus ad Titum. *1. Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Cum sint abominati, & increduli, & ad omne opus bonum reprobi.* Opera secundum Deum facta fidem veram demonstrant, ut dicebamus, & quod Christus in nobis sit & viuat. Cuius bonus odor dicitur iustus. *2. Cor. 2.* per bona opera quae efficit.

XIX. CONSIDERATIO.

De utilitate quam consideratio operum Dei causat, & de necessitate scrutandi scripturas, ut Christum cognoscamus, & discamus, timere iustitiam & sperare illius bonitatem.

Qua audistis, & vidistis. &c.

Dubitantibus Ioannis discipulis de Christi persona & conditione respondet eos ad opera sua conspicienda remittens. Ut ex illis compellantur ad scripturarum quae de Christo erant considerationem: & ut facta cum scripturis componentes conuincantur Christum esse Messiam in lege promissum, & eum qui venturus erat. Ut enim in litera expositione diximus, ea potissimum miracula Christus in conspectu discipulorum Ioannis edidit, quae a Prophetis de Messia praedicta fuerant, & pro signis ad illum cognoscendum tradita. Hos itaque ad opera consideranda remittit, cum quaerunt quis sit: alios autem, qui Ioann. 5. quaesierunt quis esset, ad scripturarum lectionem misit, dicens. *Scrutaminis scripturas: quoniam ipse testimonium perhibent de me.* Dubitantes de se alios ad opera, alios ad scripturas transmittit, ut certi reddantur, docens hac duplici via Christi personam, conditionem, & ingenium posse comprehendere, cuiusque virtutem, potentiam, misericordiam, tum etiam & iustitiam cognosci. Ut nec potentes superbiant, nec paupe-

Ioann.

Timot.

Titus.

Corinth.

Ioann.

pauperes dei ieiātur: vt iusti timeāt: & peccatores confidant eius opera videntes, & scripturas considerantes. Operum namq; Dei & scripturarum consideratio vtilissima est: dum in operibus Dei diuersitas maxima conspicitur, & in scripturis beneficia & supplitia, (quæ Deus multis intulit) referuntur: vt ad bona subleuent, & à malis detineant. Hinc Moyses Deute. 32. (vt populum ad Dei beneficia deprecēda, & bonitatem laudandam prouocaret,) remittit ad maiores suos, & ad considerationem operū Dei, dicens. *Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi: quando diuidebat altissimas gentes, &c.* Et enumerat Dei beneficia patribus illis exhibita: vt illa considerantes discant de Dei bonitate confidere, & sperare. Et nos similiter patrum exempla & Dei opera debemus cōsiderare, & illa inspiciere. Et vicissim ad scripturas recurrere: & ex vtrisque remedia contra omnia, (quæ nos in uadere possunt, & vt de Dei bonitate dubitemus, aut de misericordia nimium confidamus faciunt,) hauriemus. Si te tuorum peccatorum conscientia accusat, si sua immanitate terrent, & in dubitationem de Dei misericordia & bonitate te adducunt: si dubitare te faciunt, an veniā sit largiturus, qui toties & adeo grauitè à te offensus est: si tua crimina se tibi obijciunt & dicunt, quod inimici dicebāt Dauidi Psalmo. 3. *Non est salus tibi in Deo tuo:* opera Dei considera, misericordiam, quam grauibus peccatoribus lar-

gitus est, attende. Magdalenam peccatricem, cui veniam tribuit: Petrum negantem, cui ignouit: Matthæum Publicanum, quem recepit, Latronē, cui in Cruce paradisum promissit: Saulum Ecclesiam Dei persequentē, quem vocauit & vas electionis fecit: David adulterum & homicidā, cui pepercit: mulierē in adulterio deprehensam, quam tatus est, tecum volue, & attentā meditatione considera, & disces non diffidere de Dei misericordia, bonitate, & clementia: qui peccatores non spernit, sed benignè suscipit, & mansuetè tractat.

Hac consideratione operum Dei erga peccatores ob suas culpas tristes & pusillanimes, nec ad eum accedere præ confusione audentes Dominus excitat: vt bono animo sint, & multū cōfidāt, c. 38. Iob. dicens. *Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti: quæ præparant in tempus hostis, & in diem pugnae & belli? Thesaurus niuis & grandinis, appellat insignes peccatores valdè frigidus, & multitudine criminum suorum congelatos: hos thesauros Deus in Ecclesia sua reseruauit, & reposuit illis parcens: vt qui suorum peccatorum metu perterritus ad Deum accedere timuerit, ingrediatur per cōsiderationem huiusmodi thesaurorū, & inde arma confidentiæ sumat in diem pugnae & belli, quod memoria & præsentia suorum peccatorum illi excitauerit: & in tempus hostis, id est, contra hostes illum impugnantes, & suorum criminū grauitatem obijcientes. Vt ista cōsideratione quasi lorica indutus, &*

Iob.

Thesauri niuis & grandinis peccatores dicuntur,

Operum Dei consideratio & scripturarum vtilissima est.

Deute.

Psalm.

clypeo protectus fidēter dicat. Qui huiusmodi peccatoribus se placabilem præbuit, qui tot criminibus ad eō libenter ignouit, qui hos in hominum memoria referuari voluit tanquam thesauros, & omnibus tanquam exempla proponi, me suscipiet, misericordiam suam in me demonstrabit, non mihi misericordiae viscera, quæ alijs peccatoribus patuerunt, denegabit. Ecce arma, quibus te munias, & te ab incurribus hostiū defendas, ex operum Dei consideratione formata.

Scriptura cō
solatur pu-
sillanimes.

Quod si ista non sufficiant ad animi pusillanimitatem tollendam, & timorem excutiendū, tua ingratitude instantē accusante, & crebram iterationem tuorum peccatorum proponente, qua misericordiae Dei ianuam clausisse videris: recurre ad scripturas. Illæ te consolabuntur, incitabunt, & de Dei misericordia & lōganimitate in peccatores certum reddent. Attente audi scripturas voce Domini clamātes, Ezechiel. 18. *Nolo mortē peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.* Addi Esai. 1. *Dominum dicentem. Lauamini, mundi estote, auferte malū cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruerse, discite benefacere. Quærite iudiciū, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduā: & venite & arguite me dicit Dominus. Si fuerint peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, vel vt lana alba erunt.* Et Hierem. 3. dicit Dominus. *Vulgo dicitur. Si dimisserit vir uxorem suā, & recedēs ab eo duxerit virū alterum, nunquid reuertetur ad eā ultra? Nunquid non polluta erit & contaminata mulier illa? Tu*

Ezechie.
Esai.

Hierem.

autem fornicata es cū amatoribus multis: tamē reuertere ad me dicit Dominus, & ego suscipiam te. Et ne parua illi videretur quæ admiserat, dicit eius turpitudinem & crimina referens. *Lena oculos tuos in directū, & vide, & ibi non prostrata sis & reliqua quæ sequuntur.* In super Ezechie. 18. dicit. *Si egerit impius penitentiam ab impietate sua, vita viuet: amplius iniquitates eius non recordabor.* Proprius etiam accede, & ipsum Christū in Evangelio sæpius dicentem audi. *Veni querere, & saluū facere quod perierat* Matt. 18. & Matt. 9. *Non est opus valentibus medico, sed malē habentibus.* Et Luca. 19. se cōparantē pastori, qui perditā ouem humeris suis imponit, & ad caulas reducit. Quis ista audiens & legens de Dei misericordia diffidet? Vndē quo peccatores de sua misericordia secutos reddat, cū publicanis & publicis peccatorib⁹ Christus māducabat. Quod Scribæ & Pharisei non intelligentes mysteriū ei vitio vertebāt, & discipulis illius improperabant dicentes Matt. 9. *Quare cum peccatoribus & publicanis manducat magister vester?* Vterius alio exēplo propositū nostrū aperiamus. Si quis in laboribus posit⁹ dubitare incipiat, vtū illius recordetur Deus, (cū videat mala crescere, dolores augeri, Deū gemitibus non inclinari:) consideret hic opera Dei, & qualiter erga laborantes se habuerit reducat in memoriam, & securus de Dei misericordia crescētibus laboribus sperabit. Recogiter Dauidem toties a Saule oppressum, & propē in vltimas angustias redactū, omni subsidio destitutū, & qualiter Deus eū libe-

Ezech.

Matth.
Matth.
Luca.

Matth.
Ad confiden-
dum in obo-
ribus opera
Dei & scrip-
tura incitant

libe-

liberavit: & confidet. Daniele[m] vi
deat in laeu inter leones positiu[m], &
Deu[m] no[n] solu[m] ora leonu[m] concluden-
te: sed & Abachu cu[m] prandio de Ba-
bylone adducentē; Dani. 14. & spe-
rabit. Susanna[m] in memoria[m] reuocet
falso crimine imposito in eas angu-
stias redacta[m], vt duceret ad lapida-
ndu[m], & a Deo mirabiliter Danielis
industria erepta[m] Danie. 13. Iosephu[m]
inspiciat, & labores quos sustinuit,
& gloriam in qua a Deo adductus
est: & firmissim[us] permanebit. Quod
si exēpla illum confirmare non va-
lent, legat scripturas, & cognoscat,
quomodo Deus iustos non derelin-
quat: sed in laboribus comitetur, o-
pem ferat, & suo tēpore liberet, etiā
si aliquādo moras facere videatur.
Psal. 90. ipse dicit. *Cum ipso, id est, iu-
sto, sum in tribulatione, eripia eum. &
glorificabo eum, longitudine dieru[m] reple-
bo eum, & ostendam illi salutare meum.*
Et Abachu. 3. dicitur. *Si moram fece-
rit expecta eum: quia veniens veniet, id
est, cito veniet, & non turbabit.* Au-
di & David Psal. 119. dicentem. *Ad
Dominum cum tribulauer, clamaui: &
exaudiuit me.* Si de Dei liberalitate
in tuis petitionibus dubitas, vide &
considera, qua[m] liberalis Deus erga
patres nostros extiterit. Quod, vt
principio huius considerationis di-
cebamus, Moysen cōsiderare pre-
cepit: aduerte etiam scripturas, &
audi Dominum dicentem Ioān. 16.
Petite & accipietis. Et Matt. 7. *Omnis
qui petit accipit.* Et Marc. 11. *Amen-
dico vobis quidquid orantes petitis, cre-
dite quia accipietis: & Ioann. 14. Quid
quid petieritis Patre in nomine meo, da-
bit vobis.* Plura possemus adducere
exēpla, quibus confirmarem ex

operibus Dei & scripturis argumē-
ta sumi, quibus cor hominis confir-
metur in bono, erigatur & robore-
tur in spe & confidentia: sed ex istis
quę proposita sunt alia poterit de-
duci. Sed hoc pretermittendum no[n]
est, quod sicut ad confidentiam exci-
tandam conducunt, ita etiam vt ti-
meamus, & vt a peccatis resipisca-
mus, multum faciunt: si attentē sup-
plicitia, quę Deus multis propter pec-
cata intulit, & quę scripturę de
Dei ira & flagellis referunt, cōside-
rauerimus. Hinc per Hierem. cap. 7.
(vt populum a peccatis retraheret,
& a sua yana confidentia qua nite-
bantur, quia tēplum Domini erat
inter illos remoueret) mittit illos
ad considerandum ea quę fecit Sy-
lo, vbi prius locus erat orationis, di-
cens. *Ite ad locum meum in Sylo, vbi ha-
bitauit nomen meum a principio. & vi-
dete, quę fecerim ei propter malitiam po-
puli mei Israel.* Et hinc discite time-
re & formidare. Idē mulierem
Loth Genes. 19. (quia contra Dei
præceptum retrō aspexit) in statuā
salis voluit conuerti: vt in exemplū
omnibus posteris maneret, & istam
aspicientes Dei mandata frangere
pertimescerent. Vbi interrogabit
aliquis, quare in petrā salis potius,
quā in aliā conuersa fuerit? Et re-
spōdere poterimus. Quia sicut sal a
corruptione præseruat, ita memoria
hec supplitiorum quę Deus fecit
nos a culpis præseruabit. Et quia in
exemplum constituebatur salis pe-
tra efficitur, vt consideratione lam-
bentes a peccatis retrahamur. Ita
vtraq; Glosa ex Isidoro desumpta
& Nicolaus de Lyra respondent:
verba Isidori sunt. *Vxor, retrō aspiciens*

*Opera Dei
& scripture
nos a pecca-
tis remouent*

Hierem.

Genes.

*Quare vxor
Loth in pe-
trā salis po-
tiusquam in
aliā conuer-
sa est.*

*Glossa.
Lyra.
Isidor.*

Danie.

Danie.

Psal.

Abac.

Psal.

*Dei liberali-
tas ex operi-
bus & scrip-
turis constat.*

Ioann.

Math.

Marc.

Ioann.

*in salem versa est, exemplum facta, filii
cet, & condimentum: unde alij saliantur.
Vnde Christus ait, Lucæ. 17. memento
re vxoris Loth: vt nos, scilicet, tanquã sale
condiret, ne negligentes essemus, sed pri-
ueter caueamus. Et Lyra dicit, quod
ista expositio licet mystica videat-
ur, literalis dici potest. Et August.
16. de Ciuit. Dei cap. 30. dicit: Deni-
que vxor Loth, vbi respexit, remansit: &
in salem conuersa hominibus fidelibus
quodam præstitit condimentum, quo sa-
pianc aliquid, vnde illud caueatur exem-
plum.*

Opera igitur quæ Deus fecit
& scripturarũ testimonia consula-
mus, & inuenimus, vnde a malis
retrahamur, & de Dei bonitate
multum confidamus. Ideo Chri-
stus discipulos Ioannis, & nos in il-
lis, & ad ea quæ audierunt, & ad ope-
ra quæ viderunt à Christo facta re-
mittit. Ista namq; regia via est, qua
gradi debemus, si rectum iter tene-
re, nostramquæ vitam debite com-
ponere desideramus.

XX. CONSIDERATIO.

Qua certitudine scien-
da sunt quæ de fratribus no-
stris referre volumus, & quan-
tum noceat præceptis re-
rum relatio.

Ite renuntiate Ioanni, &c.

Coniungit Christus duos
sensus, scilicet, auditum &
visum, quibus de rebus
certiores fieri solemus, vt ostendat,
qua certitudine cognoscenda sunt

quæ alteri, volumus renunciare.
Ideo discipulis Ioannis dicit. *Ite
renuntiate Ioanni quæ audistis, & vi-
distis. Non dicit. Ite renuntiate solū
quæ audistis. Quia auditus multoties
falli solet, dum vnū pro alio perci-
pit: vel dum rumores, (qui multo-
ties falsi esse solent, quiq; facile dif-
feminantur) auscultat. Nec solū di-
cit Christus (quod certius & suffi-
cientius esse videbatur,) *Ite renuncia-
te Ioanni quæ vidistis: Quia visus cū
solum præsentia percipiat, a dece-
ptione longè esse videtur. Vnde ni-
hil certius iudicare aut affirmare de
re aliqua possumus, quàm quod o-
culis percipimus. Et nec huic tan-
tum sensui fidendum esse ostendit
Christus in rebus, quæ proximi vi-
tam & honorem concernunt. Quia
solet etiam multoties & visus de-
cipi, vel propter medijs dispositio-
nem, vel propter distantiam, vel
propter alias causas, quas non est
præsentis instituti recensere. Idquæ
experientia confirmat. Si turrim
quadratam à longè aspicias, vide-
tur rotunda propter distantiam: &
si baculum in qua & aère existentē
conspicias, fractus videtur propter
medijs disparitatem & differētiam.
Duos igitur sensus, visum, & au-
ditum, Christus coniungit, & po-
stulat à discipulis Ioannis, vt co-
gnitio certior sit: et, vt dicebamus,
vt hinc intelligamus quanta certi-
tudine necessariū sit, vt quæ de fra-
tribus nostris affirmare volumus,
cognoscamus. Non enim satis esse
debet quod aliquid de pximo tuo
audieris, vt illud statim affirmes.
Pri^o examina, considera, disquire,
& videre procura. Auris nãq; mul-
toties**

*Auditus mul-
toties falli so-
let.*

*Visui in re-
bus proximo-
rum non fidē-
dum.*

*Visus multo-
ties fallitur.*

*Qua certitu-
dine cognos-
cenda quæ re-
ferenda sunt
de fratribus.*

toties fallitur, & licet non suo semper, aliorum qui referunt ut aliquando vitio. Dauid pro certo habuit quod de Miphiboseth à Siba relatum audivit, 2. Reg. 16. & statim præcipitato iudicio illum bonis suis priuavit, quod postea re amplius inspecta falsum esse deprehendit & uti nam non nos experientia quotidiana, quæ vera sint ista quæ dicimus, doceret. Qua facilitate ea, (quæ vel leuiter audimus, & quod peius est somniamus) referimus & affirmamus. Nec satis esse debet, (quod tibi videaris illud quod asserturus est oculis vidisse,) ut statim affirmes. Quia multoties contingit visum falli. Tunc expecta, attende, & considera, quid alij dicant, & sentiant. Prius quam de proximo tuo aliquid referas & alijs renunties, opus est ut certissime scias, & notum sit & publicum. Nolite esse testis contra proximum tuum, nisi euidenter rem cognoueris. Hoc postulas duorum sensuum officium, scilicet, auditus, & visus, ostendere voluit Christus. Quia qui præceptus & facilis est vel ad iudicandum, vel ad affirmandum aliquid de proximo suo, a culpa immunis esse non potest periculo errandi se exponens. Unde Ecclesiastici. 23. dicitur. *Lingua testificans adducit mortem.* Rabanus per linguam testificantem dicit intelligi linguam procaeam, & quæ facilis est ad res affirmandas. Quoniam volat irreuocabile verbum, nec facile quod semel prolatum est, (præcipue si honorem alterius tangit,) potest reuocari. Ideo verba sagittis comparantur, & labia, seu lingua arcui. Quia sicut in

manu & potestate hominis est, hæc vel illac sagittam dirigere, antequam illam proieciat potest eam detinere, & arcu deponere, si voluerit: ac postquam semel emissa sagitta fuerit, volat, nec reuocari potest à cursu suo, etiam si illum qui necit facti poeniteat. Non aliter verba, antequam proferas, in tua sunt potestate, sed postquam semel de ore tuo exierint, reuocari non possunt, quia vulnus infligant. Ideo Sapiens dicit. *Lingua testificans.* Id est, sine consideratione aliquid affirmans, *Adducit mortem.* Et sicut qui sagittam mittit in incertum, nec debitam adhibet diligentiam necui noceat, reus est sanguinis effusio: ita & qui sine consideratione, & diligenti examine de fratre suo aliquid loquitur, reus erit sanguinis illius. Quod Prover. 21. Sapiens testatur dicens: *Testis mendax peribit.* Non solum dicitur testis mendax, qui mendacium affirmat, sed & qui se periculo mentienti exponit. Quia quantum ex se est falsum testatur, & mentitur. Sicut quotidie experimur in his, qui quæ audiunt sine aliquo examine affirmant, & testantur. Hinc Exod. 23. dicitur. *Non suscipies vocem mendacij.* Ac si dicat: ne accipias rumores falsos aduersus proximos tuos. Vbi aduerte: quod rumores vocat *vocem mendacij*, illos, scilicet, quos ortos videmus, unde autem, vel à quo nati sint, non sentimus. Qui minimè suscipiendi sunt, sed antequam vel admittantur, vel credantur examinandi.

Maxima ergo cura lingua seruanda est. Unde Eccles. 28. dicitur. *Ori tuo fac ostium, & uectem, & in Ver*

342

Eccli.
Rabanus.

Simile.
Verba sagittis & lingua arcui comparatur.

Simile.

Prover.
Testis mendax quis dicatur.

Exod.

Rumores
sparsi vox mendacij.

Ecclesi.

Grego.

Psalm.

bis tuis iugum, & stateram. Quem locum versans Gregorius super Psalmum Miserere in illud: Domine labia mea aperies, dicit. Et fortasse hoc ostium sibi Propheta postulat à Domino, cum dicit Psalm. 140. Pone Domine custodiã ori meo, & ostium circumstantia labijs meis. Debemus enim os nostrum claudere, & diligentius obserare, ne quis in iracundiam excitet vocem nostram, & contumeliam rependamus contumelia. Iugum etiam in verbis nostris esse & statera precipitur, vt omne quod loquimur, & humilitate condiatur, & mensura pendatur. Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, modus in verbis, pondus in sermone. Nec prius loquendo os aperiamus, quam expediat, sed examinemus verba nostra, si ta cendum hoc, si dicendum aduersus hunc, si tempus sit sermonis huius, postremo si à virtute modestiæ non dissentiat. Nihil indecens, nihil in honestum, nihil inuidum sonans erumpat. Et sic proximis nostris in loquendo vtilis erimus, & Deo grati, & hominibus chari, tandemque æternam vitam consequemur, quam nobis largiri dignetur omnipotens & pius Dominus, qui hodie pro nobis nasci dignatus est.

XXI. CONSIDERATIO.

Qua cura qua sollicitudine Deus hominum salutem procuret, & vt nulli rei parcat vt peccatorem reducat ad viam salutis.

Caci videt, claudi ambu. &c.

LVCA S cap. 7. hoc tractans dicit. *In ipsa autem hora multos*

curauit à languoribus suis, & plagis, & spiritibus malis: & cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis: Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis. Quia caci vident, claudi ambulat, &c. Vbi, (vt in literæ. expositio ne diximus,) considerandum est, quod Christus in præsentia discipulorum Ioannis larga manu & copiosius quam solebat, multis largitus est sanitatem, & quam plurima simul operatus est miracula: Ita vt vnus hinc, alter illinc, alij aliunde profuissent clamantes, & Christi virtutem prædicantes. Iste se à lepra multum datum ostendebat: ille visum sibi restitutum clamabat: alius brachium, alius crura solidiora dicebat: & sic quam plurimi clamabant: & ad hoc respexisse videtur Christus, cum dicit: *Renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis.* Et hoc colligi videtur aperte ex verbis Lucae propositis. Innumera vt apparet signa Christus operatus est in conspectu discipulorum Ioannis, vt sua magnitudine & multitudine eorum animos de se dubitantes confirmaret, & ad viam veritatis reducerent.

Vbi forte alicui videri poterit quod tanta miraculorum multitudine superflua fuerit, cum vnum aut alterum ad illorum instructionem, & ad quæstionis satisfactionem satis esset. Quodlibet enim signum sufficiens erat argumentum diuinitatis Christi. Quid opus erat tot signa multiplicare? *Caci vident, claudi ambulant, &c.* In hoc Deus misericordiam suam maxime commendat, & qua cura, qua sollicitudine & instantia Deus curet hominem ad se reducere, à via perditionis re

Cur tot miracula in præsentia discipulorum Ioannis Christus fecerit, cum vnum suffice re videretur.

Qua cura Deus hominis salutem procurat.

vocare,

uocare, & ad veritatis cognitionē perducere. Omnia mouet, omnia tentat, nihil intactum relinquit, quod vtile esse prospiciat ad hominem excitandum, conuincendum, & ad se & veritatis cognitionem perducendum. Ideo tot miracula operatur, vt si magnitudo operum non sufficiat, saltim multitudo discipulos Ioannis conuincat: & si vnum aut alterum miraculum non sit satis ad animos illorum mouendos, saltim aliud vel aliud exciret, vel plura simul commoueant. In quo suam charitatem & amorem, quo hominum salutem desiderat, satis manifeste demonstrat.

Hanc singularem & indefesam curam, hanc sollicitam vigilantiam, qua Deus hominum salutem procurat nulli labori, aut difficultati, aut molestiæ parcens, cælum & terram mouens, declarat Aggæus, capit. 2. dicens. *Adhuc modicum est, & ego commouebo calum, & terram, & mare & aridam, & mouebo omnes gentes: & veniet desideratus cunctis gentibus.* Hanc curam (qua non solum vocat, inuitat, & quærit homines, sed & ad fores illorum antequam ipsi surgant & euigilent pulsant, & sedet eos expectans) declarauit optimè Sapiens, Sapien. 6. dicens. *Clara est, & qua nunquam marcescit sapientia, & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt: vt illis se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet.* Quod Apoca. 3. Dominus ipse declarauit dicens. *Ego sto ad ostium, & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperue-*

rit mihi ianuam, intrabo ad illam, & cenabo cum illo, & ipse mecum.

Vbi statim se offert scrupulus, quomodo Sapiens dicat quod qui aperuerit assidentem præ foribus suis diuinam sapientiam reperiet: ipsa autem sapientia affirmet, quod ad ostium stat: hæc namque contraria videntur: sed si attentius considerentur maximè conueniunt. Sapiens enim, vt desiderium ardens declaret, quo sapientia ab hominibus inueniri desiderat, dicit illam esse assidentem ad ianuam & expectantem. Sicut inter homines contingere solet, qui desiderat alterum inuenire & videre, de mane consurgit, & antè fores illius sedet, expectans, & dicit. Hic manebo, non surgam donec egredientem videam. Ita, vt Dei desiderium, quo nostram salutem desiderat, quo nos inuenire & alloqui cupit ostendat, sedentem depingit sapientiam. Tum etiã vt manifestet, quod non per functionem & veluti transiens homines vocat, & eorum salutem procurat: sed cum magna instantia, omni tempore, ita vt quacumque hora aperire voluerit homo, inueniat eam sedentem, iuxta illud Ezechie. 18. *In qua cumque hora ingemuerit peccator, ego exaudiam eum.* Ideo sedentem describit. Ne autem istud Dei tam ardens desiderium hominem negligenter reddat, ne Dei vocationem contemnat, apud Ioann. dicit. *Ecce sto.* Quo denotet promptam voluntatem & celerem responsum ex parte hominis cupere. Qui enim statrem aliquam faciens, breuiter se expediti velle demonstrat: vt ergo ostendat, quod si statim vt pulsaue-

Quomodo sapientia diuina dicatur sedere & stare.

Simile.

Ezech.

Aggæ.

Sapien.

Apoca.

rit non aperueris, transibit. stare dicitur: vt te cautum & diligentem efficiat. Hoc sponsæ contigisse videmus Cantic. 5. cum enim ad ostium eius pulsaret sponsus, illaq; nimium confidens negligeret aperire dicēs *Lani pedes meos, & alias leues excusationes pretendens, declinauit spōsus, & abiit: & postea surgens & quærens cum magna difficultate & labore inuenit. Vides, quomodo transiturus veniat, si moram feceris in aperiendo? Quod vt ostendat stare dicitur. Ne ergo vocationē eius cōtemnas, ne aperire differas, ne fortè iratus Dominus amplius expectare recusseret, & transeat: & cum quæseris non inuenias.*

Desiderium ardes Dei nostræ salutis ostenditur in eo quod stare dicitur.

simile

Sed ego in eò quod in Apocalypsi stare dicitur Dominus ad ostiū & pulsare, desiderium agnosco ardentissimum, quo nostram salutē desiderat, & quod ei ianuam cordis nostri aperiamus. Instantia, qua pulsat, in eo aparet, quod dicitur stare & pulsare. Quando enim quis multum desiderat vt ei aperiatur, non sedet ad ostium, nec contentus est semel pulsando: sed stās iterum atque iterum & frequenter pulsat. Id significat *Sto & pulso*. Quod Hispano sermone optimè explicatur, dum de eo, qui multum desiderat, & pulsat, dicimus. *Está a sido de las aldamas, y quiebra las puertas*. Id significat, *Sto & pulso*, id est, non quomodo cumquē pulso ostium: sed cum magna instantia: Ita, vt importunitate mea, si possim, vos faciā aperire. Hanc instantiam, qua sponsus pulsat, declarauit optimè sponsa Cantic. 5. dicēs. *Vox dilecti mei pulsantis, Aperi mihi soror mea, amica mea, colū*

Cantic.

*ba mea, immaculata mea: Quia caput meum plenum est rore, & cincti mei guttis nocturni. Primum itaque sponsa isto loco aduertens pulsantem ad ostium cordis sui spōsum dicit. Vox dilecti mei pulsantis. Ista est, quā ego interiūs audio. Facile enim anima per spiritum Christi, quem in se habet, sui sponsi vocem cognoscit, & a vocibus aliorum discernit iuxta illud quod dicit Christus Ioann. 10. *Omnes meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & cognoscunt me meæ.* Vox ista est dilecti mei pulsantis ad ostium cordis mei, & cupientis introire. Et consentit locus iste cum illo Apoc. 3. quem tractamus. *Ego sto ad ostium & pulso.* Pulsare autem dicitur Deus, quando per gratiam suam præuenientē corda nostra tangit, & visitat per internas inspirationes, & tacitas occultasque cordis motiones ad vitæ emendationem, ad ampliorem profectum, vel ad fidiorem & firmiterem amoris adhæsiōnem excitat. Deinde subiungit vocem suauissimam & amantissimam sponsi pulsantis & dicentis. *Aperi mihi soror mea, &c.* Aperire sponsi nihil est aliud, quā cor illi præbere, iuxta illud Prouerb. 23. *Fili præbe mihi cor tuum*: Et ipsius inspirationibus, salutaribus monitis consentire, & obtemperare. Sicut è contrario nihil aliud est pulsanti Domino cordis ostium claudere, quā eius bonis inspirationibus & vocationibus nō acquiescere & consentire. Aperiri igitur sponsus sibi postulat cor nostrum, vt in eo ingressus habitet, & requiescat. In quo maximè splēdet Dei nostri ineffabilis misericordia,*

Vox Dei facile cognoscitur ab anima si attendat.

Ioann.

Apoca.

Pulsare ad ostium Deū quid sit.

Aperire cor & claudere quid sit. Prouer.

dia, & admirabilis erga nos amor: quòd (cum ipse nostri prorsus nihil indigeat, nostroquè commertio nihil illi possit foelicitatis aut commodi accrescere, vt qui per se ipsum foelicitissimus sit) dignatur nihilominus vtrò ad nos accedere, & cor nostrum prior ipse pulsare, & nos inuitare, vt illi aperiatur. Et (licet cor nostrum ipsius sit figmentum, & in manu eius positum, vt quocumquè voluerit vertat illud) pulsat, & aperiri sibi postulat: vt in hoc liberi nostri arbitrij facultas demonstratur. In nostra namq; est potestate pulsanti Christo aperire, vel occludere ostium cordis nostri.

Valdè autem delectant pias mētes, blanda verba, quæ sequuntur, quibus sponsam inuitat vt ei aperiat: & ratio quam subiungit. *Quia caput meum plenum est rore, &c.* Quæ videtur dicta ad similitudinē eius, qui per multas horas in tempesta nocte perseuerauit pulsans ad ostiū amice: cuius caput, eò quòd sub diu steterit, humore nocturni roris madet, ita vt guttulæ, per cincinos & capillos defluant. Atq; ita per hūc modum loquendi significari videtur in defessa perseuerantia pulsantis, eius assistentia, & instantia, ob quam meretur quod illi aperiatur, & intra cor nostrum recipiatur: si non ob amorem, saltem ob instantiam & importunitatem. Quemadmodum in Euangelica parabola is, (qui per noctem perseuerauit pulsans amici ostium Lucæ. 18.) propter importunitatem tandem obtinuisse scribitur quod postulabat. Itaque verba ista, *Caput meum ple-*

num est rore, instantiam & perseuerantiam sponsi mirè declarant. Quasi dicat, hic manebo, hic stabo, ad ianuam cordis tui pernoctabo: etiam si rore & guttis noctium caput meū madeat, non recedam, donec aperias mihi. Importunus ero, & molestus tibi, si fortè hac importunitate vincere possim, vt me agnoscas, vt a culpa surgas, & mihi aperias.

Certè ad eò sollicitè, ad eò instanter Deus hominum salutem procurat, vt multoties illis fastidio sit, ad eò, vt non solum eum reiciant, cordis fores occludant: sed inuerecundè dicant, vt ab ipsis recedat. Quia scientiam viarum suarum nolunt, vt habetur Iob. 20. Sed ad eò patiens est Deus, ad eò pius & benignus, ad eò nostro amore captus, vt patienter has repulsas sustineat, vt grauetur, nec desinat omnibus vijs & maiori instantia salutem nostram quærere, & nos ad veritatis viam reuocare, nihil intentatum, quod ad hoc prodesse possit, relinquens. Vnde merito per Esai. conuocatur de hominibus cap. 5. dicens. *Nunc ergo habitatores Hierusalem: & viri Iuda iudicate inter me & inter vineam meam. Quid est quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci? Non solum enim vtilia illi procurari inspirando, vocando: sed & multa extraordinaria feci, nouas inspirationes noua auxilia immitendo. & quod omnem captum superat, me ipsum pro illius commodo & vtilitate humiliavi formam ferui accipiens, & in illa feruiens, laborans, mala sustinens, & tandem moriens. Quid ultra debui facere vineæ meæ, & non feci? Quod etiam & nos*

Libertas nostra astringitur

Instantia, qua Deus nostram salutem procurat declaratur.

Lucæ.

Iob. Deus nihil intentatum relinquit quod ad hominum vtilitatem prodesse possit.

Esai.

ipsi negare nō possumus, cum quotidie in nobis ipsis experiamur. Quid intentatum Deus (vt nos ad viam veritatis reducat, & a culpis extrahat) relinquit? Mirabile sanè est quibus vijs, quibus consilijs, quibus medijs salutem nostram procurer: quas inuentiones faciat, vt nos ad se trahat. Ad te ipsum rede, & attentè considera quæ Deus tecum egerit, & quotidie faciat, & videbis si iustè dicere potest. *Quid ultra debui facere vineæ meæ & non fecit? Sanè hæc videns & consideras posset merito Deo dicere. Quæ utilitas, quod commodum tibi Domine accrescit ex hoc quod homo nō pereat, quod tanta cura, tam ingenti sollicitudine, tam indefessa instantia eius salutem procuras? Pereat homo si voluerit. Maximum ei beneficium confers, si semel aut iterū voces: Si statim nō audierit sibi imputet. Sic te timebunt, & reuerentur, nec negligentes erunt: sicut tua indulgentia facti sunt. Quia enim sibi persuasum habent, quod tua maximè inter sit eorum salus, idè negligentes sunt, de tua vocatione non curant, tuas inspirationes negligunt, & te ipsum despiciūt. Hoc eleganter Esai. cap. 26. prosequitur, & quasi præ zelo diuini honoris Deum ipsum increpans, eò quod nimia benignitate in homines utatur, & eos ad se trahere procurer, dicens. *Indulxisti genti Domine, indulxisti genti. Nunquid glorificatus es? Ac si dicat. Quid tibi accreuit, vel quid cōsequutus es Domine ex eo, quod tanta cura, tam in gēti sollicitudine eorum comoda & vtilitatē procuraueris: quod tanta diligētia eo-**

rum salutem quæsieris, Ac si tibi multum interesset? *Indulxisti genti, id est, non solum quando peccatis suis supplitia merebantur iram tuā cohibuisti illis parcendo: sed & loco supplitijs & vindictę bona cumulatissima tribuisti. Id significat geminata repetitione verbi *indulxisti*, copiosissimam, scilicet, misericordiam & indulgentiam. Quod ipse testatus est Esai. 40. dicens. *Loquimini ad cor Hierusalem & aduocate eam: quoniam completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Duplicitia, inquam, non supplitia & flagella, sicut peccata eius merebantur, & iustè deposcebant: sed duplicia bona, id est, copiosissima, & abundantissima bona: ita vt iniquitates & peccata illis ad lucrū esse videantur. Hoc modo exponunt aliqui illud Psalmi. 72. *Ideo conuertetur populus meus hic, & dies pleni inueniētur in eis.* Dixerat, quod iusti videntes malorum prosperitatem ad eò turbati sunt. vt dicerent. *Si est scientia in excelsis.* Ideo, Id est, quia vident hæc, *conuertetur populus meus hic.* Id est, recedet à via bona in qua ambulabat, & conuertetur ad iniquorum vitam: *Et dies pleni inueniētur in eis,* hoc est, dies sine labore & miseria. Tamen hæc interpretatio longe est à sensu literali huius loci, in quo declarat David iustorum hæsitacionem, & quod in hoc sistant & hæsitent. Vnde illud, *Conuertetur,* intelligendum est & referendum ad istorum consideracionem, scilicet, quod dies pleni bonis inueniantur in malis. Et hæc est cōmunis sanctorum Patrum expositio.**

Geminatio
verbi copiam
denotat.

Esai.
Tanta est Dei
misericordia
vt ex peccatis
lucrum re
portare videā
tur homines.

Psal.

Nihil como-
di Deo ex ho-
minum salute
accrescit.

Esai.

tio. Quia ergo bona largitur impijs dicit *Esai.* *Indulxisti genti Domine.* Et addit. *Nunquid magnificatus es?* Ac si dicat. Nunquid idē ad te cōuersi sunt, te laudauerunt, & glorificauerunt, & non potius recesserunt à te? De populo Israël dicit Moyses *Deute. 32.* *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus.* Ac si dicat. Ad incrassationem, impinguationem, & dilatationem per beneficia & copiosas misericordias exhibitas sequitur ex praua dispositione cordis hominis, quod recedat & recalcitrando fugiant à Deo. De hoc conuertitur Deus per *Oseam c. 2.* dicens. *Quia benignè populum istū tractaui, misericordia in eum usus sum, dixit. Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & linum meum, & oleū meum, & potū meum. Et hac nesciuit: quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum.*

Hinc serui Dei hominum ingratitude videntes multoties Deo consulunt, vt rigore & asperitate in homines vtatur, quo intelligant, quantum sua intersit, & conuertantur. *Psal. 82.* David cum Deo loquens dicebat. *Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.* Quo loco, et, accipi potest dupliciter. Primò copulatiuè: & tunc sensus est. *Imple facies eorum ignominia,* & videbis quomodo quærant nomen tuum. Secundò ponitur et, pro vt, & sensus est. *Imple facies eorum ignominia, vt quærant nomen tuum.* Non vt pereant: quia hoc optare contra charitatem esset, sed vt con-

uertantur. Et *Esai. cap. 26.* (cū proposuisset verba quæ interpretati sumus) dicit. *Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Quasi dicat. Domine, iam experientia eorum ceruicē duram & indomabilem cognoscis, & quod te non quærunt nisi in angustijs & laboribus. Quid opus est indulgentia & tanta cura? Afflige eos, & laboribus contere, & videbis, quomodo te glorificent. Sed in hoc Deus maximè, vt dicebamus, misericordiam suam commendat, & amorem quo nos diligit manifestat, quod sine proprio commodo pro nostra salute & vtilitate laborat: quod cognoscens hominum ingratitude & duram ceruicem, (quæ non nisi vi frangitur) non desistit à suis misericordijs: sed pro nobis continuo sudat & seruit. Qui diligit, ex nulla re grauatur. Ideo per *Esai. cap. 43.* Dominus dicit. *Non seruisti neque laborasti. Id est, nō te oppressi seruitute, aut labore: & tamen laborare me fecisti: & seruire in peccatis tuis.*

Nihilominus tanta Dei misericordia ne negligens fiat homo: sed attendat, & ponat cor suum super vias suas, & consideret. Quod si tantam misericordiam neglexerit, & tot beneficijs ingratus permanferit, recedet Dominus, & manum suam contrahet, & in suis miserijs illum relinquet: vt cum quæserit non inueniat. Quod *Babyloni* contigisse refert *Hierem. cap. 51.* inducens Angelos & Dei ministros, (qui eius iussu curationem *Babylonis* procurauerant, & cū vidissent nihil proficere) dicētes. *Curamus Babylonē,*

Esai.

Commendat Deus charitatem suam quia sine proprio commodo nostram salutem procurat.

Amor ex nulla re grauatur. Esai.

Qui misericordiam contempserit quæret eam in die tribulationis & non inueniet.

Hierem.

& non

Deute.

Osee.

Psal. 82.

Et pro, vt, ponitur.

Et non est sanata. Derelinquamus eam, & eamus nos quisque in terram suam. Quoniam pervenit usque ad calos iudicium eius, & elevatum est usque ad nubes. Quoniam nihil miserabilius homini potest evenire. Et Prouer. 1. Sapientia diuina, (quæ toties homines inuitauerat) quasi tanta ingratitude ne offensa & irritata dicit. Quia vocaui & renuistis, extendi manum meam & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoque in intuitu vestro ridebo, & subsanabo cum vobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super vos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me & non exaudiam: mane consurgent & non inuenient me: eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquiruerint consilio meo, & detraxerint vniuersa correctioni mee: comedet igitur fructus viae suae, suisque consilijs saturabuntur. Et merito maximaque cum iustitia. Si enim Deus nihil intentatum relinquit, vt saluti nostræ consulat, & resipiscere nolumus: instum est, vt à nobis ipse recedat, & misericordiam suam amoueat. Audiamus quid Dominus per Esa. cap. 5. dicat. Cum enim dixisset, Quid ultra debui facere vineae meae? & eius ingratitude retulisset dicens. An quod expectaui vt faceret uas & fecit labruscas? Ait. Et nunc ostendam vobis quid ego faciam vineae meae. Auferam sepe m eius, & erit in dirptionem. Diuinam maceriam eius, & erit in conculeationem: & ponam eam desertam. Non putabitur, & non fodiatur, & ascendent super eam vepres

Prouer.

Esa.

& spine: & nubibus mandabo ne pluant super eam imbrem. Considera supplitia. Iuxta numerum & mensuram iniquitatis & ingratitude. Sic faciet ei Dominus. Timeamus ergo, & Dei curam, (quam modò in nobis quotidie experimur) ne negligamus: sed illi libèter respondeamus, cor aperiamus, vitam nostram emendemus, & cum sponsa Canti. 1. dicamus. Trahe me post te, curremus in Cantie. odorem unguentorum tuorum.

XXII. CONSIDERATIO.

Quæ miraculorum genera Christus operatus fuerit coram discipulis Ioannis, & quid illa significant: & sex genera malorum quæ ex peccato nascuntur declarat.

Cæci vident, claudi. &c.

M V L T A, vt diximus, miracula Christus operatus est in conspectu discipulorum Ioannis, præcipue autem sex illorum genera à Matthæo & Luca referuntur. Sicut, *Cæci vident, claudi ambulat, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.* Quibus sex morborum genera, & sex maxima incommoda significantur, quibus hominum animæ per peccata subiacet, & per Dei gratiam & misericordiam liberantur. Quod sancti aduertunt, & Paulus ad Rom. 15. testatus est dicens. *Quaecunque scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt:*

Sex miraculorum genera Christus fecit coram discipulis Ioannis.

Roman.

sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus.

Primum miraculum est, cæci vident: & primum damnum quod ex peccato anima inuenit, est quædam mentis cæcitas. Quia propter peccatum oculi interni hominis comprimuntur, & acies illorum confringitur: ut videre non possit, & quæ agenda sunt nequeat intelligere. Peccata sunt cataractæ quædam, quæ visum impediunt, oculos claudunt, & homines excæcant: ne quæ recta sunt & sibi proficere possunt, libere videant. Quod Sophon. cap. i. affirmat inquit: *Ambulauerunt ut cæci: quia Domino peccauerunt.* Et Christus de Scribis & Pharisæis Matt. 15. ait. *Sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum.* Quia ut Sapien. 2. dicitur: *Excæcavit eos malitia eorum.* Hanc cæcitatem, quæ ex peccato oritur ostendit Paulus ad Rom. 7. dicens. *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo.* Vbi aduerte, quod Paulus dicens; quod carnalis homo & sub peccato existens quod operatur non intelligit, non significat ignorantiam inuincibilem: quia talis a culpa & peccato excusaret. Vnde *Non intelligo*, ponitur pro eo quod est tenebris obsepior, caligine & obscuritate circumdator, & cæcitate quadam ex peccato percussor, quæ, quæ recta sunt, & quæ expediunt non aspicio.

Lex namquæ carnis, quæ & peccatum dicitur, est inuis affectus peccandi in natura, ex quo inuis nobis passiones insurgunt. Cuius effectus est spiritui resistere, carnem sequi, & mentem obscurare.

Secundum enim carnalem hominẽ non intelligit homo quid agat. Obducitur enim quibusdam tenebris & illis obscuratur intellectus, ut quod non vult secundum spiritualem hominem, id secundum carnalem exequatur. Facit Paulus duos homines, vnum spirituales, & alterum carnalem, in quolibet nostrũ: & duplicem legem, alteram carnis & membrorum, alteram mentis: & sic diuersimodè de eodem homine mino loquitur. Carnalis igitur homo non intelligit quod operatur. Id exponens Hieron. dicit. *Inebriatus consuetudine peccatorum ignoro quid facio.* Hanc mentis cæcitatẽ manifestè conspicimus declaratam in viris Sodomitis Genes. 19. qui, dum peccatũ in hospites Loth aggrediuntur, cæcitate percussi sunt: & cum essent propè domum, fores inuenire non poterant. Vbi obiter nota, peccatorem ad eò suis peccatis cæcum reddi: ut nõ solum ea quæ agenda sunt ignoret: sed ut in ipsismet criminibus errabundus vagetur, nec fores suorũ desiderio inueniat. Hinc Arist. dicit, quod omnis peccans est ignorans. Et August. 9. confessio. miseriam suam, quam in culpa habebat recognoscens, dicit. *Va præterita ignorantia, in qua non cognoscebam te Domine. Va cæcis oculis, quæ te æternum lumen non vident, de tenebris ad tenebras vadunt. & nesciunt: Vbi corruant: Vbi se existimant stare ibi cadunt.* Et iterum dicit. *Fui miser pauper, & cæcus aduersus literas Dei mei militans.* Hanc cæcitatẽ meĩ gratia Dei expellit, (quæ luminis diuini participatio est) animam illustrans, & oculos mentis aperiens.

Primum malum ex peccato cæcitas mentis.

Peccata cataractæ sunt oculos excæcantes.

Sopho.

Matth. Sapien.

Rom. 7.

Lex carnis que sit.

Hieron.

Genes.

Quanta sit peccatorũ cæcitas.

Aristo. August.

Ioann. aperiens. Vadè Ioann. 1. de Christo dicitur: quod erat lux vera illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum. Hinc Gregorius. 8. **Moralium** dicit. Cum gratia superni respectus illuminat, cuncta & mentis nostrae nobis abscondita manifestat: ut qui herise non cognoscebat, hodie per lumen gratiae se cognoscat, & doleat. **Et August.** inquit. Gratia est lumen animae faciens hominem peccatum suum cognoscere, Deum super omnia diligere, illi firmiter adherere. **Et Fulgen.** ait. Sicut radius Solis totum mundum illuminat: ita divina gratia subita visitatione totum hominem illustrat. Ideo **Psalm.** 12. petebat Dauid ut oculos eius sua gratia Deus illuminaret, dicens: *illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte.*

Secundum dicitur ex peccato mentis claudicatio & mutabilitas. Secundum miraculorum genus est claudicare ambulans. Et hoc secundum incommodum quod ex peccato procedit, scilicet, mentis claudicatio, interioris hominis mutabilitas, & quaedam affectionis & desiderij obliquitas, quae impedit animae processum in Deum. Sicut enim corpus pedibus ambulat: ita anima affectibus. Vocavit autem affectus & desideria pedes animae Saluator Ioann. 13. cum dixit. *Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet.* Quod de affectibus uniuersi sancti Patres interpretantur. Et sicut ille qui claudus est nitatur, & recta gradi non valet, sed hac illacque inflectitur: Ita anima, quae affectibus deprauatis rerum terrenarum subditur, claudicare dicitur. Quia difficulter graditur, nunc in hanc, nunc in illam partem mouetur, nunc ad istam nunc ad illam rem inclinatur, & nunquam

recta in Deum tendit. Hanc inconstantiam peccatorum in gressibus suis reprehendit Deus in populo Israel **Psalm.** 17. dicens. *Filij alieni intraverati sunt, & claudicauerunt a semitis suis.* Peccatores filios alienos vocat, id est, nothos & spurios, qui non Dei, sed diaboli filij sunt. Et claudicare dicitur a semitis suis. Quia recedunt a via, quam tenere debebant. Et Elias reprehendens populum quod Deum modo colerent, modo Baal immolarent. 3. Reg. 18. dicit. *Vsquequo claudicatis in duas partes. Si Dominus est Deus sequimini eum. Si autem Baalim sequimini illum.* Ille claudicare dicitur, qui affectibus & desiderijs (quae in Deum recta tendere debebant) in mundum declinat, & modò ad hanc modò ad illam partem inflectit. Quod peccatum causat, seu inclinatio praua, & fomes, qui in homine est, & tantam vim habet, ut contra rationem pugnet, & veluti repugnantem hominem quò vult trahat. Non quòd inuitum concupiscentia peccare faciat: (quia non esset peccatum si non esset voluntarium.) sed ideò dicitur trahere inuitum, quia magnam vim concupiscentia habet propter carnis imbecillitatem. Vnde Paulus ad Romanos. 7. Vim hanc concupiscentiae exponens dicit. *Ego uerò carnalis sum venundatus sub peccato. Quod enim operor non intelligo. Non enim quòd volo bonum hoc ago: sed quòd odi malum, illud facio.* Quo loco primo in eo quòd dicit. *Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato,* declarat: quomodò libertas arbitrij non tollatur per vim istam, quam fomes concupiscentiae, lex membrorum, & pec-

Psalm.
Peccatores filij alieni dicuntur & quare

Reg.

Fomes peccati quòd sit

Roman.

Concupiscentia non tollit libertatem.

& peccatum inferunt menti & rationi. Quia qui venundatus est, (licet Domino suo subiectus sit, & eius voluntati inferuiat, & quidquid est Domini sui sit) non idè suam voluntatem & libertatem amittit. Vndè prouenit vt multoties inuitus & reluctans exsequatur quod Dominus præcipit. Ita homo semper, (licet se peccato vendiderit) liber manet, nec propriam voluntatem amittit. Secundò, quando dicit Paulus: *Non quod volo bonum hoc ago, illud volo*, nõ debet intelligi de completa & deliberata voluntate exsequendi bonum, què opus imperat: sed de generali voluntate, qua omnis homo bonum approbat, & vult. Vndè argumētum sumit Paulus ad legis iustitiam & sanctitatē probandam: quia etiam ille qui cõtra legem operatur, illius mandata probat.

Gratis pedes
hominis con-
solidat & af-
fectus confir-
mat.
Esa.

Isido.

Grego.

Ioann.

Tertium ma-
lum ex pecca-
to macula &
quasi lepra
animæ.

Gratia autem Dei per Iesum Christum pedes hominis consolidat, affectus cõfirmat, desideria roborat: vt qui antea gradi rectã non potera, iam currat. Quod de temporibus Messiaẽ prædixerat Esaia. capit. 35. dicens. *Tunc saliet sicut ceruus claudus.* Vndè Isidorus de gratia Dei loquens dicit. *Gratia est donum Dei per quod fit expletio voluntatis diuina.* Et Gregor. inquit. *Mens nostra nullo modo ad superna graditur, nisi à terrenis separetur, & gratia Dei præueniatur.* Ipse enim dat velle, & perficere. Vndè Saluator Ioann. 17. dicebat. *Sine me, id est, sine gratia mea vos excitante & præueniente, nihil potestis facere.*

Tertiũ miraculorum genus est, Leprosi mundantur: quòd tertium dã

num est ex peccato procedens, adũ anima culpæ maculis quasi lepra quadã respergitur, maculatur, & foedatur. Et sicut corpus lepra perfusum deforme ac turpe est, maximè foetet: ita vt vix sit qui illud valeat sustinere. Ita anima peccatis obnoxia, & illorum maculis foedata, maximè deformis & turpis redditur, adeoque foetet: vt illius pessimum odorem nec amici valeant sustinere. Quod adumbratũ cernimus Ioann. 11. in Lazaro defuncto & quatruiduano maximè foetente, per quem peccatorem in sua culpa mortuum intelligi dicunt sacri doctores. Cuius foetorem nec soror ipsa Martha ferre poterat. Idè Christo præcipienti, vt tolleretur lapis ab ore speluncæ, dixit. *Noli Domine id præcipere. Quatruiduanus enim est & foetor.* Ac si dicat: eius foetore nullus poterit sustinere. Leporam hanc gratia Dei curat, & hominem mundat: vt Matth. 8. vidimus: statim enim vt Christus manum suam extendit, & tetigit leprosum, sanus factus est. Statim vt gratia, què manus Dei est, animam tangit, fugit peccati lepra. Et sicut Sol suo aduentu tenebras fugat & pellit: sic gratia culpam expellit. Vndè Paulus. 2. Corint. 6. dicebat. *Que conuentio luci ad tenebras? id est, gratiæ ad peccatum? quasi dicat, nulla. Quia se non compatiuntur: sed vnum alterum expellit.*

Ioann.

Matth.

Simile.

Corint.

Secundò per lepram aliqui intelligunt carnis concupiscentiam contra rationem rebellem post peccatum, de qua Gene. 8. dicitur. *Sensus & cogitatio humani cordis ad malũ prona sunt ab adolescentia sua.* Quã idè pecca-

Lepra carnis
concupiscenti-
ã significat.
Genes.

Corint. peccatum sapiens in Episto. ad Roma. vocat Paulus. Carnalis namq; culpa particulari quodam modo hominem maculat, & deturpat. Vnde. 2. Corinth. 6. Paulus dicit. *Qui fornicatur in corpus suū peccat, id est, contra corpus suum. Quia reliqua crimina extra proprium corpus sunt: hoc autem in proprium corpus dicitur esse: quia peculiari sceditate corpus afficit. Ideo David*

Psal. *Psal. 52. de talibus dicit: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus. Hanc maculam & sceditatem, imò & ipsius radicem purgat & mundat gratia Dei. Quæ ignis est omnem animæ rubiginem ex peccatis prouenientem comburens. Et sicut vas vel rem aliam, si sordida est, in ignem mittere solemus, vt mundetur & perficiatur: ita & cor nostrū igne gratiæ Dei adurit, purificatur, & mundatur. Vnde Bernard. dicit. *Gratia Dei est ignis ardens, & omnem rubiginem peccatorum consummens. Et specialiter gratiæ virtutem contra carnales affectiones declarans Idem Bernard. dicit. *Intus in me cognoui Dei presentiam ex fuga visiorum carnalium, que opprefferant affectum meum.***

Bernard. Quartū miraculorum genus est, *Surdi audiunt. Et quartus defectus à peccato causatus est animæ surditas ad Dei vocēs audiendas, & durities seu rebellio & repugnantia cordis ad obtemperādum Dei verbis. Quam lapideum cor Deus per Prophetas suos vocare consuevit. De quibus Psal. 57. dicit David. *Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surda, & obturantis aures suas. Que non exaudiet vocem in-**

Psalm.

Quartū malum ex peccato est surditas.

*cantantium: & venefici incantantis sapienter. Vbi vide duo quæ David dicit de aspide, quòd surda sit, & quòd aures obturet. In quibus denotat peccatorum qualitatem & conditionem. Declarat surditatem voluntariam & affectatā in eo quod dicit. *Obturantis aures. Poterat enim surditas incurri sine voluntate propria ob ægritudinem vel defectum naturæ. Sicut & omnes qui ex Adā nascimur, & filij iræ per peccatum originale, (quod sine propria voluntate contrahimus per voluntatem primi parentis, in quo tanquam in capite eramus,) comparamus surditatem quandam, quæ primum illud peccatum consequitur. Sicut etiā mortem sine propria voluntate incurrimus: quia ad culpam sequitur. Vt ergò ostendat surditatem affectatam & voluntariam, (quæ multo peior est, quia, vt Hispanè dicimus: *No ay peor sordo, que el que no quiere oyr*) Addit: *& obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantis: Id est, vt non exaudiat vocem incantantis, scilicet, Christi, quæ adeò fortis est, vt confringat cedros, & reuelet cōdensas, sicut dicitur Psalmo, 28. Vocatur autem Christus seu potius exprimitur similitudine incantantis, & venefici, non quia incantationibus & venefitijs vtatur: sed quod arte, industria, & solitudine, rebus, & verbis ad modum incantantis se habeat, vt hominum salutem procuret, & à cauernis peccatorum suorū extractos ad se trahat. De hac cordis duritie & aurium obturatione cōquæritur Dominus per Zachari. cap. 7. loquens de populo Israël & dicēs. *Et noluerunt****

*Ex aspidis
qualitatibus
peccatoris
surditas de-
claratur,*

*Psalm.
Christus quo
modo dicitur
incantator sa-
piens.*

Zach.

runt attendere, scilicet, admonitiones & consilia mea: & auertunt scapulam recedentes: & aures suas auerterunt ne audirent, & cor suum posuerunt ut adamantem, ne audiant legem & verba, quae misit Dominus exercituum in spiritu suo sancto per manum Prophetarum priorum.

Hoc malum vincit gratia, hanc surditatem tollit, duritiam istam emollit, & pro corde lapideo cor carneum, molle, & quod Dei inspirationes sentiat, tribuit. Sicut per Ezechie. cap. 36. Dominus promissit inquit. *Et auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum: & spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam ut in praeceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiat & operemini.* Ut hoc ostenderet Christus Ioann. 11. suscitaturus Lazarum praecipit lapidem (qui de super positus erat,) amoueri: quo cordis durities significabatur. Hoc enim salutis & resurrectionis signum est certum, si lapis de corde nostro amouetur, & lapideum cor carneum & molle fiat. Cum hominem videris, (qui antea durus erat, nec Dei verbis & inspirationibus emolliabatur, qui ad pauperem & egenum manus non extendebat,) liquefieri, lacrymas fundere, pauperibus se facilem praebere, maximam de eius salute spem concipere poteris, & quod gratia Dei (quae malleus est conterens petras Hierem. 23. & ignis fortissimus qui omnia vincit) cor eius tetigerit, & carneum effecerit, atque aures mentis eius aperuerit: ut Dei verba percipiens salutem consequatur.

Quintum miraculorum genus

est, *Mortui resurgunt, & quintum & maximum animae malum quod ex peccato procedit, scilicet, mors animae. Quae in hoc consistit, quod anima priuatur gratia, & separatur a Deo per culpam, Qui in a veritas & via est Ioann. 14.* Anima namque in peccato existens, (licet viuere videatur, quia sentit, intelligit, & alias operationes exercet,) mortua est. Proprius enim peccati effectus mors est, ut dicit Paulus ad Roma. 5. *Per peccatum mors.* Et 1. ad Timo. 5. *Vidua, quae in delictis viuunt, mortua est.* Sicut corpus anima viuunt, & separata anima mortuum remanet: ita anima per gratiam viuunt. Quod Gene. 2. declaratur, cum formato homine de limo terrae dicitur. *Inspirauit Deus in faciem hominis spiraculum vitae, & factus est homo in animam viuentem.* Per spiraculum vitae, Spiritum sanctum multi intelligunt, quo anima viuunt. Quod colligunt ex eo quod non dixit textus, & factus est homo viuens: sed factus est homo in animam viuentem. Quia anima per Spiritum sanctum per gratiam inhabitantem corda nostra vitam habet. Unde deficiente gratia anima priuatur vita, & mortua manet. Hinc Christus mundanos & peccatores mortuos vocat Luca. 9. dicens ad adolescenti: *Sine, ut motui sepeliant mortuos suos.* Ab hac morte suscitatur gratia Dei peccatores, ut vocem filii Dei audiant, & qui mortui erant rursus viuunt. Quod declarat Paulus ad Hebr. 9. de Christi sanguine loquens. *Emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis, id est, a peccatis, ad seruendum Deo viuenti.* Istam vitam se habere ostendebat Paulus, cum ad

Quintum malum ex peccato mors animae.

Ioann.

Roman. Timot.

Simile.

Gratia vita est anima. Genes.

Luca.

Gratia suscitatur a morte peccati. Hebr. 9.

Aures surdum aperit gratia & cor etia dura emollit.

Ezechie.

Ioann.

Hierem.

Galat. Gala. 2. dicebat. *Vino ego, iam nō ego: vivit enim in me Christus.* Quasi dicat. Nūc vera vita ego vino vita filii est, spiritualis: Quia vivit in me Christus per suā gratiā, qua me à carnalibus operibus & à peccatorū morte suscitavit. Hāc vitā petebat David

Psal. Psal. 40. (Cū se in peccato mortuū cognoscebat) inquit. *Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me. Misericordiam Dei primūm petit. Quia ab illa gratiā (qua anima suscitatur & vivit) sola procedit nullis ex parte hominis meritis præcedentibus: & specialiter ait. Tu autem Domine.* Quia solus Deus gratiā præstare potest, & a morte peccatorum suscitare, qui solus potest facere mundū de immundo conceptum semine. Ut testatur Iob: cap. 14. Hoc significari dicunt sancti Patres Ioann. 11. in Lazari suscitatione à Christo facta. Per quem ligatum & mortuū, peccatorem significari unanimiter intelligunt. Et in tribus mortuis à Christo suscitatis, (quorum specialiter Evangelistæ mentionem faciunt,) tria peccatium genera significantur, quæ Dominus per suā gratiā ad vitam reducit: Ut optimè annotavit Palude in Thesauo nouo Dominic. 2. Aduent. conclu. 2.

Sextum & vltimum miraculorū genus est, Pauperes euangelizantur, quo ostenditur sextū incommodū animæ à quo per Christum & eius gratiā liberatur, scilicet, spiritualis paupertas: quā anima peccatis subiecta sustinet carens donis supernaturalibus, cælestibus diuitijs, quas Deus secum affert. Quam in Apoc. cap. 3. Ioann. ostēdit in Angelo laoditiæ dicens. Dicis quod diues sum, &

Solus Deus gratiam præstat.

Iob, 10am.

Palude.

Sextum dānum à peccato procedens est spiritualis paupertas.

Apoca.

locupletatus, & nullius egeo. Verba sunt Angeli suam paupertatem nō agnoscentis: quam Dominus declarat dicens: *Et nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.* Vnde subdit: *Suadeo tibi emere à me aurum ignitum & probatum, vt locuples fias: hoc est, gratiā & charitatem, sine qua anima diues esse non potest.* Peccator enim (licet ditissimus sit, & plurimis bonis abundet,) in maxima paupertate degit, cum veris bonis & diuitijs sit priuatus, & Christo careat, qui ad mentem gratia sua veniens illam ditat, & omnibus bonis affluere facit. Quod Sapiens affirmat Sapien. 7. *Venerunt, inquit, mihi omnia bona pariter cum illa.* Vnde qui in gratia Dei est, etiam si nihil in mūdo habeat, ditissimus est, & omnia possidet. *Nihil habentes, (de iustis dicit Paulus. 1. Corint. 6. quia iustus etiam se non habet, cum se abnegauerit iuxta præceptū Christi Matthæi. 16.) Et omnia possidentes.* Quia Deum habent. Hinc August. dicit: *Domine qui te habet omnia habet: & qui te caret, etiam si multa videatur habere, nihil habet.* Ideò Christus Matthæi. 5. *Beatos prædicat pauperes spiritu: quoniam adeò diuites sunt, vt illorum sit regnum cælorum. Cuius gratia pignus est.*

Secundò aliqui ad mores aliter referunt quod dicitur, *Pauperes euangelizantur, & sextū incommodū ex peccato nascens dicūt spiritualem paupertatem, quæ in meritorū penuria sita est. Quia qui in peccato est, vt superius latè diximus, nihil quòd vitæ eternæ sit meritorium valet efficere. Gratia namquè principium*

Gratia aurū probatum est quo animā locupletatur.

Qui Deo caret nihil habet, & qui Deum habet omnia possidet.

Corint.

Matth.

August.

Matth.

Spiritualis paupertas in meritorū penuria consistit.

Gratius meritorum principium.

pium

pium est meritorū, & quæ nostris operibus valorem & condignitatē ad vitam æternam præbet. Vndè fit, vt qui pauperimus sine gratia erat, illa adueniente multorū meritorū cumulo ditescat. Quare Paulus ait ad Rom. 5. *Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia, scilicet, meritorum.* Et P̄sal. 67. David dicit. *Parasti in dulcedine tua pauperi Deus.* Quid parasti? Maximas meritorum diuitias. Vndè merito maximo gaudio iusti afficiuntur & pauperes euangelizantur. Quod Esai. capit. 29. prædixerat: *Et addent mittes in Domino latitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt.* Cum viderint peccatum destructum, & se meritorum copia per Dei gratiā abundare. Hinc Rabanus dicit. *Gratia est ordinatrix virtutum, forma morum, dulcedo affectionum, communio bonorum, interpretatrix dubiorum, excusatrix malorum, doctrix omnium bonorum.* Et Bonauentura ait. *Gratia est Dei donū, per quod anima efficitur sponsa Christi, filia Patris æterni, templum Spiritus sancti.* De qua Petrus. 2. Canon. cap. 1. dicit. *Per quem, scilicet, Christum, Maxima & preciosa nobis promissa donauit. Vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est concupiscentiæ corruptionem.*

XXIII. CONSIDERATIO.
Quod homines inde scandalum occasionē sumunt & deteriores fiūt vndè meliores fieri deberent, ex Dei bonitate & misericordia.

Et beatus qui nō fuerit, &c.

Sed est, in morte & passione mea. Multi enim in illa scandalizati sunt, vt in literæ expositione dixim⁹, & quod ad vitam factum est, & vndè copiosissima bona possent homines elicere, scandalum, mortē, & alia mala sibi consciuerunt. Vt hinc intelligamus quale sit, quamq; prauum hominis cor, quod multoties indè deterius fit, vndè occasionem in bonis proficiendi sumere poterat, & debebat ex morte & passione Christi, ex eius Cruce quæ maximè misericordiæ opera fuerunt, & quibus homo Deo maximè obligari debuit. Quid enim proficeret Christū nasci, nisi & mori pro nobis dignaretur. Vnde Grego. in benedictione Cerei dicit. *Nihil enim nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset.* Quia morte sua nos genuit & viuificauit, vt Esai. c. 53. testatus est dicēs: *Quia posuit animā suam videbit semē longeuū: Generationē eius quis enarrabit? Quod de actiua generatione, qua homines in filios Dei regenerauit, intelligendū est ad literam. Morte sua & Cruce pro peccatis nostris satisfecit. Indè homines occasionē sumunt scandalum. Quod Grego. Homil. 6. in Euang. verba ista exponens elegantè aduertit dicens. *Visis tot signis, tantisq; virtutibus non scandalizari quisq; potuit; sed admirari. Sed infidelium mēs graue in illo scandalum pertulit, cum eū post tot miracula morientem vidit.* Vndè & Paul. 1. Cor. 1. dicit. *Nos autem predicamus Christum crucifixū, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stulticiam. Stultū quippe hominibus visum**

Cor adeo prauū est vt inde occasione sumat dāni vnde commodum debet elicere.

Grego.

Esai.

Grego.

Corint.

Roman.

P̄sal.

Esai.

Raban.

Gratia quid.
Bonauent.

Petr.

est, vt pro hominibus auctor vita more-
retur: & inde contra eum homo scanda-
lū sumpsit, vnde ei amplius debitor fieri
debit. Nam tāto Deus ab hominibus di-
gnius honorāndus est, quanto pro homini-
bus & indigna suscepit. Inde ergo ho-
mines scandali occasionem acci-
piunt, vnde magis in amorem Dei,
& in gratiarum actionem incendi
deberēt: & inde deteriores euadūt,
vnde meliores fieri deberēt. Quod
& quotidiana experientia in nobis
cognoscimus, qui inde ansam su-
mimus à Deo recedendi, vnde ei
magis esset adhærendum. Tamquē
in prosperis quamquē in aduersis
hoc demonstrari facillè potest.

Ex bonis tē-
poralib⁹ que
Deus largitus
est vt ei ser-
uias occasio-
nem sumis lu-
xuriandi.

Solet Deus hominibus bona lar-
giri, salutē, diuitias, honores, & po-
tentiā, & alia bona naturæ & fortu-
næ, quibus eos ad se trahat, & sibi
fortiori vinculo deuinciat. Quæ si
attento animo & apertis oculis ho-
mo cōsiderasset, euidēter cognosce-
ret, quantū Deo deberet, qui in illū
adeò liberalis est, tot tantaq; bona
illi tribuēs: Vnde excitari deberet,
vt Deo pro tantis beneficijs gratias
agere, in omnibus placere, & serui-
re, procuraret. Ex his autē tam co-
piosis bonis & beneficijs occasio-
nem sumit luxuriandi, peccandi,
perdite viuēdi, fratres suos despici-
endi, & quo instantius Deo serui-
re deberet, illum cōtinuò offendit.
De hoc cōquæritur Dominus per
Osee. cap. 2. (vbi loquens de popu-
lo Israēl, & illius insipientia, qua ex
bonis occasione sumebat idōla co-
lendi, & in peccatis perseverandi,
dicit.) *Et hæc nesciuit: quia ego dedi ei
frumentū & vinū, & oleum: & argen-
tū multiplicavi ei, & aurū quæ fecerunt*

Osee.

Baal. Ac si diceret: ego dedi ei bona
tēporalia, aurum, & argentū, & re-
rū omnium abundantiam: vt me co-
gnosceret, colleret, & laudaret: at
ille inde occasione sumpsit me de-
relinquendi, hæc omnia in prauos
vltus cōuertit, & ex illis fecit idōla,
quibus immolaret, & hostias Deo
debitas offerret. Similitèr dat De⁹
hominibus diuitias, ingeniū, indu-
striā, scientiā, & multa alia (quæ ta-
lentorum nomine Matt. 25. signifi-
cātur,) vt illi seruiāt & in omnibus
ministrent: ipsi verò hæc appetitui
suo deprauato tradunt, vt ad libitū
& turpitèr consummat. Tradit ho-
minibus Deus bona sua, vt in Euan-
gelio dicitur. Et considerare debe-
rent, quod bona quæ habent, Dei
sunt: (Quid enim, dicit Paulus. 1. Co-
rint. 4. habes quòd non accepisti? Et
Psal. 23. dicit Dauid. Domini est terra
& plenitudo eius, orbis terrarum & vni-
uersi qui habitāt in eo.) Illis tradita vt
in illis negotientur, & Deo seruien-
tes æternam gloriam lucrētur sicut
seruus fidelis. Homo autem huius-
modi bona in obsequium carnis, de-
monis, & mundi, cōtra Domini vo-
luntatem consummit: & in illis
gloriatur quasi non acceperit: Simi-
le habetur Ezechiel. capit. 7. Vbi
Dominus contra Israēl dicit. *Ani-
mam suam non saturabunt, & ventres*
*eorum non implebuntur. Quia scanda-
lum iniquitatis eorum factum est: id
est, propter iniquitatem eorum ver-
sa sunt in scandalum, quæ in bo-
num acceperunt. Et exponit scan-
dalum eorum dicens. Et ornamen-
tum monilium suorum in superbiam
posuerūt: & imagines abominationum
suarum & simulachrorum fecerunt ex
eo. Vbi*

Matth.

Corint.
Psal.

Ezech.

Bona scanda-
lum quomodo
hominibus
fiant.

Hieron.

eo. Vbi Hieron. hæc exponens ait: *Et quæ ego dederam in ornamentum confidentium atque diuitias, illi verterunt in superbiam: vt de quibus poterant per eleemosynas & bona opera animam suam liberare, ex illis haberent materiã arrogantia, & ex illis quæ ego ad gloriã meam dedi, & vt me colerent, idola fecerunt, & illa in vitia sua cõuerterunt.*

Ezech.

Hinc apud eundem Ezechiel, cap. 16. Dominus ait, (propositis beneficijs quibus prosequutus est Hierusalem eo tempore quo nata est, & ab omnibus derelicta super faciem terræ, & in abiectione animæ suæ, eam lauans & emundans à sanguine suo, & operiens palio suo, & tanquam pater fouens & nutriens.) *Et unxi te oleo, & vestiui te discoloribus, & calciaui te hiacintho. Et cinxi te bysso, & indui te subtilibus, & ornaui te ornamento. Et dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum: & dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis: & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento: & vestita es bysso, & polimito, & multis coloribus. Similam & mel & oleum comedisti: & decora facta es vehementer nimis. Ecce bona quibus Deus Hierusalem affecit. Quid pro illis illa reddere debebat? Certè gratitudinem maximam. Audi ergo quid ipsa fecerit, vt prauitatem cordis humani cognoscas. Et habens fiduciam, inquit Dominus, in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo, & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. Et sumens de vestimentis meis fecisti tibi excelsa hinc inde consuta. Et fornicata es super eis, sicut non est factum nequè futurum est. Et tulisti vasa decoris tui de*

homines beneficijs à Deo datis euadescunt quasi à Deo nõ acceperint.

auro meo, & argento meo, quæ dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpisti vestimenta tua multi coloris, & operuisti illas. Et oleum meum, & thymiamam meam posuisti coram eis: & panem meum, quæ dedi tibi, similia & oleum & mel, quibus enutruisti te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis. Nunquid parua est fornicatio tua? Vno ego dicit Dominus Deus: quia non fecit Sodoma soror tua ipsa & filia eius sicut fecisti tu & filia tua. Ecce hæc fuit iniquitas Sodoma sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius: & manus egenorum & pauperi non porrigebant, & eleuata sunt & fecerunt abominationes coram me: & abstuli eas sicut vidisti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis: & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quæ operata es. Vbi aduerte, quod sub persona mulieris meretricis peccatoris & præcipue viri Hierusalem & Christiani, qui veri Dei cognitionem & cultum habet, & maioribus beneficijs affectus est, iniquitatem exponit nomine fornicationis peccata intelligens, & quod ex eo grauitatem maiorem culparum colligit, quia maiora beneficia & abundantiõra dona suscepit, quibus Deum magis honorare poterat, & tenebatur. Vndè iustificata dicit Sodomæ & Samariæ & infidelium peccata, id est, alleuiata in comparatione eius. Vndè & maiori supplicio dignus est, qui indè peior redditur, vndè melior fieri debebat. Idè Deus dicit Ezech. 16. *Quia effusum est as tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super ama-*

Maiori supplicio dignus est qui ex beneficijs peior efficitur. Ezechie.

tores tuos, & super idola abominationū tuarum: Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commixtaes, & omnes quas dilexisti, cum vniuersis quos oderas. Et congregabo eos super te vniuersos, & nudabo ignominiam tuam corā eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam: & iudicabo te iudicij adulterorū, & effundentium sanguinem. Et dabo te in sanguinem furoris & zeli: & dabo te in manus eorum. Et destruent lupanarium tuum, & demolientur prostibulum tuū, & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decoris tui, & derelinquent te nudam, plenamque ignominia, & adducent super te multitudinem. Et lapidabunt te, & desines fornicari, & mercedes vltra non dabis: & requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus a te. Ecce quomodo Deus vias cuiusque in capite suo det, & iustis plagis scelera puniat prout ipsa promerentur. Quia bonorum occasione peccauerunt, bona ipsa auferre solet Deus, diuitias tollere, honorem diripere, sanitatem auferre: vt Osee. 2. ipse comminatus est dicēs. *Id circo conuertar, & sumam frumentum meum in tempore suo: & vinum meum in tempore suo: & liberabo lanam meam, & linum meum, quae operiebant ignominiam eius: & nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorum eius, & vir nō eruet eam de manu mea.* Vide quomodo poena hęc, & locus iste, cū loco & verbis Ezechielis relatis conueniat. Et aduerte primò, quòd verbum illud, *Conuertar*, optimè explicatur Hispano sermone, *Boluer la hoja*, & auferam bona quæ illis concessi: vt qui bonis deteriores facti sunt, illis ablatis suam stultitiam cognoscant. Pòde

ra etiam verbum illud *Liberabo*. Illud namque proprie liberari dicitur quod vi & iniuste detinetur. Et quia bona, quæ Deus hominibus concessit, vt meliores fierēt, in prauos vsus detorquent: quasi vi ea detinent, & iniuste opprimunt. Ideò Deus liberaturus dicitur ea, cū ab hominibus auferet. Simili loquendi modo vsus est Paulus ad Rom. 8. Cum de creaturis loquēs, (quæ iniquis hominibus ad sua praua desideria quasi inuitæ & reluctantes seruiunt.) dicit. *Quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis.*

Nec solum in prosperis, vt dictū est, hęc prauitas humani cordis apparet: sed etiam in aduersis conspicitur. Tribulationes, labores, & mala Deus hominibus immittit vt illis corrigantur & emundentur, & ex illis de Dei misericordia maiorem confidentiam concipiant. Ipsi verò ex eis, (quæ pro singulari beneficio deberent reputare, & eorū occasione meliores fieri Dei misericordiam & patris clementiam in flagellis agnoscentes,) deteriores redduntur, Deum derelinquunt & ad vanitates suas redeunt, & de Dei bonitate diffidunt. Et ex laboribus, (quibus fortiores in spe fieri deberent,) fragiliores redduntur. Labores enim & afflictiones Dei beneficia sunt, & illa nobis Deus euenire permittit: vt spei firmitatem inde eliciamus, & Deo fortius adhareamus. Quod elegantè Dominus declarauit Osee. 2. Cū enumerās misericordias & beneficia, quib⁹ populū suū affecturus erat, ne ab eo amplius recedat, ait. *Propter hoc ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem:*

Roma.

Laboribus
& flagellis
quibus emendari debebat
homines interdum peiores
sunt.

Labores Dei
beneficia sunt
quibus spes
laboratur.

Osee.

nem:

Bona auferit
Deus que tri
buerat & in
hoc puni. e so
let.
Osee.

nem: *Et loquar ad cor eius. Et dabo ei vi-
nitores eius ex eodē loco: Et vallē Achor
ad aperiendam spem.* Pro cuius intel-
lectione aduerte, quod *Achor*, non
est nomen hominis, qui a Iosue dā-
natus est Iosue. cap. 7. vt Theophi.
Theodore. Glos. & alij crediderūt.
Ille enim *Acham* vocabatur, vt Iosue refert historia. Sed *Achor* signi-
ficat turbationem. & vallis illa hoc
nomine insignita est, quia in ea
Acham furto suo de anathemate
Hiericho populum turbauit, & in
maximam angustiam & mœrorē
traxit: vt Iosue. 7. dicitur. *Quia turba-
sti nos, exturbet te Dominus in die hac:
Et vocatum est nomen loci illius Vallis
Achor.* Sed hæc perturbatio in gau-
dium versa est adepta magna victo-
ria de vrbe Hai. Hinc *Vallis Achor*
turbationes, persecutiones, cala-
mitates, & labores significat, qui-
bus spes erigitur & confirmatur.
Hoc significat, quod in Propheta
additur, *ad aperiendam spem*, hoc est,
vt inde ostium magnum aperiat
ad sperandam Dei propitiationem
& misericordiā. Ita interpretatur
locum istum Hieron. dicens. Quod
id circō supplicia & tormenta per-
peffa sit, vt per hæc ad prospera per-
ueniret. Quod optimè declarauit
Paulus ad Roma. 5. inquit. *Non
solum autem sed & gloriamur in tribu-
lationibus, scientes quoniam tribulatio
patientiam operatur, patientia verò pro-
bationem, probatio autem spem.* In hu-
ius etiam confirmationem est ele-
gans locus Esai. 65. Ex quo prædi-
ctus locus explicatur. *Et erunt cape-
stria in caulas gregū, Et Vallis Achor
in cubile armentorum populo meo, qui
requiserunt me. Quem locum expo-*

nens Hieronym. ad iustos & fideles
referendum dicit adducens illud
Pauli. 1. Corint. 9. *Nunquid de bobus
cura est Deo?* Vnde pro eius explica-
tione sciendum est, quod greges ap-
pellantur minorum animalium cō-
gregationes, quales sunt ouium: ar-
menta autem maiora animalia di-
cuntur, vt boues. Duo ergo genera
hominū distinguit in populo Dei,
minores & imperfectiores, qui per
greges & oues significantur, & ma-
iores, qui per armenta intelligun-
tur. Et similiter diuersa loca ad pas-
cendum eis assignat: minoribus cā-
pestria & plana: quia in pace & trā-
quillitate quieti degunt. Maioribus
vallem *Achor* assignat, id est, tribu-
lationes, persecutiones, & labo-
res, in quibus pasci & gaudere de-
bēt. Quod Septuaginta clarius ostē-
derunt pro cubili transferentes in
requiem. Dominus igitur per *Oscā*,
promittit suis consolationem, & in-
ter bona quæ se largiturum dicit la-
bores enumerat: qui pignora sunt
certa misericordiæ eius. Ideò *Vallis
Achor* meminit, vt laborū vim ad
erigendam & aperiendam spem de-
claret. Vnde qui ex laboribus occa-
sionem sumit recedendi a Deo me-
ritò repræhensibilis est. Ideò Chri-
stus discipulis Ioannis dicit: *Beatus
qui non fuerit scandalizatus in me, id
est, in meis tormentis & mea mor-
te.* Et beatus qui in suis laboribus
scandalizatus non fuerit, sed
eos patienter sustinens
proficere stu-
duerit,

Hieron.
Corint.

Labores p̄i-
gnora miseri-
cordiæ Dei.

Iosue.
Theophi.
Theodor.
Glossa.
Vallis Achor
quid signifi-
cat.

Iosue.

Hieron.

Roman.

Esai.

XXIII. CONSIDERATIO.

Quomodò vitia repræhendenda sint, & qua prudentia videbeant in hoc prælati & prædicatores.

Et beatus qui nõ fuerit, &c.

HIS verbis, vt in literæ expositione diximus, occultè repræhendit Christus incredulitatem discipulorum Ioannis, qui ex nimio amore magistri sui de Christo dubitabant, & egrè eius gloriam ferebant. Et quia defectus iste occultus erat, repræhendit quidè illum Christus, (ne in suo errore perseverent) occultè tamen, ne illorù corda omnibus manifestet, & coram omnibus illos infamet. In quo singulare exemplum præbet prælatis, & illis quibus ex officio incumbit aliorum vitia carpere, qualiter in repræhendendis vitijs & defectibus proximorum se debeant habere, qua prudentia, qua discretionè, qua cautela uti, ne (dù corrigere procurant,) fratres suos infament: & detractores fiant, non correctores crimina fratrum secreta publicando: magisque sua repræhensione illis & sibi noceant, quam proficiant.

Qui alios repræhensurus est Christi exemplum imitetur in hac discipulorum Ioannis ad eò prudenti & viua repræhensione. Quia nesciebant turbæ discipulorum Ioannis incredulitatem, ne coram multitudine crimen pateat, & confundan-

tur; ita temperat repræhensionem: vt ipsi, qui sibi criminis cõfessij erant pungerentur: ceteri verò, qui defectum non cognoscebant, vim irceptionis non perciperent. Et vtrique satisfacit, & vitium carpens, & illorum honori consulens. Secreta namquè crimina occultè & secretè repræhendenda sunt. Qui sua repræhensione detegit & manifestat, fratrem infamat, & magni criminis reus est. Vndè Paulus instituens Timotheum qualiter se in repræhendendis criminibus habere debeat, 1. Timot. 5. dicit. *Peccantes coram omnibus, argue: vt & ceteri timorem habeant.* Cuius loci, vt Caieta. inquit, Anceps est constructio, an, *coram omnibus*, referatur ad *peccantes*, an ad *argue*. Et siquidem, ad *peccantes* refertur, de punitione peccatorum publicorum Timotheum admonet, vt *peccantes coram omnibus*, (quorum non oportet accusationè & testes expectare) arguat puniendo. Et quadrat ratio: *vt & ceteri timorem habeant*. Si autem refertur ad *argue*, cum dixisset de Presbyteris quòd accusationem aduersus eos non admittat, nisi sub duobus aut tribus testibus, consequenter subiungit, quòd eos conuictos in peccato publicè puniat, vt ceteri timorem habeant. Verum si participiò *peccantes*, ponderatum fuerit, sola prima lectio quadrare videretur. Non enim dicit eos qui peccauerunt, sed *peccantes*: & idè adiungit, *coram omnibus*, ad differentiam peccantis in te, peccantis secretò, quem Dominus corrigendum inter te & ipsum præcepit. Posteriorè lectionem sequitur Ambros. & ad Presbyterorum

Secreta secreta repræhendenda sunt.

Timot. Caieta.

Qua prudentia utendum sit in repræhendendis vitijs.

Ambros. rum

rum reprehensionem refert. Cæterum prior lectio & expositio magis conuenit literæ, quam & communiter sequuntur expositores. Unde Glosa, (quæ delumpta est ex Augu. lib. de correct. & gratia cap. 16. & de verbis Domini Serm. 15.) ait. Aliquando debes corripere peccatorem inter te & ipsum solum, ut Dominus in Euangelio: aliquando coram omnibus, ut cæteri timeant. Illud, quando *in te peccauit*, id est, quando tu scis quod peccauit: tunc secretò, ne non sis corrector, sed proditor: ut Ioseph de Maria solus suspicans adulterium. Quando autem palam peccatur, palam arguendum est. Et Chrysostr. Hom. 15. in istam Epist. verba ista tractans ait. *Non citò decide, sed omnia diligenti inquiras indagine: ubi uerò aperte didisceris, uehementer inuehere, ita ut alij respiscant: ut enim temerè & in discusse indicare perniciosum est: ita manifesta peccata nõ persequi, uiam aperit ad addenda facinora.* Argue, inquit, non ut cumque sed seuerè: ita enim & alij mortuè. Et quomodo Christus ait Matth. 18. *Vade & corripe eum inter te & ipsum solum, si peccauerit in te. Verum illum quoq; permittit in Ecclesia corripi. Quid ergo, nonne maius scandalum facit coram omnibus arguere? minime id quidem: magis enim scandalizantur, si peccata non ignorantes nullum inferri uideant cruciatum.* Et Grego. lib. 12. Epistol. cap. 31. ad Felicem Episc. Siciliæ inquit. *Manifesta quoque peccata non sunt occulta correctione purganda: sed palam sunt arguendi, qui palam nocent, ut dum aperta oburgatione sanantur, ij qui eos imitando deliquerat, corrigantur. Dum enim vnus corripitur,*

plurimi emendantur. Et melius est ut pro multorum salute vnus condemnetur, quam per vnus licentiam multi periclitentur. Et August. Serm. 15. de verbis Domini tractans illud Matth. 18. *Dimittite & dimittetur uobis:* Et quomodo Petro dicat Dominus, ut septuagies septies dimittat delinquentibus: Et Paulus Timotheo præcipiat, ut peccantes coram omnibus arguat, inquit. *Cerè si quis quòd solum est uerum, distinguit tempora, & soluit quæstionem, uerum est. Si peccatum in secreto est, in secreto corripere: si peccatum publicum est & apertum, publice corripere, ut illi emendantur, & cæteri timeant.* Et sicut aliter increpandi sunt qui secretè & qui publicè peccauerunt: ita aliter increpandi sunt illi, qui ex malitia peccant, & illi qui ex passione, vel fragilitate in culpam labuntur. Illi namquè qui ea malitia peccant publicè & accerrimè carpendi sunt uerbis asperis & rigorosis, nec illis quidquam dissimulandum est. Sicut cum scribis & Pharisæis fecisse uidemus Ioannem Baptistam Lucæ. 3. qui eos publicè genimina viperarum appellabat: Et Christum Redemptorem nostrum, qui eorum intentiones & opera reprehendens Ioann. 8. dicit. *Vos ex patre diabolo estis.* Et Matth. 16. Cùm signum peterent, respondit. *Genratio praua & adultera signum querit, & signum non dabitur ei.* Sciebat Dominus quod ex malitia pecebant, ideo arriter reprehendit. Erga eos uerò qui ex passione, fragilitate, vel ignorantia pecebant, summa Christus mansuetudine utebatur: ut in proposito uideri licet. Quia discipulos Ioannis ex amore magistri sui labi

August. Matth.

Ex malitia peccans publicè & acriter reprehendendus est.

Lucæ.

Ioann. Matth.

Ex ignorantia peccantes mansuete reprehendendi sunt.

Glossa.

Publica peccata publice arguenda. Chrysostr.

Matth.

Grego.

videbat, blanda reprehensione vitur, & quæ vix sentiat, dicens: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Abimelec Rex Sichem peccat volens accipere sibi in uxorem Sarrâ uxorem Abraham existimans esse illius sororem, & ex hac ignorantia in domum suam traduxit, vt Genes. 20. diuina refert historia. Et quia ex ignorantia peccauit secrete eum reprehendit, & blandè. Venit enim Deus ad Abimelec nocte per somnium, & ait illi: *En morieris propter mulierem quam tulisti: & subdit. Ego scio quòd simplici corde feceris. & ideo custodini te ne peccares.* Qui ergò ex ignorantia peccat aut fragilitate venia dignus existit: qui verò ex malitia cadit indignum se misericordia & venia reddit. Hinc peccatum in Spiritum sanctum, (quod Math. 12. Christus dicit nò remitti nec in hoc sæculo nec in futuro,) multi dicunt esse peccatum quod ex malitia fit. Quia cum bonitas attribuitur & approprietur Spiritui sancto, a quo omnis peccatorum remissio procedit, peccatū ex malitia specialiter in Spiritū sanctum dicitur, & irremissibile. Quia tollit remissionis principium, nec habet in se vndè excusetur. Sic interpretatur S. Tho. 3. p. q. 86. art. 1. ad 3.

Obiurgandi ergò sunt peccantes non æquali reprehensione, nec eodem modo: sed pro qualitate & cōditione criminum, & maxima cum prudentia & discretionem. Quia sicut charitatis & misericordiz opus est blanda & secreta correctio in eum, qui occultè peccauit, vel ex ignorantia lapsus est: Ita nō mediocri cha-

ritatis & misericordiz opus est aspera & dura correctio in illū, qui publicè vel ex malitia peccat. Quod Paulus docuit cum ait. *Peccantes coram omnibus, argue: id est, seuerè increpa: vt ceteri corrigantur: & ne sua contagione alios perdāt.* Quod elegantè August. Sermo. 15. de verbis Domini declarat dicens. *Corripiamus verbis, & si opus est & verberibus, sed delictū dimittamus, culpā de corde abijciamus: ideo enim Dominus subdit, de cordibus vestris: vt si per charitatem imponitur disciplina, de corde lenitas non recedat. Quid enim tam pium quàm medicus ferens ferramentum? Plo- rat secandus, & secatur, plorat vrendus, & vritur. Non est illa crudelitas ab sit vt senitia medici dicatur. Semit in vulnus, vt homo sanetur: quia si vulnus palpetur, homo perditur. Sic ergo ista monuerim fratres mei, vt fratres nostros qui peccauerint omninò diligamus de corde nostro: charitatem in eos nō dimittamus, & disciplinam cum opus est demus, ne per solutionem disciplina crescat nequitia. Charitas autem necessaria & eius modus conseruabitur si regulam, quàm idem August. tradit lib. 2. de Sermo. Domini in mōte, cap. 30. præ oculis habuerimus, quæ talis est: quòd piè cautequè vigilandum est, vt cum aliquem reprehendere vel obiurgare nos necessitas coegerit, primum cogitemus, vt rùm tale sit vitium quòd nūquā habuimus, vel quo iam caremus. Et si nunquam habuimus, cogitemus & nos homines esse, & habere potuisse. Si verò habuimus, & non habemus, tangat memoriam communis fragilitas, vt illā reprehensionem aut obiurgationem nō odium,*

Genes.

Peccatum in Spiritum sanctum est peccatum ex malitia.
Math.

S. Tho.

August.

Pietatis insignis opus est correctio.

Simile.

August.

Regula seruanda in correctione.

odium, sed misericordia præcedat: ut siue ad correctionem eius propter quæ id facimus, siue ad peruersionem ualuerit, non incertus est exitus,) tunc nos de simplicitate oculi nostri securi simus. Si autem cogitantes nosmetipsos ad uenerimus in eo esse uitio, in quo est ille quem reprehendere parabamus, non reprehendamus, neque obiurgemus, sed tamen congemiscamus: & non solum ad obtemperandum nobis, sed ad pariter cauendum inuitemus.

XXV. CONSIDERATIO.

Quod in laboribus se subtrahere & deficere scandalizari sit in Christo.

Beatus qui non fuerit, &c.

HOC est, beatus qui in laboribus & tribulationibus non se subtraherit, nec de Dei misericordia dubitauerit. Hoc enim est in Christo scandalizari & in operibus eius. Quod multoties experimur: uideas multos, qui cum in prosperitate sunt fortes, constantes, & quasi turbines apparent, magna promittunt, mirabilia de Deo prædicant, illius bonitatem & clementiam extollunt. Quod si aduersitas aut labor aliquis superuenerit, & manus Dei eos tetigerit, statim tristantur, deficient, contra Deum murmurant, & eius nimium rigorem accusant. Huiusmodi in tribulatione & in Christo scandalizantur, & se Deo subtrahunt. De quibus ad He-

bræo. 10. dicit Paulus. *Quod si subtraxerit se, id est, in laboribus & tribulationibus defecerit: Non placebit anima mee.* De horum numero uidebatur esse David quando Psalmo, 29. dicebat. *Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Aueristi faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* Talis etiam apparebat Elias. 3. Reg. 19. quando persequente eum Iezabel, petiuit animæ suæ ut moreretur, & quasi cum Domino conuersans dicebat. *Nunquid melior sum ego patribus meis? tolle Domine animam meam.* Ne tot malis subijciar. De hoc multa diximus consideratione. 13. Ideò ostendisse satis sit.

Hebræo.

Psalm.

Reg.

XXVI. CONSIDERATIO.

Quod Christus multis petra scandali fuerit, & quibus sit Christus: a'is.

Beatus qui non fuerit, &c.

HOC est, qui non offenderit in me. Scandalizari enim in aliquo est in illo offendere. Unde quod hic Euangelista scandalum vocat, Petrus in sua Cano. 1. cap. 21. *Lapidem offensionis. & petram scandali* appellat. Et Simeon Lucæ. 2. in ruinam positum & in signam cui contradiceretur dicit. Ille autem qui uoluntatem suam Dei uoluntati præponit, illi se subijciens, & in omnibus obtemperans, nec de Dei uoluntate curans, in Christo offendit, & scandalizatur. Ille uero, qui propriam uoluntatem Dei uoluntati subijcit, beatus erit. Voluntas namque Dei

Petr. Lucæ.

uoluntas Dei & carnis contrarie sunt.

& propria hominis voluntas contrariae sunt. Illa quod bonum est querit, ista in malum inclinatur. Vnde Genes. dicitur. *Sensus & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia sua.* Vnde contraria praecipunt & proponunt. Homo desiderat & appetit delicias, voluptates, & gaudia: Deus autem praecipit, ut labores, eriticiam, & lachrymas amplectatur & diligat, & pauperes, afflictos, tristes, & lugentes beatos praedicat. Quid mirum si homo propriam voluntatem sequens in Dei voluntate, quae omnino propriae contradicit, offendat & scandalizetur?

Hanc contrarietatem Paulus in se experiebatur, cum ad Roma. 7. dicebat. *Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati, quae est in membris meis.* Vbi legem membrorum & carnis vocat Paulus inclinationem appetitus, & desideria hominis carnalis: legem autem mentis vocat illam, quae secundum interiorem hominem & secundum rectam rationem est, & iuxta Dei voluntatem instituit. Et duplicem hominem constituit, vnum interiore & spirituale: alterum exteriorem & carnalem. Quod non est sic intelligendum, quasi solum spiritum & animam hominem spiritualem vocet, & solam carnem & partem sensitivam hominem carnalem: sed totum hominem, quatenus rationem sequitur, & secundum spiritum vivit, & superiorem partem & rationem sequitur, quae Dei voluntatem respicit, ho-

minem spiritualem appellat. Totum vero hominem, quatenus secundum carnem vivit carnis desideria sequens, & quae carnis sunt sapiens, & inferiorem partem, (quae terrena respicit, & delectabilia sequitur,) amplectens, hominem carnalem nominat. Vnde legem membrorum non incongrue possumus vocare propriam voluntatem: legem vero mentis Dei voluntatem. Quas leges vocat, quia lex voluntas signi est. Hae voluntates mutuo pugnant & sibi contradicunt carne contra spiritum, & exteriore homine contra interiorem appetente. Vnde fit, ut exterior noster homo in interiori & eius voluntate scandalizetur, & in Dei voluntate offendat.

Hinc Saluator Lucae. 9. dicebat. *Qui vult venire post me, id est, qui desiderat in me non offendere: abneget semetipsum, id est, propriam suam voluntatem: & sciet Dei voluntatem in omnibus exequi.* Dei voluntatem nostrae praeferre, & in nullo propriae voluntati consentire est nosmetipsum abnegare. Quod Christus nos docuit Ioan. 6. dicens. *Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Et Matth. 26. cum factus in agonia instantius oraret, cum quem secundum inferiorem portionem & carnis affectum diceret. *Pater si possibile est, transeat a me Calix iste,* statim quasi dicta corrigens inquit: *Veruntamen non mea, sed tua voluntas fiat.* Vnde confirmationem poterimus elicere expositionis, quam superius loco Pauli tradebamus, per legem carnis, voluntatem nostram quae iuxta carnem est, intelligentes. Hinc Esai. 58. opera bona populi

Israël,

Genes.

Rom.

Lex carnis
quae dicitur,
& quae lex
mentis.

Duplex homo
spiritualis & carnalis
quomodo
distinguitur

Lucae

Abnegatio
propria in
quo consistat.

Ioanne

Matth.

Propria voluntas
nostra bona opera
corripit & omnium
malorum nostrorum
causa est.

Esai.

Bernard.

Israël, ieiunia, preces, elemosynas & sacrificia detestatur Dominus, Quia in eis propria reperitur voluntas dicens. *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra.* Hæc omnium malorum nostrorum causa est. De qua Bernard. Serm. 3. de Resurrectione, dicit. *Quid enim odit, aut quid punit Deus præter propriam voluntatem? Cesset voluntas propria, & infernus non erit. In quem enim ignis ille desuet nisi in propriam voluntatem? Etenim nunc cum frigus, aut famem, aut aliquid tale patimur, quid læditur nisi propria voluntas? Quod si voluntarie sustinemus, ipsa iam voluntas communis est, sed infirmitas quedam & velut pruritus voluntatis adhuc de proprio est, & in illo omnes penas sustinemus, donec poenitus consumamur. Unde quidam Philosophus elegantè dicebat, quod tantum in operibus & vita nostra adicitur virtuti, quantum detrahitur propriæ voluntati, quæ non mater, sed nouerca nostrorum operum cæseri debet, quæ nos prætextu amoris perdit, & contra Deum fortissimè pugnat, vt loco allegato Bernardus artificiosè prosequitur dicens. Porro voluntas propria quo furore Dominum maiestatis impugnet, audiant, & taceant serui propriæ voluntatis. Primò namq; se ipsam subtrahit & subducit eius dominatui, cui tanquam auctori seruire iure debuerat, dum efficitur sua. Sed nunquid contenta erit hac iniuria? Addit adhuc, & quod in se est omnia quoque quæ Dei sunt tollit, & diripit. Quem enim modum sibi ponit humana cupiditas? Nonne qui per suram acquirit pecuniam modicam, similiter mundum lucrari conaretur vniuersum,*

Proprie voluntatis damna.

Bernard.

si non deesset possibilitas, si suppeteret voluntati facultas? Dico fiducialitè, nemi ni, qui sit in propria voluntate, posset vniuersus mundus sufficere. Sed vtinam vel rebus istis esset contenta, ne in ipsum (horribile dictu) desuisset auctorem. Nunc autem & ipsum (quantum in ipsa est) Deum perimit voluntas propria. Omnino enim velle peccata sua aut vindicare non posse, aut nolle, aut ea nescire. Vult ergo eum non esse Deum, quæ, quantum in ipsa est, vult eum aut impotentem, aut iniustum esse, aut insipientem. Hæc est crudelis bestia, fera pessima, rapacissima lupa, & leana saeuissima. Hæc est, immundissima lepra anima propter quam in Iordane mergi oporteat, & imitari eum qui non venit facere voluntatem suam. Unde & in passione, non mea, inquit, sed tua voluntas fiat. Idè Christus præcipit, vt qui eum sequi noluerit, abneget semetipsum, suam propriam voluntatem neget, in omnibus propriæ voluntati detrahat, vt diuinæ consentiat, & illam exequatur, & in Christo non scandalizetur. Hoc docere nos voluit Sapiens Ecclesiastic. 18. dicens. *Post concupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere.* Ponit generale mādatum, quo omnem inordinatam concupiscentiam refecat, inquiens. *Post concupiscentias tuas non eas.* Nomine concupiscentiarum desideria vitiosa (quæ non à spiritu, sed à carne procedunt) notat. Hæc concupiscentias non prohibet esse (quia in hac vita impossibile est vt non insurgant.) Sed hoc tantum præcipit, vt post eas non eamus, id est, non sequamur neque assentiamus eis. Deindè dicit, *à voluntate tua, id est, à voluntate propria, (quæ voluntati Dei non concor-*

Eccl. 18.

Petri.

concordat,) *auertere*, hoc est, ne illi cōsentias, nec te illi subijcias. Quod Petrus. 1. Cano. cap. 2. a fidelibus requirit dicens. *Obsecro vos abstinere à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam.* Et itatim Sapiēs subiungit rationē quare à propria voluntate debeamus auerti, inquit.

Qui voluntatem suam sequitur gaudium erit inimicis suis.

Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Bona quidem ratio & efficax ad retrahendum homines à propria voluntate, quæ talis est. Si tu acquiesceris voluntati tuæ, & præstiteris animæ tuæ ea quæ desiderat, ipsa tibi mutuo soluet, & te faciet gaudium inimicis tuis, hoc est, te in multa discrimina, pericula, damna, & peccata adducet, quæ tibi dedecori sint, & propter quæ de te gaudeant & glorientur inimici tui. Siue demones per inimicos intelligas, qui gaudent de hominum perditione: siue homines, qui de suorum inimicorū dedecore lætātur. Iuxta illud quod David Psal. 12. dicit. *Qui tribulant me exultabunt si motus fuero.*

Psal. 12.

Huius rei insigne exemplum nobis esse potest Samson, qui (quia se quiescit concupiscentias suas, & voluntati suæ paruit,) factus est in ludibrium & in gaudium inimicis suis Philisthæis, & sibi exitium cōparauit: vt habetur Iudic. 16. hinc Osee. 10. de Israël dicitur. *Confundetur Israël in voluntate sua.* Hinc etiā confusus & tristis David (quia propriam voluntatem sequutus legi carnis obtemperauit, & Dei voluntatem contempsit) dicebat Psal. 50. *Tibi soli peccauit, & voluntatem meam coram te feci.* Pro eo enim quod nos legitimus, *& malum coram te feci, ver-*

Iulii. Osee.

Psal. 50.

Voluntatem nostram Dei voluntati præferre magnum crimen est.

ti potest ex Hebræo, *& voluntatem meam coram te feci.* Quia verbū Hebræum *Rach*, & malum & voluntatem significat. Vbi, et, pro quia, accipi debet. Et sensus est. *Tibi soli peccauit*, id est, ingens & magnum malū & graue crimen admissi: *quia voluntatem meam coram te feci*, hoc est, voluntatem meam tuæ voluntati prætulit. Hoc meum malum, hæc mea perditio, hoc ingēs crimen est. Quare qui desiderat in Christo non scādalizari, abneget semetipsum, & à propria voluntate se auertat, ne confundatur. Abijciat veterem hominem (qui secundum carnem & de terra est,) hoc est, propriam voluntatem, & induat nouum qui secundum Deum creatus est, se diuinæ voluntati subijciat, & viuet. Ob id que tidē in oratione Dominica petimus: *Fiat voluntas tua: non nostra, ne in te offendamus, sed tua, vt securi ambulemus, & beati simus.*

XXVII. CONSIDERATIO.

Quod in absentia laudare debemus, vt omni suspitione laus careat, id quē verę amicitie inditium est: & quā sit pernicioſa adulatio prosequitur.

Illis autem abeuntibus, &c,
 Audaturus Christus Iohā. nem expectat donec discipuli eius recederent, & illis abeuntibus cœpit coram turba Iohannis personam commēdare. & eius virtutes prædicare. Quia si in conspectu & præsentia discipulorum

rum Ioannis illum adeo commenda-
 dasset, existimare possent astantes,
 Christum laudibus his voluisse as-
 sentari & blandiri Ioanni, & eius
 gratiã captare. Quia credibile ma-
 xime erat quod discipuli omnia fi-
 deliter relaturi erant Ioanni, & quod
 etiam nuntiassent quæ de illo ad-
 turbas duxisset, atque adeo Ioanni
 commendassent personam Chri-
 sti, qui adeo sublimia de illo prædi-
 cauerat. Vt ergo Christi verba &
 Ioannis laus omni careret suspitio-
 ne, ab euentibus discipulis eius lau-
 dare coepit. Quod annotauit Chry-
 sosto. Homil. 27. oper. imperfe. in
 Matth. dicens. *Quam bene recedenti-
 bus discipulis coepit laudare Ioannem.
 Non sicut quidam blanditores homines,
 qui libenter hominem in facie laudant,
 aut quando vident amicos eius fideles
 adesse, aut domesticos, quos credunt nun-
 tiaturos quidquid audierint. Tunc enim
 laus omni caret suspitione cum in absen-
 tia non solum laudati, sed etiam illorum
 qui ad illum aliquo modo, expectant, fit.
 Qui hominem coram, & in facie sua lau-
 dat; (& si vera dicat) semper est suspi-
 cibus. Hac namque est differentia inter
 verum amicum & adulatorem: quod a-
 micus absentem laudat, adulator præsen-
 tem commendat, & ubi recesserit mor-
 det. Vt ergo adulationis vitium fugere
 doceat Christus, discipulis Ioannis ab e-
 ius tibus illam commendat & laudat.*

Adulatoris
 et amici dif-
 ferentia.

Adulatio ma-
 xime perni-
 tiosa.

Nihil adeo perniciosum, nihil
 adeo nocitum in republica potest
 esse, quam quod adulatio locum in-
 ueniat. Hæc omnia destruit, & ini-
 quorum pessimos mores crescere
 facit. Quia dum mala opera alicui-
 us laudantur, vel minus bona ni-
 mium extolluntur, ipse sibi placet,

& in illis operibus perseverat. Hæc
 bonos mores corrumpit, & bono-
 rum operum flores quasi pruina cõ-
 coquit. Quia dũ quis de bono quod
 facit laudatur in facie, subintrat va-
 nagloria, & propria complascen-
 tia, & quod bonum videbatur a fru-
 ctu euacuatur. Similis est tineæ,
 quæ interiora ligni insensibiliter
 corrodit, & vacuum & inane relin-
 quit. Quoniam vt Prover. 29. habe-
 tur. *Homo qui blandis fictisque sermo-
 nibus loquitur amico suo, vel vt ex He-
 braeo verti potest, homo qui blanditur
 proximo suo: rete expandit gressibus
 eius. Ac si dicat: officium adulatoris
 est dare operam, vt blanditijs
 suis homines decipiat, & dum in fa-
 cie laudat, capiat. Sicut Oratoris
 finis est, (dicit Chrystost.) oratione
 sua persuadete, & medici medica-
 mentis sanare: ita adulatoris finis
 est suauibus verbis rete expandere,
 & decipere. Et Seneca dicit. *Malum
 hominem blandè loquentem agnosce tui
 laqueum esse.* Vnde Plato in Phædro,
 adulatorem vocat feram saeuissi-
 mam & humano generi pestilentẽ.
 Et in Menexeno comparat adula-
 torẽ incantatori & venefico. Quia
 suarum cantionum dulcedine ho-
 minem decipit, & vincit tenet.*

Simile.

Prouer.

Chrystost.

Seneca.

Plato.

Hoc vt ostenderet Dominus in
 lege veteri. Leuit. 2. prohibebat, ne
 mel offerretur in sacrificijs. Quia
 per illius dulcedinem adulatio si-
 gnificatur. Vnde adulator omni la-
 rone deterior est. Quoniam nõ so-
 lum pecuniam aufert, sed & ratio-
 nis iudiciũ laudando subripit. Nul-
 lusq; maior persecutor esse potest,
 quam qui blandè loquens adula-
 tur. Vt enim August. dicit super

Mel Deo non
 offerrebat
 & quare.
 Leuit.

August.

Psalm

Psalm. 68. Duo sunt genera persecutorum, vituperantium & adulatorum. Plus persequitur lingua adulatoris, quam manus interfectoris. Vnde Gregor. 30. Moral. cap. 10. adulatoris linguam comparat locustæ, quæ vastauit Ægyptum. Et Homil. 41. in Euangelia, comparat adultores canibus vulnera Lazari lingentibus. Quia adultores lingunt ambitiosa hominum corda, & latentia vitia non sanant: sed ad tempus refrigerant & alleuiant: sicut lingua canis vulneribus facere solet. Et Homil. 15. in Ezechielem exponens illud Psalm. 69. *Auentansur statim erubescetes, ait. Adulatio si ad tempus patienter suscipiatur, augetur, & paulisper demulcet animam, vt à rigore sua rectitudinis mollescat in delectatione sermonis.* Et Hieron. Episto. ad Colantiam dicit. *Adulorum noxia blandimenta velut pestes animæ fugæ. Nihil enim est, quod tam facile corrumperet mentes hominum, nihil quod tam dulci & tam molli vulnere animam feriat. Quo autem mollis hoc vulnus est, eo cauendum magis.* Hinc Sapiens, Prouer. 27. dicit. *Ateliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis.* Et Saluator Matth. 7. discipulos suos admonens dicit. *Cauete ab his qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, id est, adulando & palpando: intrinsecus enim sunt lupi rapaces, sanguinem vestrum querunt, & contra vitam vestram insidias parant.* Huius exemplum habemus. 2. Reg. 20. in Ioab, qui dum Amassiam amplectitur, & barbam eius palpando & blandiendo manu apprehendit, pugionem in viscibus abscondit.

Hoc elegantè David Psalm. 54.

de adulatore loquens innuit his verbis. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Verba adulatoris primo aspectu mollia sunt, delectant & placent: te laudat, opera tua commendat, virtutes tuas prædicare videtur. At verba ipsa iacula sunt, quæ animam confodiunt. Quod Hieronym. ex Hebræo ita vertit. *Molliores sunt sermones eius oleo, cum sint lanceæ.* Et translatio hæc explicatio est literæ nostræ. Sûma igitur cura ab his fugiendum est, ne te à Deo auertant. Meliùs est incidere in manus coruorum, dicere solebat Diogenes, quam in manus adulatorum. & Antistenes dicebat, peiorem esse adulatorè coruo. & vterquè eandem rationem assignat. Quia coruus hominibus mortuis, adulator autem viuis oculos euellit illos adulatione excæcans. Hoc optimè Imperator Sigismundus cognouit, cum cuidam nimium laudanti illum, & adulanti alapam impegit, cui (cum ille diceret: Cur me percutis Imperator?) respondit. Cur tu me mordes laudando? Et Ladislaus Polloniæ Rex adulantes sibi colaphizabat. Rogatus autè cur id faceret, dixit. Quia percutientes repercutio. *Insipiens nãq; est, vt Chrysostomus dicit Homil. 27. operis imperfecti. in Matthæu, Qui gaudet laudatus in facie. Vir enim sapiens, quandò laudatur in facie, flagellatur in corde.* Idè idem Chrysostomus, Homil. 87. operis perfecti in Matthæum admonet, vt adultores magis quam contumeliosos vitemus. Maior enim nõ attendentibus adulatione pestis, quæ ex vituperatione oriri solet, tâtoq;

maiori

Grego.

Adultores
loentis
nibus
similes
sunt.

Grego.
Psalm.

Hiero.

Prouer.

Matth.

Reg.

Psalm.

Hieron.

Adulator coruo
no compara-
tur & eo pe-
ior est.
Diogenes.
Antistenes.

Sigismundus.

Ladislaus.

Chrysost.

Chrysost.


maiori cura opus est, ut ab his nos custodiamus quantum iacula magis sunt aperta. Hinc David Psal. 140. affectuosissimè Deum precabatur, ut oculos eius aperiret, quò malum hoc dignosceret & fugeret, inquiens. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum; Ne forte incrassatus a te recedam. Istum locum adducens Gregor. Homil. 13. in Euangelia super illud Matth. 25. Ite potius aduendentes, & emite vobis, ait. Venditores quippe olei adultores sunt. Qui enim accepta qualibet gratia vanis suis, laudibus nitorem gloriæ offerunt, quasi oleum vendunt. De quo profecto oleo Psalmista dicit. Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Principale etenim membrum nostrum caput est. Appellatione autem capitis ea quæ principatur corpori mens vocatur. Impingat ergo caput oleum peccatoris, cum demulcet mentem fauor adulantis. Et sicut oleum flammam ignis accendit, ita adulatio erroribus & virijs sumentum administrat. Unde Esai. 3. dicitur. *Papule meus qui te beatum prædicant, ipsi te seducunt.* Hinc Christus vituperantibus patienter & blandè respondet, in adultores asperum se demonstrat. Ioann. 8. Quando Iudæi eum Samaritanum & dæmoniacum vocant mansuetè responder: *Ego demonium non habeo. Et rursus cum eum mendacij arguunt, dicentes Ioann. 8. Tu testimonium perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum, mitissimè respondet. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum verum est, &c.* At quandò adulantes, ut in sermone capiant, accedunt Matth. 9. & dicunt. *Magister volumus à te signum videre, dure respondet. Generatio praua &**

adultera. &c. Et Matth. 11. cum dicit. *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, dicit Quid me tætaris hypocrite? &c.* Ut ergò adulationis vitium fugiendū doceat, & beu- tibus Ioannis discipulis illum laudat. Et ut ostendat eam laudem omni suspitione carere quæ in absentia fit. Nullus enim prudens in facie gaudet laudari. Et ut optimè Chryso. Hom. 27. oper. imperf. in Matth. dicit, *Propter duas causas hominem in facie laudare non debes. Primum si sapientem illum putas, grauitè suscepturus est. Et quare illi laudibus tuis molestiam facis? Si insipientem illum existimas, extollendus non est. Quare insipientiam eius laudibus tuis ruris? Nunquid dicimus insipiens est, qui in facie vult laudari? Omnes enim homines volumus laudari. Et ideò bonum faciamus, ut laudem consequamur, ex eo, dicente Apostolo ad Philippen. 4. Quæcumque sunt laudis, quæcumque bonæ operationis hæc sectamini, & Deus pacis erit vobiscum. Nam qui vult laudari propter homines malos, vanus est: qui autem coram domesticis eius hominem laudat, non est culpa laudati, sed laudantis. Ideò enim coram illis laudat eum, non ut opinionem eius bonam commendet hominibus, sed ut audiat ille, quia laudauit eum.*

XXVIII. CONSIDERATIO.

Quod proximorū bona sunt publicè prædicanda: mala verò operienda & celanda.

Illis autem abeuntibus, &c.

 I verba immediatè præcedentia consideres, Beatus qui non fuerit scandalizatus

Psalm.

Grego. Matth.

Esai.

Ioann.

Ioann.

Matth.

Matth.

Chryso.

Homo in facie non est laudandus propter duas causas

Philipp.

zetus in me: (quibus, vt diximus, occultè nuntios Ioannis incredulitatis repræhendit:) & cum his, *illis autem abeuntibus, &c.* (Quibus Ioannis personam maximè commendat & laudat,) compares, reperies, quòd in obiurgatione (quæ infamiam & notam parere poterat) cautè procedit & secretè: ne illorum culpam turbæ agnoscant. In laudibus autem & virtutibus Ioannis prædicandis apertè & publicè procedit, vt omnibus manifestæ sint.

Bona proximorum publicè laudanda: mala vero excusanda, vel occultanda.

Vt hinc & tu discas, quomodo te erga proximum tuum debeas gerere: illius, scilicet bona opera publicè laudare, merita coram omnibus commendare, virtutes prædicare debes: si quid autem sinistrum de eo suspicantur, vel si quid minus rectè fecit, publicè illo absente excusare, & defendere debes, ne honore suo cadat. Et si reptæhensione dignus extiterit occultè illum castigare, secretè repræhendere teneris: ne crimen illius omnibus innotescat. In omnibus honori fratris consulendum est, bona publicanda & mala illius quantum possibile fuerit operienda sunt. Si peccauerit in te frater tuus, Matth. 18. dicit Christus, *corripe eum inter te & ipsum solum.* Ne culpam eius detegas, ne peccatum eius manifestes. Hoc Christum fecisse multoties comperimus, discipulos suos coram alijs laudabat, coram calumniantibus excussabat, & à persequentibus defendebat. Accussant discipulos Christi Scribæ & Pharisei Matth. 15. Quod transgredierentur madata seniorum, & illotis manibus

In omnibus honoris fratris consulendum. Matth.

Matth.

manducarent. Et Christus pro eis satisfacit, eos à culpa excussat accusantes de crimine grauiori redarguens, Quod ipsi præcepta Dei transgredierentur, & concludit: *Illotis manibus manducare non coinquinat hominem.* Et iterum Matth. 9. discipulis Ioannis increpantibus discipulos Christi quòd non ieiunaret, eos excussans respondet: dum sponus est præsens non est tempus ieiunandi, sed gaudendi. Similiter Matth. 12. Quando accusabant discipulos eius eo quòd in Sabbatho spicas velleret, publicè & coram multitudine illos defendit. Cæterum dum solus cum eis est, repræhendit illos, si in aliquo deficiebāt. Vt Matth. 15. est videre, vbi eorum insipientiã repræhendit dicens. *Ad hæc & vos sine intellectu estis.* Et Matth. 8. timiditatem eorum carpit inquires. *Modica fidei quid timidi estis?* Et alibi sæpe. Hoc igitur Euāgelica lex nos docet, & instantèr admonet: vt cū de proximis agimus bona & laudabilia de eis loquamur: mala vero, si quæ in eis sunt, tegamus, vel quantum in nobis fuetit excussemus: Ne fratrum crimina manifestare & publica facere: sed virtutes manifestare procuremus quòd bonum est in quolibet laudando. Vix enim quisquam adeò malus est, adeò perditæ vitæ, vt de eo aliquid boni dici non possit. Hoc narra, mala & crimina tege. Detractoris namq; non Christiani viri officium est mala proximorum & fratrum suorum manifestare, alijs aperire, & bona occultare. Similes existūt huiusmodi muscis, quæ nunquã faciei partem sanã pungunt: sed si quæ est, vel cantilum

Matth.

Matth.

Matth.

Matth.

Detractoris est aliena mala pandere.

Simile.

lesã

lesa statim ei adhaerent, pungunt, molestant, nec recedunt. Ita detractores virtutes non aspiciunt, nec in illis consistunt: sed defectus etiã leuissimos statim intuentur, mordent, & illos manifestant. Vndè acute Cicero, vt refert Plutarchus in Catone Vticensi, Memmium de tractorem in Senatu coram omnibus mordit, & reprehendit. Illo enim dicente in Senatu Catonem totas noctes ebrium consumere, eo quòd tunc genio indulgebat: respòdit Cicero: at illud non addis, eum totos dies ad aleas ludere. Quo notaui Memmium, qui tempus diei Reipublicæ negotijs impendendũ ludendo consumeret. Vndè Chrysofost. Homi. 3. ad popul. Antioche. optimè dicit. *Dic proximo detrahentis habes quem laudes? Aures aperio, vt vnguenta suscipiant. Si verò malum velis dicere, obturo aures. Non enim stercus & canũ accipere sustineo.* Et Ambro. lib. 3. Officiorũ, cap. 3. inquit. *Hæc lex naturæ est, quæ nos ad omnem stringit humanitatem, vt alter alteri tanquã vnius partes corporis inuicẽ deferamus. Hanc legẽ Apostolus docuit. I. Corinth. 13. dicens charitatis proprium esse, vt non gaudeat super iniquitate, congaudeat autem bonitati. Similem sententiã habet Sapiens Prover. cap. 10. Vbi ait: Odium suscitatur rixas, & vniuersa delicta operit charitas.* In qua ostendit, quòd sicut inter odium & charitatem est oppositio: ita illorum varia & diuersa operatio est. Vndè odium vituperat, & charitatem commendat.

Odium namquẽ sicut ex rixis & contentionibus plerumquẽ nascitur, ita inter eos in quibus est no-

uas excitat contentiones & rixas, etiam ex minima frequenter re, & ex parua vel nulla causa. Quia quoduis peccatum quãtumuis exiguum magnificat, & grauissimè exaggerat, ac vndiquẽ occasionem sumit contendendi, dum quid quid occurrit in malã partem interpretatur. E contrariò charitas & dilectio non parua tantum, sed vniuersa delicta etiam graua operit. Quia efficit, vt quis alterius crimina & peccata non multum atrãdat, exaggeret, & aggrauet: sed potius ea excuset, extenuet, obliuiscatur, & cõdoneat. Vndè charitas dissipat & destruit contentiones, quæ ex delictis oriri possent. Proprium ergo charitatis est operire delicta, & cõdonare crimina fratrum: sicut & odij & æmulationis manifestare, aperire & exaggerare. Vndè Petrus i. sua Cano. cap. 4. desumit charitatis commendationem dicens. *Ante omnia mutua in vobis metipsis charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Idè Paulus in omnibus ferè suis Epistolis virtutes & bona operum ad quos scribit maximè laudat, & commendat: vt videre est ad Roma. 1. & 16. & I. Corinth. 11. ad Philippen. 1. ad Colossen. 1. 1. The sal. 1. 1. ad Timot. 1. & alibi sæpe: vitia autẽ, si quæ sunt, leuiter tangit. & Ioannes. Apoca. 2. virtutes, fidem, & opera Angeli Ecclesiæ Ephesi multum cõmendat dicens. *Scio opera tua, & laborem tuum, & patientiam tuam: & quia non potes sustinere malos. Et tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt: & patientiam habes, & sustinisti propter*

Plutar.

Chrysof.

Ambro.

Corint.

Prover.

Odij propriũ est vituperare: amoris laudare.

Petr.

Roman. Corinth. Philip. Colossen. Thessa. Timot. Apoca.

nomen meum, & non defecisti. At cū de vitijis a stupore est, nō exaggerat: sed leuiter proponit, & extenuat dicens. *Sed habeo aduersum te pauca: quod charitatem tuā primam reliquisti.* Ecce quomodo fractum crimina extenuanda, excussanda, & operienda sunt: virtutes verò amplificandæ & commendandæ. Sicut & Christus modò fecit erga Ioannē & discipuloseius.

XXIX. CONSIDERAT.

Verum amicum in laboribus cognosci, ibiquè manifestari declarat, & quòd necessitas amicum probat.

Illis autem abeuntibus, &c.



I Euangelij historiam percurramus, videbim⁹, Christum nunquā Ioannis personam commendasse, nec de laudibus eius egisse, vř que ad tēpus illud quo Ioannes in vinculis est positus. Tūc amici officium exequitur Ioannem tempore necessitatis laudando; & quando ei⁹ honor periclitari magis videbatur, eum commendat, & omni cura & sollicitudine pro illius honore firmādo laborat eximias laudes de eo prædicando. Hoc namqu; tempore Ioannes magis deiectus & obliuioni traditus esse videbatur, (cū iam per longum tempus in vinculis fuisset: & cum legationem istā, quæ animi leuitatem & dubitationem præse ferebat, mitteret) maximè amici subsidio & patrociniò hoc tēpore

indigebat, cui Christus verus & fidus amicus nō defuit. Vt factò hoc doceret, quòd si veri amici officij, scilicet, in laboribus amico subuenire, in tribulationibus fauere, quando omnes illum deserūt accurrere, & pro amici salute & honore instāter laborare. Hæc namquè est differentia inter verū & falsum ac simulatū amicum: quòd hic, dum prospera sunt omnia, & fortuna ridet, adest, & comitatur: at dum aduersi quid euenerit recedit & fugit. Est quidem amicus mensæ. De quo Sapienter Ecclesiast. 6. dicit. *Est autē amicus fortius mensæ. & non permanebit in die necessitatis.* De his conquæritur Dauid Psal. 37. inquires. *Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt: & qui iuxta me erant de longe steterunt.* Quia non erant veri amici, nec me diligebant: sed prosperitatem & bona mea amabant. Ideò & mensæ meæ setij fiebant. Amicus autem verus in tribulationibus & laboribus adest, fauet, & comitatur. Vndè cōmuni Prouerbio dicitur: *Amic⁹ certus in re incerta cernitur.* Talis erat Ionathas filius Saul, vt habetur. 1. Reg. 20. Cuius anima veræ amicitie fœdere conglutinata fuerat animè Dauid. Qui patre persequente & maximas tribulationes in Dauid excitante, nunquā illi defuit: & quòd tribulationes & mala crescebant, & Saul magis eum persequeretur, eò fortius & instantius Ionathas fauebat, ad eò vt patris odiū in se concitauerit. Hic verus & fidelis amicus reputandus est. Sicut enim aurū examinatur & probatur igne: ita amicus tribulatione & labore dice-

Differentia inter verum & falsum amicum.

Ecclesi.

Psal.

Reg.

Amicus in labore probatur.

dicebat Periander, vt refert Diogenes Laërtius. Ecclesiastic. 12. dicitur. *Non agnosceatur in bonis amicus, & nō abscedatur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius. In tristitia & in malitia illius amicus agnitus est. Quo loco per bona & mala, prospera & aduersa intelligenda sunt.*

In bonis, inquit, non agnosceatur amicus, id est, in prosperis. Quia vt quidam Poëta dicit. Tempore scēlici multos numerabis amicos: at tempora si fuerint nubila solus eris. Diuitia namquē, vt testatur Sapiens Prouer. 19. Addunt amicos, a paupere autem ij quos habuit separantur. Et cap. 14. dicit. Proximo suo odiosus est pauper, amici verō diuitum multi. Vndē qui verus amicus est & in labore non se subtrahit, precior multo est thesauro: Vt Sapiens Ecclesiastic. 6. affirmat his verbis. Amicus fidelis protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Quod in textu Græco magis exponitur & amplius ponderatur. Sic enim Græca habent: Amico fideli nulla est permutatio: id est, nihil est tam preciosum pro quo fidelis amicus possit permutari. Vndē Ecclesiastic. 25. dicit Sapiens: Beatus qui inuenit amicum verum. Amici illi Iob in hoc maximē amicitiam suā & fidem erga illum commendarūt, quod tempore tribulationis & afflictionis omnes conuenerunt vt illum consolarentur.

Certē qui tempore tribulationis primus accedit, & lateri viri coniungitur, optimus & verus amicus est. Quod Sapiens Ecclesiast. 6.

testatus est, cum repræhendisset Ecclesi. amicum infidelem, qui se in aduersis subtrahit, ait. *Amicus si permanserit firmus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. Sensus est. Si amicus permanserit firmus & fixus eque tibi adhærens in aduersis atquē in prosperis, habeto eum tanquam tibi parem, (etiam si fortē maior illo sis) & finito vt inter domesticos tuos liberē & fiducialitē versetur tanquam vnus ex illis. Illud enim, in domesticis tuis, nō debet accipi pro negotijs priuatis domus, vt Lyranus hoc loco intelligit: sed pro domesticis & familiaribus hominibus, qui intra domum versantur & negotia tractant. Ponitquē statim aliud signum veræ amicitia, quod quidē ex priori cōsequitur, dicens. Si humiliauerit se cōtra te, & a facie tua abscederit se, vnam habebis amicitia bonam. Quod licet ad fictum & falsum amicum aliqui referre procurēt se submittentem & humiliantem, vt veram amicitiam simulet: tamen communius & magis secū dum literam ad verum amicum referendum est, & sensus erit. Quod præ modestia ille non admodum liberē & confidētē se gesserit erga te, sed potius se humilitē & demissē habuerit contra te, seu coram te, & se non unquā a facie tua subtraxerit, semper eius amicitiam bonam & vnam habebis. Vndē non debes de illius fide diffidere, etiam si non tanta erga te utatur semper libertate, quantum merito veræ amicitia sibi posset usurpare. Imō idē magis eius bonā & vnam amicitia debes recognoscere, quod te reuereatur,*

Ecclesi.

Ouidius,

Prouer.

Prouer.

Ecclesi.

Amico fideli non est comparatio.

Ecclesi.

Quantifaciedus amicus fidelis.

Lyran.

Vera amici-
tia reueren-
tia inter ami-
cos conseruat
& el respecto

Amicitie ob-
iectum perfe-
ctio amici.

Eanfen.

Amicus ve-
rus debet a-
mici unlibere
admonere.

& debita sibi familiaritate nō abu-
tatur. Reprehenditur hoc loco mul-
torū falsa sententia, qui existimant
non esse veram & firmam amicitia-
m illam, quæ reuerentiam & re-
spectum inter amicos conseruat: il-
los solum intimos & fidos amicos
reputant, qui se sine reuerentia ali-
qua tractant, nec debitum sibi inui-
cem honorem deferunt: quos His-
panè *Amigos de pescos* vocamus.
Qui tantum distant à vera amicitia,
quantum à rationis debito: tale-
sq; ferè nunquam fideles sunt.
Vera namquè amicitia non tollit
reuerentiam, imò illam auget. Quia
cum in amico solum respiciat per-
fectionem & excellentiam propter
quam diligi debet: quò maiori dile-
ctione dignū iudicat, eò magis per-
fectum, meliorem, & excellentio-
rem reliquis reputat, & maiori re-
uerentia tractandum. Quare meri-
tò sapiens pro signo veræ amicitie
constituit reuerentiam.

Alium sensum in his duabus sen-
tentijs simul iunctis agnoscit Ianse-
nius in loci istius expositione (qui
maximè amicitie veritatem decla-
rat,) & talis est. Si amicus perman-
serit firmus, ipse certè se geret erga
te tanquam æqualis tibi liberè te
tuosq; domesticos admonens. Hoc
enim est inditium & demonstratio
veri amici. Si autem se non libe-
rè erga te gesserit, sed se in perniti-
em tuam apud te humiliauerit, de-
missè se gerens, vt magis decipiat,
certò scito quòd tempore aduer-
so à facie tua abscondet se, suam-
què operam & consolationem tibi
subtrahet. Itaque eam reputabis a-
micitiam bonam, in qua est vnani-

mitas, idemquè velle & nolle, si-
mulquè libertas in admonendo &
reprehendendo amico.

Verus igitur amicus in tribula-
tione non deficit. Ille autem qui in
laboribus recedit, & post tribula-
tionem apparet ficto animo men-
tiens, & doloris magnitudinem ex
amici calamitate præterdens; quã
quia sustinere nō poterat se subtra-
xit, infidelis & fictus amicus cense-
ndus est: talisquè manifestè conuin-
citur non personam, sed prosperita-
tem dilexisse. Quod Gregor. lib. 7.

Moral. cap. 10. elegantè declarat
inquiens *Cum enim quis positus in pro-
speritate diligitur, incertum valde est
vtrum prosperitas, an persona diligatur.*

*Amisio autem felicitatis interrogat
vim dilectionis. Vnde bene Sapiens Ec-
clesiast. 12. dicit. Non agnoscitur in*

*bonis amicis, & non absconditur in ma-
lis inimicus. Nec prosperitas quippè ami-
cum indicat, nec aduersitas inimicum
celat: quia & ille sepe prosperitatis no-
stræ reuerentia tegitur, & iste ex confi-
dentia aduersitatis aperitur. Vir igitur
iustus in flagellis positus dicat: qui tollis
ab amico suo misericordiam, timorem
Domini derelinquit: quia nimirum qui
ex aduersitate proximum despicit, aper-
tè conuincitur quòd hunc in prosperis
non amauit. Et Augu. lib. 83. quæst.*

*ait. Nihil sic probat amicum sicut oneris
amici supportatio. Et Isidor. lib. 3. de*

*Summo bono inquit. In prosperitate
incerta est amicitia, nec sentitur vtrum
persona, an felicitas diligatur. Et Boëtius.
lib. 3. de consolatione dicit. Quæ
felicitas amicum fecit, infortunium fa-
cit inimicum. Quare optimè Arist. 7.*

*Moral. Eudemiorum tempus, in-
quit, indicare quis sit qui vero*

amore

Qui trasacta
tribulatione
redit a nico
non est.

Grego.

Ecclesi.

Amicus fictus
non personam
sed prosperi-
tatem diligit.

August.

Isidor.

Boëtius.

Aristo.

amore

amore amicum diligit. Amicus nā quē verus personam diligit, non bona. Ideò quomodocumquē res accidant, siuē prosperē, siuē aduersē, & quocumquē tempore siue foelici, siue tristi, amat, & amico adest. Quod Prouer. 17. Sapiens affirmat inquiens. *Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.* Vndē Seneca dicebat. *Amicos secundares optimē parant, aduersa certissimē probant.* Et alius dicebat. *Silicet ut fuluum expectatur in ignibus aurum, tempore sic duro est in spiscrēda fides.* Et Ecclesia st. 6. dicitur. *Est enim amicus secundum tempus suum, id est, eo tempore quo sibi vtile est, & quo ex prosperitate & bonis amici aliquid potest sibi comparare: Et non permanebit in die tribulationis.* Quia huiusmodi sunt sicut locustæ & nonnullæ aues, quæ tempore veris & æstiuo adsunt, frigore verò pelluntur & recedunt. Ita falsi & ficti amici tempore foelici præsto sunt, hyeme tribulationis pelluntur. Et sicut ollæ plenæ melle quā plurimæ muscæ adhærent, nec eas abigere facilē est: quòd si ollam igni apponas, & feruere incipiat, omnes recedunt & fugiunt. Non aliter prosperitatis & abundantia mel quā plurimos attrahit amicos: quòd si igni tribulationis feruere incipiat, & bona deficere, omnes fugiunt & recedunt. Hinc Cicero. 4. lib. ad Herentiu. dicit. *Vt hirundines æstiuo tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt: ita falsi amici sereno vitæ tempore præsto sunt, frigore pulsæ recedunt, simulq; atquē fortunæ hyemem viderint, deuolant omnes.* Et Plutarchu. Opusc. de discret. ad Etam de-

clarans quomodò adulator ab amico discernendus sit, comparat adulatorem & falsum amicum pediculis dicens. *Nam pediculi discedunt à morientibus, & corpora relinquunt simulatquē sanguis extinctus fuerit, quo nutrirī solent: assentatores autem videas nec attingere prorsus res aridas ac frigidās. Nobilibus ac potentibus imminent hisquē aluntur: sed ydem rebus commutatis statim auolāt.* Vndē Iob. cap. 6. dicebat. *Fratres mei pertransierūt me sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Quod ex Hebræo ita verti potest. *Amici mei fefellerunt me, instar torrentis, qui raptim decurrit in conuallibus.* Sicut torrens hyeme impetu magno fertur fluens vehemēti aquarum abūdantia, quandò aqua necessaria non est: Æstate autem, cum aqua desideratur, arefcit, & viatores quandò siti fatigati ad illum accedunt, falluntur aquam nō inuenientes: ita fictus amicus multa promittit tēpore prosperitatis, cum omnia abundant, & ad voluntatem fluunt: adueniente autem aduersitate & calore tribulationis arefcit: & si ad illum in afflictione tua confugas, te fallat, cum subsidium in eo non inuenias. Præterea & alio simili hoc explicatur. Sicut ymbra illum sequitur, qui solis radijs illustratur, sicut autē sol lateat, & radios suos nubibus opertus retrahat, statim fugit ymbra, ac pœnitūs euanescit. Sic fictus amicus illum comitatur, qui opum, aut gratiæ principum splendore illustratur, & in prosperitate existit. Quod si in calamitates incidit, ad paupertatem deuenerit, officijs expoliatus fuerit, à fauore Principis de-

Simile.
Adulator
pauperes fugit,

Iob.

Simile.

Simile.

Prouer.

Senec.

Ecclesi.

Simile.

Simile.

Cicero.

Simile.

Plutar.

ciderit, statim illum deserit, & fugit. Verus autem amicus in tribulatione & laboribus cognoscitur, & amico adest. Hinc Christus Lucae. 22. discipulis suis dicebat. *Vos amici mei estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis.* Ideò & hic Christus Ioannem in tribulatione non deserit, & tempore necessitatis commendat & laudat. Quod veri & fidi amici officium est.

*Differentia
inter amici-
tiam Dei &
hominum.*

Hinc etiam poterimus colligere diuersitatem non modicam, quæ inter Dei amicitiam & mundi versatur. Mundus enim pessimus amicus est, & maximè infidelis, qui nos in labores & misérias pertrahere omni cura studet, & statim deserit, nec etiam clamantibus succurrit, vt 3. Reg. 18. Baal sacerdotibus suis fecit, quos in maxima angustia constitutos, etiam vocatus cum lachrymis & sanguine, omninò deseruit. Quod & Moysen populo in necessitatibus constituto propter suam idololatriam improperebat Deuteronomij, 32. *Vbi sunt dij vestri, in quibus habebatis fiduciam? Surgant & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.* Deus autem optimus amicus est, qui in prosperitate adest, & in tribulatione non deserit, vt ipse Psalm. 90. testatur inquit. *Cum ipso sum in tribulatione eripiam eum & glorificabo eum.* Et Dauid Psalm. 109. dicebat. *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudivit me.*

Reg.

Deute.

Psalm.

Psalm.

XXX. CONSIDERAT.

Laudes Ioannis à Christo propositas prosequitur, & illius dignitatem & excellentiam commendat.

Quid existis in deserto, &c.

HIC iam incipit Christus Ioannis personam commendare, eius eximiam sanctitatem, religionem, & virtutem laudare. Et primò commendat, & demonstrat eius excellentiam ab exitu turbarum in desertum, vt illū saltem possent videre, & illius conspectu aliquo tempore frui, dicens. *Quid existis in deserto videre? Quo sanè Ioannis dignitas satis ostēditur, & virtutis illius magnitudo declaratur.* Quia licet in solitudine, in deserto inter bestias degeret ab omni hominum consortio & cōsuetudine separatus: Adeò eius virtutes splendebant & diuulgabantur, vt vniuersi Israëlitarum ad illum videndum exirent illius fama & sanctitatis opinione commoti. Quod Marcus cap. 1. sui Euangelij ponderat dicens. *Et erat Ioannes in deserto predicans baptismum pœnitentiæ, & exibant ad illum omnes viri Hierosolymita.*

Ioannis dignitas commendatur ex eo quòd homines, ad illum videndum exirent.

Marc.

Certè magna pōderatio est, quæ verbis istis cōtinetur. Poterat enim quis dicere. Quid magnum in Ioannis commendationem adducitur, quòd vulgus imperitum & turbarum multitudo ad illum videndum exiret? Huiusmodi enim hominum genus

genus qualibet re noua etiam minima, & multoties sine causa solo falso rumore commoueri solet. Hoc tollit Marcus dicens. Non solum viles, ignorantes, & de media plebe homines exhibant, sed etiam Hierosolymitæ, apud quos erat scientia legis, inter quos residebant Scribæ, & Pharisei, & inter omnem populum proceres & nobiles erant. Et quod maius est ipsi Scribæ & Pharisei ad Ioannem videndum exhibant. Cum aliquam ciuitatem ingrediens vides populum turmatim exire, omnes ciues commoueri, ad fores ciuitatis accurrere, plateas & vias expectatoribus plenas, intelligis magnum aliquod esse spectaculum, magnamque personam aduenire, ad quam intuendam omnes commouentur. Ita Christus, (vt suam ostenderet dignitatem, vt suam magnitudinem mundo demonstraret, & quis esset aperiret,) tum iam passionis sue tempus instaret Matthæi. 21. ingressurus Hierusalē voluit vniuersam ciuitatem commoueri, & quod omnes exirent à minimo vsque ad maximum, clamantes & dicentes: *Quis est hic?* Magnum quidem & fortissimum argumentum inde desumitur dignitatis & magnitudinis Christi. Cum ergo videas exire vniuersos ciues Hierusalē, etiam proceres & nobiles, depopulari omnes ciuitates, vt Ioannem videant, velut ex vngue leonem coniecta, & Ioannis dignitatem, excellentiam, & sanctitatem inde collige.

Quod in hac re magis ponderandum est, & quod magis eius prodigiosam commendat sanctitatem, il-

lud est, quod Ioannes tunc nulla miracula fecerat, nullum signum operatus fuerat, nec postea diuina disponente sapientia fecit. Quod populi Christum sequerentur, & quod ciuitates dereliquerent, deserta peterent, & sui obliti procederent, vt saltē illum videre possent, non erat mirum. Christus enim mirabilia faciebat, sanabat infirmos, curabat ægros, suscitabat mortuos, & passim innumera miracula, (quæ omnem naturæ vim excedebant, quibus nullus similia fecerat,) operabatur. Quid mirū si talibus, tot, & tam insignibus, & prodigiosis operibus hominum corda commouerentur, & quasi inuicti omnes traherentur? At quod, (cum Ioannes nec infirmum curauerit, nec signum aliquod fecerit, nec virtutem aliquam operatus fuerit, aut miraculū, quo eius persona posset commendari,) ex solo illius aspectu, & apparentia, ex solo sanctitatis eius fulgore totus mundus commoueatur, & ad illum videndum exeat, magna profectō res est. Quod ex eō solum factis intelligitur, quod Christus commendaturus Ioannis personam, inde exordiū sumpsit dicens. *Quid existis in desertum videre?* Quasi diceret. Exitus vester adeo continuus & copiosus Ioannis magnitudinē & dignitatem testatur, neque alia confirmatione, aut laude opus est.

Id etiam considerandum est & maxime ponderandum, (quod Ioannis excellentiam magis declarat) quod si Ioannes noua, grata, & delectabilia hominibus prædicaret, placentia loqueretur, non esset mirandū quod ad illum audiendum & vidē-

Simile:

Matth.

Ioannes nullum miraculum fecit & omnibus admirabilis fuit.

dum homines cōcurrerent. Sed id omnem admirationē excedit, quòd prædicaret baptismum pœnitentię, quòd egredientium ad se mores carperet, & vitam repræhenderet, asperè tractaret, & ad eum videndum exirent. Hoc egregiè & singularis sanctitatis euidens est inditiū.

Virtus & si occultetur latere non potest.

Vndè obiter possumus colligere, quæ sit virtutis natura, conditio & qualitas, quis eius fulgor & splendor. Quæ etiam si magis occultetur, latere non potest: non indiget præconibus, se ipsam manifestat & detegit. Licet homo in montibus viuat, inter bestias commoretur, & in abditissimis speluncis degat, si benè egerit, virtutes illum latere non patientur, illum manifestabunt, & nolentem honorabunt. Ioannes in desertis vivebat, cū nullo hominum colloquebatur, & tamen eius virtutes indè ad eò vociferantur & clamant, vt vniuersi populi ad illum videndum exirēt. Quòd si interrogas, quis illum manifesta-uit? quis opera ei⁹ prædicauit? Quis ad aures hominum detulit? Nullū reperies præter eius sanctitatem, & virtutum splendorem, & animæ lucem, quæ latere non poterant. Sicut lux occultari non valet, & radius solis ac eius splendor detineri non potest: quin statim vt in Oriente apparet totam terram illustret, & sua se luce manifestet: ita iusti opera occulta esse non possunt, se ipsa statim produunt. Quod in Euāgelio Marci insinuatur cū dicitur. *Erat Ioannes in deserto, & exibat ad illum omnis populus.* Ac si dicat. In deserto erat, & ibi latere non poterat. Sicut ignis absconditus esse non po-

Simile.

simile.

test, statim se prodit, & fumum causat, quo detegitur: ita virtus non potest celari, & quo magis tegitur, eò se magis prodit: fumum & flammam mittit, & se diffundit. Christus, vt habetur Marc. 7. latere volebat, & non poterat: quia opera eius illum manifestabāt. Hoc persuadere voluit Christus hominibus Matth. 5. quandò dicit. *Videte ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis.* Quasi dicat: ne curetis nec studeatis, vt homines vos intueantur, & opera vestra conspiciant: sed in abscondito illa facite: quia ipsamet opera se prodent, manifestabunt, & de vobis testimonium perhibebunt. Talis est eorū natura, vt licet in abscondito fiant, occulta manere non possint. Ideò bona opera per oleū significantur in scriptura. Quia sicut oleum omnibus humoribus supernatat, & licet sub omnibus ponatur ascēdit, & statim videtur. Ita bona opera se manifestant, & supèr omnia se ostendunt, & latere non possunt. De quo plura diximus supra cōsideratione decima septima.

Marc.

Matth.

Bona opera quare per oleum significantur.

XXXI. CONSIDERATIO.

Laudat Ioānem à fortitudine constantia & firmitate.

Arundinē vento agita. &c.

IS verbis secundò laudat & commendat Ioannem à constantia, stabilitate, & fortitudine. Non enim est Ioannes arundo, quæ à vento hac illacque facile

facilè impellatur: sed firmissimus mons, quem nec prospera nec aduersa poterunt commutare, & à sententia dimouere. Adeò stabilis est, vt nunquam ad dexteram vel sinistram in via declinauerit: sed semper media & recta inceserit, vt nec in otiosum verbū proruperit. Vt Ecclesia de eo canit: *Antra deserti teneris sub annis Ciuium turmas fugiēs petisti: ne leui saltem maculare vitam famine posses.* Adeò firmus fuit, vt nec laudum aura commotus, nec laborum procella & vineulis fuerit mutatus. Adeò constans, vt animum illius nec honores à Deo auertere, nec ignominiae retrahere potuerint. Adeò est stabilis, vt antequàm nasceretur in utero matris gratia cor eius fuerit stabilitum, & confirmatum. Quid plura de eius firmitate dicam? Vnde Gregor. lib. 9. Epistola. cap. 39. ad Theotist. Patritiā locum istum tractans dicit. *Negatur autem quia Ioannes arundo vento agitata fuerit, quoniam mentis eius fortitudinem nulla humani oris aura flecebat. Nos enim si laudibus erigimur, vituperationibus humiliamur, arundo vento agitata sumus. Vnde quid dicitur: quid existis in desertum videre, arundinem vento agitatam? Per negationem dicitur nō per confirmationem. Magnus igitur Ioannes, quem Christus laudandum suscepit: magna illius constantia, quam Christus per negationem arundinis demonstrauit, dicens. Quid existis videre? arundinem? &c.* Interrogatio negationis vim habet: quasi dicat non est arundo vento agitata: sed arbor firmissima, & nimium frondosa, sub cuius umbra vniuersi poterunt requiescere, & illa protegi & defendi ab

æstu. Quid existis videre arundinē infructuosam? minimè. Arbor est fructifera, plantata secus decursus aquarum, vt dicitur Psal. I. *quæ fructum suum dabit in tempore suo, & folium eius non defluet.* Quinimò folia eius erunt ad sanitatem gentium, vt habetur Apoca. 22. Vis arborem hanc plantatam videre secus decursus aquarum? Aspice circa Iordanē ambulantem, prædicantem, & baptizantem.

Hinc discere poteris qualem Deus seruum requirat & amet, constantem, firmum, & stabilem: qui non sit arundo quæ facilè moueatur, quæ omni vento fauoris vel de tractionis agitetur: sed sicut arbor, quæ altissimas radices misit, & sicut columna firmissimā, immobilis perseueret. Nec similis sit mundanis hominibus, qui per arundinē vacuam & leuem facile què mobilem significantur. Hæc namquè est differentia inter homines mundanos & inter illos qui in Deo sunt solidati, & in propria cognitione profundas miserunt radices. Quod illi sunt veluti arundines inconstantes & mobiles, qui nunc ridet, statim stent: nunc laudant, statim vituperant: nunc amant, statim odijunt: & in continuis sunt mutationibus quocumquè vento etiam minimò agitati, nunquam què in eodem statu permanent. Et sicut mare nunquam in eodem statu permanet, sed continuo crescit & descrecit, & eius facies quocumquè vento mouetur: ita mundi seruientes, nunquam in eodem statu persistunt, iā prosperitate adeò inflantur, vt eorum vultum nullus valeat aspice-

Psalm.
Ioannes arbor est secus decursus aquarum plantata.
Apoca.

Seruos constantes diligit Deus.

Mundani arundines sunt & facile mutantur.

Simile.

Ioannis firmitas in bono commendatur.

Grego.

Interrogatio vim negationis habet.

re: iam quouis labore adeò deprimuntur, vt vix subsistant: & eorum cor facili negotio hac illacque vertitur. Valde inconstantes sunt & mari similes, vt dicit Esai. cap. 57. *Cor impij sicut mare feruens.* Maximè leues sunt, sicut arundines, quæ vento agitantur: & sicut puluis super faciem terræ, qui eò tendit quò à vento impellitur. Sicut Psal. 1. de peccatoribus dicit Dauid. Cum enim iustorum constantiam & fortitudinem explicasset ait: *Non sic impij non sic, sed, tanquàm puluis què proijcit Ventus à facie terræ.* Iusti autem & qui in Deo sunt solidati stabiles, firmi, & immobiles perseverant, semper eodè modo se habent: siue laudes, siue vituperes equali vultu suscipiunt. Si honore afficias, te laudant; si vituperes gratulantur; in prosperis gratias Deo agunt, & in aduersis letantur. Si stat auratenuis quieti viuunt, si turbines & tempestates exurgunt, non moventur. Sèpè eodè modo perseverant. Vnde Sapiens Prouer. 24. inquit, *Vir sapiens fortis est, & doctus robustus & validus:* vt nò facile mutetur. Vtriusque differentiam elegantè declarauit Sapiens Ecclesiastic. 27. inquit. *Homo sensatus in sapiètia manet sicut Sol: nam stultus sicut luna mutatur.* Alij codices habent pro sententia, *sanctum.* Vide differentiam inter sensatum & stultum ex similitudine Solis & Lune. Sol enim omni tempore anni eodè modo manet semper suam lucem in se retinens, & licet locum mutet, figuram, formam, & splendore retinet, semperque conseruat. At Luna continuo mutatur, nunquam in eodem

statu manet, & sicut continuo mouetur, ita continuo crescit & decrescit: & iam plena apparet, iam decrescere videtur: nunc istam figuram, nunc illam ostendit. Ita sensati & iusti homines sunt sicuti Sol, qui in se semper suam lucem & splendorem habent, & licet nubes opponantur, non amittunt. Qui licet locum mutent, nunc in prosperis, nunc in aduersis sint, formam & figuram non mutant, firmi perseverant, & eodè modo se habent. *Stultus vero sicut Luna mutatur,* nunquam in eodem statu perseverat: continuis mutationibus subiectus, iam prosperitate crescit, iam aduersitate minuitur: nunc bonis plenus lucet, nunc malis vacuus & obscurus apparet: modò hilarem faciem ostendit, modò tristem: & sicut res mutantur ita & animus illius continuo mouetur. De quo Esai. 40. dicitur. *Et quidem neque plantato, neque sato, neque radicato in terra trunco eorum. Repente flauit in eos, & aruerunt. Et turbo quasi stipulam auferet eos.* Quem locum exponens Lyran. dicit. Sicut planta non radicata adhuc, nec firmata in terra, à modico vento erradicatur: sic etiam omnes prædicti, scilicet peccatores, quantumcumque magni, ad nutum Dei erradicantur, & tolluntur de vita præsentis. Vnde sensus verborum istorum est. quod adeò facile dissipantur, deiciuntur, moventur, etiam potentes terræ, ac si plantati, sati, & radicati non essent. Et quod quocumque vento & spiritu agitantur, & impelluntur, sicut planta quæ non est sata, nec radicata in terrâ: inconstantiâ & instabilitatem in suo statu etiam prope-

Esai.

Psal.

Iusti constantes sunt, semper eodè modo se habent.

Prouer.

Ecclesi.

Differentia inter prudentem & stultum

Esai.

Lyran.

prospe-

prospero declarat. Simile habetur
 Psalm. 36. cum dicitur. *Vidi impium
 exaltatum & eleuatum sicut cedros Li-
 bani: transiit & ecce non erat: quasi ui-
 cum & non est inuentus locus eius.* Ra-
 tio huius diuersitatis est. Quia iu-
 stus habet firmum fundamentum
 Dei gratiam, (qua cor stabilitur)
 & sui cognitionem: in quibus fir-
 matur. Sicut domus quæ supra pe-
 tram ædificata est firma & fortis
 consistit: homo verò mundanis re-
 bus deditus fundatus est super a-
 quam defluentem, & super arenam
 leuem. Vnde quolibet vento facile
 mouetur. Quod Sapiens Prou. 10.
 elegantèr exposuit dicens. *Quasi tẽ-
 pestas transiens non erit impius, iustus
 autem quasi fundamentum sempiternũ.*
 Cuius sensus est. Quoniã tempe-
 stas violento impetu fertur, subitò
 cedit, nec diũ durare potest. Nec
 etiam improbi viri diũ florent in
 suis vitijs, sed citò tolluntur de me-
 dio, & pereunt. Quod planè docet
 Iob dicens. *Vidi eos qui operantur ini-
 quitatem, & seminant dolores, & me-
 runt eos, flante Deo perijisse, & spiritu
 iræ eius esse consumptos.* Iob. cap. 4. Et
 istam sententiam cõfirmat Dauid
 Psalm. 67. inquit. *Sicut deficit fu-
 mus deficient: sicut fluit cera à facie ig-
 nis: sic pereant peccatores à facie Dei.*
 Vbi subiunctiui deficient & pereant
 pro futuro imperfecto indicatiui
 ponuntur, scilicet, deficient & peri-
 bunt. Et Psalm. 72. quasi admirans
 ob celerem illorum transitum & su-
 bitam mutationem & perditionem
 dicit. *Quomodo facti sunt in desolatio-
 nem, subitò defecerunt, perierunt prop-
 ter iniquitatem suam.* Iustus autè mu-
 ro firmissimo stabilior solidissimũ

est fundamentum & sempiternum,
 semperquè duraturum, quod turbi-
 ne, tempestatibus, procellis, fortis-
 simis ventis, & furiosis imbribus
 agitatum nunquam dimouetur, nũ-
 quam corrui: fundatus enim est su-
 pra firmam petram. Qui sensus con-
 firmatur ex Hebræa lectione, quæ
 sic ad litteram verti potest. *Cum per-
 transit tempestas non manet impius: at
 iustus fundamentum est sæculi.* Quo si-
 gnificatur, impium subitò ruere su-
 peruente tribulatione & tenta-
 tione: iustum autem firmum mane-
 re, vt supra firmam petram solida-
 datum. Vbi Lyrani. istum locum ex-
 ponens, dicit. *Iustus quasi fundamen-
 tum sempiternum:* quia fundatus est
 supra firmam petram, scilicet, Deũ.
 In quibus etiam verbis sapientis a-
 liud maius mysterium ostenditur,
 cum dicitur. *Iustus autem fundamen-
 tum sempiternum,* vel iuxta Hebræa,
fundamentum sæculi, scilicet, quod iu-
 stus est qui mundum & sæculũ fir-
 mat, in quo stabilitur, & propter
 quem conseruatur, ne pereat. De
 quo alias plura dicemus. Sicut igitur
 videmus quod turris, quæ supra
 petram fundata est, non mouetur
 etiam si fortissimis ventis concutia-
 tur: nauis verò etiam magna, & for-
 tes habens anchoras, nũquam quie-
 ta manet, semper mouetur. Quia in
 transeunte aqua posita est. Ita sen-
 satus homo & iustus, (cum supra pe-
 tram fundatus sit) non mouetur: im-
 pius & stultus, (cũ in aquis degat,)
 semper agitur nec quiescere po-
 test. Ideò Christus Matth. 7. consi-
 lit, vt similes simus viro prudenti, qui
 edificauit domum suam supra petram.
 De quo Ecclesiast. 15. dicitur: &

Psalm.

Prouer.

Iob.
Psalm.

Subiunctiuus
pro indicati-
uo ponitur.
Psalm.

Lyrani.

Iusti sunt fun-
damentũ mũ-
di quibus sta-
bilitur et con-
seruatur.

Simile.

Matth.

Ecclesi.
firma.

firmabitur in illo, scilicet, in Christo, & non flectetur. & continebit illum, scilicet, Christus, & non confundetur. Ab ista constantia laudantur iusti. *2. Reg. 14. de David dicitur. Sic est Dominus meus rex sicut Angelus Domini, qui nec maledictione nec benedictione mutatur.* Similes sunt iusti auro, quod in aquam coniectū non amittit colorem, nec precium suum: & si in ignem proiciatur purius redditur, & splendidius egreditur. Contra verò impius similis est luto, quod in aqua prosperitatis dissolvitur, & in igne tribulationis induratur. Iōānes igitur ab ista constantia & stabilitate laudatur a Christo, dum dicit. *Quid existis videre arundinem vento agitatum?*

Hinc etiam colligere poterimus, quam necessaria sit homini constantia, in operibus & factis suis firmitas & stabilitas: quæ est firmitudo quædam animi in proposito eodē modo semper perseverans. Et licet multoties constantia cum perseverantia confundatur, tamen differunt. Quod perseverantia opus respicit, constantia verò propositum. Unde Philosophi dicunt, constantiam esse stabilem & perpetuam permanentionem in ratione benè considerata. Hæc maximè necessaria est viro. & inconstantia & instabilitas, quæ illi opponitur, maximè indigna est viro. Ideoq; summe detestanda. Quia nihil vilius homini accidere potest, quam inconstantia in suis factis & dictis notari: quæ est puerorum proprium vitium. Homo stabilis, firmus, & constans esse debet, & quod semel decrevit, vel proposuit, semper tenere. Hinc scriptu

ra nos frequentissimè ad constantiam adhortatur, ut pote maximè necessariam. Paulus. *1. Corint. 13. dicit. Stabiles estote, & immobiles, abstantes in omni opere bono.* Et. *1. The-salo. 2. ait. Ne cito moveamini à vestro sensu.* Homo cordatus antequam re proponat, promittat, vel aggrediat, illam diligentè inspiciat, consideret, evoluat, consulat, postquam autem decreverit, constans sit, nec facile à suo sensu moveatur. Contrarium namquè puerorum est, qui modò hoc, modò illud affirmant, & omni vento facile permutantur. Unde Paulus ad Ephes. 4. dicit: *Quod Christus in Ecclesia sua dedit doctores & pastores & alia ministeria in consummationem corporis Christi, ut omnes occurramus ei in virum perfectum.* Et addit: *Ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae.* In hoc differentiam inter virum perfectum & paruulum statuit, quod paruulus fluctuat nunquam in eodem sensu perseverans, & omni vento doctrinae movetur: Vir autem in eo quod semel apprehendit firmus & constans esse debet. Et Sapiens Ecclesiast. 5. dicit. *Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.* Cum autè isto loco prohibet ventilare se in omnem ventum similitudine ducta ab area, quæ ventilando expurgatur, & ambulare in omnem viam, pulchra metaphora prohibet inconstantiam & leuitatem, quæ quis cuius occasione oblata leuiter se accommodat nunc vnum nunc aliud sentiens, dicens, eligens, & amplectens.

Et quod

Iusti laudantur à constantia in diversitate rerum.

Reg.

Similic.

Constantia animi in rebus homini maximè necessaria.

Constantia Quid sit.

Corinth. Thessal.

Inconstantia in dictis vel factis puerorum vitiosum est

Ephes.

Ecclesi.

Et quod sequitur. Sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua: sic ego intelligendum existimo: quod priori sententiæ opponatur, & per peccatorem hominem stultum & insipientem intelligat: per duplicem autem linguam inconstantiam significet, qua modo hoc, modo illud affirmat. Tales maxima cum proprietate Hispano sermone appellamus, *Veletas*, quæ omni vento mouetur. Vnde statim subiungit sapiens. *Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia.* Pro quo Græca sic habent. *Sis firmus in sententia tua certa, & vnus sit sermo tuus: & prosequetur te verbum pacis, & iustitia.* Contra varietatem ac leuitatem iudicii & sermonis, (quam præcedenti sententia repræhenderat,) requirit constantiam & firmitudinē: primum quidem mentis, deinde vero orationis, & verborum, & operum. Nec ab hoc dissentit nostra lectio dicēs. *Esto firmus in via Domini.* Hoc enim primum principium est & fundamentum, vnde constantia oritur. Quod ad Hebræ. 13. Paulus astruxerat dicens: *Optimum est gratia stabilire cor.* & statim sequitur. *Esto firmus in veritate sensus tui & scientia,* id est, in vera animi tui sententia. Deinde, *Prosequatur te verbum pacis & iustitia:* vt verba tua vniformia sint, & in verbis, sicut in proposito, constans & firmus existas. Homo enim inconstans odibilis est Deo & hominibus, nec cū eo loqui auge negotiari potest: cum nec eius affirmationi nec eius negationi possit stari: fide caret, quæ ad negotiationes maximè necessaria est, & quæ sic à Cicerone definitur: est

dictorum conuentorum constantia & veritas.

XXXII. CONSIDERATIO.

Quod carnales homines arundines sint facile mobiles, & quod sola virtus firmos & stabiles reddat.

Arundinē vëto agitātā, &c.

RER arundinem significari dicunt hominem carnalem, qui omnino vacuus est, & nullam veræ soliditatis habet firmitatem: ideoque facile quocumque desiderio aut carnali affectu sicut arundo inflectitur. Quod Chrysosto. Hom. 27. oper. imperf. in Matth. annotauit dicens. *Calamus est vacuus, & nullam habet virtutem: & ideo qualisuis ventus flauerit super eum, huc & illuc flectit illum: sic & homo carnalis & secularis, in quo fidei nulla est medulla, & virtus veritatis non inuenitur in eo, qualiscumque tentatio venerit super eum curuat eum.* Nam Deus volens ostendere Iob. cap. 40. in quibus hominibus diabolus requiescit, introducit draconem in figura diaboli, & cum multa dixisset de eo, inter cætera ait: *Secus calammum & papyrus requiescit.* Calamus enim est vacuus, papyrus autem nimium leuis & mollis. Sic omnis homo carnalis, vacuus in fide, & leuis in sensu, & mollis in passionibus, calamus est, & papyrus. Et Gregor. Homi. 6. in Euangelia ait. *Quid per arundinem nisi carnalis animus designatur,*

Hebræ.

Cicero.

Chrysost.

Iob.

Grego.

Carnales ho-
mines arundi-
nes sunt faci-
leque in om-
nem partem
mouentur.
simile.

*signatur, qui mox vt fauore vel detra-
ctione tangitur, statim in partem qua-
libet inclinatur?* Igitur per arundinē
carnalium hominum conditio desi-
gnatur, qui vacui sunt, & adeò le-
ues & instabiles, vt facili negotio
instar arundinum versus omnē par-
tem moueantur. Similes sunt fo-
lijs super aquam positis, quę modò
versus hęc, modò versus illam par-
tem mouentur, iuxta dispositionē
ventus. Quod sanè ex eo prouenit,
quòd leuia sunt, nec pondus habēt,
quo subsistere possint, & aurę resi-
stere. Contra verò plumbum vel
ferum, etiam si fortissimus aëer in-
fuset, de loco suo dimoueri non po-
test: quoniam suo pondere fixū ma-
net, & in eodem loco perseuerat.
Non aliter homo mundanis rebus
deditus, quia pondus non habet, fa-
cilè mouetur, nunquam quiescit:
iustus autem, quia gratiæ pondere
stabilitus est, statim sedet, nec faci-
lè mouetur.

Amor terre-
norum homi-
nem vacuum
reddit.

Huius ratio est: quia amor terre-
norum facit hominem vacuum, va-
num & leuem: & ex cōsequenti fa-
cilè mobilem. Amor namquē vim
habet trāsformatiuam, vt Philoso-
phi dicunt, & amantem in rem a-
matam conuertit, & illi similem fa-
cit. Cum ergo omnia quę in mun-
do sunt, terrena cuncta, (licet soli-
da videātur) vacua sint, & nihil præ-
ter figurā habeant, vt Sapiēs Eccle-
siaste. 1. testatur dicēs: *Vidi cūcta quę
sunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas
vanos homines faciunt.* Vndè David
Psalm. 4. homines grauitèr repræhē-
dit, eò quod diuinis rebus derelictis
istā sequatur, inquiens. *Filij hominū
vsque quo graui corde, vt qui diligitis va-*

Ecclesi.

Psalm.

nitatem, & queritis mendacium? Res
mundanas vanitatem vocat & men-
daciū. Quod vt magis intelliga-
tur aduerte, quòd rem vanā vocat
David mendaciū, eò quod men-
titur spei, & fallit hominem. Fran-
git quis nucem nucleum inuenire
procurans, at cum vanam reperit,
dicit: *mentita est mihi, sefellit me:*
quia non respondit spei. Ita David
dicit. *Vt quid diligitis vanitatem?* Id
est, res istas quę vanę sunt. Et quia
dicere poterat aliquis, non ita appa-
rent: sed pulchrę & delectabiles:
hęc remouens existimationem ad-
dit. *Et queritis mendaciū?* Ac si di-
cat, vniuersa hęc mendacia sunt, &
cum accesseritis & cōfregieritis vo-
bis mentientur, vos fallent. Accedi-
te, & quę pulchra, delectabilia, &
solida apparent, tangite, gustate, &
mentientur vobis. Cum ergò vana
diligant homines mundani, vani
sunt. Sicut Hieremia. cap. 2. testa-
tur, *Patres vestri (dicens) vni facti
sunt, sicut ea quę dilexerunt.* Hoc ex-
perientia comprobatur, & quotidia-
nus vsus declarat. Quam vani sunt
qui toto tempore vitę in delitijs vi-
xerunt diuitias quęrentes, & bona
temporalia procurantes, & in tem-
pore necessitatis, in tempore recessus,
& hora mortis, (quando rerum
substantia detegitur) se vacuos re-
pererunt. Sicut contigit virginibus
illis fatuis Matth. 25. quę quandò
sponsus venit lampades suas extrin-
ctas, & se vacuas & sine oleo repe-
rerunt. Quod non præsenferāt do-
nec dormitauerunt & dormierunt, &
clamor factus est, ecce sponsus venit.
Id etiam David Psalm. 75. de diui-
tibus huius mundi loquens dicit.

Res mundi-
ne vanitas et
mendaciū.

Hieremi.

Matth.

Psalm.

Dormie-

Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

Iustus vero virtute, quæ verum bonum est, solidatur, & gratia stabilitur, vt Paulus ad Hebræo. 13. dicit: *Bonū est gratiā stabilire cor.* Quia iste est proprius gratiæ effectus cor solidū reddere, hominē firmare, ita vt nihil in hoc mundo illum valeat commouere. Petrā durissimā & fortissimam facit, contra quam mundanarū rerum, imō & diaboli ictus non valeant: tantum abest, vt quolibet vento agiteretur & circūferatur. Petro, (quē gratia Spiritus sancti & supernum lumen illustrauerat) dicit Christus Matt. 16. *Tu es Petrus, & super hanc petram, id est, super hanc stabilitatē & firmitatem fidei tuæ, edificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam.* Hanc iusti firmitatem hanc cōstāciam declarat Amos cap. 7. Vbi enim nos habemus, *Ecce Dominus stans super murum litum, & in manu eius trulla cementarij.* Verti potest ex Hebræo, & ita transtulerunt Septuaginta: *& in manu eius Adamas.* Vbi *adamas* in singulari positum est pro numero plurali, vt Hieron. lib. 2. aduersus Iouinia. & August. lib. 5. de Genesi ad literam, cap. 10. & in expositione Psal. 108. aduertunt. Per adamantem virum iustū significari in Scriptura cōpertum est, eiusquē constantiam & firmitatem. Quam nec cruciatus, nec cōrumeliæ, nec calamitates, nec carceres, nec verbera, nec exilia, nec mors, nec aliquid eorū quæ in mundo sunt, potest confringere. Hæc enim lapidis hui⁹ proprietates est, vt

durities eius inuincibilis omninō sit. Quod annotauit Hieron. in c. 7. Hiero-
Zacharię dicēs. *Adamas lapis fortissimus adeo durus est, vt omnia metalla cōfringatur, & ipse non confringatur ab ullo, vnde à Grecis adamas, hoc est, indomabilis dicitur.* Et in hoc cap. Amos transfert verba Xenophratis dicentis. *Adamas sui nominis lapis est, quem Latine indomitum possumus appellare, quod nulli cedat materiæ, nec ferro quidem. Nam si ponatur super incudem & graui ictu feriatur mallei, Antea incus & malleus vulnus accipiunt, quam adamas conteratur.* Et paulō post: *Hic lapis durissimus & indomabilis solū cruore hircorum dissoluitur.* Et Plinius lib. 37. natur. histo. cap. 4. dicit. *Incudibus adamantes depræhenduntur ita respuentes ictum, vt ferrum vtrinq; dissul-
tet, incude sq; etiam ipsæ desiliant. Quippe duritia inenarrabilis est, simulq; ignium victrix natura, & nunquā incalescens.* Vnde & nomen indomita vis Greca interpretatione accepit. Vnde Pyerius Valerius in suis Hieroglyphicis, lib. 41. c. de Adaman. dicit. Nō temerē scilicet, adamantem pro fortitudine proponi, cui robur indomitum, visquē insuperabilis nomē meritō fecisset, quippē, qui limæ, scalpro, & malleo, duritia inenarrabili resistat: quodquē omnium maximē admirandum est, contra etiam ignis violentiam incolumis lapillus euadat, nequē calore quidem admisso: vnde Græci ex ipso nomine à se imposito, gemmam indomitam intelligi voluere. Per hanc verō ea fortitudinis virtus ostentatur, qua quis ea quæ aduersa acciderint ferendo peruincat, secūdis nihil quidquā immutetur, atq;

S vt apud

Hebræ.

Gratiæ effectus est cor stabilire & firmare.

Matt.

Amos.

Hieron. August.

Adamas iustū significat.

Adamas inuincibilis,

Plinius.

Pyerius.

Adamas fortitudinis signum.

Horat.

vt apud Horatium est, rebus angustis animosus atq; fortis appareat, idemquē vento secundissimo turgentia vella contrahere sapientia duce didicerit. Vbi etiam mysterium aperit, quomodo gētes in insi delitate durissimas, quas ferrum Romanæ potentiaē vincere non potuit, sanguis agni immaculati Christi Iesu superauerit.

Merito igitur iusti & eorum constantia & firmitas per adamantem significatur, quos nulla laborū potentia, nec ignis tribulationum, nec ferrum tormentorum domare potuit, vt à sententia, quam semel conceperant, dimouerētur. Id Martyrum copiosus exercitus, id Apostolorum chorus, id innumerabilis Sanctorum multitudo testatur. Vndē Paulus istam adamantinam pectoris sui fortitudinem declarās ad Romanos dicit. *Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius? Quasi dicat, nihil horum sufficiens erit. Et statim. Certus sum, quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neque profundū, neq; creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu.*

Sed vndē visis pijs tanta proueniat fortitudo, exponit Amos cum dicit. *Et adamas in manu eius.* Ex eo certē procedit, quia Deus in manu sua tenet eos protegens, defendens, fortificans, consolidans: ita vt nihil illis possit nocere, nihil illos à Deo possit dimouere, & de manu eius extrahere. Ideò Sapiē. 3.

dicitur. *Iustorum anima in manu Dei sunt, & ideo non tanget illos tormentum mortis.* Id est, tormentum quod ad mortem trahat & à Deo separet. Quod declarat dicens. *Visi sunt oculis insipientium mori, in laboribus & calamitatibus positi: Illi autem sunt in pace: quia sunt in manu Domini.* Et Apoca. 1. Ioannes ait de Christo, quod habebat in manu sua stellas septem, quibus iustorum vniuersitas significatur. Et Ioā. 10 ipse Christus ait. *Et non rapiet eos quisquam de manu mea.* Hinc manat firma, perpetua, inuincibilis iustorum constantia, nulla vi cruciatuū labefactata, aut conuulsa, qua illi sunt præditi, qui similes adamantibus in manu Domini sunt. Vndē David. Psalm. 72. dicebat. *Mihi qui dem adherere Deo bonum est.* Quia licet ex me, & ex proprijs, arūdo simile facile mobilis, ex eo quod in manu Dei sum, & illi adhæreo, fortissima turris efficiat, & nullo impetu moueri potero. Sicut arundo per se ipsam facile mobilis est, & quocumq; vento agitabilis: At si colūne ligata fuerit ventis etiam fortissimis resistit. Sic iustus ex eo quod Deo adheret, & in manu ei⁹ est, fortissimus redditur, & ex arūdine colūna fit, & fortissimis tribulationū procellis resistit. Ad quod respexit se videtur Sapiens Eccles. 15. de iusto dicens. *Et firmabitur in illo, scilicet, Christo, & non flectetur: & continebit illum, puta, Christus, & non confundetur, & exaltabit illum apud proximos suos.* Quod si hæc quæ dicimus experientia comprobare yelli mus, & differentiam istam inter virū iustum, & iniustū percipere, con-

Sapien.

Apoca.

Psalm.

Simile.

Roma

fidere-

fiderem^r quod res vacua statim ac
 rāgitur sonitū edat, atque solida est,
 etiā si percutiatur nō sonat. Vitruū,
 metallum, & aliud quoduis vas tan
 ge, & hoc videbis. Hinc ad homi
 nes tranſi, tange, re, opere, vel ver
 bo, mundanū hominē, & videbis,
 quem sonitum edat, quomodo sta
 tim clamet de Deo & hominibus
 cōqueratur, suā sortem deploret, ni
 hil ferre & sustinere valeat, vnico
 tantum verbo tactus infletur, & ig
 nem præ ira spiret. Ecce quam va
 cuus sit sonitus demōstrat. Contra
 verò etiā si fortiter iustum tangas
 diuitias subtrahendo, ignominias
 inferendo non sonat, non irascitur,
 patienter sustinet, mansuete respō
 det, non reddit malum pro malo,
 sed procurat vincere in bono ma
 lū, quia spiritu Dei, & gratia plen^o
 existit. Christus in passione sua cū
 malediceretur, non maledicebat,
 cum percuteretur non responde
 bat, nec aperiebat os suum. Sicut ag
 nus, vt dicit Esai. cap. 53. *coram ton
 dente se obmutescet.* Non reddebat
 malum pro malo, sed pro persecu
 toribus orabat, vt dicit Petrus.
 1. Canon. cap. 2. Præterea & hoc
 magis ad nostrum propositum fa
 cit, Res quæ vacua est, intus cum ni
 hil habeat, statim ac tangitur etiā
 sine ictu sola manuum cōrectatio
 ne frangitur, quæ verò solida est, re
 sistit & etiā ictibus confringi non
 potest, ita mundanus cum vacuus
 sit, etiā sine ictu confringitur, so
 la specie laboris & mali perterri
 tus, vt Prou. 18. Sapiēs dicit. *Fugit
 impi^o nemine persequēte.* Cōtra vero
 iustus nec laboribus frāgitur. Ideò
 meritò per Adamantē significatur.

Esai.

Petr.

Prou.

XXXIII. CONSIDERATIO.

Mūdana omnia vacua
 esse arundines sine substantia,
 ideoquē non possunt replere
 hominis desiderium nec
 famem tollere.

Arundinē v̄eto agitā, &c.

AR arundinē mundana
 omnia, diuitias, honores,
 fauorem, principum gra
 tiā, detritias & voluptates, & homi
 nes rebus istis innitentes, & in illis
 confidentes significari, Sancti Pa
 tres testantur. Quia sicut arundo fo
 ris viridis apparet & foliorum extē
 sione delectat, intus autem vacua
 est, nec sibi innitentem potest susti
 nere: sed pondere innitentis frangi
 tur, & quem sustinere debebat sua
 fragilitate deturbat. Ita mundana
 omnia foris in specie & facie præcla
 ra videntur, pulchra nimis, & aspe
 ctu delectabilia: diuitiæ, honores, fa
 uores, voluptates, gaudia, aspectu
 demulcent & delectāt, intus autem
 vacua sunt: & quæ preciosiora, pul
 chriora, & ditiora mundus pollice
 tur, baculus arūdineus sunt. Quo si
 inniti vellis, confringetur, & deci
 des, ac in terrā corruēs miserijs &
 & calamitatibus oppressus. Nec
 opus est lōgius procedere, vt huius
 rei viuā exempla capiamus: ipsi in
 nobis & propinquis nostris quoti
 diē experimur. Quot homines, si at
 tendas, videre poteris, qui honore
 aucti, diuitijs ellati, fauore princi
 pū potentes, his rebus & earū aspe
 ctu delusi gloriabuntur alios contē
 nentes, se securos & foelices repu
 tantes:

Mundana o
 mnia arundi
 nes sunt quo
 sibi innitētes
 fallunt.

tantes: quando inniti super his rebus voluerunt tentatione aut labore occurrere, & in illis fiduciam suam firmare contracto baculo arundineo, deficientibus honore, diuitijs & fauore, misere corruerunt. *Vidit impium eleuatum & exaltatum*, dicit David, Psal. 36. *sicut cedros Libani*. Gloriar magnitudinē, & exaltationis culmen eximium per cedros Libani, (quæ inter omnes maximè proceræ sunt, & quasi cōtingere cælum præ altitudine videntur, Tum ob loci altitudinem, tum ob earum proceritatem) significat. Sed statim audi calum. *Transiui & ecce non erat: quæsiui eum, & non est inuentus locus eius*. Vides, quomodo qui capite cælum contingere videbatur innixus baculo arundineo diuitiarum, fauoris, & potentiar, contracto baculo corruerit, & in nihilum redactus fuerit, ita vt locus eius nō videatur amplius. Quod satis aperte demonstratum cernimus Daniel. cap. 2. in Statua illa, quam Nabuchodonosor in somnijs vidit, magnā, & proceram, atq; sublimem, cuius caput ex auro optimo erat, pectus & brachia de argento, venter & foemota ex ære, tibiæ ferreæ, pedū autem vltima pars erat fictilis. Hac statua mundi gloriā, potentiam, diuitias, & regna significari dicit Propheta. Quæ omnia, (quia fictili fundamento innituntur, & suo pōdere illud dissoluant,) facillè corruunt, & dissipantur, & ita conteruntur ferrum, testa, argenteum, æs, & aurum, vt reducatur in fauillam, quæ vento rapitur, nullusquè locus eorum amplius inueniatur. Vndè etiā Psal. 51. de maiorum & mundanorum hominum

instabili confidētia & vana loquētia David, & quomodo diū subsistere non vāleant, dicit. *Videbunt iusti & timebunt, & super eum videbunt, & dicent: ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum: sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & preualuit in vanitate sua*. Sensus est. *Videbunt iusti & timebunt*, id est, boni & simplices, (quorum oppressione & malo nūc gaudes & oblectaris, quos tu nunc contemnis, cum ita te viderint diuina ultione punitum, vt Deus te destruxerit, & euulserit te, & emigrare te fecerit de tabernaculo tuo, & vsque ad radicem tuam de terra extraxerit,) mirabuntur, & intra se diuinam reuerentiam reuerbuntur, adorabunt, & timentes prædicabunt: & super te ridebunt applaudētes & confirmantes diuinam iustitiam, & de sua deliberatione maximè gloriantes. *Et dicent*, id est, tibi exprobando affirmabunt. *Ecce homo, qui non posuit Deum adiutorem suum*. Id est, ecce quomodo deiectus, humiliatus, atq; prostratus est homo iste, qui Deum non habuit præ oculis, qui fidem & spem suam in Deo noluit collocare: *Sed sperauit in multitudine diuitiarū suarum*, hoc est, timore & fiducia in Deum postpositis spem habuit in abundantia potentiar atque substantiar suar, & in multis diuitijs suis, quibus innixus putabat & ceterò credebat omnia quæ occurrerēt se superare posse, ac facillè vincere. *Et preualuit in vanitate sua*. Id est, & potens fuit, & preualuit ad bonorū oppressiōnem, & perficiendam impietatem in superbia & vanitate diuitiarum suarum. *Ecce*, inquit iusti, quomodo nunc proiectus

Psalms.

Mundanarū
rerum incon
stantis.
Danic.

Psalms.

proiectus est, quomodo humiliatus & miser factus? Qui nos aliquando in derisum habuit & in similitudinem improperij, quomodo nūc ad nihilum redactus est, & locus eius non apparet, quomodo inter filios mortis, & inter dæmones computatus est? Vides quam vana & instabilis sit mundanorum & malorum in his rebus confidentia?

Quod magis cōfirmari & explicari potest, si locum istum profundius consideremus, præcipuè vltima eius verba. Vbi enim nos habemus, *Et præualuit in vanitate sua*, verti potest ex Hebræo: *Et innixus est in vanitate sua*, vt paraphrasis Chaldaica transfert. Ita vt verba ista sint veluti explicatio præcedentium verborum, *Sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & innixus est in vanitate sua*. Ac si dicat. His se tutum, securum, & firmum, his se potentem reputauit: his se voti compotem euasurum credidit: sed *innixus est in vanitate sua*. Qui autè vano innititur fundamento, quandò se putat stare, decidit & misere corruit. Vndè Sapiens Prouer. 11. dicit. *Qui cōfidit in diuitijs suis corruet*. Docet quod non in diuitijs, potentia, humano fauore, & mundanis rebus, (quæ omnia diuitiarū nomine isto loco cōprehenduntur) sed in virtute, in Deo nobis sit fidendum, innitendum, & sperandum. Hæc namq; permanēt, firma sunt, & altas habent radices: mundana omnia nihil fortitudinis, nihil constantiæ & solidi habent. Vndè Paulus. 1. ad Timo. 6. dicit. *Diuitibus huius seculi præcipe, non sperare in incerto diuitiarum*. Quid incertius diuitijs? Quid fallacius? Quid

vanius? Quam fallacia, vt Matt. 13. Christus testatur, suffocat verbum Dei. Et Sapiens. Ecclesiast. 2. dicit. *Coacernauit mihi argentum, & aurum, & substantias regum, & pronintiarum: feci mihi cantores & cætarices, & delicias filiorū hominum: supergressus sum oppibus omnes qui ante me fuerunt, omnia quæ desiderauerūt oculi mei non negaui eis*. Et longissimè prosequitur foelicitatem suam describēs, & ait. *Et hanc ratus sum partem meam, si viderer labore meo*. Id est, hanc existimaui foelicissimam sortem, mihi sufficientem, & in qua nihil mihi super esset desiderandum. Sed audi quid dicat. *Cumquæ me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerāt manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudaueram: vidi in omnibus vanitatem, & afflictionē animi: & nihil permanere sub sole*. Ecce quod Dauid dicit, *Et innixus est in vanitate sua*. Et huic sensui satis fauent verba vulgatæ nostræ editionis, *præualuit in vanitate sua*. Si hoc præteritum *præualuit* explicemus & accipiamus, non pro obtinuit & consequutus est, (vt communiter exponunt:) sed pro præualere posse existimauit vanitate, superbia, & ambitione diuitiarum suarum.

Talis fuit diues ille, qui Lucæ. 12. in diuitijs suis gloriabatur, & dicebat. Quid faciam, quia non habeo quo cōgregem fructus meos? *Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare*. Vides sperantem & confidentem in multitudine diuitiarum suarum, & præualere se posse credentem? Audi etiam quid Dominus ei dicat: *Stulte hac nocte*

Instabilitas rerum humanarum amplius explicatur.
Chaldaei.

Prouer.

Timoth. Diuitiarū incertitudo & fallacia.

Lucæ.

nō esse animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt? Ecce vanitatem, & quomodo citò dispareat. Vnde concludit Dominus. Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deū dices. Talis etiam fuit ille, qui Luca. 16. induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide, nec de pauperibus curabat: & tandem sepultus est in inferno. Arū dines sunt vniuersa hæc.

Et licet in omnibus mundanis rebus, sicut hætenus ostendimus, verum sit, quod arundini comparētur: potissimū de principum fauore, & de hominibus qui illo innixi instantur, & Dei obliuiscuntur, intelligendum venit. Qui propriè arū dines dicuntur, & arundinibus inniti. Qui enim gloria, potentia, principis fauore, & populi aura elati sunt, sicut arundines virent, & amplis folijs dilatatis sibi & alijs securitatem & protectionis vmbra promittunt: sed arū dines vmbra est: & hominum, etiam potentissimorum, regum, & principum fauor bachulus arundineus, qui eo tempore, quo super illum inniti tentas, deficit, & te delusum & risui omnium expositum derelinquit: quare non est illi fidendum. Quod Esai. 36. eleganter expressit sub ista similitudine Rapsaces loquens de cōfidentia, quam Ezechias & populus Israēl in Ægypto habebant, dicens: *Quæ est ista fiducia qua confidis, aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? Super quem habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce confidis super bachulū arundineum confractum istum, super Ægyptū, cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit*

eam? Sic Pharaō Rex Ægypti omnibus qui confidunt in eo. Conditionem fauorishumani exponit similitudine satis apta, non solum arū dines, quæ vacua est: sed & arundinis confractæ, quæ omninō inutilis est, & ex qua nihil commodi, sed multum damni potest ellici. Quia cum inniti volueris ei, confringetur, & manum tuam perforabit. Ita & humanus fauor tantum abest vt proffit, quòd de se confidentibus multum nocere solet. Vnde Hierem. 17. dicitur. *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum.* Vbi maximè ponderandā sunt verba ista, *Et ponit carnem brachium suū.* Brachia enim tota carnea nulli vsui esse possunt, prorsus inutilia sunt: brachia namquæ ossibus subsistunt, nervis ligantur & moventur, hæc carnis fulcimēta sunt, sine quibus subsistere non posset, nec opus aliquod exequi. Si totum esset carneum statim decideret, & operi ineptū esset. Inutilitatem ergò & vanitatem humani fauoris optimè declarat dicens, omnes homines esse brachia carnea & bachulos arundineos.

Itaque vt ad propositum redeamus, arundineus bachulus fallax auxilium & deficientem declarat. Idè apud Ezechie. cap. 29. Pharaoni Regi Ægypti, (quia suis promissis falsis deceperat populum Israēl,) dicit Dominus. *Ecce ego ad te Pharaō Rex Ægypti draco magne, &c.* Vbi quæ facturus est illi declarat sub similitudine draconis, & reddens rationem, quare ista facturus sit, dicit. *Pro eo quod fuisti bachulus arundineus domui Israel, quando apprehende-*

Hierem.

Bachus arū
dineus fallax
auxilium.
Ezechie.

runt

Luca.

Fauor principum arundo
vana est innitentem fallit.

Esai.

runt te manu: & confractus es, & lae-
tasti omnem humerum eorum: & inni-
rentibus eis super te comminutus es, &
dissoluisti omnes renes eorum. Dicitur
 Pharao *bachus*: Quia securitatem,
 defensionem, & auxilium suo fauo
 re promittebat: *arundineus* verò &
confractus. Quia tempore necessita-
 tis & exhibitionis defecit, & illos
 fefellit. Qui ergò super arundinem
 innititur, quod sibi euenerit sumat.
 Qui in homine (etiã si princeps sit
 potentissimus) confidit, quod sibi
 acciderit ferat. Hoc intelligens Da-
 uid Psal. 145. dicebat. *Nolite confide-*
re in principibus: in filijs hominũ in qui-
bus non est salus. Exhibet spiritus eius &
reuertetur in terrã suam: in illa die peri-
bunt omnes cogitationes eorum. Vbi
 pulchrè monet & demonstrat & ef-
 ficaciter persuadet, non esse sp̃e &
 fiduciam constituendam in homini-
 bus præcellentibus & potētibus hu-
 ius sæculi, nec vniuersaliter in ali-
 quo filiorum hominum, in quibus
 non est salus, nec potestatem habēt
 se & alios saluandi. Cum enim hæc
 dixisset causam subiungit his ver-
 bis: *Exhibet spiritus, &c.* Causa autē
 ob quam non potest esse salus in fi-
 lijs hominum, atquē adeò vanum
 sit illam ab eis sperare, (quæ in il-
 lorum facultate & possibilitate nõ
 est,) ea existit. *Quia exhibet spiritus*
eius, &c. Id est, mortalis est & cor-
 ruptibilis, & sicut cæteri homines
 in puluerem, vndè sumptus est, re-
 uertetur, & subito illum mors inua-
 det, & tunc deficiente illo omnes
 cogitationes eorum, qui in illo con-
 fidebant, dissipabuntur. Hoc Esai.
 c. 40. ostendere volens & inconstan-
 tiam humanæ glorię dicit. *Omnis ca-*

ro scenum, & omnis gloria eius sicut flos
agri, exsiccatum est scenũ & cecidit flos,
quia spiritus Domini insuflauit in illud.
 Carnem seu hominem, (quem hoc
 nomine vocat vt fragilitatem & in-
 constantiam eius demonstrat) com-
 parat sceno, quod hodiè est & cras
 in clibanum mittitur. Et gloriam
 eius flos agri, qui facilè decidit,
 & quolibet vento adurit, vt tam
 hominis in quo confidimus, quam
 rerum mundanarum in quibus spe-
 ramus, inconstantiam declaret. Sũt
 enim omnia *bachus* arundineus,
 & vt aptius dicamus, multò fragi-
 liora & debiliora illo. Sunt enim
 quasi flores agri, qui ea facilitate
 qua oriuntur, corruunt & in nihi-
 lum rediguntur. Quid enim sunt di-
 uitia? Quid honores? Quid potentia?
 Quid fauor & gloria humana?
 nisi flores quidam, quos leuis flatus
 consumit? Ne ergò in his speremus
 & confidamus. Arundini com-
 parat hæc amantes Christus, & Ioã-
 nem ab illorum contemptu maxi-
 mè commendat isto loco.

XXXIII. CONSIDERAT.

Vestium preciosarum
 & curiosarum vsum repræhen-
 dit, & nimium nostro-
 rum temporum lu-
 xum.

Homine mollibus vesti. &c.

TERTIO iam isto loco
 Christus cõmendat Ioan-
 nem ab asperitate vestiũ,
 quã in illo maximè omnes Euan-
 gelistæ commendant insignem exi-

Psalm.

Esai.

miae & singularis pœnitentiæ: laudansque asperitatem vestium Ioannis tacitè repræhendit eos, qui molibus vestibus, curiosis & preciosis indumentis vtuntur, quos dicit non nisi in domibus regum (in quibus luxus & delitiæ prævalent, & vitia vt plurimum regnare solent,) reperiri. Quia huiusmodi vestium nimiam curiositatem & ornatus sollicitam diligentiam, (laudando in Ioâne vilem & asperum vestitum) apertè condemnat.

Vestium nimia curiositas potest esse patens ad perditionem Resp.

Hæc nimia curiositas vestium, & superfluitas, (quæ hodie adeò creuit, vt non solum in domibus principum reperiat, & in hominibus potentibus, vt Christus dicit, sed etiam in priuatis & communibus hominibus, & in singulis domibus, & in tam graui excessu, vt vix tota substantia & facultas hominis, vniuersa supellex & res familiaris tanti æstimari possit, quantum caligæ vel palium: quod certè intolerabile malum est, & perditionis regnorum patens porta, quam principes suis legibus claudere deberent:) hæc inquam nimia curiositas vestium (licet hominibus leuis culpa videatur,) non solum substantiæ & facultatum maxima charties est, & quædam tinea, quæ insensibilerè illam rodit & consumit, dum hodie hoc, cras illud indumentum profertur, dum noui & vanissimi vsus per horas excogitantur, & indecorum & vile reputant homines vani si talibus vestibus & ornamentis careant. Et quod maximè de flèdum est, quòd luxus & vanitatis istius nullus finis existit. Quod præclare docuit Clemens Alexandri.

Tinea est vestium superfluitas quæ substantiã eòsumit.

lib. 3. Pædagogi. cap. 1. dicens. *Ebriusum esse, & vinosum, & si sunt magna vitia, non tamen tanta, quantum est nimium sui ornandi studium. Mensa plena, & frequentes calices satis sunt ad implendam ingluuicem. At qui auri, purpure, & gemmarum nimis studio tenentur, ijs nec quòd super terram, nec quòd sub terra est aurum, suffecerit. Dum ergo cupiditatis limites sibi non constituunt, in impudentiam impingunt. Eis enim opus est & theatro, & pompa, & expectatorum multitudine, & errore in sacris, & diuturna mora in triuijs, vt sint manifesti omnibus.*

Clemens Alexand.

Nec solum hoc malum hæc curiositas habet, sed & aliud non minus, quod non id quod vtilius est & magis commodum quæritur & æstimatur: sed illud quod carius emi potest preciosius reputatur, & illud gloriosius habetur quod maximo precio emptum est. Quod egregie Bernard. in Apolog. ad Guliel. Abbatem repræhendit dicens. *Quæritur ad induendum, non quod vtilius, sed quod subtilius inuenitur, non quod repellat frigus, sed superbire compellat. Et paulò infra dicit. Quando vestem empturus lustras vrbes fora circuis, per curris nudinas, domos scrutaris, negotiatorum singulorum cunctam euertis sappelle et ilem, in gentes explicas cum molis pannorum, attrectas digitis, admoues oculis, solis apponis radio: quidquid grossum, quidquid pallidum occurrerit, respicis: si quid autem sui nitore ac puritate placuerit, illud mox quòd labet precio satagis tibi retinere. Rogo te ex corde facis hæc, an simpliciter? Cum studiosissime quæris, quod quia rariùs inuenitur, preciosius emitur, ignoras facis hæc, an ex industria? Ex cordis thesauro sine dubio*

Non quod vtilius sed quod carius vanitas quæritur.

Bernard.

dubio procedit quidquid foris apparet
 ciosum. Vanum cor vanitatis notam in-
 gerit corpori. Non tanto curaretur cor-
 poris cultus nisi prius neglecta fuisset
 mens inculta virtutibus.

Gravis culpa
 nihil ornatus.
 Grego.

Itaque licet hoc leue hominibus vi-
 deatur, non sine magna culpa & gra-
 ui crimine fit. Vnde Gregor. Hom-
 mil. 6. in hoc Euangelium egregie
 dicit. Nemo ergo existimet in fluxu at-
 que studio preciosarum vestium peccatu
 deesse, quia si hoc culpa non esset, nullo
 modo Ioannem Dominus de vestimenti
 sui asperitate laudasset. Si hoc culpa no
 esset, nunquam Paulus Apostolus per
 Epistolam. 1. ad Timot. 2. fœminas à
 preciosarum vestium appetitu compe-
 ret, dicens. Non in veste preciosa. Pensa
 te ergo quæ culpa sit, hoc etiam viros ap-
 petere, à quo curauit Pastor Ecclesia &
 fœminas prohibere? Et iterum Hom.
 vltima super Euang. idem Gregor.
 dicit. Si cultus subrilium & preciosarum
 vestium culpa non esset, nequaquam ser-
 mo Dei tam vigilanter exprimeret, quod
 diues qui torquebatur apud inferos, bys-
 so & purpura indutus fuisset. Nemo
 quippe vestimenta preciosa nisi ad ina-
 nem gloriam querit, videlicet vt honora-
 bilior ceteris esse videatur. Nã quia pro
 sola inani gloria vestimentum precio-
 sius queritur, res ipsa testatur, quod ne-
 mo vult ibi preciosis vestibus indui, vbi
 ab alijs non possit videri. Quam culpam
 possumus melius etiam ex diuerso colligere.
 Quia si abiectio vilis indumenti vir-
 tus non esset, Euangelista Marc. cap. 1.
 de Ioanne non diceret: erat indutus pil-
 lis camelorum. Sed notandum nobis
 est magnoperè quod hic intelligi
 potest non solum hominum insignis
 infania, sed & maxima culpa,
 qui vestibus adeò preciosis vtuntur,

Timot.

Grego.

Marc.

vt in illis ferè totam suam substan-
 tiam consumant, & pauperibus
 subtrahant, quod præter modum in-
 vestibus erogant: quod nõ sine gra-
 ui culpa fit. Si enim qui non pascit
 pauperem, occidit, vt Ambrosius
 dicit, & Ioannes. 1. sua Canon. c. 3.
 inquit. Qui viderit fratrem suum neces-
 sitatem habere, & clauerit viscera mi-
 sericordie suæ ab eo, quomodo charitas
 Dei manet in illo? Quantò potius ille
 qui vt preciosis vtatur vestimentis,
 & vt parietes domus suæ auro ope-
 riat, non solum pauperi subuenire
 recusat, sed & illum depillat, homi-
 cida erit? Vt vobis qui opulenti estis in
 Sion, dicit Dominus Amos. 6. & cõ-
 fiditis in monte Samarie, optimates ca-
 pita populorum, ingredientiæ pompati-
 cè domum Israel, qui dormitis in lectis
 eburneis, & lasciuitis in stratis vestris.
 Qui comeditis agnum de grege, & vitu-
 los de medio armenti, qui canitis ad vo-
 cem Psalterij, qui separati estis in diem
 malum, & appropinquatis folio iniqui-
 tatis. Vbi pondera verbum, Ingrediẽ-
 tes pompatice: faustus enim hic & pò-
 pa hæc solum ad vanam gloriam
 & superbiam ordinatur, nec aliquid
 vtilitatis homini affert præter hanc
 vanam apparentiam. Vnde Aristo.
 vt refert Maxim. Serm. 34. cum vi-
 disse adolescentem se iactantem
 & gloriantem propter chlamydis
 magnificentiam, dixit. Non desines
 adolescens propter onis gloriari virtutẽ.
 Et Clemens Alexand. lib. 3. Pæda-
 gogi cap. 21. inquit. Si quis auro se or-
 nari existimet, is auro est inferior: qui
 autem auro inferior, non est eius Domi-
 nus. Quod etiam Gregor. Hom. vl-
 tim. in Euangelia vt retulimus ad-
 notauit. Vnde Sapiens Ecclesiast. 11.

Ambrosius
 Ioann.

Amos.

Aristo.

In vestibus
 nõ est gloria
 dum.

Clemens.

Gregor.

*Ecclesi.
Vestes poeni-
tentiæ insignia
fuerunt.*

Simile.

Clemens.

*Vestes potius
discooperunt
homines quàm
operiant.*

Simile.

ait. *In vestitu ne gloriaris inquam.* Quia maxima infamia est, quod homines insignia dedecoris & poenitentiae suae in gloriam commutent, & quod ostentent ea, quae suorum criminum & suae infamiae signa sunt. Qui enim in superfluo cultu gloriae, & nimio vestium ornatu extolitur, similis est illi, qui de panniculis & fasciis quibus vulnera sua obvoluerentur, & ligarentur, maxime gloriaretur, & omnibus quasi quid preciosum ostentaret. Quid enim sunt indumenta: nisi quaedam aegri & male affecti corporis propter peccatum inuolumenta, quibus ab iniurijs temporum defendatur, & eius vulnera & turpitudine operiatur? Unde de his gloriari insignis stultitiae, vel dementiae inditium est. Quod Clemens Alexand. lib. 3. Pædago. cap. 1. elegantè repræhendit dicens. *Quemadmodum enim cui est impositum cataplasma, & cui inuncti sunt oculi, vel ipso aspectu præbet morbi suspicionem: ita fuci, tincturae, & affectatus ornatus, animam intrinsecus agrotare significant.* Ac de eis gloriari est infirmitatis insignia iactare. Id namque quod necessitas inuenit, ut nuditas corporis tegetetur, & verecunda operirentur, in luxum conuertere abusus est. Sicut & modo inter homines fieri videmus, quos ornamenta & vestes potius discooperiunt, quàm operiant: & licet corporis nuditatem tegant, animi egritudinem & nuditatem à virtutibus manifestant. Si videres hominem, cui propter sua crimina impositum esset infame vestimentum in signum & detestationem sui delicti, sicut Hispanè dicimus, *Sambenito*, & de

illo multum gloriaretur, & quasi honoris sui insigne gestaret, gemis, & auro ornaret, merito fatuum & insanum iudicares, ac omni ratione & sensu carere diceres. Quia quod ad infamiam ordinatum est, & illam secum affert, gloriosum reputaret. Vestes nihil aliud sunt nisi insignia quaedam ignominiae nostrae & peccatorum nostrorum, habitus quidam poenitentiae ob crimina primis parentibus nostris impositus, & ad nos transiens: de illo gloriari insignis dementiae est, & poenitentiae habitum, & infamiae insigne auro & lapidibus preciosis ornare multo dementiae est. Ideò viri prudentes agnoscunt ad quid vestes fuerint institutae, & parcè & cum modo illis utuntur. *Habentes victum & vestitum, & quibus tegamur, dicebat Paulus. 1. ad Tim. 6. His contenti sumus.* Ad quid plura, & preciosiora ornamenta còducunt nisi ut nostram dementiae manifestent? Adam vestitus est à Deo pellibus animalium: Ioannes pillis camelorum indutus erat. Elias aspero indumento & zona pellicea utebatur. Quae omnia poenitentiae indicia sunt, & illam adiuuant.

Unde preciosae vestes, curiosae, & delicatae, maxime aduersantur poenitentiae: carnem fouent, mollè reddunt. Unde Hieronym. dicit. *Mollia vestimenta mollitiem animi inducunt, animi rigorem minuunt.* Et Chryso. ait. *Mollis vestis animam rigidam dissoluit.* Non est inimicus qui ad eò graue bellum inferat virtuti & animae fortitudini sicut vestium luxus, mollietates, & curiositas. Quae non solum nuditatem, ut dice-

Vestes delicatae poenitentiae aduersantur.

Hieron.

Chryso.

bamus,

bamus, animi ostendunt, sed & leuitatem & prauitatem causant, & conuincunt: vt testatur est Bernar. lib. 3. de consider. inquit. *Vestium curiositas deformitatis mentium & morum inditium est.* Et Sermo. 3. super Missus est ait. *Quanto amplius corpus foris propter vanam gloriam componitur atque ornatur, tanto interius anima foedatur & sordidatur.* Et in Apolog. ad Guiliel. dicit. *Exterior superfluitas interioris hominis inditium est.* Vnde Ecclesiast. 19. dicitur. *Amictus corporis, & risus detium, & ingressus hominis, annuntiant de eo.* Ideo Cyprian. lib. de habitu virginum dicebat. *Sericos & purpura induta Christum sincere induere non possunt. Auro & margaritis & monilibus adornata ornamenta mentis & corporis perdidit.* Vnde August. Epist. 73. dicit. *Verus ornatus Christianorum non tantum nullus fucus mendax est, verum nec auri quidem vestisq; pompa, sed mores boni.* Hinc Cæu Sophista, vt refert Clemens lib. 2. Pædago. cap. 10. virtutis & æquitæ figuras & imagines apte isto modo depinxit, virtutem fecit simpliciter stantem, candida veste indutam, sola verecundia ornata: malitiam verò superflua, curiosa, & varia veste ornauit, alieno colore exultantem descripsit.

Itaque vestium superfluitas non solum animæ damnum infert, illā mollem facit, & eius nuditatem ostendit: sed & corpori damnum infert, dum homines molles & effeminatos facit, & laboribus minus aptos. Vnde Bernar. Serm. 9. ad solita etiam corror. dicit. *Mollia dicuntur vestimenta, quia mollem faciunt animum.* Hinc apud Lacedæmonios, vt refert Laër

tius, lex erat, quod nullus preciosa veste vteretur, nisi qui publicè cyneduseffet, & vt talis haberetur. Equidem quod mulieres preciosis vestibus & curiosis ornamentis vtatur, licet repræhensibile sit vt postea dicemus, tollerabilius esset: at quod homines his vtatur, se ornent, & componant instar imaginum, magnum crimen est & infame, & apud Deum & sapientes maximè detestabile, & hominis nomine & dignitate maximè indignum. Respiciant huiusmodi homines principes illos antiquitatis, reges & monarchas, qui vestibus communibus vtebantur, & in hoc sui animi magnitudinem declarabant. Alexāder cōmuni veste vtebatur, Iulius Cæsar toga indutus incedebat. Seuerus Imperator, vt refert Brusonius lib. 3. cap. 1. humili vestitu vtebatur, & obijcientibus respondebat: *Imperatoria maiestas virtute constat, non corporis ornatu.* Hominem enim non vestium curiositas, non cultus facit: sed animus, prudentia, & virtus. Philippus Macedonum Rex, vt refert Erasmus lib. 4. Aphotegma, quendam ex Antipatri amicis in numerum Iudicum populi ascripserat prudentem & cordatum hominem ratus: verum postea eum cognouisset tingere barbam & capillos, ab officio submouit eū, dicens. *Qui in capillis fidus non esset, eum in rebus gerendis videri non dignum cui fideretur.* Hoc ostendens, quod qui de corporis ornamento multum curat, indignus est Reipublicæ administratione, & hominum officijs. Et Flauius Vespasianus, vt in eius vita refert Suetonius, (cum adolescens quidam

Bernard.

Ecclesi.

Cyprian.

August.

Clemens. Virtutis & vitij differentia ex vestibus

Laerci. Lex Lacedæmoniorū circa vestes preciosas.

Principes magis communi vestibus vsi sunt. Bruson.

Hominem nō facit vestis sed virtus. Eras.

Odorū vsus detestabilis. Sucto. quidam

* Vestis delicata etiam corpori no. et. Bernard.

quidam gratias ei ageret pro im-
 trata p̄fectura, quoniam vnguen-
 tis fragrabat ab Imperatore contēp-
 tus est & graviter increpat⁹) dixit.
Malle aliū oluisse, & mox literas cō-
cessas renocavit. Quo ostendit ani-
ma molli, effeminato, ignavo, &
homine indigno illos omnes esse,
qui vestimentorum molliē de-
starentur. Quod si Gentilibus hoc
indecorum videbatur, quanto mā-
gis Christianis indecens est, quorū
tota cura & sollicitudo non in cor-
poris ornatu (quod corruptibile &
mortale cognoscunt) sed in animæ
decōre (quæ perpetuò est duratura)
sita esse debet. Quod Chrysof. Ho-
mil. 70. oper. perfect. in Matth. af-
firmat inquit. Si quis domum tuam
aureis velit depensis ornare, te vero nu-
dum in cilitio sedere cogeret, an equo
animo id ferre posses? Nunc verò non
alius, sed tu ipse domicilium animæ tuæ
(corpus dico) auro & gemmis exornas;
animam verò in turpitudine cilitij sedē-
tem negligis.

Chrysof.

In mulierib⁹
 nimius orna-
 tus reprehēn-
 sibilis.

Ad eò detestabilis hominibus or-
 natus iste est & nimia vestium cu-
 riositas, vt etiā in mulieribus, (qui-
 bus aliquo modò videtur necessa-
 rius, vt viris suis placeant) maximè
 odibilis fuerit non solum apud
 Christianos viros, sed etiam apud
 Ethnicos & Gentiles. Ex illo nam-
 què nihil nisi vitiorum fomēta, ma-
 lorum incentiua, peccatorum mil-
 le genera oriūtur. Vndè Augustus
 Cæsar, (vt Suetonius in eius vita re-
 fert,) dicere solebat, quod vestitus
 insignis ac mollis superbiæ vexillū
 est, nidusquè luxuriæ. Hinc Chry-
 sof. Homil. 38. in Genes. dicit. *Ma-*
ioyem enim apud mulieres inuenimus or-

Sueton.

Chrysof.

nandi cupiditatem, & intemperāciam,
cum auratis vestibus, & auro in capite,
in ceruice, & in alijs corporis partibus
ornantur, & his quoq; superbiunt. Quos
pauperum ventres poterant inde pasci,
& quot corpora nudè agentium poterāt
contegi ex his, quæ a solo collo & hume-
ris pendent, nullius alterius vsus gratia,
quam in damnum & nocumentum ani-
mæ. Propter hoc & Doct̄or orbis cum di-
xisset. 1. ad Timot. 5. Habentes victū
& amictum vertit statim ad mulieres
sermonem. 1. ad Timot. 2. Et dicit
Non infertis, vel in auro, vel margarita,
vel veste sumptuosa ornent se. Vides quo-
modo non vult eas talibus ornari, nequè
auro circumdari, sed verum ornatum in
animam inducere, & per bonorum ope-
rum actionem pulchritudinem anima
lucere. Hoc enim studium in ornando
corpore internam inducit deformitatē,
& huius delitia illius manifestam fa-
ciunt famem, & huius vestitū sumptus
illius indicat nuditatem. Impossibile
enim est aliquam agere curam ani-
mæ, & tātū facere corporis pulchri-
tudinem, & ornatum: sicut & im-
possibile in externo illo cultu tan-
to perè occupatam illius agere cu-
ram. Quomodo enim posset anima
talis aliquid vtile contemplari, vel
in cogitationem spiritualium veni-
re, quæ semel terrenis ita dedita cæ-
pit esse, & humi trahitur, & nun-
quam renuere potest, & obstipata
in numeris peccatorum sarcinis se
ipsam grauat? Nam quot indè nas-
cantur mala non possumus nūc bre-
ui cōpleti: sed satis est, vt relinqua-
mus conscientia earum, quæ in ijs
occupatæ, quantas indè quotidiana-
nas molestias experiuntur, cognos-
cunt. Multa refert Chrysofomus,
quæ vi-

Timot.

Timot.

Nimium stu-
 dium curan-
 di corpus nō
 patitur ani-
 mæ curama-
 gere.

quæ vi-

Chrysof.

quæ videre poterit qui voluerit. Et idem Chrysof. in Episto. 1. ad Timot. Hom. 8. exponēs illud. c. 2. *Ornātes se*, dicit quod simplicē esse nequē accuratē compositam virginē decet, negligentiquē potius quā eiusmodi curæ notari. Quippe eiusmodi exterior ornatus ornamenta intima demollitur. Is enim qui eiusmodi fuerit studiosus, interioris ornatus negligēs sit necesse est: quemadmodum & is, qui exteriorē aspernatur, studium omne omnemquē diligentiam ad componenda sua intima transfert.

Lex Lacedæmoniorum de ornatu mulierum. Clemens.

Hinc apud Lacedæmonios, ut refert Clemens Alexand. Pædagog. lib. 2. cap. 10. lex erat, quæ solis meretricibus floridas vestes, & aurū mundum gestare permittebat, Iudicabant mulieres bonas huiusmodi superfluum cultum minimē dicere. Sic Lisander, (ut refert Stephanus Bolengardus in volumin. sententia. verbo vestimentum,) & Archidamus Lacedæmonum principes preciosissima vestimenta, quæ eorum filiabus Dionysius Siciliæ tyrannus mittebat, recussarunt timentes, ne hisce preciosis indumentis deformiores in animo fierent, & earum compositi mores corrumpentur, qua intentione sub amicitia specie simulata vestes misserat. Idemquē Dionysius ad eō exosam vestium luxuriam habebat, ut malefactoribus, qui supplicio afficiendi erant, ignosceret, si preciosam alicuius vestem furarētur. Hinc Hieron. in Episto. ad Lætā institūēs quomodō filia educanda esset, ait. *Nec collum auro & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum*

Stephan. Boleng.

Dionys.

Hiero.

irrases, & ei aliquid de gehenna ignibus aspiceris. Et Cyprianus de habitu virginum inquit. *Ornamentorum & vestium insignia, & lenocinia fucorum non nisi prostitutis & impudicis feminis congruunt. Et nullarum ferè preciosior cultus est, quam quarum pudor vilis est.* Quod Petrus. 1. sua Canon. c. 3. de mulierum pudicarum ornamentis loquens ait. *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est homo cordis in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in cōspectu Dei locuples.* Et Paulus. 1. ad Timot. 2. de mulierum ornatu dicit. *Similiter & mulieres (sicut volo orare) in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa: sed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona.* Qui locus maxima ponderatione dignus est, & illū elegātē versat & amplificat Chrysof. in expositione illius, qui voluerit legat.

Petr.

Timot.

Chrysof.

Hanc nimiam vestium curiositatem inter crimina graua opponit Dominus Hierusalem Esai. c. 57. inquit. *Et ornasti te regio unguento & multiplicasti pigmenta tua. Et quantum illam detestetur, quamque acerbē sit puniturus testatur Esai. ca. 3. Pro eo, dicens, quod eleuata sunt filie Syon, & ambulauerunt extento collo: & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & ambulabant. & pedibus suis cōposito gradu incedebant: decaluaabit Dominus verticem filiarum Syon. & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calciamentorum & lunulas, & torques, & monilia,*

Græue crimē est mulierum nimius ornatus. Esai.

Esai.

monilia, & armillas, & mitras, & dis-
criminalia, & perichelides, & mirena-
las, & olfactoria, & in aures, & annu-
los, & gemmas in fronte pendeates, &
mutatoria, & palliola, & lintheamina,
& acus, & specula, & syndones, & vit-
tas, & theristria: & erit pro suavi odo-
re fector, & pro zona funiculus, & pro
crispanti crine, caluicium, & pro fascia
pectoralis cilicium. Obseruandum hic
est quam studiose Propheta totam
illam curiositatis mulieribus sarra-
ginem ad maiorem eius infamiam
& turpitudinem ostendendam enu-
merat: vt doceat singula apud
Deum numerata esse, & grauissi-
mè puniendā, atquē auferendā.

Nō excussat
dicere quod
non malo a-
nimo ornatur

Nec prodest quidquam quod in sui
patrociniū multæ solutæ mulie-
res adducere solent dicentes: se non
iniquo animo, nec vt alijs placeant
ornamentis vti: sed propter suā de-
centiam, & ne alijs viliores appa-
reant: seq; non nimium ornari, sed
quæ deferunt (etiā si vilia sint) aptè
& composite portare. Quia hoc ho-
mines, non Deum decipere potest.
Quod eleganter Chrysof. Hom. 8.
in 1. Episto. ad Timo. notauit di-
cens. *Nec velim dicas, me miseram at-
tritum pallium fero, abiectosquē calceo-
los, nullius precij tunicam, cuiusmodi
hic ornatus est. Nolite ipsam fallere, li-
cet, vt dixi, etiam per huiusmodi vilia
magis ornari, quam per aurea illa moni-
lia & exequissimas vestes. Quippè
per attritum pallium corpori decenter
astriētum impudentiam presers magis,
ac pulchritudinis gloriā aucuparis. Ista
mihi nunc loqueris. Ceterum Deo quid
dictura es, qui mentis rimatur arcana,
nouitquē quæ ista intentione facias? Sed
esto non ista causa libidinis facias, ne-*

Chrysof.

quæ vt post te gregem adolescentum tra-
has. Cur quæso id facis? Vt admiratione
habearis? Non erubescitis infelix, neq;
pudore suffunderis in rebus huiusmodi
admirationem humanam & gloriam
queren? Sed dictura es simplici animo
ista circūfero. Nouit profecto Deus quæ
loqueris nobis: nequē enim mihi rationē
redditura es, sed illi, qui & modo tuis om-
nibus actibus & animi motibus adest,
& tunc ista diligenti examinatione dis-
cutiet. Illi, inquam, cui nuda & aperta
sunt omnia.

Nequē etiam prodesse potest
quod coniugatæ afferunt, se prop-
ter viros suos ornari, & vt illis pla-
ceant. Quod Iulia Augusti Cæsa-
ris filia patri suo respondit, vt refert
Macrobius lib. 2. Saturnal. cap. 5. *Macrob.*
Cum enim Iulia Augusti filia licen-
tiori quā par erat vestitu ædes eius
ingressa eum offendisset, postero
die mutato vestitu iterum Augu-
stum salutauit: quam vbi vidisset
ait. Quanto probabilior est hic cul-
tustam honestus in filia Augusti?
Cui respondit, hodie me parentis,
heri verò mariti mei ornaui oculis.
Hanc certè excusationem mu-
lieris factis suis & luxuriæ præten-
dunt. Quas acutè Chrysof. in ver-
bis suis compræhendit Hom. 10. in
Episto. ad Colossen. dicens. *Quid
enim ornaris, dic quæso? Vt viro placeas?
Igitur domi hoc facias. Hic verò contra-
rium fit, domi rudior, foris comprissima
procedis. Si autem proprio vis viro place-
re, alijs ne cura vt placeas. Si alijs verò
placere vis, non potes placere tuo. Cer-
tè quæ vt in publicum procedat or-
natur, propriam vanitatem ostendit,
ne dicam animi improbitatē.*

Coniugatæ
excussatiore
fellitur.

Macrob.

Chrysof.

Ad eò hæc: miseria nostris his tē-
poribus

Chrysof.

poribus inualuit, vt nō solum in do-
mibus, in spectaculis, & alijs pro-
phanis locis mulieres nimiū orna-
tæ assistant: sed quod maximè de-
plorandum est, maxima cum impu-
dentia, vestium luxu & superflui-
tate templa ingrediantur, ea liber-
tate ac si publica essent theatra &
ludorum spectandorum loca, & his
Deum precaturæ accedūt, & exau-
diri se posse existimāt. Quod Chry-
sof. exponens illud Pauli. 1. ad Ti-
mot. 2. *Sed quod decet mulieres pollicē-
res pietatem* Hom. 8. dicit. *Ornatum
non exquisitum intelligas, sed modera-
tum. Hic enim ornatus habitus est, ille
autem etiam fœdus. Quid dicis? Deum
precatura pergis, & ornamenta aurea
circumfers, flauosque crines & ipsos au-
ro compositos. An verò saltatura ad Ec-
clesiam pergis? Nunquid hic nuptias &
lasciuiæ oblectamenta conquiris? Num
vt tui spectaculum prabeas aduenisti?
Num tibi nunc instruendus est thala-
mus? Illic nempè monilia, illic ornamen-
ta aurea, illic ornatus crinium, illic pre-
ciosa vestis locum aliquandò fortassis ha-
beat. At verò nunc nullo tibi huiusmo-
di ornatu atque apparatu opus est. Ac-
cessisti vt Deum pro peccatis tuis suppli-
citer depreceris, vt tuis sceleribus veniā
cum gemitu ac lachrymis petas: accessi-
sti vt Dominum tibi propitium facias:
quid te ipsam ornari improbo atque in-
tempestiuo studio contendis? Nō iste sup-
plicis habitus. Quo enim pacto ingemif-
cere potes ac lachrymas fundere, atque
intentissimè vt decet orare, quæ eiusmo-
di ornatu compta procedis? Nam & si
lachrymas fuderis, risum cernentibus
huiusmodi lachrymæ mouebunt. Nequè
enim auro amicta debet incedere, quæ
lachrymas pro peccatis profundere in-*

rendit. Vnde beatus Antonin. Ar-
chiepisc. Florentin. vt refert Surius
in eius vita, mulieres meretricio &
impudico habitu vestitas, quasi dæ-
monum instrumenta ad perdendas
animas de omnibus suæ ciuitatis ec-
clis expulit: & id modo facere de-
berent Ecclesiæ Prælati. Ex his om-
nibus colligimus, quòd verus orna-
tus pudicæ mulieris debet esse, vt
dicit Paulus, honestus, & qualis de-
cet mulierem promittentem pieta-
tem. Quare optimè Ambros. lib. 1.
de virginita. dicit. *Neglecta decoris
cura plus placet, & hoc ipsum quod nō
non ornamus, ornatus est.* Et hæc de
vestium superfluitate modo suffi-
ciant: dicemus Deo dante plura eū
de diuite epulone egerimus.

Antoni.
Surius.

Ambros.

XXXV. CONSIDERATIO.

Quam diuersæ sint Re-
gum terrenorum aulæ & Dei,
& quod aulæ terrene vi-
tijijs abundant.

Ecce qui mollibus vesti. &c.

REGIAS domos addu-
cens, in quibus homines
mollibus vestiti reperiu-
tur, ostendit alias esse domos Re-
gis, quibus ista indumēta displicēt.
Duas igitur regias aulas subindi-
cat: alteram regum terræ, alteram
Regis cælorum & Domini nostri
IESU Christi, qui licet pauper sit,
*Rex regum est, & Dominus domi-
nantium, idquè scriptum habet in
veste & in scemore suo, vt dicit
Ioann. Apoca. 19. Quia non solum*

Apoca.

in quan-

in quantum Deus, sed etiam in qua
rum homo Dominus omnium est,
Cui data est omnis potestas in celo &
in terra. Matth. 28. In quo locum
 Itaque in isto loco differentiam co
 stituit inter aulicos vtriusque reg
 um & ministros vtriusque regis, eos
 que ex habitu & vestibus distingui
 docet. Illi enim qui in domibus ter
 renorum regum viuunt, mollibus,
 preciosis, & curiosis indumentis ve
 stiuntur, auro, gemmis, & lapidi
 bus preciosis ornantur: vt his ocu
 lis omnium spectabiles appareat:
 mirabilioresque sint. At qui in Dei
 aula versantur non curiosa veste,
 non preciosa, non molli, sed vili, ab
 iecta, aspera que induti procedunt.
 Ita vt hominibus despicabiles ap
 pareant, & cernentibus despectui
 sint. Habitus namque, qui homini
 bus displicet, Deo maxime placet.
 Quod annotauit Gregor. Hom. 6.
 in Euangelia, exponens proposita
 verba & dicens. *Et quid est dicere, ec*
ce qui mollibus vestiuntur in domibus
regum sunt, nisi aperta sententia demō
strare: quia non caelesti, sed terreno regi
 militant hi, qui pro Deo perpeti aspera
 fugiunt, & solis exterioribus dediti, prae
 sentis uitae molliorem & delectationem
 querunt. Idē affirmat Beda, in Luc.
 cap. 7. Quod & Christus fati aper
 te ostendit, inquit. *Ecce qui molli*
 bus vestiuntur in domibus regum sunt.
 Ponderanda est particula, *ecce*, quae
 denotat tales terrenis regibus de
 seruire, & illis maxime placere,
 quibus & eorum domus refertae
 sunt: longeque tales esse a domo
 Dei & eius ministerio, in qua qui
 maior est & principi gratior aspe
 riori & viliori vtitur veste. Sicut in

Ioāne videmus, qui sponsi amicus
 erat & ei maxime charus, & pillis
 camelorum induebatur. Hoc discrim
 en est inter Regum & Dei aula,
 quod in domibus regum patres
 abiecti, & viles non reperiuntur, nec
 in eas ingreditur qui sordido & vi
 li habitu indutus procedit: omnes
 illum repellunt, nec ad fores acce
 dere patiuntur. Vt videre est Esther
 cap. 3. in Mardocheo, qui miser, af
 flictus, & cilicio indutus ad fores
 palacij iacebat, nec intrare aude
 bat: quia id non licebat. At domus
 Dei pauperibus, abiectis, & vili ve
 ste indutis patens est. Et hoc maxi
 me significare vult Christus cum
 in hoc Euangelio dicit. *Pauperes*
 euangelizantur. Quod etiam in illa
 parabola nuptiarum Lucae. 14. Do
 minus ostendit, cum ministris suis
 praecipit, vt exeant, & omnes debi
 les, pauperes, & claudos compellant
 intrare, donec domus illius replea
 tur. Vt compellant intrare praeci
 pit: quia aperte cognoscit, tales
 (pre verecundia & pudore, & quia
 exultare possent domum istius
 patrisfamilias esse similem domi
 bus potentum huius mundi) acce
 dere non auderent. Vt differentiam
 ostendat dicit. *Ite inuite eos, &*
 si accedere recufauerint compellite.
 Quia isti sunt quos diligo, & quo
 rum seruitio delector. Quod Pau
 lus. 1. Corint. 1. affirmat. *Videte voca*
 tionem vestram fratres: quoniam non
 multi sapientes secundum carnem, non
 multi potentes, non multi nobiles: sed
 quae stulta sunt mundi elegit Deus, vt cō
 fundat sapientes: & infirma mundi ele
 git Deus, vt confundat fortia: & ignobi
 lia mundi & cōtempnibilia elegit Deus,

Differentia
 inter aulam
 Dei & prin
 cipum.

Esther.

Lucae.

Quare com
 pelli praeci
 piat vt intrēt
 ad nuptias.

Corint.

& ea

Matth.

Differentia
 inter aulicos
 Christi & re
 gum.

Habitus qui
 hominibus di
 splicet Deo
 placet.
 Grego.

Beda.

Et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non gloriatur omnis caro coram eo. Petrum, Andream, Iacobum, & Ioannem, piscatores, pauperes, & in mundo despectos elegit Deus, & in domo sua maiores & principes constituit.

Ex vestibus igitur & ornatu, ex vitæ mollitiæ & luxu quis cui regi seruiat, & cui militet, facile poteris cognoscere. Nationes habitu distinguntur, & ex vestibus cognoscuntur, quas semper & eodem modo paterna traditione conseruant: sola nostra Hispania in hoc maxime leuis est, quæ quotidie proprio habitu despecto vestes mutat, & aliarum nationum indumenta, & uti nam non mores, imitari studet. Similitè & milites ex insignijs & vestibus dignoscuntur, qui quorū ordinum sint: quis D. Iacobi, quis D. Ioānis, quis Hispaniæ, quis Fræcię, quis sub quo vexillo militet. Ita & ex habitu & vestibus poteris distinguere qui sint Christi milites, qui verò mūdi: qui cęlesti regi nomina dederint, qui verò terrenis regibus inseruiant. *Qui enim mollibus vestiuntur, ut dicit Christus, in domibus regū terrenorū sunt. De sanctis verò viris, qui Deo militāt, quorū dignus non erat mundus, dicit Paulus ad Hebræo. II. Alij autem distenti sunt non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij vero ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occasione gladij mortui sunt. Circuierunt in motis, in pellibus cabrinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus dignus nō erat mundus. Ecce militum Dei insignia. Hi*

sunt Dei domestici. Aulici, & familiares, quibus dicit Paulus ad Ephes. 2. *Ergo iam non estis hospites: & aduenæ. sed estis ciues sanctorū & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorū & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Omnis namq; miles tenetur duci suo in omnibus se cōformare, etiā in veste & insignijs: & nos tenemur cōformari Christo, qui caput, rex, & dux noster est. *Quos præsemit, dicit Paul. ad Rom. 8. & prædestinauit cōformes fieri imaginis filij sui: ut sit ipse primogenit⁹ in multis fratribus. Quos autē prædestinauit, hos & vocauit: quos vocauit, hos & magnificauit.* Id est, Quos conformes Christo in vita, passionibus, & morte esse voluit, hos & in gloria similes sibi esse decreuit. Si autem scire desideramus qualibus indumētis, qua veste vsus fuerit Christus, ut ei cōformari possimus, eius vitā cōsideremus, & ei⁹ opera. Attende & cōsidera ducē militię tuæ, & Redemptorē nostrum Christū (qui à Patre positus est in signū quod aspicere & imitari debemus) & videbis pauperē, cōmunem vitā degentem, cōmuni veste vtentē, afflictum, flentem, famelicū, lassatū, & non habentem vbi caput reclinet, humilē & despectum. Huic debes conformari, huius imaginē imitari, si sub crucis vexillo militare desideras. Talem militem crucis vexillū postulat. Talibus indutus esse debet & ornatus, nō gemmis, nō auro, non mollibus vestibus, qui Crucē post Christum portare desiderat. Ideò Christus Matt. 16. dicebat. *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat Crucē suam: & sequatur*

Ex vestibus cui regi seruiamus dignoscitur.

simile.

Hebræo.

Roman.

Qualis debeat esse Christi miles

Matt.

quatur me. Qui crucem Christi portat Christo in omnibus debet assimilari. Neque enim cum Cruce ornatus preciosus & mollis vestis consentit. Quod satis comprobatur ex illo insigni miraculo, quod refertur ab Ecclesia in die Exaltationis sanctæ Crucis, & in eius historia. Cum enim Heraclius Imperator, ut erat auro & gemis ornatus Crucem Domini solemni celebritate suis humeris reportaret, sistere coactus est in porta, quæ ad Calvariæ montem ducebat. Et quod magis progredi conabatur, eò magis retineri videbatur. Cumque hac re & ipse Imperator & reliqui homines astantes obstupescerent Zacharias Hierosolymorum Antistes, dixit: Vide Imperator, ne isto triumphali ornatu in Cruce ferèda parum Iesus Christi paupertatè & humilitatè imitere. Tunc Heraclius abiecto amplissimo vestitu, detractisque calceis, ac plebeio amictu indutus reliquum viæ facile confecit. Ecce ut sibi conformes Christus vellit, qui eius Crucem sunt portaturi. Certè monstruosum Corpus esset, si capiti humano corpus serpentis apponeretur, vel si corpori humano caput serpentis tribueretur. Caput nostrum Christus est, nos corpus eius & membra. Monstruam sanè magnam videtur, quod caput spinis coronatum sit, a lapide percussum, flagellatum, vulneratum, & membra auro sunt ornata, mollibus vestibus induta, delictis & voluptatibus foeta. Hæc enim alterius capitis membra videntur, & certe sunt. Ecce enim qui mollibus vestiuntur, dicit Christus, in domibus regum

sunt, alterius capitis membra, cui conformantur. Arma igitur militiæ nostre non carnalia sunt, sed spiritualia, non mundo conformia, sed illis quibus Christus bellum absoluit. David 1. Reg. 17. commissurus bellum cum Goliath armis Saul pulchris, inauratis, & fortibus vestitus est, & tentare cepit an illis indutus incedere posset, & minimè poterat: quia consuetudinè non habebat, nec his assuetus fuerat: at illis exutus, & pastoralis veste ex pellibus facta indutus, celer & agilis se facile mouebat, & Gigantem aggressus superavit. Ut discas, quod ista vilia, & quæ mundo videtur fragilia, arma Dei sunt & nostre militiæ, quibus qui Christo militare desiderat, indui debet illi se conformando, ut vincat. Preciosa verò armorum genera, inaurata, & pulchra, & quæ ad ostentationem sunt mundanis competunt: illa seruus Dei fugere omnino debet, ne grauetur, & illorum pondere succumbat. Vilia & abiecta ornamenta in suis Deus diligit. Hoc etiã ostendere voluit Deus cum Gene. 3. contestata inimicitia inter hominem & diabolum vestiuit hominem tunica pellicea innuens, quod hæc futura sunt arma, quibus homo indutus contra inimicum procedere debet, si illum vincere desiderat. Quod & sancti homines postea intellexerunt. Ideò Elias zona pellicea utebatur, & Ioannes psyllis camelorum indutus erat. Quia hæc sunt poenitentiae vestes, & quæ peccatores, quos Christus querere, vocare, & saluare venit, decent: molles & curiosæ ad mundanos expectant, qui in domibus regum terrenorum reperiuntur. Huius tantè di-

Militis Christiani quælibet arma esse debent.
Reg.

Genes. Quibus armis Adam vestitus est contestato bello cum diabolo.

*Diuerſitas
inter aſſas
Dei & homi-
num cauſa.*

Reg.

Psalm.

*Qualē orna-
tum Deus in
ſuis querat.*

ta diuerſitatis inter huiusmodi au-
las & regias domos: cauſa facile af-
ſignari poteſt, ſi oculorū hominum
& Dei diuerſitatē contemlemur.
Homines enim intuentur ſolū exte-
riora, & quę foris apparent, nec inti-
ma penetrāt: & idē exteriorē or-
natum & pulchritudinem quærūt,
& amāt. Deus autem intuetur cor,
intriſeca peſtoris cōſpicit: ideoq;
non exteriorē ornatum, neq; ex-
triſecam apparentiā, ſed interiorē
pulchritudinē quærīt & amat. Quod
i: Reg. 16. Samueli reſtatuseſt Dñs:
cū enim veniſſet Bethleem in Regē
vncturus filium Iſai, & allati eſſent
maiores natu, repulit eos, & venien-
te Dauid, qui minimus erat & oues
paſcebat, vnxit eū in Regem ſuper
Iſraēl, dicēs: *Homo enim videt ea quę
parent: Dominus autē intuetur cor.* Vn-
dē ad literā de anima iuſta, & quę
Deo grata eſt, dicitur *Psalm. 44. Om-
nis gloria eius filia Regis ab intus in ſim-
brijs aureis, circumamicta varietatibus.*
Hoc eſt, omnis gloria filia Regis
omniſq; ei⁹ pulchritudo nō in exte-
rioribus, in auro, argento, gēmis, &
ornatu precioſo (quę tempore pe-
reūt, & ab hominibus auferri poſ-
ſunt) ſita eſt. Sed in interioribus, in
virtutum precioſo apparatu, quę il-
lam Dei oculis gratiſſimam et ſpe-
cioſiſſimā reddunt. Vt autem oſtē-
dat quōd interiorē ornatū quæ-
rit, ita tamen vt in exterioribus lu-
ceat, addit: *In ſimbrijs aureis.* Vult e-
nim & aureas ſimbrias, quę foris
prominent hominū cōſpectibus, ha-
bere ſponſam ſuā, & vult eam citē
dari quaſi veſtimēto variegato, &
varijs coloribus inter texto, hoc eſt,
vult interius latentem ſpiritus or-

natū, & charitatis fulgorem in ope-
ribus etiā exterioribus, (quę chari-
tas poſtulat,) apparere. Vult enim
ſpōſus vt per dilectionē fides ſpōſę
operetur: & lumen (in quo ipſe inte-
rius oblectatur) foras etiā proximis
in exemplū bonum radiare ad ſuā
gloriam. Tū etiā & circumamiciri
varietate colorū vult ſponſam: quo-
niam omniū virtutum ſtudio vult
honeſtari, quę ſic ſunt charitati in-
terius exiſtenti. in texta quomodo
in precioſis operimētis aurei & ar-
gentei ſili ſunt intertexti. Iſtū locū
verſans Greg. 35. Moral. c. 14. dicit.
Quōd electorū anime omne huma-
nū genus, quod in terra ſecundū ho-
minē conuerſatur, ſuę pulchritudi-
nis decōre tranſcendunt: quantoq;
ſe exterius aſſigendo deſpiciunt, tā-
to ſe veriūſ intus cōponunt. Hinc
eſt enim quod & ſanctę Eccleſiæ,
quę electorū pulchritudine decora-
tur, per *Psalmiſtā* dicitur: *Concupi-
uit Rex ſpeciem tuam.* De qua pau-
lō poſt ſubditur: *Omnis gloria eius
filia Regis ab intus.* Nam ſi foris glo-
riā quęreret, intus ſpeciē, quam Rex
concupiſceret, nō haberet. Et idem
Grego. lib. 6. ſuper. 15. c. lib. 1. Reg.
elegantē locū iſtū tractat inquiēs.
*Quid eſt ergo quod dicitur, omnis gloria
filia regū ab intus: ſi foris eſſe gloria ve-
ſtitus aurei predicatur? Si enim foris eſt
aliqua magna aurei veſtitus gloria, intus
omnis gloria videri non poteſt. Quid eſt
ergo, quod omnis gloria, intus eſſe perhi-
betur, niſi quia & illa quę foris eſt glo-
ria, cū alijs innumeris intus eſſe cognoſ-
citur? Aurea enim virginitas nō eſt, ſi
foris eſt, & intus nō eſt. Quia ergo intus
& foris eſt: quia eadē ſplendet in corpo-
re, eadē fulget in mente: omnis gloria fi-*

Grego.

Grego.
Ornatus filie
regis quomo-
do intus & fo-
ris eſſe dica-
tur.

lia regū intusse sentiri conuenienter potest. Omnis gloria intus est: quia foris sola, intus sola nō est. Quia enim multe sunt virtutū claritates in mēte virginis, sic virgineus splendor asseritur, vt intus omnis gloria pradicetur. Hoc nimirum est quod subsequitur in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus. Fimbria enim aurea sunt charitates à mente nunquam deficientes: fimbriae quidē finales vestimenti partes sunt. Quae idcirco in spōse Christi decore laudantur, quia nulla est virtutum gloria si lucere ante cōsummationem desistat. Vnde Cant. cap. 1. Quaelibet fidelis & Deo grata anima dicit. Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis: quia omnis ornatus filiae regis ab intus. Hoc etiam adumbratum videmus Exod. 26. in tabernaculo, quod exterius pellibus erat coopertū & facis cilicinis, intus verò totum auro fulgebat. Et Exo. 25. Arca testamēti, quae intus & foris deaurata erat, cilicio tegebatur. Quia omnis gloria filiae regis ab intus. Vnde Paul. 2. Cor. 1. dicebat. *Hæc est gloria nostra testimonium conscientie nostrae.* Quia ergo Deus interiora respicit, mundus verò exteriora, tāta diuersitas conspicietur in regia mundi & eius seruis, & in aula Dei & eius ministris. Et quod mundus non nisi mollibus vestitos admittat, Deus autē hos detestetur, & pauperes & nudos suscipiat. Quare fidelis eligere debet cū Dauid Psal. 83. *Abiectus esse in domo Dei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorū.* Sicut Moyses, vt dicit Paul. ad Hebr. 11. *Maluit affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucūditatem.* Quo loco per temporale peccatum aliqui in-

telligūt regiam aulam Pharaonis, in qua nullā disciplinæ & pietatis ratio erat. Et ita aliqui illud Psal. adducti in tabernaculis peccatorum, verunt in tabernaculis impietatis: & interpretatur regias aulas & palatia. Ita vt dicat Dauid, magis optabile debere censerī esse minimum in domo Dei & cælorum regno: quam supremum in aulis principum & curijs regum. Quas isto loco Christus reprehendit. & tacitè sub mollium vestiū nomine vniuersa vitia, (quae istam molliem consequuntur, & frequentè in domibus regum reperuntur) reprehendit.

XXXVI. CONSIDERAT.

Quā necessaria sit carnis mortificatio, vt à doptatū portum peruenire possimus.

Hominē mollibus vesti &c.

IC, vt iam superius diximus, Ioannē commendat ab vestium asperitate, & carnis mortificatione: vt ostendat quā necessaria sit carnis mortificatio in homine Christiano, si tranquille, quietè, & securè vitā transigere desiderat, & tandē ad optatū felicitatis portū peruenire. Quia cū sensus & cogitatio humani cordis ad malū prona sint ab adolescētia sua, caroq; cōtinuè cōcupiscat aduersus spiritum, & illi mala machinetur, ne spiritum deiciat, & mentē ad terrā trahat, mortificatione indiget. & quod in chamo & freno aspero maxillæ eius cōfringantur, sicut equi & muli, in quibus nō est intellectus. Est enim caro falsa & mali-

*Aula regia
temporale peccatū dicitur.*

Cantic.

Exod.

Exod.

Corinth.

Psalm.

Hebræ.

Simile.

malitiosa mula, quæ nunquã blãdè tractãda est, ne recalcitret. Est ancilla rebellis, quæ si fauorẽ sentiat, statim superbit, & contra dominã suã, scilicet, rationem insurgit, & illam deprimere procurat.

Caro ancilla est asperè tractanda ne superbiat. Genes.

Quòd satis apertè videmus adubratur, Genes. 21. in Agar Saræ ancilla: quæ, (quia in cõiugium acceperat eam Abraham ex Saræ voluntate, quia eam blandè, deliciosè, & amicabiliter tractabat & non sicut ancillam: quia se videbat ex Abraham concepisse, & filium peperisse) superbiebat, & contra dominam suam surgebat illam contemnendo. Ecce ancillæ conditionem. Quæ caro secundum omnium patrum expositionem intelligitur, quæ ut se blãdè tractari senserit, statim superbit, contra rationem insurgit, & illam opprimere vult. Quare mortificanda est, & asperè tractanda. Idcò hæc videns Sara, & grauitèr ferens conqueritur coram Abraham, & instanter petit, vt eiciat ancillam & filium eius simul de domo, alioquin pacem cum illa non habiturus. Quod cum molestè ferret Abraham, (tristabatur enim pro ancilla quam diligebat, & pro filio quem genuerat,) Dominus dixit: *Non videatur tibi asperum super puero & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, aude vocem eius.* Scatimquè Abraham & Agar & filium eius eiecit. Quæ, si vt apparent, solũ considerentur, certè maxima crudelitas videtur eijcere non solum ancillam (quæ superbiat, & peccauerat & id pro merita videbatur: sed & filiũ ei⁹. Quid peccauit puer si mater contra dominam insurrexit? & hoc

sanè Abraham contristabat, vt rextus dicit, quòd *dolebat pro puero.* Et credibile est quòd Saræ diceret, abeat mater quæ insolens fuit: puer quid fecit? maneat domi, meus filius est, quare eijcere præcipis? quæ crudelitas hæc est, vt etiam filium odio habeas? Instante què Sara vt filius cum matre eijceretur, Dominus præcepit Abraham, vt si pacè habere vellet in domo sua, & quietus viuere, & ancillam & puerum eijceret. Sed certè si significationè inspiciamus, non crudelitas sed misericordia hæc credenda est. Agar enim, vt diximus, carnem significat, filius eius desideria, affectus, & opera praua significat. Vt ergo ostendat opus esse, (si vellis cum legitima vxore tua Sara & cum ratione pacem habere, quietè viuere) ancillam & filium eijcere: carnem & desideria eius & opera relegare, & mortificare. Quia summa misericordia est in carnè & filios eius crudelem esse. Vnde Prouer. 29. dicebat Sapiens. *Qui delicate nutrit seruum, postea sentiet contumacem.* Ad literã docet qualiter homines erga seruos & mancipia se debeant habere. Docet enim quotidiana experientia verum esse quòd iuxta literam sententiã hæc sonat: eum, scilicet, qui seruo suo nimis est familiaris, nimisque indulget, postea pro susceptis beneficijs illum magis rebellè sentire. Quare diligentèr curare debent homines, vt sic a principio agant cum seruis suis, vt sibi subiectos & morigeros habeant in omnibus. Iuxta mysticũ autem sensum significatur, eum, qui corpori suo, quod spiritui seruire debet, nimis

In carnè crũ delè esse summa misericordia est. Prouer.

Serui nõ sunt familiariter tractandi.

indulget, postea illud experiri rebelle spiritui, lasciuiens, & indomabile, & ob id diligentè curandum ne delicatè à pueritia nutriatur. Et secundum Pauli præceptum ad Roma. 13. *Carnis curam nõ faciamus in desiderijs: sed imitemur eum.* 1. Corinth. 9. dicentem. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo: ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Huic mysticæ expositioni satis fauet alia translatio, quam adducit Glossa, quæ talis est. *Qui delitatur à pueritia sua: id est, qui in delicijs & delicatè nutrit carnem suam: Seruus erit, hoc est, illi subiicietur: Et contristabitur: quia cum voluerit eam subicere nequaquam poterit. Lõga namquè consuetudine & assiduitate deliciarum insolescens & obdurata non solum contra spiritum insurget: sed & illum opprimere curabit.*

Hanc obduratam rebellionem sentiebat Paulus ad Roma. 7. cum dicebat. *Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati.* Ac si dicat: non solum lex hæc membrorum repugnat legi mentis: sed ad eum insurrexit & potens facta est, vt captiuum me ducat in legem peccati, hoc est, captiuum ducere præsumat. Magnam vim & fortitudinem, quam caro acquirit contra spiritum si delicatè nutriatur, & eius desiderijs consentias, explicat Paulus nomine captiuitatis. Qui enim captiuus trahitur inuitus, reluctans, & nolens trahitur: Ita & caro ad eum potens redditur, vt veluti nolentes cogat, & inuitos trahat. Quod satis clarè ostenditur in illa parabola Lucæ. 14. eorum qui

inuitati sunt ad nuptias. Singuli enim inuitati se excusantes, eò quòd non venirent, dicebant, habere me excusatum. Ille verò qui vxorem duxit, (quo significantur illi qui carnis illecebris & voluptatibus detinentur,) dixit. *Nõ possum venire.* Quibus verbis non negat omnimodam potestatem aut libertatem: sed magnam demonstrat difficultatem, qua carni, si semel dominari cœperit, resistitur. Vnde August. lib. de honestat. mulierum, cap. 1. dicit. *Inter omnia certamina Christianorum sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana est pugna, & rara victoria. Grauem namquè sortita est castitas inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur. Quod & Paulus ostendit ad Roma. 8. dicens. Qui enim in carne sunt Deo placere non possunt. Quæ verba dura maximè videntur. Nūquid de carne exire debemus, vt Deo placeamus? Aut dū viuimus, Deo placere non possumus? Absit. Quid ergo sibi vellit Paulus, & quid sit in carne esse exponit dicens. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt. Ampliusquè quid sit secundum carnem esse, scilicet, secundum carnem viuere, & desideria eius perficere, declarat inquiring. *Debitor sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.* Ex quo infert. *Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* In carne ergo esse est secū dum carnem viuere, eius desiderijs consentire, illi indulgère. Et hoc dicit Paulus Deo nequaquam placere posse: vt difficultatem qua tyrannus hic vincitur declaret. Mortificanda igitur est caro spiritu, vt ipse*

Paulus

Rom.

Corinth.

Glossa

August.

Roman.

Roman.

Carnis vis in concupiscentijs.

Quid sit in carne esse.

L. c. c.

Paulus dicit. Sed diceas. Quid est spiritu facta carnis mortificare? Certè secundū spiritū viuere, carnis desideria reprimere; ei in nullo consentite, illam asperè tractare, & sicut ancillam habere. Bernard. sermo. de septē spiritibus locum istū tractans inquit, quod si spiritu facta carnis mortificauerimus, viuemus: quoniam qui spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt, & qui semināt in spiritu, de spiritu merent vitam æternam. Prudenter proinde fratres & non ad insipientiam nobis spirituale elegimus vitam, inquit, castigare scilicet corpus, & seruituti subicere, & Deum qui spiritus est in spiritu & veritate adorare. Vnde ad Galat. 6. dicitur. Si spiritu viuimus, spiritu & ambulemus. Ac si dicat: si caro non prodest quidquam, sed spiritus est qui viuificat ipsam, separare oportet preciosum à vili, & digniorem præponere partem: vt secundum spiritum ambulemus, non secundum carnem. Ad spiritum enim debet fieri conuersio carnis, vt seruiat ipsa, & non seruiatur ei: vt dicat spiritus seruo suo, veni, & veniat: fac hoc, & faciat illud. Sic enim erit vxor vestra, sicut vitis abundans, & saluabitur per generationem filiorum, qui sunt opera bona, si fuerit ipsa quidem in lateribus domus nostræ, id est, in abscondito & humili loco: anima verò resideat in medio tanquam domina, tanquam paterfamilias. Tanquā iudex, vt fiat quod ipsa vellit. Vnde Christus Lucæ, 12. ait. Qui venit ad me, & non odit patrem suum, & matrē suam, & uxorem & fratres, adhuc autem & animam suam, id est, vitam suam, vel seipsum, non potest meus esse discipulus. Nomine enim animæ non solum vita, sed & totus homo

solet significari. Sicut Gene. 14. vbi Abraham animas petit, id est, homines. Et Gene. 46. animæ dicuntur egressæ de foemore Iacob, id est, homines.

Sed crudele fortè videbitur, quod qui inimicos præcipit diligere, se ipsum odio habere præcipiat. Nichilominus hæc maxima misericordia est, licet mundanis crudelitas videatur. Quod elegantè prosequitur Bernard. Sermo. 10. super Psal. Qui habitat in adiutorio altissimi: in quo declarat huiusmodi odiū quale sit, & in quo consistat, dicens. Nec sanè dixerim, vt vel ipsam odio habeas carnē tuā. Dilige eam tāquam tibi datam in adiutorium & ad æternæ beatitudinis consortium preparatam. Ceterum sic amet anima carnem, vt non ipsa in carnem transfisse putetur, dicaturquē ei à Domino: non permanebit spiritus meus in homine, qui caro est. Diligat anima carnem suam, sed multo magis suam ipsius animā seruet. Amet Adam Eua suam, sed non sic amet, vt voci eius plus obediat quam diuina. Deniquē nec ipsi quidem expedit sic amari, vt videlicet cui interim caues à flagello paternæ correptionis, thesaurizēs iram æternæ damnationis. Genimina viperarum ait Ioannes Matth. 3. quis demonstrauit vos fugere à ventura ira: facite fructus dignos pœnitentiæ. Ac si euidentius loqueretur: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: sustinete virgā corripientem, ne sentiat malleum contemnentem. Sed dicunt pœnitētibus carnales homines: crudelis est vita vestra, non parcitis carni vestræ, quibus respondere possumus. Esto: nõ parcimus semini: In quo ei magis parcere poteramus? An non melius

Genes.
Genes.

Non est crudelitas sed misericordia se odio prosequi.

Bernard.

Matth.

Bernard.

Galat.

Lucæ.

est illi renouari, & multiplicari in agro, quam in horreo putrefieri? Cōputruerunt iumenta, dicit Ioël cap. 1. in stercore suo. Sic vos parcitis carni vestrę. Simus ergo nos crudeles interim non parcendo, & vos planè parcendo crudeliores. Si quidem etiam nunc caro nostra requiescit in spe, videritis vos ipsi quid ignominie interim vestra sustineat, quid miserie eam maneat in futuro. Vndè Paulus ad Rom. 7. quasi pondere pressus & respirare desiderans exclamat: *Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?* Quem locum tractat Bernard. Sermo. 72. super Cantica, elleganter dicens. Quod portamus omnes impressum nobis cauterium conspirationis antiquę, Eua utique viuentē in carne nostra, cuius per hæreditariam concupiscentiam serpens nostrum suę factioni sedula satagit sollicitudine vindicare consensum. Propterea, huic dici maledixere sancti, breuè optantes, & citò verti in tenebras, quod sit contentionis & contradictionis dies, dū nō cesset in ea caro concupiscere aduersus spiritum, legiquè mentis membrorum contraria lex rebellionē infatigabili assidue contradicat. Itaque dies expirās factus est. Ex tunc enim & deinceps: *Quis est homo qui viuet, & non vi debet mortem?* Festinemus pro indè respirare à conspiratione antiqua & iniqua: quoniam *breues dies hominis sunt.* Antè sanè excipiat nos dies respirans, quam nox suspirans absorbeat æternæ caliginis tenebris exterioribus inuoluendos. Quæris in quo respiratio ista consistat? In eo, si incipiat spiritus vicissim

concupiscere aduersus carnē. Huic si repugnas, respiras: Si spiritu facta carnis mortificas, respirasti. Si hanc cum vtijs, & concupiscentijs suis crucifigis, respirasti. *Castigo corpus meum & in seruitutem redigo*, dicit Paulus: vox est respirantis, imò qui iam respirarat. Vndè tu fac similiter, vt te respirasse probes, vt diem denuò inspirantem tibi noueris illuxisse. Alia plura ad hoc propositum proponit Bernard. isto loco, quæ videri poterunt, & breuitatis causa omittuntur.

Caro ergo spiritui inimica est, continuum illi bellum mouet. Vndè non vt amica blandè tractanda est: sed vt crudelis hostis insectanda. Si enim delicatè nutrieris, & te illius manibus commisseris tradet te inimicis tuis. Sicut Iudic. 16. Dalidam fecisse legimus, quę Sansonem, (qui eam blandè & amicabilè tractabat, sui pectoris occulta aperiendo) inimicis suis tradidit. Inimica est, & quæ nostrum malum blanditijs suis procurat. Hęc est Eua ad pomū prohibitum nos inuitans. Genes. 3. Hęc est Ægyptia Putipharis vxor Iosephum ad falsas voluptates alliciens, Genes. 39. Hęc est Iahel Sisaram ficto amore seducens, lacte inebrians, & tandem occidens. Iudic. 4. Hęc est ancilla Isboseth, quæ ostium apertum inimicis reliquit, vt illū interficerent. 2. Reg. 4. Quare caro nostra assidua pœnitentia mortificanda est, & igne diuini amoris tota comburenda: vt spiritus viuat, & ipsa caro debilitata non moriatur. Quod Paulus ad Roma. 12. nos admonuit inquiens. *Obsecro vos fratres per misericordiam Dei,*

Ioel.

Rom. 7.

Bernard.

Caro si fouetur tradet te inimicis tuis. Iudi.

Genes.

Genes.

Iudic.

Reg.

Rom. 12.

Dei,

Caro quomo
do hostia vi-
ua.

Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostia viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum. Hostia occidebatur, & Apostolus monet, vt carnem mortificemus, vt sit hostia viuens, vt sit victima viuua. Si victima est, occissa est: si occisa, quomodo viuua? Qui fieri potest, vt mortua & viuua eodē tempore sit? Vult significare Apostolus, ita nos debere carnem mortificare, vt sit mortua peccato, viuua autē gratiæ: mortua concupiscentiæ, viuua virtuti. Imò viuua esse non poterit, nisi hoc mundo fuerit mortua. Ait enim Apostolus: *Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.* Et ad Coloss. 3. ait. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Et ad Galat. 5. *Qui autem sunt Christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs suis.* Hinc Bernard. Serm. 29. in Cant. adducens illud Pauli. 2. Corint. 12. *Quando enim infirmor, tunc potens sum & fortis.* Ait. *Vides quia carnis infirmitas robur spiritui auget, & subministret vires? Ita è cōtrario noueris carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. Et quid mirū, si hoste debilitato tu fortior efficeris? Nisi forte illam tibi insaniſſimè ducas amicam, quæ non cessat concupiscere aduersus spiritum.* Vnde prudenter & salubriter sagittari, & impugnari postulat sanctus David, cum dicit in oratione Psal. 118. *Confige timore tuo carnes meas.* Optima timor iste sagitta, qui configit & interficit carnis desideria, vt spiritus saluus sit. Ex his igitur omnibus collige, quam necessaria sit homini carnis mortificatio, vt secundum spiritum viuere,

Coloss.

Galat.

Bernard.

Corint.

Psalm.
Timor sagitta
est carne
conficiens,

& Deo placere possit. Quam Dominus maxime in Ioanne commēdat ex asperitate vestium.

XXXVII. CONSIDERATIO.

Adulationis vitiū reprehendit, & adulatorum fraudes detegit, quamquē detestabilis sit adulatio declarat.

Ecce qui mollibus vesti. &c.



Liqui per eos qui mollibus vestiuntur intelligunt adultores, qui in domibus regum præcipuè reperiuntur: & se molles & tractabiles principibus faciunt, eorum vitia & mores laudando, & blandis assentationibus palpando. Qui similes sunt tineæ, quæ cor ligni paulatim corrodit, & tandem perdit. Ita & isti reipublicæ cor, scilicet, regem insensibiliter assentando corrodit, & suis blandis verbis corrumpunt, vnde reipublice interitus & rerum perturbatio sequitur. Hos dicit Christus in domibus regum esse. Quia tales sunt, qui, vt in plurimum principibus placent, quos diligunt, quibus fauent: quoniam ad eorum nutum & voluntatem, & quæ illis placita sunt loquuntur. Illos verò qui aspera vtuntur veste, quæ perperam fiunt carpentes, qui liberè loquuntur, & quæ expediunt proponunt, odio habent, & domibus suis expellunt. Sic interpretatur locum istū Rupert. lib. 9. in Matth. dicens. *Sed quid existis videre, hominem mollibus*

Simile.

Adultores
tineæ reipub.

Rupertus

vestitum? Non utique. Quia ecce qui mol-
libus vestiuntur in domibus regum sunt:
Ioannes autem non in domo, sed in car-
cere regis est. Homines mollibus vestiti,
id est, adulatores, qui regum suorum adu-
lantur peccatis, tractabiles atque suaves
dominatoribus tanquam benefici, cum
sint iniqui, sicut Herodes patrator adul-
terij, ecce in domibus conuiuij circa late-
ra regalia comedunt, & bibunt. Ioan-
nes autem spinosus, & aspero vestitu
armatus, ita ut palpari non possit, iuxta
illud Ecclesiastis. 12. Verba sapientiu
quasi stimuli, & quasi clavi in altu desi-
xi. Hic talis extra conuiuium in carcere
clausus est: nec aliter admittitur in illas
dom^o regu, nisi ita, ut afferatur caput ei^o
in disco saltatricis premium, saltationis
preciu. Quod a curijs regu Christia-
norum maximè deberet esse alien-
num: & imitari deberent. Alexan-
dram, qui Philosophum quendam,
quem apud se habebat, & honora-
bat, domo sua expulit, eò quod
eius vitia non repræhendebat. Cui
dixisse fertur Alexander: aut intel-
ligis quæ ego malè operor, aut non
cognoscis. Si intelligis & cognos-
cis, & me non repræhendis, non me
diligis, nec meus es amicus: si non
cognoscis, non es Philosophus. Ideò
abi in pace. Digna profecto tanto
principe sententia. Còtrarium prin-
cipes & potentes facere conspisci-
mus, qui eos, quos blandiètes & vi-
tius suis adulantes sentiunt, hono-
rant, & diligunt: eos verò, qui vera
proponunt, odio persequuntur.
Quia falsa assentatione delectantur,
& dum adulatoris lingua scalpun-
tur & fricantur, instar immundoru
animalium, in luto suorum vitio-
rum volutantur, & neci suæ & per-

Eccles.

Alexandri
exemplu con-
tra adulato-
res.

ditioni aditum præbent, nec intelli-
gunt. De his Ezechie. 13. dicitur, *Ezechie:*
quod deceperunt populum Dei di-
centes: Pax, pax, cum non esset pax. Et
ipse, scilicet, populus edificabat parie-
tem: Illi autem, id est, falsi Prophe-
te, & adulantes, liniebant eum luto
absque paleis. Quem locum tractans
Gregor. lib. 17. Moral. cap. 4. ait. *Grego.*
Parietis nomine peccati duritia designa-
tur. Edificare ergo parientem est con-
tra se quem piam obstacula peccati con-
struere. Sed parietem linunt, qui pecca-
ta perpetrantibus adulantur: ut quod il-
li peruerse agentes edificant, ipsi adulan-
tes quasi nitidum reddant. Quæ senten-
tia in sacros Canones relata est. 46.
distinct: cap. Sunt nonnulli. Signifi-
cari autem per parietem peccatum
ostendit Esai. cap. 59. dicens. *Iniqui-
tates vestra diuiserunt inter vos & Deu
vestru.* Hic est paries ad quem Eze-
chias Esai. 38. faciem suam conuer-
tit, & lachrymas continere non
valuit. Hic est paries qui Iob. 1. su-
per filios ei^o cecidisse refertur. Hic
est paries qui inter nos & Deum di-
uidit: quem Hebræi edificabant nò
acquiescentes consilij Hieremix,
noua scelera quotidie perpetrates.
Cum autem adultores toto ore
eos laudarent, meritò dicuntur pa-
rietem istum luto linire. Vndè se-
quitur. *Dic ad eos qui linunt absque
temperatura,* id est, ad eos qui non
miscent luto paleas, quod casurus sit
paries. Paleæ enim necessariae sunt
ad lituram, ut lutum quod de se fa-
cile dissoluitur, tenatius fiat, & for-
tius adhæreat, sine quibus lutum
statim decidit, nec fortitudinè ha-
bet. Per paleas repræhensio aspe-
ra, & vera verba significantur, quæ
necessaria

Grego.

46. distinct.
c. sunt non-
nulli.
Peccatum pa-
ries est.
Esai.
Esai.

Iob.

Repræhensio
per paleas
luti significa-
tur quæ neces-
saria est ut vi-
ta consistat.

necessaria sunt ad lituram, & in ijs qui liniendi sua doctrina officium habent, quales sunt concionatores, Doctores, & consultores, & qui principum lateribus adherent.

Vndè delinientibus sine temperatura statim ab eodem Ezechie. dicitur. *Va ijs, qui consuunt puluillos sub omni cubitu manus, & faciunt cervicalia sub capite vniuersa etatis ad capiendas animas.* Quem locum exponens Gregorius loco allegato ait. *Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescat. Quisquis ergò malè agentibus adulatur, puluillum sub capite, vel cubitu iacentis ponit: vt qui corripit excusa debuerat, in ea fultus laudibus mollitèr quiescat.* Vndè Salomon, Prouer. 17. dicit. *Qui iustificat impiũ, & qui condemnat iustum, vterquè abominabilis est apud Deum.* Et Idẽ Gregor. 2. part. Curæ Pastoralis cap. 8. locum prædictum tractans dicit, quòd puluillos sub omni cubitu manus ponere est, cadentes à sua rectitudine animas, atque in huius mundi se dilectione reclinantes, blanda adulatione fouere. Quasi enim puluillo cubitum, vel cervicalibus caput iacentis excipitur, cum correptionis duritia peccati subtrahitur, eiquè mollities fauoris adhibetur, vt in errore mollitèr iaceat, quem nulla asperitas contradictionis pulsat.

Adulatio ergò facit ne durities peccati sentiatũr, dum illud minuitur, vel coloratur, dumquè laudatur peccator in desiderijs animæ suæ excusationibus quibusdam ad inuentis, vt quæ mala esse negare nõ possunt, saltè non graua esse dicant, nec mirum si homo in iuue

tute, aut in potentia illa exequatur, quæ sui similes facere solent: multaque magnatibus licere, & illa illorum magnificentiam petere, quæ cõmibus non permittuntur. His & similibus & aliorum exemplis peccati duritiem leniunt, & magnitudinem extenuant: vt in peccatis suis perseuerent. De his Iob. c. 40. dicit: *Bestia agri ludent erid est, adulatores ludent corameo, dũ risum & ludum de aliorum peccatis faciunt.* Vndè procedit quod Sapiens Prouer. 10. dicit. *Quòd stultus, id est, qui adulationibus confertit, quasi per risum operatur scelus: id est, ac si nihil faceret: Y haerendo donayre.* Vndè subdit Iob. *Operient vmbra vmbra eius, & salices torrentis circũdabunt eum.* Duplici similitudine adulationis vanitatem exponit, quia peccantes deludit, & demutendo fallit. Prima sumitur ab vmbra, quæ refrigerium causat eo tẽpore quo durat. Ita adulatores tuis verbis, promissis, persuasionibus vmbra faciunt, vt peccatorum æstum & magnitudinem alij non sentiant, & sic in illis perseueret, donec ablata vmbra suam miseriam sine remedio conspiciant. Secunda sumitur à salicibus, quæ semper virorem seruant, folia retinent, absquẽ fructu tamen: quæ etiam semper secus decursus aquarum plantantur: & asfentatores significat: qui præter verborum virorem nullum fructum asferunt, nec nisi diuitibus & potètibus coniunguntur, vt illos perdant. Quod optimè intelligens Dauid Psalm. 140. instanter à Domino petebat, vt huiusmodi hominum mollia & blanda verba à se amoueret, dicens.

Ezech.

Adulatores puluillos consuunt
suis verbis vt
alij in vitijs
maneant.

Grego.

Prouer.

Grego.

Iob.

Prouer.

Adulatoris
vanitas ex-
plicatur.

Psalm.

dicens. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Verba hæc exponens Grego. Hom. 13. in Euang. dicit. *Tunc oleum peccatoris caput alicuius impingat, cum demulcet mentem fauor adulantis.* Quemadmodum oleum flammam ignis accendit. Sic adulatio erroribus & peccatis fomentum administrat. Quia adultores nunquam quæ verasunt referunt, etiam si res ipsas proponant: semper commutant, & quod dextrum est sinistrum faciunt, & sinistrum dextrum reddunt se semper tales exhibentes, quales alij desiderant, & sunt.

Simile.

Horum conditio optimè explicatur similitudine speculi. Sicut enim speculum quidquid opponitur imitatur, & intuentium imagines repræsentat, sed è cōuerso: quia dextrum repræsentat sinistrum, & sinistrum dextrum, & respicientē orientem refert ad Occidentem. Ita adulator omnia refert, sed cōuerso ordine, bonum dicit malum, & malum bonum. Similiter & talem se exhibet qualis tu es: si rides, ridet: si detrahis, detrahit: si tibi placeas, te laudat: si tristis es, tristem se ostendit. Deniquè quem amas, amare, & quem odio prosequeris, de testari simulat. Vndè Dominus Esai. cap. 3. dicit. *Popule meus qui te bonum dicunt, ipsi te seducunt.* Et cap. 5. contra ipsos adultores ait. *Va qui dicitis bonum malum, & malum bonum.* Et David Psal. 9. inquit. *Laudatur peccator in desiderijs anime sue, & iniquus benedicitur.* Quod ita vertit Paraphrastes Chaldaeus. *Lactatur impius super concupiscentia anime sue, &*

Esai.

Esai.

Psalms

Chaldaus.

qui benedicit hominem raptorem, reijcit Deum. Vbi de adulatione (quæ propter blâditiam lactationem vocat, qua homo delinitur, & inebriatur, & sopitur, ne sua & se videat & cognoscat) loquitur. Qui enim adulationem admittit nunquam se suis oculis & in se videt: sed oculis adulantium & in eorū linguis: & idè semper decipitur. Quod Gregor. super illud. 1. Reg. 15. *Cum esses paruulus in oculis tuis, eleganter aduertit dicēs. Hæc est hominum cōditio, quod ille qui mendacibus & adulatoribus aures libenter præbet, non se suis oculis, sed alterius intuetur. Vndè videt quasi bonum, quod pessimum est: quia alius malum dicit esse bonum: & sic ab eo seducitur. Iustus autem se suis oculis videt, qui veritatem vident & dicunt. Propria quippe conscientia verissimus testis esse solet.* Hinc Paulus se & suam doctrinam commendans dicit. *Nequè aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis.* Maximè igitur detestandum esset vitium hoc, & à domibus regum & priuatorum relegandū. Quod corrumpt bonos mores, & blandis sermonibus sub colore amicitiae, vt dicit Sapiens Prouer. 29. *rete expandit pedibus hominū, quo capiuntur, illaqueentur, & pereant.* Vndè Osee 5. Dominus ad Sacerdotes, & ad eos qui erant de domo regis, (eò quòd populum deciperent ne ad Dominum ascenderet in Hierusalem, & blandiebantur adulantes populo & illorum sacrificia idōlis oblata approbantes) dicit. *Audite hæc Sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudiciū est. Quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter*

Adultores audiens nunquam se in se videt sed in eorū linguis.

Gregor.

Galat.

Prouer.

Osee.

Thabor,

Thabor, & victimas declinastis in profundum. Ecce adulationem laqueū & rete vocat. Quia occultè & blandè decipit, vt animas ducat in profundum. Quod Sapiēs Prouer. 27. intelligens dicit. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula blandientis: Qui similis est Iudæ osculo tradens filium hominis. Et similis Syrenæ, quæ faciem sceminæ pulchram ostendit, vt alliciat & perimat. Ore blanditur, & cauda sicut scorpio mortiferè percutit. Sub mollibus verbis aculeum gerit, quo percutiat & interimat. Hos in domibus regum reperiri dicit Christus.

XXXVIII. CONSIDERAT.

Curiarum perditionē declarat, & quod in eis omnia vitiorum genera reperiuntur.

Ecce qui mollibus vesti. &c.

RER eos qui mollibus vestiuntur, vt supra diximus, nō solum illi intelliguntur qui delicatis, curiosis, & preciosis vestibus induuntur: Sed vniuersaliter omnes qui delitijs & voluptatibus huius mundi vacant, & vitijs dediti sunt suæ carnis concupiscentiam & desideria sectantes. Quos in domibus regum & in curijs principum Christus dicit reperiri. Quod non sine magno dolore dictum credere debemus. Et quod magis defendum est, ad eò calamitosa tempora instare, quòd non nisi huiusmodi homines in cu-

rijs viuunt, & in aulis reperiuntur, qui molliter, delitiosè, & vitiosè vitam transigunt. Hoc vitium reprehendere voluit Christus cum dicit: *Ecce qui mollibus vestiuntur*, id est, delitiosi, delicati, & vitiosi homines, & carni suæ indulgentes, in domibus regum sunt.

Curiarum corruptionem reprehendit Christus, eò quòd quæ deberent esse virtutum scholæ, in quibus omnes quæ recta sunt inspicere, videre, & discere deberent, factæ sunt vitiorum gymnasia: Vbi ludi, vbi fraudes, vbi inuidiæ, & cōtentiones, vbi murmuraciones, vbi vitiorum mille genera non solum fiunt, sed & de nouo excogitantur, quæ alij imitantur: & sic tota respublica corrumpitur, vnde emendari deberet. Sicut enim à capite qualitates ad membra deriuantur vel bonæ & vtilis, vel noxiæ & peruersæ, quibus caput abundat, talisq; est totius corporis dispositio, qualis & capitis. Ita & in corpore mystico reipublicæ contingit. Nōmine capitis non solum principem intelligo, sed & illos qui de eius domo & consilijs sunt, qui illi adherent: alij vt oculi, vt quæ recta sunt videant: alij vt aures, vt alios audiant: alij sicut nates, vt mala sua prudentia præsentiant, & olfactu à longè sentiant: alij sicut os, vt iusta decernant. Hi omnes vnum integrum caput constituunt. Quale igitur fuerit caput, qualis regia domus, qualis curia, tale erit & corpus totius reipublicæ, similibus virtutibus vel vitijs imbuetur. Si caput sanum & bonis moribus institutum fuerit, si regis domus & curia mo-

Curiarū corruptio repræhenditur. Simile.

Qualis domus principis talis tota respublica.

Prouer.

ria modestia composita, & virtutibus ornata, totius regni corpus compositum erit: si autem caput languidum fuerit, & curia vitijs infecta, totum reipublicæ corpus languidum erit & vitijs plenum. Quod Esai: cap. 1. deplorat miserum statum populi Israëlitiçi conspiciens. *A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas, omnis liuor, vulnus, & plaga tumens.* Quod de vitijs populi comunitè interpretantur. Quod & Oseas cap. 4. deflebat dicens. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium innundauerunt: & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & omnis qui habitat in ea.* Et rationem assignans Esaias, & radicem ostendens vnde mala ista orientur, ait. *Omne caput languidum, & omne cor mærens.* Quasi dicat. Quid causam queritis? in promptu est. *Omne caput languidum, & omne cor mærens.* Quas alias qualitates in corporis membra caput languidum, & cor mærens poterat influere?

Hoc experientia demonstrat, nec solum sacræ literæ, sed prophanæ historiæ docent: ea vitia in quolibet regno præcipuè vigere, quæ in curijs regum & in eius aula frequentiora sunt. Si auaritia regnat, si exactiones excogitantur, omnes inferiores auaritiæ & exactionibus student: & vt Hierem. dicit c. 6. A Propheta vsque ad Sacerdotem omnes illa sequuntur. Si voluptates, luxus, & superfluitas vestium viget, omnes voluptuosi & in sumptibus & vestibus nimij fiunt. Et similiter in alijs vitijs ratiocinandum est. Quis

Israël ad idololatriam traxit, quis impullit, nisi Ieroboam Rex Israël & domus eius, qui primi idolis immolauerunt? vt. 3. Reg. cap. 12. & 14. habetur? De quibus ad literam loquitur Oseas, cap. 5. dicens. *Audite te hæc sacerdotes, & attendite domus Israël, & domus regis auscultate: quia vobis iudicium est. Quoniam laqueus facti estis speculationi, & sicut rete expansum subter Thabor, & victimas declinastis in profundum.* Vbi principaliter Propheta ad eos dirigit sermonem, qui de regis domo sunt. Quia isti facti sunt laqueus & rete expansum, dum non solum alios suis verbis volunt irretire: sed & suis vitijs & exemplo ligant & capiunt, & in similia peccata trahunt. Vnde regis domus, quæ sinceræ religionis forma esse deberet, idololatriæ magistra facta est. Curia, in qua deberet primo verbum Dei audiri, facta est laqueus speculationi veris Prophetis, (qui verba Dei nuntiarent, & quæ utilia erant proponerent) aditum occludens: assentatoribus autem & falsis Prophetis, (qui quæ placita sunt loquerentur) ianuam aperiens, illos admittens, & honorans. Quod utinam & modo non fieret. Hoc Chrysostomus. Homil. 49. in Matth. adnotauit dicens. *Non autem ociose tempus Euangelista denotauit, verum vt ceruices tyranni, quibus ceteros despiceret, omnes intelligere possimus. Non enim ab ipsis statim miraculorum exordijs famam Iesu, sed post multum tempus percepit. Huiusmodi certe sunt qui in principibus viuunt. Nam quoniam fastu rerum plurimum sibi arrogat parui facientes cetera, raro ea perdiscunt. Tanto sumore Aulici inflati esse solent, vt sui ipsorum*

Esai

Oseas

Reg.

Oseas

Chrysost.

Hierem.

ipforum amantes cetera omnia & quæ
vera referuntur somnia & nugas arbi-
trentur. Ioannes apud Herodis Auli-
cos risus erat, & zelus eius deludebatur,
eos solum audiebat Herodes, qui illi blâ-
diebantur, & vitijs eius applaudebant.
Ideò dicuntur facti laqueus specu-
lationi, & rete expansum in Tha-
bor, & victimas declinare in pro-
fundū: Quia Curia vbi charitas &
pauperum cura fulgere deberet, fa-
ctæ sunt odiorū, passionum, & inui-
diæ propria loca. In illis enim ma-
ximè inuidiæ prævalent, & odia
vsquè ad internationem vigent.
Quod videre possumus Daniel. 6.
in ipso Daniele, quem Optimatum
inuidia adèd infectata est, vt apud
Regem fractæ legis accusaret, & in
lacum leonum perduceret. Mitius-
què leones cum illo se habuerunt,
quam homines, dū illi tangere Pro-
phetam non sunt ausi, isti sanguinẽ
eius bibere procurarunt, & quantū
in ipsis fuit effuderunt. Id etiam in
Ioanne videre possumus, quẽ bestiẽ
in deserto commorantem blandè
& amicitiam tractarunt: Aulici
verò in Curia in vincula coniece-
runt, & ad capitis truncationem per-
dixerunt.

Quis curiarum status sit & qua-
les Aulici eorumquè conditiones,
describit optimè Sophonias cap. 2.
dicens. *Et ponet speciosam in solitudi-
nem, & in inuium, & quasi desertum.*
*Et accubabunt in medio eius greges, om-
nes bestia genium, & Onocrotalus, &
ericius in liminibus eius morabuntur.*
*Vox cantantis in fenestra, coruus insu-
per luminari: Quoniam attenuabo robur
eius. Qui locus licet ad literam de
subuersione ciuitatis Niniue intel-*

ligatur, quæ speciosa dicitur, vt no-
tat Hieronymus, & in solitudinem
redigenda: Ita vt in ea bestia silue-
stres & feroces habitent: tamẽ in-
telligi potest de hominibus pecca-
toribus, & de mundi huius statu,
vt aduertit Hieronym. optimequè
adaptari potest principum Curijs.
Quæ specifæ dicuntur, vel quia ta-
les esse deberēt omni virtutum ge-
nere ornata, & obseruantia diuinæ
legis insignes & pulchræ: vel quia
propter diuitiarum affluẽtiam, ma-
gnorum concursum, & propter po-
tentiam tales sunt. Statim descri-
bit mores & cõditiones eorum, qui
in illis versantur, sub similitudinẽ
diuersorum animalium: Sicut in scri-
pturis consuetum est, animalium no-
minibus hominum mores designa-
re. Pro quorum maiori intelligen-
tia aduertendæ sunt istorum anima-
lium conditiones & qualitates, vt
ex illis mores Aulicorum depræ-
hendamus.

Onocrotalus, vt Hieronymus
existimat, & Septuaginta transtule-
runt, Cygnus est, vel illi similis auis,
cuius meminit Plinius lib. 10. natu-
ralis Historiæ cap. 47. Eadem auis
Pellicanus, vel Pellicanus dici so-
let, Psalm. 101. *Similis factus sum pel-
licano solitudinis.* In cuius loci expo-
sitione Hieronym. dicit, quod Pel-
licani Onocrotali nominantur, quo-
rum sunt duo genera. Alterum quod
in aquis degit, & piscibus pascitur.
Alterum quod in solitudinibus ver-
satur, cuius esca sunt venenata ani-
malia. Et isto loco Sophonias di-
cit, duo esse genera Onocrotalorum,
aquatile & solitarium. Et idem re-
fert Plinius, & affirmat, quod Ono-
crotalus

Hiero.

Animalium
nominibus ho-
minum condi-
tiones desig-
nat scriptura

Onocrotalus
Cygnus, vel
pellicanus.
Hieron.
Plin.

Psalm.

Inuidia in eu-
rijs maximè
viget.

Danie.

Aulicorum sta-
tum & condi-
tiones descri-
bit Sophon-

crotalus in medijs faucibus ingluuiem, id est, ventriculum quendam miræ capacitatis habet, quem aqua implens, aperto quæ ore multos pisculos excipiens, repente aquam euomit, & præda palcitur. Idem ferè de Pellicano scribit Aristot. lib. de mirabilibus auscultationibus dicens. Pellicanos, aiunt, cõchas fluuiatiles vorare, multitudinem quæ ingestam mox vomere, ac eò quod esui est, vesci, cæterum à testa abstinere. Dicitur autè Onocrotalus ab Onos, quod est vox, & Crotalos asini, quia similis asinis, voces emittunt. Quibus regum & principum consultores significantur plumis placidi, aspectu decorati, incessu graues, auctoritate spectabiles, qui solum vt aliena glutiant student, & in consilijs sine ratione voces & sententias proferunt. Alterum animal est Ericius, quod animal est spinis plenum, astutum & vafrum, quod cum apprehenditur caput & pedes ostentat & in spheram colligitur spinis vndiquè apparentibus: tales sunt multi qui latera principum cingunt spinis circumuoluti, non sibi sed alijs, veste aspera, aspectu graui, qui principum animos in alios commouent, & lapidem iacentes manum abscõdunt. Istos dicit Propheta in liminibus domorum morari, vt nulli ad principes permittantur accedere, qui Ericium euoluant, & veritatem detegant. Hi negotiantes detinēt, omnia quæ suis manibus deferri volunt. Addit, *Vox cantantis in fenestra*: Quia intra domos principum non nisi gaudijs, voluptatibus & delictijs omnes vacant, choreas du-

Onocrotalus
consultores
regum significat.

Ericius quos
significat.

cunt, & cantoribus & cantatrici-
bus auscultandis assistunt. *Et insuper*
liminari coruus, id est, in ingressu do-
mus coruus, qui vel suo cantu ve-
nientes retardet, & in crastinum de-
tineat, & negotiorum expeditiones
immortales faciat. Vel quia rapax
animal est, & ostendit quòd vi-
uitur ex raptu, & omnes quæ sua
sunt querunt, nec de aliorum utili-
tate, aut regni commodo curant.
Hinc prouenit quòd Deus regna
conterat, & in foelicibus successi-
bus vexet. Ideò dicitur. *Attenuabo*
robur eius. Tales sunt Regum curiæ,
quas qui pius esse cupit fugere de-
bet, vt Lucanus dicebat: *Exeat au-*
la qui pius esse volet. Vbi id etiam
aduerte iuxta locum Sophoniæ,
quòd vniuersæ aues istæ (quibus Au-
licos comparari diximus) & ani-
malia immunda sunt, quæ Deus si-
bi offerri prohibebat, vt constat
Leuitic. 21. & Deuteron. 14. Quia

Coruus quid
significet.

Lucanus.

Leuit.
Leute.

Curent igitur principes vt do-
mos suas & curias reforment, &
sic vniuersum regnum facile pote-
runt reformare, aliàs inutilis & va-
nus illorum labor erit. Quia totum
regnum regum curiās intuetur, vni-
uersæ ciuitates metropolim & ca-
put contemplantur, vt ex illis quæ
bona vel mala sunt discant, & earum
mores sequantur & imitentur. Quod
elegantè declarauit Michæas c. 1.

Reformande
sunt curie vt
regnum refor-
metur.

Michæ.

In scelere
Iacob

Iacob omne istud & in peccatis domus Israel. Et statim interrogat. Quod scelus Iacob, nomine Samaria? & quæ excelsa Iudæ nonne Hierusalem? Itaq; scelus Iacob, id est, sceleris Iacob causa dicitur Samaria, & excelsorum Iudæ causa dicitur Hierusalem. Quia Hierusalem metropolis erat & caput Iudæ, & Samaria, curia & caput Israël, & suis criminibus alijs inferioribus occasionem & exemplum idolatræ tradiderunt. Et hoc Propheta ostendit: Quia solent regni vrbes exemplum viuendi præbere cæteris, solent esse scholæ & officinæ virtutum, pietatis, religionis, & misericordiæ: vel scelerum, inuentionum, luxus, & pomparum: ex quibus multa bona, magna utilitas, insignis doctrina, singularis reformatio & correctio in alias vrbes procedere solet: vel magna corruptio, perditio, libertas, dimanare cõprobat. Quod enim illic geritur, quod illic fit (quia videntibus principibus & eorum cõsiliarijs & ministris, quibus cura Reip. & reformationis morum & rerum omnium, quæ ad statum & conseruationem regni pertinent, commissa est, quorumq; officium, vt super his vigilent & laborent, postulat) quasi viuendi regula certa, & indeficiens atque probata à minoribus vsurpatur. Eam minores amplectuntur, & sibi securitatem promittunt, dum regni vrbi in moribus conformantur, & regiam curiam imitantur. Vnde rusticus, inurbanus, & vilis reputatur, & ab omnibus paruipenditur, qui nõ eisdem vestibus vititur, qui non eodem luxu pascitur, qui nõ eisdem moribus imbuatur & eo


dem viuendi modo procedit, quo curia regia. Sicut enim riuus deriuatur à fonte, & easdem qualitates aqua participat: & sicut nerui à cerebro procedunt, & eisdem humoribus imbuuntur, quibus caput abundat: sicut arteriæ à corde, & per illas vitales spiritus egrediuntur, & cordis conditiones induunt: sicut membra à capite reguntur & gubernantur, & capitis qualitates & affectiones recipiunt: nec quis miratur si fons turbidus sit, quod riuorum aqua similis existat: si cerebrum malè affectum existit, quod nerui stuporè patiuntur: si cor mœrens, quod mæcescant sensuum instrumenta: si caput languidum fuerit, quod membra infirmentur. Ita cum regia curia fons sit, vnde aqua ad alias vrbes, qua irrigentur, procedit: cerebrum quod toti corpori neruos quibus conectatur, communicat: cor quod spiritum & vitam alijs prebet: caput, quod totum corpus regit: nõ debet alicui mirum esse, si mores illi in regno vigent, qui in curia sunt consueti. Imò maximè esset admirandum si virtutes illæ vel vitia, quæ in curia fiunt, alias ciuitates suo exemplo non purificent vel inficiant. Et sicut in mundi istius dispositione mirabili cernimus, quod inferiora corpora non solum in fluxum à superioribus recipiunt: sed & motum superiorum orbium sequuntur, etiã si eorum propria natura, (cui naturalis est contrarius motus) reluctetur. Orbis planetarum proprios habent & naturales motus, quos diuersis temporibus explent, vt Astrologi testantur, & experientia docet: omnesque ab Occidente sunt ad

Simile.

Simile.

Oriente[m]: quibus tamen non ob-
 stantibus tanta est primi mobilis vis
 tanta efficacia, vt suo proprio mo-
 tu (qui ab Oriente in occidentem est,
 & vigintiquatuor horarum tempo-
 re absoluitur,) omnes inferiores or-
 bes trahat, & suo motu circumuol-
 uat. Non aliter quia regis curia pri-
 mu[m] est regni mobile, (est enim pri-
 mo motori, scilicet, regi & eius con-
 siliariis, proxima, ab eisqu[e] tanqu[am]
 a propria intelligentia mouetur) ne-
 cesse est vt suo motu alias vrbes tra-
 hat, (& licet proprios habeant
 motus iuxta terrae dispositionem,
 exigentiam locorum, & temporu[m]
 qualitates, proprias consuetudines
 a maioribus prudenter dispositas)
 suo impetu circumuoluat, vt eoru[m]
 quae sibi propria erant obliuiscan-
 tur, & quae in curia sunt amplectan-
 tur & imitentur. Hinc principes, re-
 ctiores, & gubernatores supremi, &
 qui principibus coniuncti sunt, in
 scriptura cardines terrae nuncupan-
 tur. Psalm. 46. vbi nos habemus:
*Quoniam dii fortes terrae vehementer ele-
 uati sunt: ex Hebraeo verti potest:
 Quoniam cardines terrae vehementer ele-*

uati sunt. Vocantur cardines terrae:
 quonia[m] sicut porta cardinibus mo-
 uetur: ita respublica magnatu[m], qui
 curias constituunt, motum sequi-
 tur: Nec ab hoc dissentit noster tex-
 tus eos vocans deos fortes. *Dij enim
 sunt: quia sicut a Deo omnia p[er]de[n]t
 sic ab illis Resp. tota: & fortes, quo-
 niam suo motu omnes secum quod
 ipsi inclinantur ferunt. Quapropter
 maximè oportet principes aduerte
 re quae in curijs, quibus habitant,
 permittant, maximam oportet il-
 los aequitatis & probitatis habere
 rationem. Inferiores namque superio-
 rum mores facillè emulantur: vt dicit
 Ambros. & qualis rector ciuitatis ta- *Ambros.
 les & habitantes in ea. Ecclesiast. 16. Eccles.*
 Quare merito Christus repraehen-
 dens regum curias dicit: *Ecce qui
 mollibus vestiuntur in domibus regum
 sunt.* Contra verò qui aspera veste-
 vtuntur & vilibus induuntur de do-
 mo sunt & curia Regis regu[m] Iesus
 Christi, qui cum Patre & Spiri-
 tu sancto, viuit & regnat in
 saecula saeculorum,
 Amen.
 (?)*



EXPOSITIO
LITERALIS ET MO-
RALIS IN TERTIAM
DOMINICAM ADVENTVS.



IN ILLO tempore: *Misserunt Iu-
dai ab Hierosolymis sacerdotes & le-
uitas ad Ioannem, ut interrogarent
eum: Tu quis es? Et confessus est, &
non negauit. Et confessus est: quia nō
sum ego Christus. Et interrogauerūt
eum: Quid ergo? Elias es tu? Et dixit.
Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt er-
go ei. Quis es, ut responsum demus his qui misserunt nos?
Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamātis in deserto: Di-
rigite viā Domini, sicut dixit Isaias Propheta. Et qui mis-
si fuerant, erant ex Phariseis. Et interrogauerūt eum, & di-
xerunt ei. Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, nequē
Elias, nequē Propheta? Respondit eis Ioannes dicens: Ego ba-
ptizo in aqua: medius autem vestrū stetit, quem vos nesci-
tis. Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est:
cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calcia-
menti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, ubi
erat Ioannes baptizans. Ioannis. cap. i.*

EXPOSITIO LITERALIS.



EVANGELIUM hoc tres precipuas cōtinet partes, in prima proponitur conuentus in magistratū & se-

niorum populi Iudæorum qui erāt Hierosolymis, & describitur designatio legatorum & missio eorum ad Ioannem. Quæ quidem, vt latius infra dicemus, commendatur à loco vnde facta est dum dicitur:

Misserunt ab Hierosolymis: deinde à qualitate & dignitate personarum quæ missæ sunt, erant enim *Sacerdotes & Leuita*, & ex Pharisæis. Commendatur etiam à dignitate personæ ad quam legatio mittebatur, sicut, *ad Ioannem*, de cuius laudibus plura Christus Dominica præcedenti dixerat. Hæc omnia animum excitant & attentionem postulant. Secunda parte proponitur legatio & variæ interrogationes, quibus Ioannis mentem aperire & intelligere conati sunt, & Ioannis responsio per negationes ad omnia, quæ proposita ei fuerunt. Tertia parte explicatur questio, quam ex propria autoritate legati proponunt inquirentes, quare baptizet. Ex qua Ioannes sumit occasionem explicandi baptismi sui qualiter, & Christi dignitatem. Proponitque eximias laudes & maxima enchomia, quibus Christi dignitatem declarat. Hæc summa Euangelij est. Nunc ad singula verba explicanda veniamus.

Sed ante quam vterius procedamus illud aduertendum est, quod

Ioannes Euangelista propositurus legationem istam, & testimonium quod Ioannes illis satisfaciens de Christo reddidit, (quod sanè maximè admirandum videtur) quasi præfatione nos admonet & attentos reddit dicens: *Et Hoc est testimonium Ioannis, quando misserunt Iudæi, &c.* Quæ verba licet Theophilact. existimet non esse referenda nec intelligenda de nouo aliquo testimonio, quod Ioannes de Christo protulerit: sed esse prioris testimonij explicationem & confirmationem: quod etiam placuit Cyrillo lib. 1. in Ioannem, capit. 23. Quos secutus est Caieta. in huius loci explicatione, & exstimat pronomen *Hoc* ad priora, quæ Ioannes de luce dixerat referendum esse: Nihilominus communem sanctorum Patrum sensum sequentes credimus verba ista, *Et hoc est testimonium Ioannis*, referenda esse ad hoc testimonium quod Ioannes tradidit, quando misserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem. Quod testatur Origen. tom. 6. in Ioannem. Quem sequuntur Euthymius & alij multi. Ioannes namque duplex testimonium reddidit Christo, vnum turbis & ijs, qui vt ab illo baptizarentur, veniebant. Alterum Sacerdotibus & Leuitis quando missi sunt vt eum interrogarent, *Tu quis es?* Et hoc testimonium dicit Ioannes maximè commendandum esse, & maximè insigne fuisse, respectu cuius reliqua contices-

Theophi.

Cyrill.
Caieta.

Origen.
Euthy.

Testimoniū
hoc Ioannis
insigne m. xxi
mè inter omnia.

curat.

cunt. Tum quia alia testimonia ipse Ioannes sponte protulit non interrogatus de Christi persona nec requisitus. Tum etiam quia illa coram gente communi & de media plebe, quæ scripturarum notitiam non habebat, protulit. Hoc autem interrogatus proposuit & requisitus, & non a quibuscumq; sed à Sacerdotibus, Leuitis, & Pharisæis, apud quos summa autoritas scientiæ & religionis erat. Quare testimonium hoc maximè authenticū est, quod est quasi iudiciale testimonium à Ioanne traditū de Christi persona. Quod annotauit Chrysofost. Hom. 39. in Ioann. Vbi calumnijs Iudæorum respondens dicit. Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum. Id est, non reputabitis illud verū Ideò alius est qui testimonium perhibet de me, & scio quia verum est testimonium eius. Hæc habentur Ioan. 5. Et loquitur Christus de isto testimonio Ioannis. Quod qualificās inquit. Vos misistis ad Ioannem, & testimonium perhibuit veritati. Quæ verba ponderas Chrysofost. ait. Quid sille ad gratiam restatus est? Ne hoc dicerent, non inquit Ioannes testimonium perhibuit de me: sed prius, Vos misistis ad Ioannem. Nō misissetis nisi dignum arbitraremini cui fides esset adhibenda. Et quod maius est, non miserunt interrogatum de Christo Ioannem sed de se ipso. Cuius igitur in proprijs rebus testimonium fide dignum putabant, longe magis in alienis. Siquidem non ita de se ipso locutus, vt de altero quisquam creditur: Ioannes autem tanta apud Iudæos erat opinionis, vt de se alterius non indigeret testimonio. Nō enim qui missi sunt dixerunt, quid dicis

de Christo? Sed tu quis es? Quid dicis de te ipso? Adeò ipsum admirabantur. Hoc totum significauit Iesus his verbis, vos misistis ad Ioannem. Propterea Euangelista non missos tantum dixit, sed missorum personas diligentius exponit: non ex infima plebe viros, non abiectos, & viles, non qui corrumpi & decipi possent: sed Sacerdotes & Pharisæos, qui sanè eius verba intelligerent. Ideò merito dicit Euangelista: Hoc est testimonium Ioannis. Ac si diceret. Sileant omnia alia, hoc precipuum & potissimum est, & quod magis Ioannis virtutem commendat. Quia non coram gente stulta, non coram vulgo, & promiscuo populo: sed in præsentia Sacerdotum & Leuitarum, & interrogantibus Pharisæis, (qui in scripturis maximè versati erant, qui potestatem in Republica habebant,) testificatus est. Licet enim dixerat de Christo quod ante eum factus fuerat, & quod de plenitudine eius omnes accepimus, (quæ omnia ad primum testimonium Ioannis de Christo pertinere testatur Orig. tom. 6. in Ioann.) Nihilominus, Hoc est testimonium Ioannis, & quod maxime eius dignitatem commendat. Vnde Augustin. tractat. 4. in Ioann. propè initium ait. Tanta autem excellentia erat in Ioanne, vt posset credi Christū esse: & in eo probata est humilitas eius, quia dixit non se Christum esse, cum posset credi esse. Ergo hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad eam, vt interrogarent eum, Tu quis es? Nō autem mitterent nisi mouerentur excellentia autho-

Hoc testimonium Ioannis quasi iudiciale est.

Chrysofost.

Ioann.

Chrysofost.

Orig.

Ioannis dignitas ex hoc testimonio commendaatur. August.

ritatis eius, quia ausus est baptizare. Hinc ergo Ioannis constantia cognoscitur, qui non solum coram plebe: sed etiam coram sacerdotibus & principibus populi testimonium perhibuit veritati. Nec timore, aut amore, aut promissis, aut spe commoueri potuit, quin constanter veritatem predicaret. Tales esse debent Euangelici predicatorum, qui coram regibus, principibus, & potentibus, omni posthabito timore, omni neglecta spe, veritatem annuntient, & vitia arguant. De Paulo Actuum. 9: loquens Dominus ad Ananiam dicit. *Vas electionis mihi est, ut portet nomen meum coram regibus & principibus.* Qui principum potentiam timens vel fauorem expectans tacet nec verum profert, indignè predicatoris nomine gaudet: Qui talis debet esse, tam constans, & fortis, ut solo Spiritu oris sui interficiat impios, ut habetur Esai. 11. Vnde Saluator considerans discipulorum suorum peccata tremantia & timore nutantia, nec apta ad annuntiandum verbum Dei ea constantia & firmitudine, quæ necessaria erat, dixit eis Luca. 24. *Vos autem sedete in ciuitate, quoad usque induamini virtute ex alto.* Ac si diceret. Aliud peccus, aliã firmitatem requirit predicationis officium, quæ non ex sanguinibus neque ex volutate carnis procedit sed à Deo tribuitur. Ideò expectate donec impleamini virtute ex alto, & idonei efficiamini ad munus hoc debitè exequendum, & ut coram regibus & principibus testimonium perhibere possitis. Hanc fortitudinè in Petro, (qui ad vocè ancillæ ante aduentū Spiritus Chri

stū negauerat) agnoscimus Actuum. 5. Cū sacerdotibus & principibus populi precipientibus & denuntiantibus ne in nomine Christi predicaret, respondet. *Obedire oportet magis Deo, quam hominibus.* Hanc fortitudinem cōmendat Euangelista in Ioanne dicēs. *Et hoc est testimonium Ioannis, & toto isto Euangelio.*

Actuum.

Miserunt Iudai ab, &c.

Initio huius Euangelij circa missionem istā se offert quæstio: satis inuoluta de intētionē eorum qui legatos istos ad Ioannem miserūt. Vtrū simplici animo miserint ad Ioannem, & ut veritatem cognoscerent: an ex malitia processerint ad istam legationem faciendā, ut Christi honori detraherent, vel ut occasionem haberent contra ipsum Ioannem, qui eorum vitia carpebat, & nouum ritum baptizandi introducere videbatur? Chryso. Chryso. Hom. 11. Oper. perf. in Math. existimat, Iudæos misisse legationem istam ad Ioannē non simplici animo: sed ut ex eius responso occasionē sumerent accusandi, & reprehendendi Ioannem ex odio, quod contra illum conceperant: eo quod eorum vitia reprehendebat. Et dicit. *Nam*

Quæstio grauis de intentione istius legationis.

Chryso.

Contra Ioannes Euangelista quoque malignitatem eorum euidenter ostendit, ex eo, nem quæresilicet, quod ad Baptistam miserant suscitandum, si tu es Elias, si tu es Christus? Propter quod iniulit: qui autem missi fuerant, erant ex Phariseis. Quid igitur populi? Nonne id ipsum quidem putabant? Sed illi simplici illud suspicabantur animo, nulla prorsus ratione fucato. Pharisei verò occasionem qua aliquid reprehenderent quærebant.

Hanc

Quales debent esse predicatorum Euangelici.

Actuum.

Esai.

Lucæ.

Theoph.

Hanc sententiam tenere videtur Theophila. in loci huius expositio-
ne inquit. Imò si veriora dicere
licet, quasi invidentes eius glorię eū
interrogant. Ideò non quærunt nū
is ipse sit Christus: sed *tu quis es?*
Quasi dicentes, quis est tu? qui tale
opus attentas, baptizans & purifi-
cans confitentis? Etenim neq; Ioā-
nem apud multos pro Christo ha-
beri Iudæi mihi velle videntur, sed
ex liuore & inuidia interrogare eū:
Tu quis es? Maximè igitur maledi-
cti Iudæi, & verè progenies vipera-
rum, qui Ioannem quidem baptizā-
tem acceperunt: postquam autē ba-
ptizati sunt, ingrati fuerunt. Idem
refert S. Thom. hic. & confirmari
potest sententia ista ex verbis Chri-
sti Matth. II. vbi reprehendit popu-
lum Iudæorum, eo quòd Ioannem
non suscipierent, & Christum etiā
respuerent, dicens: *Venit enim Ioan-
nes, nequè manducans nequè bibens, &
dicunt: demonium habet.* Ergo osten-
dere videtur, quod nō simplici ani-
mo, & vt Ioannem suscipierent ad-
eum miserūt. Idem Chrysost. Ho-
mil. 15. super Ioann. existimat, Iu-
dæos deprauato animo legationem
istam misisse ad Ioannē, & ex odio
& inuidia quam conceperant, non
contra ipsum Ioannem, sed contra
Christum, videntes quod turbæ iā
Christum sequebantur, & tanquā
Prophetam magnum venerabātur.
Volebant inducere Ioannem, vt se
Christum esse diceret (licet opti-
mè cognoscerent Ioannem esse de
tribu Leui, & Christum de tribu
Iuda, & de domo David futurum)
vt sic populi Ioannē venerarentur,
& veri Christi nomen obscurarēt.

S. Thom.

Matth.

Chrysos.

Quod persuadere conatur Chryso-
ex illo Ioannē, vbi Christus repre-
hendēs Scribas & Phariseos quòd ^{Ioannē}
Ioannis testimonium, (quod ipsi
sua interrogatione quærere videbā-
tur) non acceperint, dixit: *Vos quidē
misistis ad Ioannem.* Vbi de legatio-
ne ista loquitur, & ideo subdit: *&
testimonium perhibuit veritati, scilicet,
quando confesus est & non negauit
confesus est, quia non sum ego, Christus.*
Quibus verbis maximè Iudæos
Christus vrget dicens: *Vos misistis.*
Dicere namquè poterat in sui ex-
cussationem, Ioannes vlt: d se obtu-
lit, & testimonium perhibuit de
Christo: testimonium eius suspe-
ctum videtur. Ille namquè, qui vlt:
& sponte se ad testificandū pro
alio offert, amorem vel passionem
demonstrat. Ideò hanc excussatio-
nem repellens dicit Christus: *Vos
misistis ad Ioannem.* Ac si diceret,
vos illum tanti faciebatis, vt eius te-
stimonium, etiā in propria causa,
verum & irrefragabile existimare-
tis: vos illum testem & iudicem ele-
gistis. *& ipse testimonium perhibuit,*
non sibi: sed *veritati* testificans de
me. Vbi aduerte, (quod in morali-
bus considerationibus latius prose-
quemur,) diuini cōsilij dispositionē
& altitudinem, qua hominum con-
silia & cogitationes quòd non volūt
inuertit, & eorum machinas (quas
contra veritatem instituunt) veri-
tati facit inservire. Statimquè con-
firmat Christus illorum factum, &
quod recte processerint mittentes
ad Ioannem, cuius dignitatē & ex-
cellentiam ipse declarat dicens: *Ille
erat lucerna lucens & ardens: id est,
omnia habens quæ ad comparandā*

aliorum fidem sibi necessaria erāt: eratq; testis dignus omni fide, omniq; aē exceptione superior.

Ioannes quare lucerna dicitur

Dicitur autem lucerna, vt ostendat Ioannem nō propter se, sed propter Christum missum esse, & propter populi illuminationem. Et quōd ipse a se lucem non habebat, sed a Christo (qui vera lux est) accipiebat. Lucerna namq; instrumentum est lucem deferens, nec sibi lucet: sed alijs lumen prestat. Præterea vt aduertit Cyril. lib. 3. in Ioan. cap. 1. ab alio lumen accipit a quo accenditur. Insuper vt notat Euthymiu. Lucerna in nocte lucet & sole adueniente cessat, quia necessaria non est. Quæ omnia optimè Ioāni conueniunt. Primo enim Ioannes non propter se, sed vt Christo testimoniu, perhiberet missus est: quod Psalm. 131. Dauid prædixerat, vt Cyril. notat, cum dicit. *Parauit lucerna Christo meo.* Quæ verba de Ioāne etiam intelligit August. Tra. 23 in Ioann. Ideo dicitur *Lucerna ardens & lucens.* *Ardens* quidem in se: Quia charitatis igne succensus erat, & veritatem cognoscebat: *lucens* autem, quia alijs veritatis huius erat idoneus & fide dignus prædicator. Vnde Grego. Hom. 11. in Ezechie. ait: *Erat lucerna ardens per celeste desiderium: lucens per verbum.* Secundo Ioannes non a se, sed a Christo lumen recepit: Non enim, vt dicit Ioannes Euangelista cap. 1. *erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine.* *Erat* namquæ Christus *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Quod optimè declarat Ambros. Serm. 14. super Psalm. 118. Tandē

Cyroll.

Euthy.

Psalm. Cyril.

August.

Grego.

Ioann.

Ambro.

quæ Christo adueniente & prædicante Ioannis prædicatio cessauit & vita. Quod ipse Ioannes discipulis suis testatus est cum dixit. *Illum oportet crescere, me autem minui.*

Deniquè Iudeorum malitiam & peruerfam intentionem, qua ad Ioannem miserunt declarat Christus inueniens: *Vos autem voluistis exultare ad horam in luce eius.* Sensus est. Vos optimè cognoscebatis Ioannē non esse Messiam in lege promissum. Quia nullo modo poteratis ignorare, quōd Christus futurus erat de tribu Iudæ, de domo & progenie Dauid, sicut apertissimè prædictū fuerat a Patriarcha Iacob, Genes. 49. & in ore omnium circumferabatur: *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentiu.* Insuper quōd in Bethlehē nasciturus esset: Quomā ab Herode consulti, quando Magi aduenerūt, id testati estis ex illo Micheæ. 5. *Et tu Bethlehē terra Iuda, &c.* vt refert Matth. cap. 2. Vndè Magos remissis in Bethlehē. Item Messias plura signa, & maxima facturus erat iuxta vaticinium Esai. cap. 35. *Eccē veniet, & tunc aperientur oculi cæcorum, &c.* Ioannem vero fuisse de tribu Leui vobis quidem notum erat: quoniam patrem eius Zachariam Sacerdotem fuisse optimè noscebatis, & fortè multi ex vobis mutum propter incredulitatem viderunt, Præterea natum in mōranis Iudæ, in super & nullum signum fecisse. Ideo vt ista ostendat Euangelista Ioannes in isto Euangelio personas, quæ legationem miserunt, & locum, & eas quæ legatione functæ sunt,

Sacerdotes non poterant ignorare ioannem non esse Messiam.

Genes.

Miche.

Matth.

Esai.

sunt, ad eò curiosè commemorat in
 quiens: *Misserunt Iudæi ab Hierosoly-
 mis Sacerdotes & Levitas, &c.* Ac si
 apertè diceret. Si homines fuissent
 qui misserunt & qui missi sunt ig-
 norantes & de media plebe, potuis-
 sent quidem falli, sicut Lucæ 3. re-
 fertur, quòd turbæ existimabant
 Ioannem esse Christum: at Sacer-
 dotes, Levitæ, Pharisæi excusari
 ignorantia non possunt, qui opti-
 mè hæc cognoscebant, & scripturas
 in manibus cõtinuò habebant. Qua
 re conuincuntur quod malitia tua
 excæcati, (licet cognoscerent non
 esse Christum) voluerunt illi istum
 honorè deferre, & exultare ad ho-
 ram in lucerna eius. Sed hoc in illo-
 rum confussonem versum est, vt
 Christus dicit, quia responsio Ioan-
 nis prohibuit eos, dum ille testimo-
 nium perhibuit veritati. In eadem
 sententia est Gregor. Homil. 7. in
 Euang. Quem sequitur Beda hic.
 Et nituntur colligere ex illis verbis
 Euangelij: *Et qui missi erant erant ex
 Pharisæis, qui malitiosi & fraudulē-
 ti ac arrogantes & superbi semper
 extiterunt.*

Nec modum istum dicendi ener-
 uat quorūdam imaginatio, qui di-
 cunt. Quòd cum Ioannes tantæ es-
 set apud Iudæos sanctitatis, non si-
 bi tam stulcè & insipientèr persua-
 sissent Sacerdotes & Levitæ Ioan-
 nem in tantum scelus tam facillè in-
 duci posse, vt Christi dignitatem
 sibi vsurparet, & insolentèr arripe-
 ret, quod nec de viro mediocritèr
 bono credi potuisset. Id enim maxi-
 mæ superbix & insignis dementiæ
 esset: nec Euangelista tantam isto-
 rum malitiam dissimulasset. Non

inquam hoc dissoluit prædictum
 modum dicendi. Quia cum illi su-
 perbi, arrogantes, & ambitiosi ma-
 ximè essent, ex suo animo alienum
 coniectabant, & nihil tam sanctum
 esse credebant, tamquè firmum,
 quod sicut auri, sic honoris execrã-
 da fames non corrumperet. Orige-
 tom. 7. in Ioann. à calumnia ista li-
 berat Iudæos, & existimat illos bo-
 no animo & recta intentione lega-
 tionem istam misisse ad Ioãem. *Val-
 debant enim tempus aduētus Mes-
 siæ instare, prophetias impletas, præ-
 cipuè illam Genes. 49. iam addu-
 ctam. Valde suspicabantur hebdo-
 madas Daniel. cap. 9. completas.*
*Videbant diuersas vulgi sentēti-
 as, & quòd in diuersas festas abibant,
 alijs existimantibus Ioannem esse
 Messiam, vt Lucæ. 3. habetur: Alijs
 dicentibus Christum esse Prophe-
 tam magnum, qui venturus erat in
 mūdum. Vt igitur populi dissensio-
 nes sedarent, & quid certum esse
 cognoscerent, misserunt legatos
 istos ad Ioannem, qui tantæ autho-
 ritatis, sanctitatis, religionis, & ve-
 ritatis apud omnes erat, vt illi^s sen-
 tentia sine dubitatione ab omnibus
 accipienda & veneranda crederetur.
 Et confirmari potest sententiã
 hæc ex verbis Christi Ioan. 5. *Vos
 misistis ad Ioannem. Et tunc verba
 sequentia, & voluistis exultare ad ho-
 ram, &c.* Nò ad hoc referēda sunt,
 quòd voluerint Ioannem pro Mes-
 sia suscipere, sed verbis istis eorum
 inconstantiam arguit Christus, vt
 declarat Chryso. Hom. 39. in Ioãem.
 Ac si dicat: Vos quidem quando
 misistis ad Ioannem benè incepti-
 stis, sed parum in bono perseveran-
 tes*

Lucæ.

Grego.
Beda.

Orige.

Bono animo
mississe lega-
tionem affir-
mat Orige.

Genes.

Danie.

Lucæ.

Ioann.

Chryso.

res testimoniū eius recipere noluitis, nec eius dictis acquiescere. Quod etiam comprobari potest ex eo, quod in isto Euangelio tam instanter interrogant quis sit, & quid de se ipso dicat: ut responsum dent ijs qui miserunt illos.

Et licet in hoc nihil certi determinari possit de eorum intentione, mihi videtur, quod non possunt omnino à calumnia & malo animo liberari; & quod huic sententiæ, quæ communior est, maximè fauet eorum interrogatio, qua Ioannem interrogant, an sit Christus. Si enim sincero animo & simplici corde accessissent dicere poterant: dissentio est in populo, & quæstio versatur, an Messias aduenerit, & quis sit? Tuam sententiam de hoc expectamus, dic nobis: quid tibi videtur? At cum interrogent *Tu quis es?* maximam suspicionem contra se ingerant; ut magis ex istorum verborum expositione, quam statim proponemus, constabit.

Tu quis es? &c.

HÆc est prima interrogatio, quam legati proponunt Ioanni: quæ an verbis istis communibus & genericis facta fuerit, an vero alijs peculiaritè eorum intentionem & mentem aperientibus, dubitati potest? Chrysof. Hom. 15. in Ioann. dicit. *Quid igitur interrogant? Non quod ignorarent: satis enim superquæ cognoscebatur. Nequè vlllo pacto poterat ignorari, sed ea, (quam paulò ante diximus,) ratione quo eum adduceret, ut se Christum esse confiteretur. Audi ergo quomodo beatus Ioannes non verbis, sed animo, quo illi percontabantur, res-*

*pondet. Nam cum dixissent: Tu quis es? Non respondit continuo, quod recte erat respondendum, ego vox clamantis in deserto: sed eorum primum suspicionem amouit dicens: Non sum ego Christus. Ecce Chrysof. existimat genericis verbis interrogationem istam factam, sinistra tamen intentione, ut an Christus esset explorarent. Quæ sequuntur Euthym. & Theophi. Sed iste modus dicendi non satis videtur textui accommodari: quia in dignum erat Ioannis modestia, ut, (cum non interrogaretur an Christus esset,) ipse prosiliret & responderet: *Non sum ego Christus*: Cū posset illorū interrogationi satisfacere dicendo, quis esset, sicut & in alijs interrogationibus fecit. Præterea quia eorum intentioni respondendo & non verbis, magis eorum errorem confirmare videretur, dum occulta cordis cognosceret & reuelaret: quod solius Dei proprium est. Quare Hieron. in cap. 40. Esaiæ, & Cyril. lib. 1. in Ioann. cap. 7. affirmant interrogationem istam non his verbis factam fuisse, sed alijs specialiter interrogantibus an Christus esset. Ideoque Ioannem apertè & distinctè respondisse, *non sum ego Christus*.*

Cæterum siue verbis his proposita fuerit quæstio, quod maximè probabile est, (cum apud Hebræos in more esset legatis non solum auctoritatem concedere: sed & verba notare, quibus uti debet in legatione exprimenda: ut colligi potest ex illo Exod. 3. vbi Dominus Moysen mittens inquit: *Sic dices filijs Israel. Qui est misit me ad vos*. Et 4. Reg. 4. Eliseus puerum suum mittens ut occurreret

Quæ sunt horum intentione explicata?

Euthym. Theophi.

Hieron. Cyril.

Utrum interrogatio his verbis Tu quis es facta fuerit? Chrysof.

Legatis & auctoritas dabatur & verba signabantur.

Exod.

Reg.

occurreret Sunamitidi inquit. *Vade in occursum eius & dic ei: rectè ne agitur circa te, & circa virum tuum?* Non dixit: vade & vide an rectè agatur circa illam & virum eius: sed verba perscripsit, quibus erat vsurus. Ita etiam Ioann. II. sorores Lazari miserunt ad Christum dicentes: *Ecce quem amas infirmatur.* Verba notantes. Sic etiam in proposito videtur quòd verba ista legis signauerint, & quòd illis facta fuerit interrogatio. Siue igitur istis verbis, siue alijs specialiter mentem eorum aperientibus vsi fuerint, hoc certum est, quòd ista interrogatione non intendebant Iudæi certificari de nomine, genere, aut origine Baptistæ. Optimè enim eum cognoscebant, & omnia quæ circa illum facta fuerant memoria retinebant, quæ publica fuerunt & in ore omnium circumferebantur; qualiter in circuncisione eius cognati volebant eum nomine patris insignire, & Zachariam vocare: quomodo mater instabat vt Ioannes vocaretur, & res tandem ad patrem eius delata est, qui postulans pugilarem scripsit *Ioannes est nomen eius*: statimquè lingua eius soluta est. Hæc adèd celebratæ fuerunt, vt nullo modo possent ignorari. Parètes etiam, sicut, Zacharias & Elisabeth sanctitate, genere, & dignitate Sacerdotali maximè noti erant: & sterilitas Elisabeth maximè cognita. Ideoque partus eius celebratissimus fuit omnibus vicinis & cognatis, & amicis cõcurrentibus & gratulantibus. Quærent igitur de gratia, dignitate, & officio. Et certè hæc interrogatio videtur respon-

dere quæstioni, quam in natiuitate eius fecerunt. Nam videntes mirabilem Ioannis natiuitatem, & prodigia miraculosa, quæ in ea contigerunt, sicut, quòd sterilis pareret, mutus loqueretur, audientes etiam quæ pater de puero prophetabat, omnes mirabantur & dicebant. *Quis putas puer iste erit?* Lucæ. I. Huic quæstioni respondere videtur interrogatio ista præsens: *Tu quis es?* Ac si diceret. Sæper ab ortu tuo de tua dignitate, excellentia, & officio mirabiles mines cõceperunt, adèd vt interrogaret. & determinare non auderet qualis futurus esses, & cuius gratiæ. Quod nec nos nunc te intuentes, tuam vitam & virtutem considerantes definire valemus, ne tibi iniuriã inferamus. Ideò missi sumus interrogare *Tu quis es?* Id est: tu de te ipso testimonium perhibe, cuius dignitatis & officij sis declara. Tantæ enim apud omnes, & præcipuè apud Sacerdotes, Leuitas, & Pharisæos, qui nos miserunt autoritatis es, vt dictis tuis sine alio testimonio fidem sint adhibitori. Quo declarant Ioannis autoritatem & sanctitatem, & in quanto precio illum haberent, illius sententiæ committentes rem, cui nunquam similis aut æqualis fuit, aut esse potuit, sicut, quis esset Messias. Tantiquè Ioannem faciebant, quòd si ipse diceret ego sum, statim & sine dubitatione aliqua illum recipent.

Quo eximia Ioannis humilitas maximè commendatur, & virtus declaratur: vt optimè adnotauit S. Thom. in Ioann. lection. 12. In prima enim interrogatione est magna Iudeorum reuerentia ad Ioannem, qui

Hæc interrogatio respondet quæstioni quæ in natiuitate Ioannis fecerunt quis putas. &c. Lucæ.

Quante autoritatis Ioannes apud Iudeos fuerit.

Ioannis humilitas commendatur. S. Tho.

Ioann.

Quid scire vellet interrogantes Tu quis es?

qui mittunt ad eum eius testimonium inquirentes: & magnitudo reuerentiæ ex quatuor colligitur. Primò ex mittentium dignitate: secundò ex loci eminentia: tertio ex nuntiorum autoritate: quartò ex hoc quòd miserunt, ut Ioannes de se testimonium perhiberet, quasi tantam fidem habentes dictis suis, ut crederent Ioanni de se ipso etiam testimonium perhibenti. Undè dicitur: *Ut interrogarent eum, Tu quis es? Quod cum Christo non faciebant, imò dicebant ei Ioann. 8. Tu testimonium perhibes de te ipso, testimonium tuum non est verum.* Hinc, ut diximus, Ioannis humilitas summoperè commèdatur, quòd *confessus est & non negavit*, quòd non esset Christus. Quod egregiè notauit Gregor. Homil. 7. in Euang. dicens. *Ex huius nobis lectionis verbis Ioannis humilitas commèdatur: qui cum tantæ virtutis esset, ut Christus credi potuisset, elegit solità subsistere in se, ne humana opinione raperetur inaniter super se. Nam confessus est, & non negavit: & cōfessus est, quia non sum ego Christus. Sed qui dixit, non sum, negavit planè quòd non erat: sed non negavit quòd erat: ut veritatem loquens eius membrum fieret, cuius sibi nomen fallaciter non usurparet. Cum ergo non vult appetere nomen Christi factus est membrum Christi: quia dum in firmitatem suam studuit humiliter agnoscere, illius celsitudinem meruit veraciter obtinere.* Eadem verba repetit Beda in istum locum Ioannis. Hinc August. tract. 4. in Ioann. affirmat, nullum maius meritum habuisse Ioannem, quam de ista tam humili confessione, inquiens. *Tanta autem excellentia erat in Ioanne, ut posset credi Chri-*

stus esse: & in eo probata est humilitas eius, quia dixit non se Christum esse, cū posset credi esse. Vbi etiam obiter cōsiderandum est, quid nimis amor vel odium, quid passio in homine faciat, quamquè potens sit. Et quomòdò hominem excæcet ut omnium quæ vidit, audiuit, & proprijs oculis considerauit, obliuiscatur. De quo in alijs Euangelijs occurreret copiosus dicendi campus idè modò prætermittimus.

Quid amor vel odium in homine possit.

Et confessus est & non, &c.

Huius confessionis excellentiam Euangelista declarat utens hac verborum repetitione, & proponens affirmatiua & negatiua verba, ut sancti patres animaduertunt. Licet non conueniant in modo explicandi, & referendi affirmationem & negationem ad verba Ioannis, quæ in hac responsione proposuit. Nam Greg. Homil. 7. in Euang. ait. Verbum affirmatiuum *confessus est*, referendum esse ad veritatis iustificationem, qua se non esse Christum asseruit. Negatiuum vero, *& non negavit*, ad ea quæ de Christo retulit, & de se ipso inquiens, *ego vox, &c.* Itaq; *confessus est* quòd non erat, *& non negavit* quòd erat, scilicet, *vox clamantis, &c.* Rupert. parum differt ab isto modo dicendi super Ioann. inquit, quòd Ioannes *confessus est* quòd ipse non erat, scilicet, *non sum ego Christus, & non negavit* quòd Christus erat dicens: *In medio vestrum stat, &c.* S. Tho. super Ioann. lectio. 12. ait. *Ideo autem Euangelista ingeminat hoc quòd dicit & confessus est, ut ostendat humilitatem Ioannis: quia licet esset tanta authoritas apud*

Gregor.

Rupert.

S. Thom.

Ioann.

Grego.

Beda

August.

Nullum maius meritum habuit Ioannes quam ex ista confessio

ne

is apud Iudæos, vt eum crederent Christum, non tamen honorem non sibi debitum vsurpabat: imò confessus est, quia non sum ego Christus. Sed quid est hoc quod dicit, confessus est & non negauit: videtur autem quòd negauit quia dicit se non esse Christum. Sed dicendum est, quòd ideo non negauit veritatē, quia dicit se non esse Christum: aliàs negasset veritatem. Iob. 31. Si vidi Solem cū fulgeret, & Lunam incedentem clarē: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deū altissimū. Non negauit ergo veritatem, quia quantumcumque haberetur magnus, non est elatus in superbiā vsurpans sibi honorem alienum.

Sed planus & literalis horum verborum sensus est. Quòd ista geminatio & repetitio affirmationis & negationis ponitur ad ostendendam constantiam, discretionem, distinctiōnem, & claritatem, qua Ioānes respondit. Est enim Hebrææ linguæ phrasis ad declarandam exactam & disertam responsionem, in qua nihil sit doli aut fuci, vt in affirmatione & negatione: Vt Iob. cap. 15. dicitur. Sapientes confitentur, & non abscondunt. id est, planissimè restantur. Et. 4. Reg. 7. leprosi illi de præhentes fugisse Assyrios dicunt. Si tacuerimus, & noluimus reuelare. id est, nisi apertè nuntiauerimus, sceleris arguemur. Et 4. Reg. 13. de populo dicitur, quod Tacuit, & non respondit: id est, apertè conuictus est. Ita in proposito confessus est, & non negauit, apertam responsionem significat.

Affirmatio & negatio si mul omnimodam claritatē dictionum de-clarant.

Iob.

Reg.

Reg.

Quia pro quòd ponitur & expositiua non causa lis esse solet.

Illud aduerte quòd Quia, in hac responsione non est causalis, sed ponitur pro quòd, vt in scriptura frequētissimum esse solet, in qua.

Quia, expositiua & non causalis particula est: vt Ioann. 4. de Regulo dicitur: Et cognouit quia illa hora erat in qua dixit Iesus, &c. Id est, cognouit quòd illa hora erat, &c. Itaque repetitio ista periphraſis est, qua explicatur sinceritas qua Ioannes veritatem professus est sine aliquo furore, colore, aut dolo. Nihil namquē ab ore sapientis & boni viri tā alienum esse debet, quā mendacium, vel eius minima species: quòd Deo odibile, hominibus detestabile, proferenti iniuriosum, & audientibus perniciosum est. Os enim quòd mentitur, vt habetur Sapient. 1. Occidit animam. Ideò de Deo Psal. 5. dicitur: Perdes omnes qui loquuntur mendaciū.

Ioanni.

Mendacium quam sit detestabile.

Sapient.

Psal.

Confessus est, quia non, &c.

EX verbis istis legationis, & responsionis Ioannis, apertè colligimus Ioannis humilitatem, & excellentem virtutem, insignemque constantiam. Hæc namquē maxima tentatio fuit, atquē adeò resistēdo insignem & nunquam satis laudatam victoriam est consequutus. Quia cū Christus reputari potuisset, (erat enim tunc temporis minus cognita Christi dignitas) voluit solidè subsistere in se, ne inani-ter raperetur supra se, vt ex Grego. Hom. 7. in Euangel. retulimus. Vnde August. ista tractans tractat. 4. in Ioann. ait. Lapis enim ille, scilicet, Christus adhuc paruus erat, iam quidem præscisus de monte sine manibus: sicut dicit Daniel. cap. 2. sed quid sequitur? Et creuit lapis ille, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersam faciem terræ. Videat ergo charitas vestra quòd dico. Christus anse Iudæis iam præscisus erat

Maxima tentatio hæc legatio fuit, vnde resistendo maximā gloriā consequutus est Ioannes.

Grego.

August.

Danie.

erat

erat de monte Regum & Patriarcharū sine manibus, quia sine opere virgo peperit Christum: sed nondum creuerat. Ideo offenderunt in illum, & factus est illis in scandalum propter humilitatem. Ideo ad Ioannem mittunt, qui demonstrauit Christum, & aperte testatus est dicens: Non sum ego Christus. Vnde merito meruit ut de eo diceretur, quod inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista. Quia ut Chrylосто. Hom. 33. in Gene. affirmat: illa est vera humilitas, quando quis occasionē habet ut extollatur, & se ipsum humiliat, supprimit, & modeste gerit. Magna certē Ioannis humilitas, propter quam maximē meruit exaltari. Si enim Omnis qui se humiliat, ut Matth. 23. dicit Christus, exaltabitur: Et Christus exaltatus est a Deo, & accepit nomen quod est super omne nomen, ut ad Philippen. 2. Paulus dicit, quia Humiliauit se vsque ad mortem Crucis: Ioannes, qui ad eum se humiliavit ut infimū humilitatis attigisse videatur, quomodo debuit exaltari?

Humilitas quippē ex gradu honoris quem contemnimus pensanda est. Quæ maior dignitas, quis superior honor esse poterat, quā pro Melsia haberi, & suscipi? Nulla ergo maior humilitas potest excogitari, quā dignitatem istam respicere, & aperte confiteri se non esse Christum. Quod ut magis intelligamus, fingamus regis filium vni-genitum in regno patris sui ita obscurum & ignotū, ut nec à civibus nec à principibus populi cognoscatur: & quod inter eos esset quidam, qui solus regis filium cognosceret, & iste in tanto precio & honore

apud alios haberetur, ut omnes vnanimi consensu eum filium regis reputarent, & ut talem suscipere vellent, & quod ad hoc consequendum nomine totius regni legati mitterentur, ut se manifestaret, & diceret an filius regis esset, & honorem istū vellet acceptare. Si homo iste aperte diceret non sum ego filius regis, sed iste, qui despectus est, quis nō admiraretur hominis istius fidem ad regis filium? Quis eius virtutem & humilitatem summis præconijs commendare desisteret? Certē nullus. Talis extitit Ioānes, vnde merito & apud Deū, & apud homines eius humilitas maximē commēdatur, & omnibus anteponitur.

Elias es tu? & dixit nō, &c.

A V dita Ioānis respōsione pergunt curiosi inquisitores vltè riuus interrogare, vtrū sit Elias. Quibus respondet: *Non sum.* Multi expositorū inquirunt isto loco, vnde occasionem sūmere potuerint Iudæi interrogandi Ioannem, an esset Elias: Cum Ioannem cognoscerent esse filium Zachariæ, & vix trigessimū ætatis annum attingere: Eliam verò per tot centenos annos ante Ioannem curru igneo raptum in cælum, ut habetur 4. Reg. 2. cognoscerent? Huic difficultati respondent aliqui, quod multi Iudæorū in ea fuerunt falsa & erronea sententia, ut crederent animas migrare de vno corpore in aliud, atque ideò videntes zelum quō Phines zelabat pro Domino, existimauerūt illum esse Eliam Num. 25. & ita credere potuerunt videntes similitudinem

vnde moti sunt ad querendum an esset Elias.

Reg.

Num.

inter

Chrylosto.

Vera humilitas que sit.

Matth.

Philipp.

Humilitas ex gradu honoris neglecti pensanda est.

inter Ioannem & Eliam in habitu, vita, & zelo: Animam Eliæ migrasse in corpus Ioannis, & illum Eliā esse. Sed hæc responsio nulla ratione consistere potest, nec difficultatem propositam euacuat. Optimè namque sciebant Iudæi Eliam viuere & nõdum mortuum esse. Quæ ergo ratione persuadere sibi poterant animam Eliæ illo viuente trās migrasse in Ioannem? Et confirmatur: quia Lucæ. 9. Cum quærent quis esset Christus, alij dicebant quia Ioannes surrexit à mortuis: alij vero quia Elias apparuit: alij autē quia Propheta vnus de antiquis surrexit à mortuis. Vbi consideranda est differentia quam inter Ioānem Prophetas antiquos & Eliā ponunt, quòd de illis dicunt quòd surrexerint, quia mortuos credebāt: de Elia vero quòd apparuit, quia in suo corpore viuere existimabant. Non ergo potuit huiusmodi transmigratio constitui. Et vrgetur vis argumenti. Quia resurrectio contraria est transmigratiōni. Quoniam resurrectio corporum est, quæ ceciderunt, non animarum quæ immortales sunt. Vndè resurrectio esse non potest, nisi idē numero corpus anima iterum sumat. Transmigratio autem corporum diuersitatem dicit. Qui igitur dicunt Ioannem & Prophetas surrexisse, & Eliam apparuisse transmigratiōnem inficiantur. Nec credibile est Christū aut Euangelistas huius erroris tam pernitiosi, si illo tempore vigeat, mentionem aliquam non fecisse. Adde quòd nullus scriptorum, qui sectas & opiniones Phariseorum retulerunt huius erroris mentionem fece-

runt: vt videre est in Clemente Romano lib. 6. Constitutio. cap. 6. Et Epiphano hæresi. 16. Scio auctores huius sententiæ in suum patrocinium adducere Iosephum lib. 2. de Bello Iudai. cap. 7. dicentē, Phariseos existimare bonorum animas in corpora transmigrare. Tamen hoc illis non fauet: quoniam ipse lib. 18. Antiquita. cap. 2. se exponit, & quòd transmigratiōnem vocauit reditum ad corpora sua seu resurrectionem dicit.

Quare ista sententia ommissa alij aliter respondent, & meo iudicio magis ad Euangelij mentem, dicentes. Quòd interrogatio hæc ortum habuit ex eo, quòd ante aduentum Messie Iudæi existimabant Eliam venturum; & in Ioanne multa conspiciebant, quæ illum Eliam esse, videbantur testari. Pro cuius explanatione notandum est primò. Quòd Iudæi cognoscebant tempus illud ad eò desideratum aduentus Messie iam instare. Quoniam multas prophetias, (quæ de tempore hoc loquebantur) impletas cernebant. Secundò Iudæi maiorum traditione acceperant, Eliam, (qui raptus fuit in curru igneo) mortem nõ gustasse, sed à Deo reseruatam, iterūquē venturum esse, & præcursorem futurum aduentus Messie. Huius traditionis fundamentum credebant prophetiam Malachie cap. 4. vbi dicitur. *Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequā veniat dies Domini magnus & horribilis: & conuertet corda filiorum.* &c.

Circa huius loci expositionem non mediocris versatur cōcertatio inter expositores, utrū ad literā intelli-

Clemens.
Epiph.
Ioseph.

Eliam venturum ante aduentum Messie Iudæi existimabant.

Malach.
Fundamentū traditionis de aduentu Eliæ

Lucæ.

Resurrectio transmigratiōni animarum contraria.

Ioannes quo
modo dicatur
Elias.
Matth.

intelligendus fit de Elia Thesbite, an potius de Ioanne Baptista? Et ratio dubitandi, desumitur ex eo, quòd Christus Matth. 17. rogatus ab Apostolis. *Quid ergo scriba dicunt quòd Eliam oporteat primo venire? Respondet. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum: sed fecerunt in eo quaecumq; voluerunt.* Et subdit textus. *Tunc intellexerunt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis.* Ioannes verò ipse isto Euangelio interrogatus an esset Elias respondet, *non sum.* Ecce Christus ad literam de Ioanne videtur interpretari prædictum locum: Ioannes verò de alio intelligi ostendit. Hieronym. exponens prædictum locum Malachiae existimat, nomine Eliae isto loco non significari personam aliquam determinatam: sed omnem Prophetarum chorum, qui de Christo prædixerunt. Vnde dicit, quòd ad quæstionem de aduentu Eliae Christus respòdet iam venisse, per Eliam Ioannem intelligens, qui ad Prophetarum numerum pertinebat. Alij grauisimi Patres moti verbis Christi Matth. 17. existimant locum prædictum ad literam intelligendum esse de Ioanne Baptista, & de eius aduentu. Ita interpretatur Burgenfis, & Vatablus, Montanus, & alij quam plurimi. Et videtur satis conueniens expositio, confirmarique potest ex verbis Gabrielis Angeli Lucæ. i. vbi de Ioanne loquens inquit. *Ipse precedet ante Dominum in spiritu & virtute Eliae: ut conuertat corda patrum ad filios, &c.* Quibus verbis alluisse videtur ad prædictum testimoniũ Malachiae. Pre-

Hieron.

Matth.

Burgen.
Vat. bl.
Montanus.

Lucæ.

terea comprobatur, quia Christus bis in Euangelio affirmat Ioannem esse Eliam, qui promissus erat venturus. Matth. enim. 11. inquit. *Si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est.* Et Matth. 17. *Dico vobis, quia Elias iam venit.* Et sanè si de Ioanne Baptista vaticinatus est Malachias verbis prædictis sicut cap. 3. obseruandum est. Quòd vltima omnium Prophetiarum, quæ in Canone habentur, verba sunt de Ioanne Baptista, post cuius promissionem nulla extat prophetia ab aliquo Propheta scripta, donec promissus veniret, a quo incipit nouum testamentum. Et in hoc apparet mirabilis connexion noui testamenti cum Prophetis. Nec huic expositioni obstat quod Ecclesiastic. 48. de Elia adducitur Prophetia ista, & in eo dicitur complenda. Sic enim habetur. *Sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Qui receptus est in turbine ignis, & in curru equorum igneorum, (loquitur cum ipso Elia) qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor Patris ad filium, & restituere tribus Iacob.* Ecce verbis istis refert Malachiae Prophetiam. Non inquam obstat. Quia intelligi potest implendum non in persona propria Eliae, sed in eo, qui in eius spiritu & virtute venturus erat, scilicet, in Ioanne.

Licet hæc interpretatio multis placeat, cõmunis expositio, quam ferè omnes antiqui Patres sequuntur, tenet de persona Eliae ad literam intelligendam esse istam Prophetiam. Qui venturus est ante secundum Christi aduentum, ut collap-

Matth.

Matth.

vltima propheta scripta de Ioanne Baptista fuit

Ecclesi.

Elias venturus ante secundum Domini aduentum.

sti ver.

sti versutia deceptos ad viam veritatis conuertat. Sic interpretatur Origenes tom. 7. in Ioannē. Chrysof. Homil. 58. in Matthæum, Gregor. Nissænus lib. de Aduentu Domini in carne contra Iudæos. Et August. 20. de Ciuitate Dei, capit. 29. & Cyrill. & Theodoretus, & Lyranus in istum locum Malachia, & alij quam plurimi. Vtraq; sanè sententia sustineri potest, nec aliquid contrarium continet fidei, aut ecclesiasticę doctrine. Vnde Rupertus in istum locum Malachie dicit. *De aduentu Elie quicquam diffinire non ausim, quia videlicet Doctorum alij, (quibus omnes ferè consentimus) credunt eum ad literam venturum & restitutum omnia, ac mortis debitum persolutum. Alij verò nequaquam; quibus vir illustris Beatus Hieronymus consentire videtur dicens. Quamquam multi sint etiam nostrorum, qui credunt eum ad literam venturum. Ceterum Dominus interrogatus ab Apostolis de aduentu Elie, respondit. Elias iam venit, & Ioannes ipse est Elias. Veruntamen siue ipsam Elie personam, siue ut alij volunt Prophetiam promitti, magis verum sit in his verbis, Ecce ego mitto, & illud constat, quod reliqua conuertentur ex Israel.*

Ex ista ergo Prophetia de Elia intellecta existimare potuerunt Iudæi: Ioannem Eliam esse: sed decepti sunt Iudæi; Quia nescierunt distinguere duplicem Christi aduentum à Prophetis prædictum. Primū humilem ad saluandum, de quo Zachar. 9. dicitur: *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Alterū gloriosum & ad iudicandum, de quo Esai. 66. dicitur: *Ecce Dñs in igne veniet, &c.*

Quia ergo hos duos aduentus distinguere nesciebant, errabāt Iudæi de primo intelligentes, quod de secundo prædictum est. Quod Tertullia. annotauit in Apolog. cap. 21. Sicut ergo duplex est Christi aduentus, ut ipsemet Christus Matth. 26. (cum a summo Sacerdote interrogaretur, an ipse esset Christus,) ostēdit, dicens: *Ego sum: verumtamen dico vobis amodò videbitis filium hominis à dextris virtutis Dei venientem in nubibus caeli.* Quasi diceret. *Ego sum*, ne despiciatis in me primū aduentum in humilitate & abiectione, & ideò ne putetis me non esse Christum. Superest enim mihi alius aduentus illustris & gloriosus, quando veniam in nubibus iudicaturus. Ita duo futuri sunt præcursores, quorū meminit Malachias. c. enim 3. (ut Dominica præcedenti exposuimus) de Ioanne vaticinatus est dicens. *Ecce ego mitto Angelū meum*, qui ante primum aduentum aduenit: de Elia autem, qui secundum præcedet aduentū, vaticinatus est cap. 4. Iudæi igitur confundentes hos aduentus Ioannem crediderunt Eliā esse, & ideò interrogant: *Quid ergo Elias es tu?* Quibus Ioannes respondet non sum. Sed statim ex istis verbis Ioannis alia suboritur quæstio. Quomodo Ioannes neget se esse Eliam, cum Saluator nō semel sed bis, ut diximus, de Ioanne affirmet quod ipse est Elias, qui vēturus est? Sed huius facilis est solutio si dicamus: Ioannem in spiritu, virtute, & officio Eliam fuisse: in persona autem Eliā nō esse: & ita quod Christus de spiritu affirmavit, ipse negavit de persona. Quod optime Gregor.

Orige.
Chrysof.
Greg. Nissæ.

August.
Cyrill.
Theodor.
Lyra.

Rupert.

Tertullia.

Matth.

Sicut duo aduentus Christi ita & duo præcursores sunt.
Malach.

Malach.

Quomodo Ioannes negat se esse Eliam

Errauerunt Iudæi nescientes distinguere duplicem Christi aduentum.
Zachar.
Esai.

Gregor.

gor. Homil. 7. in Euang. annotauit dicens. *Quid est hoc fratres charissimi, quia quod veritas affirmat, hoc Propheeta veritatis negat? Valde namque inter se diuersa sunt, ipse est, & non sum. Quo modo ergo Propheeta veritatis est, si eiusdem veritatis sermonibus concors non est? Sed si subtiliter veritas ipsa requiratur, hoc quod inter se contrarium sonat, quomodo contrarium non sit inuenitur. Ad Zachariam namque de Ioanne Angelus dicit Luca. i. ipse precedet ante illum in spiritu & virtute Eliae. Qui idcirco venturus in spiritu & virtute Eliae dicitur, quia sicut Elias secundum Domini aduentum praeueniet, ita Ioannes praeuenit primum. Sicut ille praecursor venturus est iudicis, ita iste praecursor est factus redemptoris. Ioannes ergo in spiritu Eliae erat, in persona Eliae non erat. Quod ergo Dominus fatetur de spiritu, hoc Ioannes de negat de persona. Quia & iustum sic erat, vt & discipulis Dominus spiritualē de Ioanne sententiam diceret, Ioannes turbis carnalibus non de spiritu, sed de corpore responderet.*

Propheta es tu, &c.

De quo Propheeta interrogant.

Dubium est de quo Propheeta interrogēt Sacerdotes & Leuitae istis verbis? an inquirent vtrū Ioannes sit Propheeta in communi & generali: an verò de aliquo Propheeta in particulari? S. Thom. in loci huius expositione refert aliquorum sententiam, qui existimauerunt specialiter inquireri verbis istis de Eliseo Propheeta, sicut & praecedentibus de Elia interrogauerunt. Et quòd Pharisei ad hoc monebatur ex eo, quòd videbant Ioannem sibi vsurpare baptizandi officium:

S. Thom.

De Eliseo interrogant.

quod, quantū ex scripturis colligi videtur, tribus tantum poterat conuenire, de quibus his tribus quaestionibus inquirere videntur. Primo enim Christo baptizandi officium cōueniebat, in cuius persona, Ezech. 36. dicitur. *Effundā super vos aquam mundam, &c.* Deinde Elię poterat cōuenire, de quo dicitur 4. Regū. 2. quòd diuisit aquas Iordanis, & transiens raptus est. Item Eliseo, qui 4. Reg. 4. Naaman Syrum septies baptizari fecit in Iordane, vt à lepra mundaretur. Cum ergò primo interrogassent an Ioannes esset Christus, deinde quęsierūt an esset Elias, tertio iam quęrunt an sit Eliseus. Quem absolutē Propheeta vocant propter duplicē spiritum Elię quem accepit, & propter multitudinem miraculorū, quę operatus est. Et confirmari potest iste modus dicendi ex verbis legatorum: qui ad Ioannem dixerunt. *Quid ergo baptizas, si tu nō es Christus, nequē Elias, nequē Propheeta?* Sed iste modus dicendi non videtur satis literæ conuenire. Primò quia nulla apparet ratio quare si de Elisei persona quærere volebant, eum specialiter non nominassent sicut Eliā nominauerūt. Præterea quia istis interrogationibus videntur paulatim descendere minora semper interrogantes, vt constat: Eliseus autē non in minori precio est habitus à Iudæis quam Elias. Tandē quia non reperimus in scriptura quòd nomen Propheetę absolutē prolatum de Eliseo intelligatur quasi per excellentiam.

Alij existimāt quòd isto loco interrogant de Propheeta quodā eximio & singulari, quem Moyses praedixerat

Ezechie.

Officium baptizandi quibus poterat conuenire.

Reg.

Reg.

Reprobatur moaus iste dicendi.

De illo Propheeta interrogant quem Moyses promiserat.

Deute.

dixerat Deut. 18. venturum ante aduentum Messiae, dicens. *Prophetam suscitabit Dominus de fratribus tuis sicut me, ipsum audies, &c.* Qui locus licet ad literam ab omnibus sanctis Patribus de Christo intelligatur, tamē Iudēi malē intelligētes de alio Propheta interpretabātur, qui p̄cessurus erat Christi aduentū, & illū p̄nuntiaturus. Credebant enim tres excellētes personas futurascirca aduentū Messie, scilicet, ipsum Messiam seu Christū: Eliā, & quendā alium insignē Prophetā, de quo p̄dictū locum interpretātur. Et idēd cū interrogassēt an Ioānes esset Christus? & an esset Elias? tertio quærunt an sit Propheta ille expectatus & p̄cursor aduentus Messie? Huic modo dicendi fauere videtur textus Græcus, in quo Propheta ponitur eum articulo, scilicet, *Propheta ille*, quod enphasin habet, & de aliquo eximio & p̄ omnibus alijs illustri Propheta intelligendū notat. Istū modū dicendi tenet Orig. tom. 7. in Ioann. idem affirmat Cyril. lib. 1. in Ioann. c. 24. & Chryso. Hom. 15. in Ioann. quos sequitur Caiet. hic. Et cōfirmari potest ex varijs locis Euāgelij, quibus ostenditur Iudæos existimasse prophetam illum, de quo Moyses loquutus est, alium esse à Messia. Ioann. enim 6. turbę saturate panibus à Christo clamauerunt. *Hic est Propheta ille, qui vēturus est in mundum.* Vbi propheta ponitur cū articulo. Ergo credebant Prophetā aliquem insignem vēturum, & illū non esse Messiam, alioquin de Christo dixissent, hic est Messias. Deinde Ioann. 7. habetur, quod aliqui dicebant: *Hic est vere Propheta ille.* arti-

Orig.
Cyril.
Chryso.
Caieta.

Ioann.

Ioann.

culū enim habet. Alij dicebāt *hic est Christus.* Distinguebāt ergo prophetam illum à Moysē p̄dictū à Messia. Quis autem futurus esset iste propheta non certō definiebāt, multis existimantibus aliquem ex antiquis prophetis iam mortuis surrecturum, & nuntiaturum Christi aduentum. Vndē de Christo tam varię opinionones exortę sunt, vt alij dicerent illum esse *Eliam*, alij *Hieremiam*, aut vnum ex prophetis. Vt Matthei. 16. habetur, & Lucę. 7. Ad hoc respexisse videntur turbę cum dicunt. *Quia Propheta magnus surrexit in nobis.* De hoc igitur Propheta interrogant isto loco. Modus iste dicendi (licet curiosus sit & sustineri valeat) non videtur multum literę quadrare. Primō, quia vt ex litera cōstat in his interrogationibus paulatim descendendo, & minora quęrendo procedebant. Primo enim quęsierunt an esset Christus? secundo an esset Elias? tertio inquirunt an sit Propheta? Quod non videtur intelligēdum de Propheta qui maior esset Elia, qualem illum à Moysē p̄dictum futurum credere tenebantur. Secundō, quia si de Propheta inquirebant, qui Christi P̄cursor futurus erat, falsō respondisset Ioannes se non esse P̄cursorem Christi. Tertio, quia locus ille Deuteronomij ad literam de Christo intelligitur, vt manifestē constat Actū. Apost. c. 3. & c. 7. Vbi de Christo profertur locus ille. Et cōmuniter ita Iudēi interpretabātur, & intelligebāt: & satis id articulus in Græco positus declarat.

Matth.
Lucę.

Actuum.
Actuum.

Quare communior sententia est, quod quęstio hæc & interrogatio

intelligatur de propheta in genere & in communi, & non de aliquo speciali. Sic interpretantur Augustinus tractat. 4. in Ioann. & Gregor. Homil. 7. in Euang. Beda & Rupertus hic, & alij quam plurimi. Cui interrogationi respondet Ioannes negatiuè sicut in præcedentibus. Vbi statim maior quæstio insurgit, quomodo Ioannes verè negare potuerit se esse Prophetam, Cum de illo pater eius statim ac natus est Lucæ. 1. dixerit: *Tu puer Prophetæ altissimi vocaberis*: Et Christus Matth. 11. (vt Dominica præcedenti exposuimus) dixerit: *Quid existis videre: Prophetam? & ego dico vobis plusquam Prophetam*: Et Lucæ. 7. de eo dicit Christus: *Inter natos mulierum non surrexit maior Prophetæ Ioanne Baptista?* Quomodo ergo ipse negat se esse Prophetam?

Huic quæstioni variè respondēt expositores. Greg. Hom. 7. in Euang. & Beda dicunt: quod Ioannes ideò negat se esse Prophetam, quoniã plusquam Prophetæ erat, & talis à Christo nominat^r. Sed iste modus dicendi non euacuat difficultatem. Quia qui plusquam Prophetæ est, nõ ideò desinit Prophetæ esse. Præterea quia Ioannes his responsionibus se deprimere & extenuare voluisse videtur, & si se Prophetam negasset eoquod plusquam Prophetæ esset, magis ad exaltationem quã ad humiliationem responsio pertineret. Tum etiã quia absolutè Prophetæ dicitur in Euangelio. Quare alij dicunt, quod quia Ioannes fuit medius inter Prophetas & Apostolos, & quasi Orizon vtriusq; testamenti, ita quod sua vltima formalis ac pro-

pria gratia gratis data nõ fuit cum Prophetis veteris testamenti Christum futurum & in mundum venturum prædicere: sed eum demonstrare, & cum Apostolis annuntiare. Vnde participabat Prophetarum gratiam, & non erat alienus a gratia Apostolorum: imò magis ad istam pertinebat, eum regnum celorum primus prædicauerit, & lex & Prophetæ vsq; ad Ioannem fuerint. Et quoniam vltimè in formis est quod speciè tribuit & de nominatione, Ioannes à gratia Apostolica potius quam à Prophetica denominandus erat. Ideoq; interrogantibus an esset Prophetæ respondere potuit se Prophetam non esse, cum ad Apostolicam gratiam pertineret. Nec hinc sequitur falsò a Zacharia patre eius Prophetam nominatum: Quia ille quod infimum erat exposuit Christo declarandum relinquens quod ad superiorè gratiam & vltimam formam pertinebat. Tunc etiam quia quod mediū est ab utroq; extremo denominari potest. Hanc interpretationem adducit Dionysius Richel in istum locum. Et fortè quando Christus de Ioanne dixit, quod esset plusquam Prophetæ, hoc insinuare voluit, quod ad Apostolicam gratiam Ioannes pertineret. Rupert. istum locum exponens aliam interpretationem adhibet dicens. Ioannes enim virtute quidem Prophetæ erat, sed officio Prophetæ nõ erat. Quod autem officio Prophetæ non fuerit, palam fiet ex ipsa diffinitione officij Prophetici. Prophetici officium fuit verbum Domini antequam caro fieret carnem assumpturum esse dictis præsignare, factis præfigurare. Nam & si sunt vel fuerunt plurimi

De Prophetæ in communi interrogatio est.

August. Gregor. Beda. Rupertus.

Quomodo Ioannes verè negauerit se esse Prophetam. Lucæ. Matth.

Lucæ.

Grego. Beda.

Ioannes mediū inter Prophetas & Apostolos gratia eius vtriusq; partem cepit.

Dionys.

Rupert.

Ioannes non erat Prophetæ officio.

plurimi, qui diuersis in rebus Prophetiæ spiritu perdoceri meruerunt, eos tamen solos Ecclesia sancta cõputat in Cathalogo Prophetarum, qui de summis rebus, id est, de verbi incarnandi mysterijs sancti Spiritus oraculum mente perceperunt, voce & literis mundo annuntiauerunt. Ioannes autẽ non hoc modo verbo Domini obsequit⁹ est, quippe qui nõ in vmbra futurorum: sed in veritate erat præsentiu, nec proferebat Propheticu sermonem, cui attendendum esset tanquam lucernæ lucenti in caliginoso loco: sed digito extenso monstrabat verum Solem iam exortum. Igitur officio Propheta non erat. Rectè ergo hoc denegat requisitus. Et hæc planior videtur dubitationis solutio.

Ego vox clamantis, &c.

Esaï.

DE hoc vaticinio quod habetur Esaï. cap. 40. copiosè agemus Dominica sequenti: hoc solum hic aduertere libet, quod cum principio huius Euangelij in prima responsione Ioannis duo proposita fuerint, scilicet, quod *confessus est, & non negauit.* Quorum primum ad id quod non erat, & secundũ ad id quod erat referendum diximus. Cũquẽ satisfecisset primo dicendo *Non sum ego Christus.* supererat vt explicaret secundum, quod non negauit, scilicet, quid esset: quod exponit dicens. *Ego vox, &c.*

Et qui missi fuerant, &c.

CVm in superioribus explicasset Euangelista, qui & quales essent nuntij, qui ad Ioannẽ sunt destinati: nũc amplius eorũ conditio-

nem & qualitatẽ exponit dicens, quod *erant ex Phariseis*: vt sic legationis autoritas, & Ioannis constantia magis elluceat. Hi enim qui missi fuerant, non erant ex media plebe, sed ex sacerdotibus & Leuitis, nec qualescumq; illosũ, sed primores & ex Phariseis, qui virtute, literis, & autoritate ceteris videbatur esse prepositi. Vndè, vt supra dicebamus, meritò Euangelista celebrat hoc Ioannis testimoniu dicens. Hoc fuisse testimonium Ioanis. Quia Ioqui coram vili, abiecta, & indocta multitudine, cuiq; facilè est, ac coram doctoribus, potentibus, & principibus verum dicere, hic labor hic opus est. Tacent fortissimi, & qui multa iactabãt obmutescũt. Quare quasi quid magnum de Paulo dicit Dominus Ananiæ Actuu. 9. *Vas electionis mihi est, vt portet nomen meum corã regibus & principibus.* Et de Petro tanquã insigne Actuu. 5. dicitur, quod in conspectu principũ Synagogæ intrepidè dixerit: *Nõ possumus non loqui, quæ audiuimus, & vidimus.*

Actuum.

Vt ergo testimonium Ioannis commendat dicit, quod *qui missi fuerant erant ex Phariseis.* Pro cuius maiori intellectu sciendũ est, quod apud Iudæos triplex secta fuisse perhibetur. Prima fuit Essenorũ, qui rigorosissimã vitã agebant. Secunda Saduceorũ, qui negabant resurrectionẽ, spiritũ, & animẽ immortalitã. Tertia & nobilissima fuit Phariseorũ, quæ hæc omnia confitebatur, & religione, & sanctitate, zelo legis, & cõremoniarũ & traditionũ obseruantia reliquas antecedebar.

Secte tres fuerunt apud Iudæos.

Pharisei vnde & nomẽ accepit. Pharisei enim quasi diuisi ab alijs & separari dicuntur.

dicuntur: nec solū in vitæ professione, sed etiā in scripturarū interpretatione alios præcedebāt: vt aduertit Orig. tract. 24. in Matt. vbi ait.

Origem.

Qui ergo non recedunt à litera legis scribunt qui hæc dicuntur. Qui autem maius aliquid profitentes diuidunt se ipsos quasi meliores à multis, secundum hoc Pharisei dicuntur, qui interpretantur diuisi & segregati. Phares enim diuisio appellatur.

Actuum.

De qua secta gloriatur Paulus Actuum. 26. se fuisse quando erat in Iudaismo.

Nonam interrogationem excogitat Origem. his verbis.

Orig.

Ex hoc autem quòd peculiarem facit mentionem isto loco Pharisæorum existimat Origem. tom. 7. in Ioann. exponens verba illa: *Ego vox, &c.* Hoc quòd sequitur pertinere ad nouum & tertium testimonium, quod Ioānes de Christo protulit. Existimat verba hæc nouam continere interrogationem factam à Pharisæis, cum iam legati Hierosolymitanorum suam legationem compleuissent. Pharisæi tanquam pro lege & religione zelantes auditis quæ gesta sunt, insurrexerunt cōtra Ioannem, & de eius baptismo quæsierunt. Quare, scilicet, baptizaret? Quibus Ioannes satisfecit dicēdo: *Ego baptizo in aqua, &c.* Cæterū communis sanctorum Patrum sententia (quam tenent Gregor. Chrysof. August. & alij) tenet quòd isti, qui ex Pharisæis esse dicuntur, sunt iidem qui ab Hierosolymis missi fuerunt; qui ex Pharisæis tanquam maioris autoritatis fuisse dicuntur. Repetit autem hoc Euangelista, vt assignet rationem quæstionis de baptismo Ioannis, pro qua missi non fuerant. Quasi dicat, destinati fuerunt legati, vt interrogarent Ioannem quis esset: sed quòd quæ-

Grego.
Chrysof.
August.

runt, *quid ergo baptizas?* propria autoritate fecerunt: quia erant ex Pharisæis, quibus religionis opinio audaciam præbebat. Sic interpretatur S. Thom. licet Gregor. dicat apposita fuisse verba hæc, vt aperiretur intentio, qua isti quæsierunt. Pharisæi enim inter omnes maxime malitiosi, insidiosus, & ambitiosi erant.

S. Thom.
Grego.

Quid ergo baptizas si, &c.

Verbis istis potestatem & autoritatem suam ostendunt nuntij isti, & increpare interrogando volunt Ioannem, quasi sibi alienum & non debitum officium vsurparet baptizando. Ideò dicūt, *Quid ergo baptizas:* & nouum ritum inducis commouens populum hac noua cæremonia, *Si tu non es Christus, nequè Elias, nequè Propheta?* Vt ergo ostenderet Euangelista, qua autoritate ausi essent Ioannem increpare, prædixit quòd erant ex Pharisæis. Vbi obiter aduerte hominum ingenium & conditionem, & qualiter hominem, quē in honore, precio, & æstimatione habebant, quem vt religiosum vel doctum venerabantur, (si ad eorum voluntatem inquisitus in rebus, quæ ad vitam & mores pertinent, nõ respondet) statim de gradu deponūt, & tanquam inutilem & communem hominem despiciūt. Ad eò omnia suæ voluntati obsequentia homines volunt: de quo latius in moralibus agemus.

Facile homines deponunt eos qui ad suam voluntatem non respondent.

Sed rogabit aliquis, qualis hæc sit verborum consequutio & conuexio cum præcedentibus & sequentibus, *Quid ergo baptizas, si tu non es Christus,*

Christus, nequè Elias, nequè Propheta?
 Non enim satis constat, quomodo hæc illatio possit inferri, & auctoritas baptizandi Ioanni negari ex eo, quod non sit Christus, Elias, aut Propheta. Tum etiam inquiri potest, an verbis istis interrogauerint de ritu baptizandi, an de virtute ipsius baptismi Ioannis? In quo non est cõcors omnium sententia. Nam Benedictus Montanus in huius loci expositione affirmat, quod Pharisei istis verbis de virtute & efficacia baptismi Ioannis quæsierunt, quasi dicerent: declara nobis, quæ sit istius baptismi tui virtus & efficacia supra nostra baptismata, quæ ex lege habemus. Et interpretatio hæc confirmari potest ex duobus (quæ ipse non adducit) ego autem in ipsius gratiã, quem semper veneratus sum proponam. Quorũ primum est ipsa Ioannis responsio *Ego baptizo in aqua*: Qua iuxta communem sanctorum Patrum expositionẽ (vt infra dicemus,) sui baptismi effectum & virtutem exponit: quæ non videtur ad propositũ questionis, nisi illi de virtute baptismi interrogassent. Secundum est, quia Matth. 3. facta hac legatione multi ex Phariseis veniebant, & suscipiebant Ioannis baptismum, quibus ipse dicebat, *Genimina viperarũ, &c.* Et licet Origenes tomo. 7. in Ioannem multum labore, vt declaret quomodo venerit ad Ioannem baptizari qui nunc baptismum eius ca'umniabantur, nõ est cur nos difficile existimemus, cum in huius sententiæ confirmationem facere videatur. Sed modus iste dicendi suam patitur difficultatem. Quia si

de virtute baptismi Ioannis. interrogabant, non erat cur subiungerent. *Si tu non es Christus, nec Elias, nec Propheta.* Quæ verba manifestè declarant animo calumniandi factam fuisse hanc illationem.

Quare mihi aliter horum verborum consequutio explicanda videtur. Pro quo notanda sunt duo. Primum, quod baptismus Ioannis nouum quid fuit, nec in lege præceptum aut contentum, vt August. aduertit, lib. 5. contra Donatistas, cap. 6. inquit. *In scripturis veteris testamenti nulli Propheta, nec vlli vnquam hominum fuit concessum alios baptizare baptismo Pœnitentiæ, nec vlla caeremoniarum veteris legis erat talis baptismus.* Vndè baptismus Ioannis non erat ex lege. Quod docuit Iustinus Martyr in explicatione quæstionum Gentilicarum, Responsione 37. Nec talis baptismus fuit eõtra legem, sed supra legem, tanquã quid disponens ad gratiam noui testamenti suscipiendam. Quoniam talis baptismus à Deo ordinatus & præceptus fuit specialiter Ioanni. Quod ipse Ioannes hoc capite testatus est dicens. *Qui misit me baptizare ille mihi dixit.* Propterea nulli vnquam licuit baptizare, nisi ei qui speciale Dei mandatũ habuit, qualis fuit Ioannes. Cuius baptismus prædictus fuerat Psalm. 28. in illis verbis. *Vox Domini super aquas.* Què locum Basilius Homil. 2. super eundem Psalmum de baptismo Ioannis exponit. Secundum quod notandum est. Prophetas prædixisse temporibus Christi futurum esse aquæ baptismum in remissionem peccatorum. Ezech. 36. *Effundam super vos*

De quo interrogant de ritu baptismi an de virtute?

Montanus.

Augusti.

Iustini.
 Baptismus Ioannis nec erat ex lege, nec eõtra legem supra legem

Matth.

Origo.

Ioannis

Psalm.

Basil.

Baptismus Christi prædictus à Prophetis.
 Ezech.

aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et Esai. 4. Si ablaerit Dominus sordes filiarum Syon, & sanguinem Hierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Quo loco docet Hiero. Baptismum Christi prædici. Quam plurima etiam alia extant scripturarum testimoniz: Quæ non rectè intelligentes Iudæi existimabant baptismum istum complendum vel per Christum, vel per unum antiquorum Prophetarum, quos cum Christo venturos esse credebant. Ideò cum audissent à Ioanne quòd non esset Christus, nec Elias, nec Propheta, optinè sibi videbantur inferre. Quid ergo baptizans? Quasi hæc autoritas illis solum esset concessa. In quo maximè decepti sunt. Hoc enim propriè ad Præcurtoris officium pertinebat, qui suo baptismo parare debebat viam Domino.

Hinc Christus Matth. 21. argumentum sumit contra Iudæos ad probandum tempus Messiae impletum esse, sequè verum Messiam esse, cui Ioannes, qui venit baptizans in aqua, testimonium perhibuit. Ait namquè: *Interrogabo vos & ego unam sermonem, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua potestate hæc facio Baptismus Ioannis unde erat, ex celo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus è celo, dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus, ex hominibus, timeamus turbam. Omnes enim habebant Ioannem sicut Prophetam. Et respondentes Iesu dixerunt. Nescimus. Sua ignorantia affectata confitentur tempus Messiae iam impletum: licèt errauerint non credentes Ioan-*

nem eius esse præcursorem, & illius baptismum euidens signum aduentus Messiae.

Ego baptizo in aqua, &c.

ALiqui credunt quòd verbis his Ioannes calumniæ Pharisæorum contra se positæ, (sed quòd baptizaret) satisfaciat sui baptismi qualitatem, conditionem, atq; virtutem exponens, & dicens. *Ego baptizo in aqua*, ac si diceret. Meus baptismus tantum est in aqua, nec aliquam spiritualem continet virtutem, quæ ad emundationem faciat animarum. Solum est quedam præparatio & instructio ad verum baptismum, quem ille præstabit, *qui in medio vestrum stat, quem vos nescitis.* Sed modus iste dicendi consistere non potest. Quia per hoc non satisfacerebat Ioannes calumniæ & accusationi propositæ, ut illi dicunt. Quoniam Pharisæi non disputabant de virtute & efficacia baptismi Ioannis, nec de hoc quicquid cogitabant: sed si Ioannem accusabant, solum erat, quia nouum ritum, & nouam ceremoniam inducebat, quod nulli Prophetarum licuit, sed soli Christo & eius Præcurtori reseruum putabatur.

Ideò alij existimant, quòd Ioannes his verbis (nihil curans de Pharisæorum calumnia, quim potius ex illa sumpta occasione de baptismo loquendi) constituit differentiam inter baptismum suum & baptismum Christi, & declarando sui baptismi insufficientiam, (qui solum corpus attingit, & abluit) ostendit efficaciam & necessitatem baptismi Christi ad animarum ablu-

Esai.

Hiero.

Matth.

Ecce baptismus
Ioannis effi-
cit arguere
nam lumitur
oditius Mes-
sias.

S. Tho. nem: vt declarat S. Tho. hic. Quod alij Euangelistæ Ioannis prædicationem exponentes clariùs expresserunt. Matthæus enim cap. 3. ait. *Ego baptizo vos in aqua in penitentiâ, qui autem post me venturus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni.* Similia refert Lucas c. 3. Vndè multas differentias assignât Doctores inter baptismum Ioannis & Christi, ex quibus aliquas referemus.

Lucæ. Differentie inter baptismum Christi & Ioannis referuntur.

Prima differentia. Ioann. Baptismus Ioannis solû erat in aqua.

Ioann. Prima differentia. Ioann. Baptismus Ioannis solû erat in aqua.

Ioann. Ioann. Baptismus Ioannis solû erat in aqua.

Ioann. Ioann. Baptismus Ioannis solû erat in aqua.

Secundâ differentia. Baptismus Ioannis non regenerabat.

renascatur ex aqua & Spiritu sancto.

Vndè sequitur tertia differentia, quòd baptismus Ioannis non tollebat peccata, nec cõferebat gratiam. Quod de fide est, vt constat ex locis Euangeliorum superiùs adductis. Et id apertè asserunt Hieron. lib. contra Luciferianos, & Augusti. in Inchiridio. & refertur de consecratione distinctio. 4. cap. non regenerabantur. Et Gregor. Homi. 7. in Euãgelia. Et Ambrosi. in præfat. Psalm. 37. & in illa verba Lucæ 3. *Ego baptizo in aqua.* Et alij quã pluri mi sancti Patres. Baptismus verò Christi vtrumquè præstat peccata tollens, & gratiam tribuens. Hinc sequitur, quòd baptismus Ioannis non sufficiebat ad salutem, sed necessariò, quã Ioannis baptisma susceperant, iterum erant baptizandi baptismò Christi, vt filij Dei fierent, & hæredes regni. Quod fecisse legimus Paulû Actuu. 19. Ephesios, qui baptismò Ioannis baptizati erant, Christi baptisate ablundo. Ita affirmât grauissimi Patres: Quidquid dicat Magister Sententiarum. 4. distinct. 2. vbi distinguit eos qui Ioannis baptismum susceperunt, & dicit. Quòd illi qui baptizati sunt baptismò Ioannis nesciẽtes Spiritum sanctum esse, ac spemponentes in illo baptismò, (quales erant quos Paulus baptizauit) iterum sunt baptizandi. Illi verò qui spem non posuerunt, & Patrem Filium & Spiritum sanctum credebant, verum baptismum susceperunt, nec iterum baptizandi sunt. Quales erãt illi qui per impositionẽ manuum Apostolorum Spiritum sanctum

Tertia differentia.
Baptismus Ioannis non tollebat peccata.
Hieron. Augustus
Gregor. Ambros. Lucæ.
Actuum.
Magister Sententiarum. Scitẽtia Magistri Sententiarum probatur.

Actuum.

sanctum susceperunt Actuum. 8. Quod sanè Magistri dictum nullo modo sustineri potest. Quoniam, ut diximus, baptismus Ioannis nequè gratiam conferebat, nequè regenerabat, nequè characterem imprimebat: sed erat solum in aqua: vnde fides & spes, quam habebant in Christum taliter baptizati, non poterat hunc defectum supplere. Præterea, quia quando in sacramento omittitur quod est de necessitate sacramenti, nõ satis est illud supplere: sed totaliter innouandum est sacramentum. Est autem de necessitate baptismi Christi ut fiat in aqua & Spiritu sancto, ut habetur Ioann. 3. Ergo non satis erat supplere per impositionem manus Spiritus sancti defectum, sed necessarium iterum erant baptizandi siue cognouissent, siue non cognouissent Spiritum sanctum. De quo videndus S. Thom. 3. par. q. 38. art. 6. Sed percontari poterit curiosus aliquis, utrum Ioannes in hoc suo baptismo usus fuerit aliqua determinata forma verborum? Ad quod dici potest, quòd in nomine venturi baptizabat, & hac forma verborum utebatur. Quod colligi videtur ex Actibus Apostolicis, cap. 19. vbi dicitur. *Ioannes baptizauit baptismum penitentia populum, dicens: in eum qui venturus esset post ipsum, ut crederent, hoc est, in Iesum.* Sic affirmant gratissimi Patres Ambro. lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3. Hieron. in cap. 2. Iohel. & in Episto. de Viro vnus vxoris. & Hugo de Sancto Victore, & Magister Sententiarum in 4. distin. 2. & S. Thom. ibidem, & 3. par. q. 38. artic. 6. ad. 5. Et licet hoc sustineri

possit, multò probabilius apparet, quòd Ioannes nulla verborum forma usus fuerit, sed quòd tantum homines abluebat, & dum baptizabatur exhortabatur illos ut crederent in eum qui venturus erat: ut Homi. 4. oper. perfect. in Matth. Chrysof. interpretatur illud Actuum. 19. Quod hoc vnico argumento satis apertè conuincitur. Quia Ioannes Christum baptizauit eo modo, quo & reliquos; non autem videtur credibile quòd Christum baptizauerit in nomine venturi, cum ipsum cognosceret esse Christum, & qui venturus erat. Alia multa de Ioannis baptismo adducunt isto loco auctores huius sententiæ, quæ longum esset proponere, de quibus in octaua Epiphaniæ, (vbi de baptismo Ioannis agitur) latius differemus.

Chrysof.
Actuum.

Nunc ad propositum redeuntes dicimus consequenter ad ea, quæ dicta sunt, quòd Ioannes istis verbis non intendit constituere differentiam inter baptismum suum (qui in aqua solum erat) & baptismum Christi (quod in virtute & Spiritu sancto) ut prædicta sententia tenet. Quia Ioannes isto loco nullam comparationem facit, nec de Christi baptismo meminit, sicut fecit apud alios Euangelistas, & cum ad turbas prædicaret: sed statim Christi laudes proponit, & eius excellentiam declarat, dicens. *Medius autem vestrum stat, &c.* Nec addit, cuius baptismus est in Spiritu sancto: sed *Cuius ego non sum dignus soluere corrigiam, &c.* Directè ergo respondet verbis istis interrogationi factæ, scilicet, quare baptizas, si tu non es Christus, nequè Elias, nequè Propheta? Ut enim

Iam.

S. Thom.

Ioannes in baptismo suo an usus fuerit aliqua forma? Actuum.

Ambro.
Hieron.

Hugo.

S. Thom.

enim superius annotauimus Hebraei existimabant (& rectè,) quòd Christus vel præcursor eius esset baptizaturus aqua populum. Ioannes igitur his verbis se præcurso-rem Christi esse ostendit, & Christum iam uenisse dicens: *Ego baptizo in aqua.* Id est, ego baptizo, quia Præcursor sum Christi, qui inter uos est, & nescitis eum. Ipse autem est qui uenturus est. Ac si claritè diceret, rectè cogitatis baptismum futurum tempore Christi, & ad eum & eius Præcurso-rem tantum pertinere. Ideò non est cur me accusetis, quia baptizo: quoniam Christus iam adest, & hunc ego præcuro & ostendo: ipse est qui uenturus est, & ut paulò inferius dicit: *Ut manifestetur in Israel propterea ueni ego in aqua baptizans.* Nec uolumus negare quòd latenter insinuet differentiam inter baptismum suum & Christi, quam apud alios Euangelistas manifestè explicauit.

Medius autem uestrum, &c.

GRæci in præsentem legunt *Medius uestrum stat,* & sic habet Ambrosius in enarratione Psalmi 47. & Hieronimus in Ezechie. cap. 34. & Cyprianus lib. 2. contra Iudæos, cap. 19. & sensus idem est. Verba enim hæc superioribus conexasunt, quasi in his explicetur causa cur baptizet. Vnde *autem,* non exclusiuè, sed causalitèr accipi debet, & sensus est: quia medius uestrum stetit què uos nescitis, & qui uenturus est, ego baptizo in aqua. Præterea uerbis his ostenditur Christi ad omnes familiaritas, facilitas, & propinquitas, qui non in loco abscondito &

separato ab hominibus uersabatur, sed medius & inter illos, ut facillè posset inueniri. Et respexisse uideatur Ioannes ad Prophetiam Esai. cap. 12. ubi dicitur. *Magnus in medio tui sanctus Israel.* Tum etiam Christi innocètia & inculpata uita explicatur, & quòd sine crimine & alicuius quærela Christus inter ipsos uersetur: est enim tropus scripturæ quo uita inculpata significatur dicere, in medio populi sum uel habito, ut 4. Reg. 4. mulier Sunamitis ad Eliseum dixit: & idem est ac in oculis omnium, & sine alicuius quærela uiuo.

Quem uos nescitis, &c.

Verbum hoc, *nescitis,* isto loco non solum accipiendum est ut actum cognoscendi neget: sed ut uoluntariam & affectatam ignorantiã importet, qua sua malitiã excæcati Christum cognoscere nollebant, licèt sufficientia non solum in ditia & motiua, sed & testimonia, tum ex operibus eius, tum ex ipsis scripturis, haberent. Arguit ergo his uerbis Ioannes Phariseorum affectatam cæcitatem & insaniam, qui hominem in medio eorū habitantem, (in quo tot diuinitatis resplendebant signa) nescirent. Pro cuius maiori declaracióne nota, quòd ea quæ difficilia sunt, ualde occulta: & a sensibus nostris & experientia multum remota ignorare non est mirum: at ea, quæ præ manibus habentur, passim inculcantur, nescire insignis est stultitiæ uel malitiæ. *Medius autem uestrum stat,* id est, non absconditus, non in obscuro loco, irradians uitæ sanctitatis,

Ioannes se
Præcurso-
rem
Messie
declara-
uit

Ambrosius.
Hieronimus.
Cyprianus.

Autem, causa
liter accipi-
tur pro quia

Esai.

In medio esse
in culpate uel
uero signifi-
cat.

Reg.

te, lucens doctrinæ celsitudine, clarus miraculorum excellentia. Et sicut solem istum materialē medio cælo splendentem & irradiantem non videre esset maximè deprauatorum oculorum: Ita Christum, (qui est lux vera illuminans omnem hominem) non agnoscere insignis est cæcitat. Quod Ioann. sui Euangelij cap. 1. admirans dicit. *In propria venit, & sui eum non receperunt. Et cap. 3. & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem.*

Sed interrogabit aliquis unde procedat quod Christus in medio hominum versetur, & illum non agnoscant? Cui interrogationi Gregor. Homil. 7. in Euang. (quem sequitur Beda hic) respondet dicens. Quod Christus cum esset Deus & homo in carne apprensus corpore visibilis extitit, maiestate & diuinitate inuisibilis: videbāt carnem passibilem, hominem alijs similem, vitam communem, ideo decipiebantur, nec aliquid supra humanam naturam in Christo intelligebant. Quare Matth. 11. ipse dicebat: *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Videbāt similitudinem carnis peccati, & peccatorem iudicabant ignorantēs mysterium nostræ redemptionis. Oculis fidei opus erat, & diuino lumine, vt Dei maiestatem in carnis vilitate contemplerentur. Quia ergo Pharisei solum exteriora contemplantur in Christo, illum despiciant. Fidelis autem vlteriùs procedere debet, & thesauros scientiæ & sapientiæ Dei absconditos, & plenitudinem diuinitatis corporaliter existentem in Christo cum Ioanne intueri, qui cap. 1. sui Euangelij*

dicit. *Vidimus gloriam eius, gloriã quasi unigeniti a Patre plenum gratiæ & veritatis. Et cum Petro. 2. Canonic. cap. 1. Nos (speculatores facti illius magnitudinis in monte quando accepit a Deo honorem & gloriam.) Quæ digna sunt de illo cognoscimus, intelligimus, & prædicamus.*

Hinc obiter ad mores poteris intelligere mundi & eorum qui in illo sunt conditionem, qui non vidēt nisi eos qui magni, potentes, & diuites sunt: pauperes, despectos, & exiguos non aspiciunt, deprauatū & corruptum habent visum, qui quæ parua sunt nō percipit. Et quia Christus exiguus erat, (vt ipse de se testatur Psalm. 21: *Ego sum vermis & non homo,*) mundus eum non cognouit. Quod Esa. cap. 53. affirmat. *Vidimus eum despectum & nouissimū virorum, unde nec reputauimus eum.*

Ipse est qui post me ven. &c.

Explicat iam Christi dignitatem, & multis illam commendat. Primò ex hoc, quod post illum venturus sit. Quo significat Ioannes Christum esse verum Messiam lege promissum, qui venturus erat in mūdum, & quem Prophetæ prædixerunt. Quod sic deducitur. Luciferum sequitur sol, & post illum oritur: paranympum & præcurso rem sequitur sponus. Sed ego sum lucifer oriens, vt annuntiem aduentum Domini: (De Ioanne enim dicitur Ioann. 5. quod erat *lucerna lucens & ardens*;) Sum paranympus & amicus sponsi veniens parare viam eius, vt Esa. 40. prædictum est. Ergo qui post me venturus est, verus Messias est, verus Sol, & spō

Ioann.
Petr.

Mundus sol
los magnos
& potentes vi
det.

Psalm.

Esa.

Christi digni
tas explica
tur ex multis

Ioannes luci
fer oriens an
te solem.

Ioann.

Esa.

lus.

Simil.

Ioann.

Ioann.

Unde prouenit quod Christus in medio hominū existens non cognoscatur. Gregor. Beda.

Matth.

Christus ve-
rus Sol.
Malach.

Matt.

sus. Quod patet ex illo Malachiae cap. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui preparabit viam tuam ante te.* Quod de Ioanne veritas ipsa interpretatur Matth. 11. Et sequitur. *Statim veniet ad templum suum dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Ego Ium Angelus ille promissus ante faciem illius, qui post me statim venturus est, & in medio vestrum stat.

Lex vetus a-
bolenda per
Christum.

Secundò dicitur Christus post Ioannem venturus, vt ostendat legem veterem (quæ per Ioannem significabatur) esse abolendam, & aliam novam in æternum duraturam, scriptam in cordibus hominû promulgandam, cuius Christus auctor erat futurus.

Non est alius
post Christi
sperandus.
Matt.

Tertiò dicitur Christus post Ioannem venturus, vt ostendat non esse alium qui sperandus sit. Quod Matthæi. 11. Ioannes discipulos suos mittens ad Christum interrogavit dicens: *Es tu qui venturus es? an alium expectamus?* Dum ergo qui venturus est dicitur, omnis spes alterius aufertur. Hinc miseri Iudæi confundantur, qui vanis superstitionibus delusi alium venturum expectant, & alium redemptorem quærunt: cû iam vniuersa Prophetarum vaticinia impleta conspiciantur, & qui venturus erat testantè Ioanne veniet: nec quidquam nisi secundus eius aduentus, quo venturus est iudicare, potest expectari.

Nota tamen quòd licet post Ioannem venturus dicatur Christus, nihilominus dicitur ante Ioannem factus: quod variè explicatur, & Christi excellentiam maximè declarat. Primò dicitur *Ante Ioannem*

factus, id est, illi prælatus & antepositus dignitate, gratia, & gloria: licet in oculis hominum Ioanne inferior appareret. Erat enim Dei naturalis filius, vt ad Hebræo. 1. probat Paulus. Vndè hæc sententia idè videtur esse cum illa, quam alter Ioannes protulit, *Vidimus gloriã eius, gloriã quasi unigeniti à Patre, plenum gratia & veritate.*

Secundò verbis istis declarat Ioannes Christi diuinitatem & æternam eius generationem. Quia (licet in tempore Ioanne fuerit posterior) ante Ioannem est: imò ante omnes creaturas ab æterno Dei Patris substantia genitus. *In principio enim erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Duplicem igitur Christi generationem verbis istis agnoscit Ioannes: vnã æternam à Patre, qua ante Ioannem factus est: alteram temporalem à matre Spiritus sancti virtute, qua post Ioannem venit. Hanc expositionem ponit Grego. Hom. 7. in Euang. Què sequitur Beda.

Tertiò his verbis declarat Ioannes Christum esse principium omnium creaturarum (in quo condita sunt vniuersa) & omnium actionum earum: *Omnia enim per ipsum facta sunt* dicit Ioann. cap. 1. *& sine ipso factum est nihil.* & Paulus in Actibus Apostolicis, cap. 17. *In ipso viuimus mouemur & sumus.* Tum etiam esse vltimum finem omnium rerum, & in quo nostra foelicitas & beatitudo consistit. Quod ipse Ioann. 17. testatus est dicens. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum Christum.* Hoc ipse Apocalyp. 1. de se refert cum ait. *Ego sum*

Christus quo
modo ante
Ioannem fa-
ctus dicatur.

Hebræ.

Ioann.

Ioann.
Duplex Chri-
sti generatio
agnoscitur à
Ioanne.

Gregor.
Beda.

Christus om-
nium creatu-
rarum princi-
pium declara-
tur.

Ioann.
Actuum.

Christus vlti-
mus finis om-
nium rerum.
Ioann.

Apoca.
sum

sum Alpha & Omega, principium & finis.

Cuius ego nō sum dign. &c.

Hanc sententiam vt celebrem referunt vniuersi Euangelistæ, & (licet in verbis aliquo modo discrepare videantur) in sensu omninò conueniunt. Matth. cap. 3. Marc. cap. 1. & Luc. cap. 3. Quibus verbis intendit Ioannes ostendere quanta sit Christi dignitas & magnitudo, se humiliat, vt illum exaltet: vel potius vt illius excellentiã declararet: cui nullus hominũ & Angelorũ valet cõparari. Tanto enim, vt dicit Paulus Hebræo. 1. *Melior Angelis atquẽ hominibus effectus est, quanto differentius præ illis nomen hereditauit*: vt non solũ diceretur, sed & filius Dei naturalis esset in quantum homo. Id enim Paulus probare contendit illo capite, scilicet, Christum, (qui diuinam & humanam naturam in vno supposito diuino dicit,) esse naturalem Dei filium: cuius dignitatem declarat Ioannes dicens: se non esse dignum vt soluat corrigiã calceamẽti eius. Ac si apertius dicat, vultis scire quãtus sit ille qui medius vestrum stetit, qui post me venturus est & ante me factus, ex me poteritis cognoscere. Ego, (cui vos tantum honorẽ detulistis, vt me Christum existimaretis: vt meo testimonio de me fidem promitteretis: de quo tot vaticinia prophetarum præcesserunt: qui Angelus vocatus sum: qui plus quam Propheta dictus: quo internatos mulierum nō surrexit maior: quem vos ad se admiramini: ad quem omnes concurritis vt bapti-

zemi:.) *Non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Videte ex vngue leonem, & quantus sit Christus, quem vos nescitis. De quo merito David Psalm. 144. dicit: Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis. Regis amplitudo, dignitas, & magnitudo cognoscitur ex eo, quòd diuites, potentes, comites, marchiones, duces, & principes (quos mundus maximo in precio habet, & ceteri venerantur) illi ministrant, & seruiunt. Satis ergo colligi potest Christi dignitas ex eo, quòd Ioannes, (de quo Angelus dixit Lucæ. 1. quòd futurus erat magnus coram Domino: & turbę interrogabant, Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo:) se indignum reputat, vt corrigiam calceamenti eius soluat.*

Verba autem ista, (licet plana videantur,) variè exponunt interpretes, & ad diuersa referunt. Theophylact. in cap. 3. Matth. refert verba ista à Ioãne dicta, vt duplicem eius descensum se intelligere non posse fateatur. Sic ait: *Per calceamenta autem intelligas duos descensus eius, nempe eum qui è calis in terram, & eum qui à terra in infernum. Calceamentũ enim est pellicea caro & mortificatio. Hos igitur duos descensus non potest portare Præcursor, intelligere non valens quomodo facti sint. Idem affirmat Origenes, tom. 6. in Ioann. Gregor. Homil. 7. in Euangelia, ad incarnationis mysteriũ refert. Quis enim est qui nesciat, quòd calceamenta ex mortuis animalibus fiunt? Incarnatus verò Dominus veniens quasi calciautus apparuit, quia in diuinitate sua morticina nostrę corruptionis*

Psalm.

Simile.

Lucæ.

Prima expositio.

Theophi.

Per calceamenta duplex Christi descensus significatur.

Secunda expositio.

Gregor.

*Matth.
Marc.
Lucæ.*

Christi dignitas declaratur.

Hebræ.

Psal.

nis assumpsit. Vndè etiam per Prophetam Psalm. 59. dicit: *In Idumæa extendam calceamentum meum.* Per Idumæam quippè Gentilitas, per calceamentum verò assumpta mortalitas designatur. In Idumæa ergo Dominus calceamentum suum se extendere asserit: quia dum per carnem gētibus innotuit, quasi calciata ad nos diuinitas venit. Sed huius incarnationis mysterium humanus oculus penetrare non sufficit. Inuestigari etenim nullatenus potest, quomodò incarnatur verbum, quomodo summus & viuificator spiritus intra vterum matris animatur, quomodo is qui initium non habet & existit in tēpore, & cōcipitur. *Corrigia ergo calceamenti* (dicit Gregor.) *est ligatura mysterij. Ioānes itaq; soluere corrigiam calceamenti eius non valet, quia incarnationis eius mysterium nec ipse inuestigare sufficit. Qui hoc per Prophetiæ spiritum agnouit. Quid est ergo dicere nō sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius, nisi aperte & humiliter suam ignorantiam profiteri? Ac si patenter dicat, quid mirum si ille mihi prælatus est, quem post me quidem natum considero, sed natiuitatis eius mysterium non apprehendo. Iltum modum dicendi, (licet parū differre videatur) tenet Grego. Nazianz. in Oratio. in sancta lumina, ubi per calceamentum intelligit incarnationis mysterium, per corrigiam verò minora mysteria, quæ circa incarnationem eius contigerunt. Ac si dicat Ioannes: Non sum dignus nec valeo vel minima incarnationis eius explicare, quanto minus potero ipsum mysterium declarare. Et Ambros. lib. de institutio.*

Corrigia calceamenti incarnationis mysterium.

Greg. Naz.

virginis cap. 14. per corrigiam calceamenti totum incarnationis mysterium intelligit. Vt hinc nos discamus *Captiuare intellectum in obsequium fidei*, vt ad Roma. 8. dicit Paulus. *Et non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* vt Prover. 25. dicit Sapiens. Clemens Alexandrinus lib. 5. Stromatum refert sententiam hanc ad baptisum Ioannis, vt fateatur se non esse dignum Christum a peccato soluere: quia peccatum nō habuit. Quam etiam assignat Theophilactus Marci 1. dicens. Omnes qui veniebant & baptizabatur a Ioāne, soluebatur per pœnitentiam a vinculo peccatorum suorum, dum credebant in Christum. Omnium igitur aliorum soluebat Ioannes corrigias, & vincula peccatorum: Iesu autem corrigiam soluere non potuit, eò quod non inuenit corrigiam, hoc est, peccatū in ipso. Quam etiam adducit Ioannis, cap. 1. Christus enim erat agnus qui tollere venerat peccata mundi. Quòd autem soluere corrigiam vel tollere calceamentū significet in scriptura mūdare & purgare a culpa, ego confirmo ex illo Exodi. 3. Vbi cum Moyses accedere vellet ad conspiciendum rubum Dominus clamauit: *Tolle calceamenta de pedibus tuis*, hoc est, te prius munda & purga. Quod ex ratione quam subiūgit colligitur. *Terra enim*, inquit, *in qua stas, terra sancta est.* Cæterum modus iste dicendi coactus videtur, & non satis literæ conuenire. Quia baptisus Ioannis non soluebat peccata: & Christus peccata non habebat a quibus solui posset. Aliam interpretationem affert idē

Ambros.

Roma.

Prover. Tertia expositio. Clemens.

Christus ab omni peccato liber fuit. Theoph.

Soluere corrigiam vel tollere calceamentū est peccata tollere.

Exod.

Aperire mysteria scripturarum est soluere corrigiam. Quarta expositio.

Clemens

*Clemens.
Quinta expo-
sitio.*

*Ioannes fate-
tur se non ef-
se Ecclesie
sponsus.
Grego.*

*Calceamenta
soluebat qui
ducturus erat
uxorē ei qui
nolebāt acci-
pere.
Ioann.*

*Ambro.
Rupert.
Deuti.*

Clemens dicens: quod Christus in Prophetis, & scripturis absconditus erat, & contentus tanquam in Symbolis & figuris, ut pes in calceamento concluditur. Ioannes autem aperte ostēdit, & digito Christum demonstraui, & hoc est solvere corrigiam calceamenti. Quo munere se indignum Ioannes confiteatur. Gregorius Homil. 7. in Euang. adducit aliam interpretationem, que plausibilior videretur, & à multis celebratur. Quod Ioannes his verbis fateatur se non esse dignum, ut reputetur Synagogæ, vel Ecclesiæ sponsus, quod Christo reseruatum erat, & illi proprium. Ait Gregorius. *Mos apud veteres fuit, ut si quis eam qua sibi competeret, accipere uxorem nollet, ille ei calceamentum solueret, qui ad hanc sponsus iure propinquitatis veniret. Quid igitur inter homines Christus, nisi sancta Ecclesiæ sponsus apparuit? De quo & idē Ioānes dicit Ioa. 3. Qui habet sponsam, sponsus est. Sed quia Ioannem homines Christum esse putauerunt, quod idem Ioannes negat, recte se indignum esse ad soluendam corrigiam eius calceamenti denunciat. Ac si aperte dicat. Ego Redemptoris nostri vestigia denudare non valeo, quia sponsi nomen mihi merito non usurpo. Nec in huius consuetudinis confirmationem Gregorius adducit scripturæ testimonium aliquod. Eandem ponit Ambrosius lib. 3. de fide. cap. 5. & sequitur Rupertus super Ioannem. Et confirmari potest primo ex illo Deuteronomij. 25. Vbi præcipiebatur, quod defuncto fratre sine liberis alter fratrum suorum duceret uxorem illius, & suscitaret semen fratris sui: quod si ille nollet ac*

cipere, mulier tenebatur accedere ad portam ciuitatis, & interpellare maiores natu & iudices pro se, quo accersito & interrogato, si responderet nolle eam uxorem accipere, dicit textus. Accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pedibus eius: spuetque in faciem illius, & dicet. Sic fiet homini, qui non edificat domum fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel domus discalceati. Præterea colligi potest ex illo Ruth. cap. 4. Vbi dicitur. Hic autē erat mos antiquitus in Israel inter propinquos. Vt si quando alter alteri suo iri cadebat, ut esset firma concessio, soluebat homo calceamentum suum & dabat propinquo suo: hoc erat testimonium cessionis in Israel. Et loquitur de cessione quantum ad matrimoniū mulieris, quæ relicta fuerat sine liberis, & quam iure propinquitatis accipere in uxorem tenebatur. Ad hanc consuetudinem dicunt respexisse Ioannem verbis istis, quasi diceret, non sum dignus discalceare pedem Christi, ut Ecclesiam mihi in sponsam accipiam, quæ illi debetur. Licet modus iste dicendi maxima cum reuerentia accipiendus sit propter sanctorum Patrum auctoritatem, tamen non videtur literæ multum quadrare, nec habet in scriptura satis solidum fundamentum. Quoniam nunquam in scriptura reperimus præceptum quod ille, qui ducturus esset relictam fratris, (altero ad quem pertinebat recusante,) solueret calceamentum alterius. Pro cuius intellectu aduertendum est, quod duobus tantum locis nuper à nobis adductis reperimus huius rei mentionem factam in scri-

in scriptura, & in nullo illorum tale quid adumbratur. Deuter. enim 25. dicitur: quod mulier soluat calceamentum illius, & sputat illi in faciem, & talis quasi infamis remaneat in Israël. Ruth autem 4. dicitur, quod qui accipere nollet uxorem insignum celsionis sibi solueret calceamentum & alteri traderet, quo cederebat iuri & actioni quã habebat ad illam ducendam, & ad bona fratris sui: poteratquẽ tũc alter ex cognatis defuncti illam accipere, & in iure succedere. Nec alium locum ego reperio vbi tale quid dicatur. Quare non videtur Ioannes ad hanc consuetudinem respexisse, cum ad illum, qui ducturus erat uxorem, non pertineret solvere calceamentum alterius.

Sexta expositio. Se indignum qui Christo ministraret cõfiteatur Ioannes.

Vndẽ alijs quã in pluribus omnis interpretationibus planior & magis ad literam illa mihi videtur, quã afferit, quod periphrafi hac intendit Ioannes indicare se indignũ esse, qui Christo ministraret etiã in minimo suã domus officio & ministerio. Estquẽ similis loquendi modus ei quo Hispani vtimur. Cũ alicuius dignitatem & magnitudinem declarare volumus, dicere solemus. *No merezco descalçarle los çapatos.* Sic interpretatur locum istũ Cyrilus lib. I. in Ioannem cap. vltimo. & Chryso. Homil. II. Operis perfecti in Matthæum. Vt hinc Ioannis humilitatem discamus, & quanti sancti humilitatem fecerũt, quo studio illam quæsierunt. Est enim omnium virtutum custos, sine qua omnium aliarum meritum amittitur. Quod Gregor. Homil. 7. in Euangelia affirmat dicens. *Qua*

Cyril. Chryso.

Humilitatem quanti fecerint sancti. Gregor.

in re pensandum nobis est. & tota intentione cogitandum, quomodo sancti viri, vt humilitatis in se virtutem custodiant, cum quadam mirabiliter sciunt, illud ante mentis oculos student renouare quod nesciunt, dum ex parte alia infirmitatem suam considerant, ex ea parte qua perfecti sunt, eorum se animus non extollat. Scientia etenim virtus est, humilitas etiam custos virtutis. Sed dicet aliquis. Quomodo Ioannes se indignum reputat Christi calceamenta portare, vel corrigiam illorum soluere, qui dignus fuit illum baptizare? Cui respondetur primò, quod si Ioannes secundum se & ea, quã propria sibi sunt, consideretur, neutro dignus fuit: At ex gratiã munere dignus extitit (dum se indignum reputat Christo vel in minimo ministrare) illũ baptizare. Quomodo & homo eterna vita dignus dicitur. Secundò aliquis potest dici dignus absolute etiam si cum Deo comparetur, & isto modo Ioannes & quilibet homo nullam habet dignitatem ad Dei munera & ministeria. Altero modo potest dici dignus quantum fragilitas humana permittit. Et isto modo homines digni sunt ex Dei misericordia, vt consecrare possint, & sacramenta administrare, & Christi corpus sumere: sic Ioannes dignus extitit Christum baptizare.

Isto loco quærere solent, vtrum Christus calceamentis vsus fuerit? Multi existimant Christum calceamentis vsus fuisse, inter quos est Caietanus Luc. 3. vbi exponens verba ista dicit ad literam calciatus incedebat Iesus, vt textus iste significat,

Vtrum Christus calceamenta portauerit.

Caieta.

cat, & ratio comprobat, Quia sicut manducauit & bibit sicut ceteri Israelitæ, ita etiam vestitus, ac calciatus intelligitur more Israelitarum suæ conditionis. Alij inter quos est CARTHUSIANUS Lucæ. 3. contrarium affirmant, & quod Christus calceamentis usus non fuerit. Christus enim cœpit facere & docere. Et qui Apostolis præcepit, quando misit eos prædicare, ne portarent sacculum, peram, & calceamenta, non est credibile quod ipse prior calciamentorum usum non abiecerit. Nec contrarium colligi potest ex isto loco. Quia verba hæc Ioannis secundum generalem modum Prouerbij dicta sunt ad Christi excellentiam significandam. In his autem locutionibus sensus literalis frequenter non est ille, qui immediate per verba significatur, sed qui per similitudinem insinuat, aut per res exprimitur. Et licet nihil certi efficaciter ex loco isto probari possit, probabilior mihi apparet Caietani sententia; eo quod Christus communem vitam agebat alijs similem in victu & vestitu. Et cum alij communiter calceamenta portarent maxime probabile est illis Christum usum fuisse.

Hæc in Bethania facta, &c.

Locum ubi ista omnia contigerunt notat Euangelista: ut magis testimonium Ioannis cõster, & dictorum veritas confirmetur non solum personis & circumstantijs descriptis, sed & tempore & loco. Quod, ut CYRILUS lib. 1. in Ioannem cap. 26. aduertit, diligentia: Euangelistæ, magnitudinisquæ re-

rum ad historię veritatem commendandam signum est. Solent enim homines loca singula ubi res magnæ gestæ sunt memoria retinere. Et Chrysostr. Homil. 16. in Ioannem ait: *Cum non antiqua, sed quæ paulo ante contigerant narraret, à loco etiã testimonium accipit: ut meminervint qui aderant, & se vera narrare confirment.* Tum etiam locum apponit, in quæ propter Iordanis transitum, ut dicemus, multitudo copiosa hominũ concurrebat: Ut Ioannis testimonium magis commendetur. Quod non in obscuro aut solitario loco, sed in publico & hominum frequentia copioso perhibuit. Alias mysticas huius rei rationes assignant sancti Patres, quas quisquæ poterit videre.

Sed non facilis statim nascitur difficultas, an isto loco legendum sit in Bethania, an in Bethabara. Et ratio difficultatis consurgit ex eo, quod vniuersi Latini Codices legunt in Bethania, & multi etiam ex Græcis eodem modo legunt, & Origenes tomo. 2. in Ioannem asserit, omnia antiqua exemplaria habere in Bethania, & ita etiã confitetur CYRILUS. Sed si ita legamus, non videntur quæ sequuntur in textu cõuenire. Primò, quia Bethania non est sita trans Iordanem, cum sit in tribu Benjamin quindecim stadijs distans à Hierusalem. Tum etiam, quia Ioannes non potuit in Bethania baptizare, cum Ioannes ad fluenta Iordanis baptizaret, & Bethania distaret circiter centum octuaginta stadijs à Iordane.

Quare Græci Codices habent in Bethabara: & ita legit Origenes loco

Dionys.

Chrysostr.

In prouerbis
libus loquutionibus
quibus quis sit literalis
sensus.

An legendum sit in Bethania an in Bethabara.

Orig.

Cyrl.

Cyrril.
Locus ponitur ad fidem
historie.

Orig.
loco

Epiphani.
Hieron.

loco allegato, & Epiphanius Hæ-
ref. 51. & Hieron. lib. de locis He-
braicis habet, Bethabarâ esse sitâ
trans Iordanem, vbi Ioannes Bap-
tista baptizabat, & Christus ab eo ba-
ptizatus est. Et moderni sequuntur
hanc sententiâ quam etiam Chry-
sost. Teophylactus, & Euthimius
sequuntur. Sed difficultatem ha-
bet, quia dicunt Bethabaram sitam
esse in tribu Benjamin, quod colligunt
ex cap. 18. lib. Iosue. Vbi inter
ciuitates illius tribus ponitur Be-
thatabâ, quæ eadem videtur cû Be-
thabara. At termini tribus Benia-
min non transeunt trans Iordanem,
vt ex prædicto loco constat. Quo-
modo ergo Bethabara potest esse
in tribu Benjamin, & dici trans Ior-
danem, quò fors filiorum Benjamin
non pertingit?

Chrysof.
Theoph.
Euth.

Iosue.

Lyra.

Hac difficultate multi præsi in-
ter quos est Nicolaus de Lyra di-
cunt duplicem esse Bethaniam: vnâ
prope Hierusalem, in qua habita-
bant Martha & Maria, & in qua
Dominus Lazarum suscitauit, quæ
prope Hierusalem erat, cuius fre-
quens in Euangelij mentione fit: alte-
ram, quæ sita est trans Iordanem, in
qua Ioannes dicitur baptizasse. Sed
iste modus dicendi nullum funda-
mentum habet in scriptura, idè
merito rejicitur.

Vt ergo quod nobis videtur in
hac difficultate apperiamus, pri-
mò id quod certum est supponemus,
deinde quæ dubia sunt manifestabi-
mus. Illud certum est, quòd (siue
Bethania, siue Bethabara dicatur
locus in quo Ioannes baptizabat,) Ioannes
baptizauit prope fluentia
Iordanis eo loco, quo populus Is-

raël ascendens de Egypto Iordā-
nem transiit sub Iosue hinc inde
aquis consistentibus. Ibi què Chri-
stus voluit baptizari: vt ibi conse-
craretur baptismus noster, quo lo-
co siccis pedibus Hebræi mirabili-
ter transierunt. Ad quem locum
Ioannes baptizaturus accessit, (quia
eo loci frequens erat concursus po-
puli, & transitus Iordanis facilior
naucula ibi existente) vbi commo-
dius Christum poterat annūtiare.
Sed quod difficultatem habet est
nomen loci. In quo hoc etiā certum
est, quòd locus vbi Ioannes bapti-
zabat erat trans Iordanem, vt ex
Euangelista constat isto loco.

Vnde apertè colligitur, quòd lo-
cus ille nō poterat pertinere ad for-
tem & tribum Benjamin, vt præfa-
ti authores testantur. Nec placet
cuiusdam doctissimi moderni ex-
cogitatio, qui vt Saluet Bethabarâ
ad tribum Benjamin pertinere, di-
cit in scriptura vñsitatum esse *Trans
Iordanem*, & *Ultra Iordanem*, dicere,
non respectu habitantium in terra
Chanaan: sed respectu venientium
de terra Ægypti: respectu quorum
tribus Benjamin erat trans Iordā-
nem. Quia hoc nimis durum & co-
actum videtur, maximamquè indu-
cere æquiuocationem: cum non fa-
cile constet respectu quorum trans
& ultra in singulis locis accipi de-
beant. Et minus placet quod secun-
dò dicit, quòd *citra* & *ultra* confun-
duntur, & vna particula pro alte-
ra ponitur in scriptura. Quia hoc
est ad diuinationes recurrere, & vo-
cum proprietatem confundere. Se-
cundò colligitur quòd Bethatabâ
quæ Iosue 18. ponitur, non potest
esse

Locus Iordā-
nis in quo
Christus ba-
ptizatus est
signatur.

Maldonatus
societatis le-
su.

esse locus vbi Ioannes baptizauit: quia non erat trans Iordanem. Preterea constat trans Iordanem in eo loco, quo Ioannes baptizabat, sita esse ciuitatem vel oppidum, quod Bethabara vocatur: vt ex Hieronymo retulimus, & nominis significatio declarat. Bethabara enim domus transitus interpretatur: & ad sortem tribus Ruben pertinere videtur. Cuius mentio fit Iudicum 7. parum mutato nomine vbi vocatur Bethbera. Licet quod ad nomen hoc attinet non certo affirmare audeamus, an idem sit cum Bethabara.

Tandem dico quod locus iste qui Bethabara dicebatur nominabatur etiam Bethania, & nec in loco, nec in nomine apud Hebræos, cum Bethania, quæ prope Hierusalem erat, conueniebat. Quoniam Betha-

nia quæ erat prope Hierusalē scribatur per *Am*. Hæc autem Bethania scribitur per *Aleph*, & significat idem quod domus nauis, id est, locus vbi nauicula erat ad transitum fluminis. Vnde idem quod Bethabara significat. Confusio autem & difficultas orta est ex Græco & Latino sermone, qui non semper eam literarum distinctionem habet, quæ apud Hebræos reperitur. Nec nouum est hanc literarum similitudinem difficultatem parere, vt Matthæi 1. annotauit Hieronymus duos Hiero. leconias assignans in Christi generatione. Et isto modo nec loca multiplicamus sine auctoritate, & antiquam & communem lectionem Euangelij cōseruamus, & quantum arbitror difficultatem euacuamus.



EXPOSITIO MORALIS.

I. CONSIDERATIO.

Quæ debeat esse prælatorum cura in sedandis populi tumultibus, & componendis opinionibus, quæ circa religionem oriuntur, & quod ad illos pertineat talium quæstionum declaratio exponit.

Miserunt Iudæi ab, &c.

VT in literæ expositione diximus ex Origine, Iudæi, qui Hierosolymis erant ex primoribus, filii cet, Sacerdotes, Leuitæ, Pharisei, & Principes & seniores populi, videntes tēpus aduentus Messie iam instare ex vaticinijs Prophetarum, & considerantes populum in diuersas sententias esse diuisum, alijs quidem putantibus Ioannem Messiam esse, vt ex cap. 3. Lucæ. colligitur. Alijs IESVM verum Messiam & Prophetam illum in lege promissū affirmantibus: vt populum fedarēt, eorumque quieti, paci, & vtilitati consulerent, & exortos rumores extinguerent, diuersas opiniones componerēt, & quid in re hac (quæ grauissima & maximè necessaria erat,) certum esset definirēt, Hierosolymis conuenerunt. Vbi vltro citroque habitis rationibus, adductis scripturis, (cum ipsi definire & determinare propositam difficultatem non auderent: & vt maiorem auctoritatem & fidem erga popu-

Lucæ. 3.

lum resolutio quæstionis haberet:) legatos mittunt ad Ioannem Baptistam, qui tunc temporis apud omnes maximæ erat authoritatis, vt de re hac interrogarent, ac quid circa hoc sentiret exponeret. In quibus bonorum prælatorum munus exequuntur, & officium adimplent.

Hoc namque maximè prælatis incumbit, (quibus commissæ sunt dominicæ oues,) vt eas doctrina, & verbo veritatis pascant: & si quid natum fuerit, vnde vel mores, vel doctrina sana & sincera offendi possit, vel homines in errorem induci, statim ipsi superiores conueniant, quod verum est definiant, & populo quid tenendum sit aperiant: ne cogantur minores per abrupta errorum gradi: ne falsis doctrinis decipiantur. Nec enim omnium est morum & fidei quæstiones & difficultates tractare, & resolvere. Hoc solum ad Episcopos, Pastores, & Sacerdotes pertinet. Quod annotauit Ireneus, lib. 3. contra hæreses cap. 3. & Origenes tomo. 6. in Ioannem, qui dicit: *Quos tandem senes ad Ioannem ex Iudæis mitti oportuit, & vnde, nisi eos qui Dei ex delectu & electione præstare iudicati sunt Hierosolymis, vbi templum erat, id est, ex loco, qui omni terræ, quæ bona dicitur, antelatus est? Sic non omnium est sacra pertractare: sed eorum qui ad spiritualia munera vocati sunt, dicente scriptura Deute. 31. Interroga patres tuos & dicent tibi: maiores tuos & annuntiabunt tibi. Et Prover. 22. Verbis sapientis accommoda aurem. Et Tertulianus lib. de præscrip. contra hæretic. ait. Ergo quoties*

Ad Prælatos pertinet morum & fidei quæstiones resolvere.

Ireneus. Origen.

Deute.

Prover.

Tertulia.

questio contigerit, ad antiquiora erit recurrendum, & ordinem successionis sacerdotum eorum, qui Ecclesijs presederint, quibus in his rebus cura maxime iungenda est. Malachie. 2. dicitur. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius.* Et Deute. 17. *Monetur rex, accipere exemplar legis à sacerdotibus Leuiticis: eò quod eorum sit scripturam interpretari, & difficilia quæquæ resolvere.* Et Ireneus iterum lib. 4. contra hæreses inquit. *Eis qui in Ecclesia sunt presbyteris, obaudire oportet, his qui successionem habent ab Apostolis: qui cū Episcopus patris successione charisma veritatis certum secundum placitum patris acceperunt: reliquos, qui absistunt à principali successione, & à quocunque loco suspectos habere. Nanquæ, vt olim Sacerdotes & Leuitas commendauit Deus ob cathedram Moysi. Matthæi. 23. Sic & nunc Episcopos ob successionem. Verum & si eorum inter sit os hereticis obstruere, & si quid ambiguum fuerit interpretari, videmus tamen per multos hoc in munere pigriores.*

Et quidem in ista Iudæorum legatione pastorum non mediocris, sed maior (quàm nunc in multis appareat) vigilantia depingitur: Qui dubiũ de re ardua, & hesitatem populum resolvere satagunt: nisi aliquo pharisaico fermento imbuerentur. Ideò præpositi Ecclesiarum Episcopi, videntes, & speculatores frequenter in scriptura appellatur. Ezechielis. 3. dicitur. *Fili hominis speculatorem dedite domui Israel. Quia sicut speculatoris officium est omnia de longinquo, & antequam veniant prospicere, hostium incursus præuidere, populum admonere, vt*

sibi prospiciat. Vnde si quis propter speculatoris negligentiam aut taciturnitatem perierit, speculatori imputatur, & ab eo pœna sanguinis pereuntis est exigenda: Ita pastoris & prælati officium est vigilare, speculari, mala antequam veniant prospicere, populum admonere, quæstiones exortas sedare & resolvere, alioquin pereuntes oues de manu eius Dominus requireret: vt Ezechielis. 3. Dominus testatur inquit. *Si dicere me ad impium morte morieris, non annuntiaueris ei, neque loquutus fueris: vt auertatur à via sua impia & viuat: ipse quidem in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram.*

Quare Prælati debent esse instructi & muniti armis scientiæ, doctrinæ, & virtutis: vt statim ac tumultus ortus fuerit procedere possint, & subditorum mentes sedare. Prælati namquæ sunt sexaginta illi fortes qui Cant. 3. dicuntur custodire lectulum Salomonis propter timores nocturnos. Timores nocturni dicuntur, qui in doctrina, religione, fide, & moribus exoriuntur. Quia quæstiones, quæ circa fidem, religionem, & mores nascuntur, sunt veluti nubes, & vmbriæ, quæ veritatis radios offuscant, & obscurant. Vnde Paulus 2. Corint. 10. de se & alijs Apostolis, atquæ de omnibus Prælatibus Ecclesiæ loquens, ait. *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatē redigentes omnem intellectum in obsequium Christi: & in promptu habentes*

Malach.

Deute.

Ireneus.

Matth.

Ezech.

Prælati armis scientiæ doctrinæ & virtutis debent esse instructi vt defendat Ecclesiam. Cantia.

Corint.

Arma prælatorum qualia & quam fortia sint.

Prælati Episcopi & speculatores quare vocentur.

Ezech.

vltisci

Ulcisci omnem in obedientiam, cum completa fuerit vestra obedientia. Quo loco Paulus ex natura armorum Apostolicæ militiæ probat, quòd non secundum carnem militamus. De quibus armis duo dicit, alterum negatiuum, *non carnalia sunt.* Per quod excluduntur affectus & artes omnes ad gloriam, ad lucrum, & ad omnia mundana. Alterum affirmatiuum, *sed potentia Deo.* Per quod explicatur quòd sunt fortia ac valida non carni, non mundo, sed Deo: tanquam ei pro quo assumuntur, cui militant, qui principaliter in illis pugnat. Est enim datiu casus, Deo. Statimquè exponit ad quid valeant arma, hæc *ad destructionem, scilicet, munitionum.* Sermo metaphoricus est describens efficaciam armorum spiritualium ad similitudinem corporalium armorum potentia, quæ valent destruere munitiones ciuitatù, & præsidia arcium & castrorum. Ita & arma spiritualia destruere valent munitiones diaboli & hominù contra fidem & religionem. Declarat autem quæ sint munitiones istæ in particulari, & primo ponit *Consilia*, id est, cogitationes: in quibus compræhenditur tota pars cognoscitiua, omnes artutia, omnes artes, omnes fraudes contra fidem Christi, & bonos mores. Deindè ponit *Altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei*, sub qua compræhenditur tam vniuersus affectus, quam omnis potestas, quæ eleuatur aduersus cognitionem Dei. Ampliusquè armorum vim declarat, quæ non solum possunt destruere contraria tam in intellectu, quam in celsitudine

potestatis, affectus, & dignitatis: sed etiam redigunt in captiuitatem omnem intellectum ad obediendum Christo credendo, sperando, & amando. Ideò dicit. *Et in captiuitate redigentes omnem intellectum.* Tandè ponit quartum quòd possunt arma ista, scilicet, *Ulcisci omnem inobedientiam.*

Ex quo etiam loco deducitur & quæ sint prælatorum munera, qui armis istis uti debet, scilicet, destruere omnes munitiones diaboli & ministrorum eius, tam ex parte cognitionis, quam ex parte affectus: & captiuare intellectum sana doctrina in obsequium Christi, & ulcisci omnem inobedientiam eorum, qui contra fidem & bonos mores pugnant, & Christi Ecclesiam turbare quæstionibus procurant. Hæc prælatorum munera eleganter describit sponsus Cantic. 7. ubi partes corporis sponsæ suæ Ecclesiæ depingens, specialiter in collo, oculis, & naso describendis moras facit, inquit. *Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscina in Hesebon, quæ sunt in porta filia multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.* Hæc omnia, si solam verborum formam consideremus, ridicula omninò videbuntur, & potius deformitatem, quam pulchritudinem spôsæ manifestare. Quid enim poterat magis dici ridiculù ab eo, qui commendare sponsam vellet, & eius perfectissimam pulchritudinem depingere quam quòd nasum habeat similem turri altissimæ? Quod etiam & in alijs, quæ dicta sunt considerati apparebit. Ipsa ergo literalis atque superficialis

Prælatorum munera quæ sunt.

Cant.

absurditas intelligentiæ manifestè demonstrat omnia ista spiritualement & profundam requirere interpretationem. Et licet variè ista explicentur, mihi videtur, quòd his tribus comparationibus, & his tribus corporis partibus Prælati & Prælatorum partes declarantur. Prælati namquè, (vt potè eminentiores & perfectiores, & Christo Ecclesiæ capiti propinquiores) per collum, oculos, & nasum significatur, quæ præcipua corporis membra sunt. Collum enim corpus capiti coniungit, & medium est quo capitis tota virtus corpori communicatur, & quo cordis spiritus ad superiora ascendunt. Vndè nihil commercij & communicationis esse potest inter caput & corpus nisi mediante collo. Prælati Ecclesiæ collum dicuntur & sunt: quia medij existunt inter Deum & homines, per quos diuina beneficia corpori Ecclesiæ comunicantur.

Hos cõparat sponsus turri eburnæ. *Turri*, propter constantiam & fortitudinem, qua pollere debent: vt inimicis resistent, & nullis malis pro Domini grege frãgãtur. Quos etiam Canticorum. 4. comparauit turri David, *in qua mille pendent clypei*. Quoniam Sacerdos & Prælati nō solum in se fortis esse debet, sed & armis abundare, scilicet, scientia, & doctrina, pro se & alijs: debetquè esse turris refugij paruulis, minoribus, & egentibus. Ideò Matthæi. 5. Christus discipulos suos cõparat ciuitati supra montem positæ. Dicuntur autem *turris eburnæ*, ob candorem & vitæ puritatem, in qua nec neuis culpæ reperiri debet.

Secundò Prælati vocantur oculi. Quia sicut oculi in suprèma capitis parte sunt constituti; vt toti corpori necessaria prospiciant, & singulis membris inseruiant tãquam speculæ in alto positæ. Ita Prælati oculi sunt fidelium, qui pro totius corporis salute & comodo in suprèma corporis Ecclesiæ parte positi sunt, vt indè pro alijs prospiciant.

Cõparantur autem piscinis seu stagnis aquarum, *quæ sunt in Hesebon, & in porta filie multitudinis*: Quoniam aqua scientiæ & doctrinæ debent esse pleni, quæ non turbida, sed perlucida, clara, & sana sit. Nec illam sibi debent referuare, sed omnibus communicare. Sicut piscinæ aquæ, quæ in porta ciuitatis sunt, omnibus patèt. Hinc Christus Prælatorum magister omnes sitientes vocabat ad aquas, & non habentes argentum inuitabat. Esai. 55. Tum etiam comparantur oculi piscinis aquarum, in quibus ob aquæ claritatem vmbra quarumcunquè rerũ transeuntium, (siuè procul, siuè propè sint, siuè magnæ, siuè paruæ existant) conspiciuntur. Ita vt aquam inuenti, etiam quæ atergo sunt & procul, in sua vmbra repræsententur. Eodem modò oculi Prælatorũ semper aperti esse debent, ipsique die ac nocte vigilare tenentur, & ea claritate fidei, scientiæ, & vitæ pollere, vt in illis cuiuslibet rei transeuntis, cuiuslibet erroris exoriētis etiã procul, vmbra cõspiciatur, & quid quid contra bonos mores insurrexerit etiam minimum sentiat: vt vmbra excitati accurrant, & de remedio prouideant.

Tandem comparantur naso ob discre-

Prælati scientia pleni esse debent & omnibus patere.

Esai. Prælatorum oculi semper aperti esse debent.

Cant.

Prælati nō solū in se fortis esse debent sed & alijs arma præbere.
Matth.

Prælatorum quantū puritas esse debet

Discretio
prælatorum
declaratur.

discretionem & iudicium, quo bonum & malum, & quidquid horum habet speciem, debent discernere. Comparatur autem nasus *Turri Libani*, quæ respicit contra *Damascum*.

Libanus ubi
situs.

Pro cuius intellectu aduertendum est, montem Libanum in finibus situm esse terræ promissionis prope *Damascum* in partibus *Syriæ*: Ita ut *Syriam* diuidat à terra *Iudeæ*. In isto monte ad præcauendas insidias, & repellendos incurfus *Syrorum*, (qui frequentes erant contra terram *Israël*) ædificauit *Salomon* ad defensionem regni sui turrim fortissimam & excelsam, quæ directè constituit contra *Damascum*, quæ *Metropolis* est *Syriæ*. Ita ut ex turri hac propter eminentiam & loci commoditatem facillimè speculator, quæ in *Syria* agebantur videre poterat. Secundo aduerte ex *Gregorio*. 31. *Mor.* cap. 17. quòd per nasum, quo odores foetoresquè discernimus, prouida sanctorum discretio significatur. Et quid per nasum, inquit, nisi sanctorum discretio designatur. Idem affirmat 1. part. *Curæ past.* cap. 11. & 3. part. cap. 33. Hinc commune prouerbiū ortū est, ut eos, qui iudicij discretionem vident, nasum habere dicamus: eos autem, qui stulti sunt, naso carere. Per nasum enim quæ longè sunt olfacere solemus, & de longè positis per odorem iudicare. Vnde ea quæ per occultum rationis iudiciū aduertimus olfecisse dicimur, & cū aliquid suspicamur, nobis sub olfacere dicimus. Olfactus ergò, qui in naribus est, sensus discretionis reputatur. Ex is facilè est aduerte quid sibi vellent sponsus dicens, na-

Gregor.
Nasus discretio-
nem signi-
ficat.

sum sponsæ similem esse turri *Libani*, quæ respicit contra *Damascum*. Ex his igitur simul collatis constat nasum habere spòsam *Christi*, scilicet, *Ecclesiam*, id est, iudiciū & discretionem, qua verum à falso, virtutem à vitio possit discernere, statimquè vel à longè fraudem & fallatiam detegere: soloquè olfactu inter veram & falsam doctrinā distinguere. Nasum igitur habet, ne indifferenter ei quidlibet obtrudatur: ne illis fiat similis, qui bonū dicunt malum, & malum bonum. Nequè verò paruum habet, nequè mediocrem nasum, sed turri excelsæ similem: quæ etiam in vertice montis altissimi situm habet, scilicet, in monte *Libano*. Vnde quem admodum turris illa *Libani* terræ promissionis ab insidijs omnibus & in sulcibus latruncolorum *Syriæ* securā reddebat: Ita ista virtus discretionis exactiquè iudicij, quam *Ecclesiæ* suæ *Christus* contulit, ipsam ab omnibus insidijs & insulcibus siuè dæmonum, siuè hæreticorum, siuè aliorum aduersariorum securam facit: ut nec portæ inferi præualere possint aduersus eam.

Ecclesia nasum habet similem turri quo à longè discernat & cognoscat res.

Præterea, sicut qui in turri illa *Libani* erant speculatores, eminus contemplantur omnia, quæ ab alienigenis in *Syria* fiebant, nullusquè ab eis dolus strui, aut exercitus congregari poterat, quin ab illis statim cognosceretur: ita *Ecclesiæ* sanctæ *Prælati*, (quibus ex diuino munere hæc discretionis gratia communicata est, quique speculatores constituti sunt,) omnes fraudes, & astutias *sathanæ* & aduersariorum catholicæ fidei longius sen-

Corint.

tiunt. Sicut 2. Corint. 2. dicit Paulus. *Vt non circumueniamur à sathana. Non enim ignoramus cogitationes eius. Undè quoscunque illi contra Ecclesiam insultus parant, vel fraudes struunt, facile speculatores naso suo percipiunt: vt possint tempestiue clangere buccina, & populum admonere: vt per istorum vigilatiam & discretionem obediens populus à nocumento seruetur. Hinc Gregor. Homil. 11. super Ezechie. locum istum versans ait. *Qua ergo laus est fratres mei, vt sponsa nasus turri cõparetur? Quia per nasum semper odores, factoresque discernimus, quid per nasum nisi speculatores discretio designatur? Qui nimirum nasus & sicut turris esse, & Libani dicitur: quia videlicet prepositorum discretio & munita semper debet esse ex circumspectione, & in altitudine vite consistere, id est, in valle infirmi operis non iacere. Sicut enim turris in monte idcirco ad speculandum ponitur, vt hostes qui veniunt longius videantur, sic predicatoris vita semper in alto debet fixa permanere, vt in ore narium discernat factores vitiorum odoresque virtutum. In cursus malignorum spirituum longè prospiciat, & commissas sibi animas per suam providentiam cansas reddat.**

Nasomulta
sentimus que
a'is sensibus
non percipiuntur.

Grego.

Discretio ergo prouida, & sollicita cura in oculis significatur. Et quoniam multa possunt oculorum acie subterfugere addit & nasum, quo maior instantia & discretionis vis ostenditur. Multa namque odore cognoscimus & presentimus, quæ nullo aliorum sensuum percipere valemus. Quod Grego. 3. par. Curæ pastoralis. cap. 33. eleganter aduertit dicens. *Hinc rursus sponsa*

dicitur: nasus tuus sicut turris, quæ est in Libano. Rem namque quam oculis non cernimus, plerumque odore preuidemus. Hinc est quod Prælati & Predicatores canes vocantur in scriptura Esai. 56. & alibi. Quia sicut canes olfactu alia animalia superant, quores etiam multum distantes presentunt, & insequuntur: ita Prælati debent bona malaque longius olfacere, sanã & corruptã doctrinam presentire, & insequi: statim ac quid dubij ortum fuerit, (quod an rectè vel malè oleat non satis constat) explorare, & quod verum est aperire. Ideoque & nasus turri altissimæ comparatur. Quoniam qui longiorem nasum habent remotiores odores percipiunt.

Prælati canibus comparatur propter olfactus presentantiam.
Esai.
Simile.

Pastores igitur vigilare tenentur super gregem suum, & in omnibus communi ouium utilitat: prospicere, vberes pastus & sanos doctrinæ proponere, dubia declarare, mala germina statim euellere, nec in hoc debent esse desides aut negligentes. Facile enim principijs malorum obfisti potest, difficile autem cum excreuerint. Ignis principio cum adhuc scintilla est, facilius extinguitur: at cum creuerit vix extingui potest. Quod Ouidius admo-

Principijs facile est remedium.
Simile.

Ouid.

nuit dicens: *Principijs obsta, sero medicina paratur: cum mala per longas conualuere moras. Filij Babylonis, hoc est, peruersa dogmata, dum paruuli sunt, suffocandi & allidendi sunt ad petram, id est, ad veram fidei doctrinam: de qua Dominus ad Petrum Matth. 16. dicit. Super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Beatus, inquit David Psalm. 136. Qui te*

Matth.
Psalm.

Ille

Ille sanè beatus erit, qui illos crescere in Ecclesia & in anima passus non fuerit: sed illicò ac nati fuerint ad veritatis petram allisserit. Hoc sponsus Cant. 2. agnoscens hortatur custodes vineæ, (quibus pastores & Prælati significantur) vt *capere curent. Vulpes paruulas*, id est, errores, falsa dogmata dum nascuntur & paruula sunt. Quia si permittantur, demollientur vineas, & difficulter cum creuerint, capi poterunt, & extingui. De quo alio loco redibit dicendi occasio: nunc quæ dicta sunt sufficiant, vt istorum curam insedanda plebe commendemus, & pastorum diligentiam, quâ in hoc ponere tenentur, explicemus.

II. CONSIDERATIO.

Quales Reipub. superiores homines vellint, qui suis vitijs conuiueant, & quàm sit periculosum ministros constitueres respectibus humanis, qui alijs debitores sint, declarat: & quales debeant esse superiores.

Misserunt Iudæi ab. Sc.

SI communem expositionem & sententiam (quam in litera proposuimus) sequamur, scilicet, quòd Iudæi legationem istam ad Ioannem miserint iniquo animo, & vt illi Messiaæ dignitatem offerrent: satis apertè cõspiciemus, quòd isti sua malitia excæcati, solùm præsentia aspicietes, vero Messia, scilicet, Christo negle-

cto, (quem si sincero animo attēdisent, nequaquam ignorare poterāt scripturis & operibus eius clamantibus, & ipso Ioanne tot tanquè præ clara testimonia de vero Christo proferente) voluerunt Ioannē Messiam constituere sua authoritate: vt ipsis dignitatis istius excellentiam acceptam referret, illosque veneraretur & colleret, qui illi tam insignem honorem vtrò detulerunt:

Optimè enim isti, qui ex doctoribus erant, (idèò namquè Euangelista, qui essent legati, & vndè miserunt legationem istã, tam curiosè describit dicens: *Misserunt Iudæi ab Hierosolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem: & infra, & qui missi fuerant, erant ex Pharisæis: vt eorum malitiam declararet, & quòd non ex ignorantia: sed ex certa sciētia & malitia peccauerunt:*) Optimè, inquam, isti nouerant, quòd Ioannes non poterat esse Messias in lege promissus. Quoniam parentes eius, patriam, genus, & vitam cognoscebant, quæ multum repugnabant eis, quæ de Messia Prophetæ prædixerāt. Christus quippè futurus erat, de tribu Iuda, vt colligitur ex illo *Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, &c.* Tum etiam futurus erat de regia stirpe Dauid iuxta illud *Psal. 131. Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Vbi ad literam non tam de Salomone, quàm de Christo & vero Messia loquitur Dauid. Ioannes autem erat de tribu Leui, & de genere Sacerdotali. Pater enim eius Zacharias Sacerdos erat omnibus notus *de vice Abdiæ: vt Lucas refert c. 1. sui Euāgelij.*

Non poterāt ignorare Sacerdotes Ioannem non esse Messiam.

Genes.

Psal. 131.

Lucas.

gelij.

gelij. Præterea Christus de Virgine nascitur' erat iuxta illud Esai. 7. *Ecce Virgo concipiet & pariet filium.* Vbi siue Virginem intelligas, vt Catholicorum sententia tenet, siue puellam vt Rabbiorum habet interpretatio, locus Ioanni repugnat, qui de sterili & longæua diuquæ maritata natus est. Insuper Christus in Bethlehem nasciturus perhibebatur Michæe cap. 5. *Et tu Bethlehem terra Iuda, &c.* Vndè & Magos multi horum sacerdotum & leuitarum (vt maximè probabile est,) cum Hierosolymam ingressi sunt, interrogantes: *Vbi est qui natus est Rex Iudeorum,* in Bethlehem remiserunt, vt habetur Matt. 1. Ioannes verò in montanis & in ciuitate Iuda natus est, vt refertur Lucæ. 1. Itè & nomen hoc declarabat. Nul libi enim scriptum erat, quòd Messias Ioannes nominaretur. Deniq; de Christo quòd multa esset editurus miracula prædictum fuerat à Prophetis præcipuè Esai. 35. & alijs quâ pluribus locis. Quare Christus (vt Dominica præcedenti diximus) discipulis Ioannis operibus respondit, ad ista vaticinia alludès. Ioannes autem nullum signum fecit, vt ex Euangelijs constat, & Ioannis 10. expressè habetur.

Licèt igitur euidenter cognoscerent Ioannem non esse Messiam, misserunt ad illum legationem istâ, & sua auctoritate illum Messiam constituere voluerunt. Quod verba Christi Ioannis. 5. (quæ in literè expositione adduximus) ostendunt. *Vos misistis ad Ioannem, & voluistis ad horam exultare in lucerna eius.* Ac si diceret: optimè cognoscebatis

Ioannem nō esse Messiam, sed voluistis exultare in luce eius ad tempus: in quo eorum deprauatum animam sobindicat. Misserunt enim ea intentione, si Ioannes officium hoc acceptauerit, & nobiscum se mansuetè habuerit dissimulans vitia nostra, fraudes nostras operiēs, tacebimus, & exultabimus: quasi qui nobis Messiam qualem desiderabamus constituerimus, siue multum, siue parum tēporis durer. Hoc significat *Exultare ad horam seu ad tētus in lucerna eius.* Quòd si nos asperè tractauerit desiderijs nostris cōtrarius existens, faciliè nobis erit, sicut illum nostra non Dei voluntate creauimus, ira & à dignitate illū deponere. Argumenta habemus factis euidentia, quibus persuadeamus populo non esse Messiam. Ad tempus exultabimus in lucerna eius, id est, quandiu nostræ consenserit voluntati.

Itaq; isti volunt constituere Messiam pro sua voluntate, quem & deponere possint prout eis libuerit. Qui hominum voluntate factus auctoritatem non habeat ad contradicendum: sed taceat: & quod ipsi Sacerdotes & Leuitæ voluerint, faciat. Quo nihil excogitari potest peius, aut perniciosus reipublicæ. Nihil enim adeò nociuum esse potest, sicut in republica eos ministros cōstituere, qui respectibus & fauoribus humanis, non virtute & meritis creati sint. Qui ideò personas nobilium & potentium respiciant & venerentur: quia se ab illis in dignitate & officio constitutos agnoscunt. Tales nihil quod iustum sit, (nisi fortè casu) decernunt: omnia

Intentio Sacerdotum in hac legatione optimè explicatur.

Messiam sua auctoritate voluit creare quem sua voluntate possunt deponere

Maximè nociuum reipublicæ est fauoribus nō meritis ministris creare

in republica perturbant. Iudices namquē, Rectores, & Gubernatores pro meritis eligendi & constituēdi sunt. Qui nulli quidquam debeāt, & maxima libertate erga omnes præditi sint. Vt hanc libertatē, qua iudices & superiores pollere debent, ostendat scriptura, eos vocat Deos, Psal. 81. *Ego dixi dī estis.* Quoniam, Deus, nomen est eius, qui nulli quidquā debet, nulli aliquid acceptū refert. *Quis enim,* (dicit Paulus ad Roma. 11. de Deo loquens,) *prior dedit illi, & retribuetur ei?* Nouerit itaque iudex, rector, & superior, se Deum esse, nulliquē debitorem, nisi vt solum quod iustum & rectū est sine personarum acceptione & sine aliquo respectu, exequatur. Quod etiam vt ostendēret scriptura loquens Genes. 4. de Melchisedech, qui fuit Rex Salem, nec patrem, nec matrem illius refert. Rex enim nec patrem, nec matrem habere debet, quos reueretur, & qui bus acceptum debeat esse & dignitatem: sed solum Deum venerari, respicere, & illi placere tenetur: cui soli referre debet potestatem tantamquam ab illo acceptam. Potestas enim non hominum, sed Dei voluntate conceditur. *Non haberes in me potestatem,* dixit Christus Pilato Ioan. 19. *nisi tibi de super datum esset.* Et Paul. ad Rom. 13. dicit. *Non est potestas nisi à Deo.* Præcipue verò officium hoc & dignitas Messiae non humana voluntate traditur: sed Dei autoritate decernitur & constituitur. Quod Ioānes Baptista Ioann. 3. discipulis suis referentibus quod Christus baptizaret, & quod totus mundus illum sequeretur, testatus

est dicens: *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de celo.* Quo loco Ioannes ad literam, quantum ego existimo, de Messiae officio loquitur. Idq; ex eo confirmo, quod statim sequitur in textu: *Ipsi vos mihi testimonium perhibetis, quod dixerim, non sum ego Christus; sed quia missus sum ante illum.* Quomodo verba hæc præcedentibus poterant coherere, nisi de Messiae dignitate loquutus fuisset, nō intelligo. Itaque dignitas hæc non ab hominibus, nec per homines cōcedi potest, sed à Deo tradi debuit, & de celo communicari ei, qui descendit de celo, filio hominis qui est in celo.

In hoc ergo maxime horum insana dementia apparet: quia quod Deo proprium est volunt vsurpare, & Messiam sibi sua auctoritate & pro sua voluntate constituere. Quo vitio & nos laboramus, qui nobis Deum pro nostra voluntate facere, & erigere volumus, verū Deū (quantum in nobis est) deponentes, ac novos deos quotidie erigentes, quos pro nostra voluntate & beneplacito ponere & tollere possumus. Verum Deum qui natura talis est deserimus, & nobis Deos, (qui nec vident, nec audiūt, nec sentiūt, nec quidquam autoritatis habent, nisi quam nos illis concedimus) facimus. Filij Israēl egressi de Ægypto nec vero Deo, (qui tot mirabilia in eis operatus fuerat) contenti, Deum pro sua voluntate que rentes, quem se fecisse, & non ab ipso factos esse, gloriarentur, dixerūt ad Arō Exod. 32. *Fate nobis Deos, qui præcedant nos.* Et relicto vero Deo vitulum coluerunt.

Ioan.

Hominum dementia quod ea que Dei propria sunt sibi vsurpare volunt.

Nobis Deos facimus quos pro nostra voluntate ponere & tollere possumus.

Exod.

Quo

Iudices constituen di qui nulli quidquam debeant.

Psal.

Roma.

Genes. Notandum exemplum.

Potestas non hominum sed Dei voluntate conceditur.

Ioan. Roman.

*Deus non est
qui factus est.*

Quo loco considera, quòd Deos factos petunt, & quærūt, id est, qui non natura dij sint, sed ab hominibus tales facti. In quo eorum infania & ignorantia apparet, & ex eorum verbis apertè conuincitur, dū dicunt: *Fac nobis deos.* Nam si facti sunt, quomodo dij sunt? & si dij sūt, quomodo facti esse possunt? Deus enim vel à nullo factus est, vel De^o non est, si factus est. Quia ille solus Deus est, qui totius esse principiū est, & qui se priorem & maiorem non agnoscit: vt ex Paulo ad Roma. i. i. dicente, *Quis prior dedit ei, & retribuetur illi?* constat, ipse est per quem omnia, in quo omnia facta sunt: Quoniam *Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia,* ad Roma. ii. Ipse verò a nullo est. Qui factus est ab alio, priorem & maiorē se eū, à quo factus est, habet, cui & esse debet. Quare omninò hæc repugnāt, quòd Deus sit, & quòd factus sit. Vide igitur insaniam eorū, qui dicunt: *Fac nobis deos.* Vndè Psal. 115. populi Israëlitici ingratitude arguens Dominus dicit. *Et fecerunt vitulum in Horeb, & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnū. Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magna in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro.* Consideranda sunt loco isto verba illa, *Et mutauerunt gloriam suam, &c.* Quoniam gloria populi illius hæc erat, quòd soli verum Deum, (qui creauit omnia) collerēt: ipsi autem maluerunt ignominiosè operibus manuum suarum inservire. Præterea nomine gloriæ isto loco intelli gi potest vera diuinitas & deitas.

Roman.

Roman.

Psal.

*Gloria diuinitatem signi-
ficat.*

Sic accipitur Ioann. i. cum dicitur. *Vidimus gloriam eius, gloriam quasi vni-
geniti à Patre,* id est, Diuinitatem eius, & Ioann. 2. dicitur, quòd facto miraculo illo in nuptijs, *manifestauit Iesus gloriam suam coram discipulis suis,* id est, Diuinitatem suam. Ita in proposito arguit illos Deus, quia verum Deum neglexerunt, & eum qui natura talis erat, cuius diuinitas cognita erat, contempserūt pro vitulo, vel potius pro similitudine vituli comedentis fœnū. Quo quid demētius dici, aut cogitari potest? Quòd si illi hac ratione maximè re præhensibiles fuerunt, quanto maiori iure nos Christiani carpi possu- mus, qui maiora, & mirabiliora de Deo nostro cognoscimus, qui plura, & excellentiora munera accepi- mus, illum contemnes, & alios deos pro nostro desiderio consti- tuentes.

Ioann.

Ioann.

Horum in illis & in nobis causa existit, quòd ad eò nostri sumus amatores: vt omnia ad nostri appeti- tus, & desiderij conditionem & mē- suram vellimus. Quod non erit dif- ficile, demonstrare, si per singula dis- curramus. Amicos omnes (vt maio- ra huius vitæ supellectilia,) deside- ramus & quærimus: sed tales volu- mus, vt nobis in omnibus placere studeant, nostris desiderijs inser- uiant, nobis adulentur, & quæ desi- deramus cōcedant. Quòd si aliquis veri amici officium exequens nos repræhendat, aut nostris se oppo- nat votis, statim de amicorum nu- mero delemus, & inimicum reputa- mus. Similes etiam seruos quær- imus, & nobis palpantes fauore affi- cimus. Nec in his solū malum hoc reperi-

*Omnia volu-
mus ad nostri
desiderij men-
suram.*

reperitur, sed etiã in rebus, quæ ad animæ salutem pertinent, & necessariæ sunt. Confessarium inquirimus, qui facilis sit, qui nostra crimina, vel non intelligat, vel dissimulet, & prò quolibet munusculo non solum à vino repræhensionis absteineat, sed totus in oleum conuersus sine discretione nos absoluat. De quibus Esai. 5. conquæritur Dominus dicens. *Væ vobis qui iustificatis impium pro muneribus: & illis & vobis certam damnationem adducitis. Concionatores audiunt, sed illos, qui vitia eorum non carpant: sed potius illos delectent loquētes placencia: eos fugiunt, qui vitia repræhendunt, & vera ac necessaria proponunt. Tales erant filij Israël qui, (vt habetur Esai. 30.) Prophetis dicebant: Loquimini nobis placencia, & audiemus vos. Hoc etiã deplorabat Paulus. 2. ad Timot. c. 4. instituēs Timothæum qualiter prædicatoris officium exequi deberet, dicens: *Prædica verbum, in sta oportune, importune. Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina. Subdit rationem. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non suslinebunt; sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Horum radicem assignauerat cap. 3. dicens. *Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines seipsos amātes.* Hinc omnia vitiōrū genera nascuntur, hinc quòd omnia ad nostrā voluntatē vellim⁹ oritur nō solum in naturalibus sed etiã insuper naturalib⁹, atq; adeò in Deo: quo nihil amēcius esse potest.*

Quales confessarios querāt homines.

Esai.

Quos prædicatores querāt homines.

Esai.

Timot.

Timot.

III. CONSIDERATIO.

Mundi conditionē declarat, qui non nisi nobiles potentes & diuites reueretur, cōtra verò Deus humiles extollit & in precio habet, & quòd nobilitas generis virtuti coniuncta esse debet.

Miserunt Iudæi Sa. &c.

XPONIT qui, à quibus, vndè, & ad quē missi fuerint: vt legationis grauitas intelligatur. Vbi multa considerata occurrunt, si tamen prius explicemus quare moti fuerint, vt ad Ioannem nuntios mitterent. Ratio qua moti sunt, vt diximus, fuit: quia videbāt scripturas, quæ de Messia loquebantur impletas. Præterea in Ioanne multa conspiciebant, quæ illum insignem & omnibus spectabilem reddebant, scilicet, generis splendorem: erat enim sacerdotis insignis & nōminati de vice Abdæ filius: miraculosam natiuitatem, prodigiosam vitam, ritus baptizandi nouitatem: ob quæ illis videbatur dignus cui Messia dignitas tribueretur. In Christo enim, cui Ioannes testimoniu perhibebat, nihil horum, quim potius omnia contraria intuebantur. Ignobili genere natum Christum credebāt, filium, scilicet, fabri, vt Matthæi, 13. & Marc. 6. habetur: *communem vitam in eo videbant, & quòd cum publicanis & peccatoribus manducaret.* Vndè nihil in-
signe

Math.
Marc.

signe & magnum de Christo cogitabant. Ecce primam rationem & potissimam, quare isti legatos mittunt ad Ioannem & non ad Christum: quia Ioannes illustri genere, Christus infimo putabatur: Ioannes diuites parentes habebat, Christus pauperes: Ioannes nobiles cognatos, Christus cōmunes. Quod eleganter aduertit Chrysofost. Homil. 15. in Ioannem exponens verba illa: *Ille vos baptizabit in spiritu sancto & igni*: ubi dicit quod Sacerdotes humana quadā perturbatione affecti sunt. Mundi namquē gloriam affectantes, & secundum faciem iudicantes, Ioannem Christo inferiorem esse minimē arbitrabantur. Multa namquē Ioannis generositatem ostendebant. Primō generis claritas, principis enim sacerdotis erat filius. Deindē vita, & asperitate & omnium contempnu insignis: siquidem veste, mensa, domo, & ipso victu contempto, æremū ab ineunte ætate incoluit. Cōtra Christus obscuro genere natus putabatur, quod sæpē numero his verbis exprobratūr: *Nōne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius Iacobus, & Ioseph?* Et patria, vnde originem ducere putabatur, ignominia quadam notabatur, vnde inquit Nathanael: *A Nazareth, potest aliquid boni esse?* Præterea conuersatio omnibus cōmunis, & vestimēta nihil à vulgo differētia erāt. Non enim zona pellicea cingebatur, nec pilosam vestem induebat, nequē melle & locustis vescabatur: sed cum omnibus eādē habebat consuetudinem. Infamium hominum & publicanorum conuiujs

aderat, vt eos ad meliorem frugē alliceret. Cum ergo frequenter Ioannes ab se Iudæos ad Christum lōgē eorum opinione inferiorem dimitteret, ægrē ipsi ferebant, & rubore perfundebantur, quippe qui Ioannem potius magistrum habere, quā Christum voluissent: palām tamen dicere verebantur. Mittunt autem ad eum, vt per adulationem ipsum alliceant ad confitendum se Christum esse.

Hinc intelliges mundi conditionē, qui non honorat, nisi illos, quos genere vel diuitijs præstare conspexerit. Hoc primum est in quod oculos conijcit dignitatem vel officiū præstaturus, cuius filius sit, an nobili genere ortus, nulla meritorum & virtutis habita ratione: cum hæc potissima deberet esse in electionibus faciendis consideratio. Et hinc procedit quod mundi electiones longē à recto tramite distent, & quod electi suis officijs & obligationibus non respondeant. 1. Reg. 9. & 10. Deus hominum iudicium imitatus Saulem in Regem elegit super Israel, qui stans in medio populi altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Quem videns populus clamauit & dixit: *Vinat Rex*, solam exteriorem speciem, & corporis elegantiam & eminentiam intuens: sed qualis postea in regno fuerit ipsa Regum historia testatur, & quod à Deo reprobatum fuerit. Quia populus non merita, sed speciem & elegantiam contemplatus est, quæ in electionibus attendenda nō sunt, sed merita. Vera enim & æstimanda nobilitas ad electionem & officia non sanguinis

In electionibus homines genus respiciunt non merita: idē omnia turbantur.

Reg.

Generis nobilitas ubi virtus deficit potius nocet quam pro sit. Simile.

nis & maiorum: sed propriae virtutis consideranda est. Quid prodest quod riuulus a claro & puro fonte oriatur, si ipse in se est plenus immunditia, corruptus, & cōtaminatus? Quid prodest filio nobilitas patris, & insignia maiorum, si ipse est vitijis infectus? Propria merita & virtutes hominem spectabilem reddunt, quae consideranda sunt & attendenda. Unde Paulus ad Galat. I. ait, quod *in Christo Iesu nec circumcisio aliquid valet, nec praeputium, sed noua creatura.* Significat Apostolus veram apud Deum nobilitatem esse animae renouationem per fidem charitate formatam. Quae non in stigmatibus maiorum, & generis amplitudine consistit: sed in nouitate vitae, & in diuini numinis imitatione. Cum enim in diuina cognitione omnia sint a sensu corporis ad mentis dignitatem conferenda, non multum refert cuius sanguine procreemur: sed cuius vestigijs ingressi vitam instituamus. Ita exponit locum Pauli Orosius in lib. de nobilitate Christiana.

Galat.

Orosius.

Non est recta electio in qua sanguis primam vocem habet.

Certè quando in electionibus primam vocem tenet carnis nobilitas, in maximo periculo omnia versantur. Quando caro & sanguis consideratur, non potest recta fieri electio: quando maiorum stigmata, & sanguinis nobilitas pro primis & potissimis meritis computantur, quando solum ea quae foris sunt & aliena merita, scilicet, maiorum & parentum considerantur, nullo modo rectè iudicari potest. Nobilitas quidem maximi facienda est & aestimanda, si cum

Nobilitas maximi facienda si est virtute sit coniuncta,

virtute, literis, scientia, & probis moribus coniugatur. Est enim quasi vermiculus argenti super aurum, ut in Canticis sponsus dicit. Nec hoc interdum reprahendere quod, scilicet, virtute & meritis concurrentibus nobiliores ad officia & dignitates assumantur. Hoc enim multum laudabile est. Caeterum quod sola nobilitas, & generis splendor, alijs meritis deficientibus, respiciatur, maxime est indecorum. Quia qui tales sunt, maiorum suorum insignijs, & genere elati, omnia sibi licere existimant, & pro votorum suorum desiderio non pro dignitatis exigentia viuunt. Itaque non personarum qualitas, non genus, non nobilitas, non maiores considerandi sunt: sed propria merita, virtus, mores, prudentia, & scientia: si qualem oportet electionem facere optamus. Iudices & electores Dei in scriptura vocantur, propter rationem in procedenti consideratione assignatam: & propter iudicij rectitudinem sine personarum acceptione. Sicut enim Deus nullius personam respicit, sed merita; & sine personarum, & sanguinis respectu nominat & eligit. Quod Matth. 20. Ostendit, cum filijs Zebedaei iure propinquitatis petentibus dexteram & sinistram in regno eius, responderet. *Non est meum dare vobis.* Vbi non negat potentiam, sed reijcit modum, scilicet, propter sanguinis propinquitatem vel nobilitatem. Ita electores non personas, sed merita respicere debent, si ab errore & culpa immunes esse desiderant. Hinc Iacobus in sua Canonica, cap. 2. dicit. *Fratres Iacob mei nolite in personarum acceptione*

Sine personarum acceptione iudicandū. Matth.

Matth.

Z habere

habere fidem Domini nostri Iesu Christi gloria. Etenim si introierit in conuentum vestrum vir aureum annulum habens in veste candida: introierit autem & pauper in sordido habitu: & respiciatis eum qui indutus est veste preclara, pauperem autem contemnatis, non ne facti estis iudices cogitationum iniquarum? Quo loco Iacobus principaliter de electionibus ad officia & superiores sedes in Ecclesia loquitur, in quibus non personas, sed merita: non genus, sed virtutem cōsideranda admonet. Annulus enim apud antiquos nobilitatis insigne erat, & vestis candida magnificentiae, dicit ergo: *Nolite in personarum acceptione habere fidem Domini nostri gloriae.* Vbi genitius gloria coniungendus est accusatiuo fidem, & tūc fides non accipitur pro ea qua credimus, sed pro fidelitate quam debemus in his quæ nostræ dispensationi Dominus commisit: puta bonorum Ecclesiæ distributione, quæ gloria Christi dicuntur: Quia his in Ecclesia sua gloriosus apparet. Hoc confirmo ex verbis quæ statim Iacobus pro ratione & confirmatione prædictorum annexit, dicens: *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & heredes regni, quod repromissit Deus diligentibus se?* Quæ de acceptione personarum aperte loquuntur. Et Petr. i. sua Canon. cap. i. dicit. *Sancti oritis, quoniam ego sanctus sum.* Vbi non solum de vitæ integritate, sed de iudicij etiam rectitudine & integritate loquitur sine personarum acceptione. Quod patet ex eo quod sequitur. *Et si patrem inuocatis eum, qui sine acceptione personarum iudicat*

secundum vnius cuiusque opus: in timore incolatus vestri tempore conuersamini.

Deus namq; non hominum genus, non sanguinis claritatem, non maiorū imagines inuictur, sed merita & virtutes. Moysen Exod. 3. Exod. (qui expositus fuerat, & in fiscella ad ripam fluminis eiectus, in domo aliena educatus) elegit, vt dux populi sui esset, & Deum Pharaonis constituit non genus respiciēs, sed merita: nō corpus, sed animam. Dauid, (qui inter fratres suos minimus erat, & in pascendis ouibus occupatus, quem nec pater, nec fratres aestimabant,) elegit Deus i. Reg. 15. in regem super Israël. Hoc Paulus. Reg. i. Corint. i. summoperè commendat de Christo dicens. *Videte fratres vocationem vestram. Quoniam nō multi sapientes secundum carnem, nō multi potentes, nō multi nobiles; sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & in firma mundi elegit Deus, vt confundat sortia & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret: vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius.* Loquitur Apostolus de vocatione & electione Apostolorum, qui non nobiles, sed communes & abiecti, diuites tamen in fide fuerunt: quos Christus vt principes Ecclesiæ essent elegit. Vide Petrum, qui diues non fuerat, cibos arte & manu piscando quærebat, qui non nobili aut illustri genere ortus fuerat & à Christo non tantum vocatus est, & Apostolus effectus: sed & caput Ecclesiæ & summus Pontifex constitutus. Moyses Dei spiritu instructus electurus

Annulus nobilitatis insignis.

Fides pro fidelitate.

Petr.

Deute.

electurus principes, qui populi curam gererent Deut. i. ad populum dicit. *Date ex vobis viros sapientes, & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes.* Vbi notandum est quòd non dicit: date viros diuites, nobiles, illustres, vt illos principes constituam: sed date viros, sapientes, prudentes, & probatæ vitæ, quos principes faciã. Quia hæc non illa merita sunt, & in electione consideranda, Nec solum Dei spiritus, sed & naturalis ratio hoc demonstrat. Quia ductus Pharao Genes. 41. Iosephum è vinculis eductũ principem super vniuersum Ægyptum constituit: quia virum sapientem, & prudentem cognouit. Non attendit quis, aut quo genere ortus esset, an naturalis, vel alienigena, solã sapientiam considerauit, & vt optimus Rex reipublicæ necessitati prouidit. Et quia poterant dicere serui Regis, hominem alienigenã, seruum, cuius genus nõ cognoscis, qui tot annis in carcere fuit, qui à domino suo infidelis reputabatur, eligis in principem, & relinquis seruos tuos naturales, nobiles, fideles, & qui officijs recte functi sunt? Quasi respondens Rex, & illorũ ora obstruens ait. *Nũ inuenire poterimus talẽ virũ, qui spiritu Dei plenus sit?* Et conuersus ad Ioseph ait. *Quia ostendit tibi Deus omnia quæ loquutus es: nunquid sapientio rem, & consimilem tui inuenire poterò? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Qui isto modo in electione procedit, qualem oportet rectorẽ constituit.

Scribæ igitur, & Pharisæi fallũ-

tur in hac legatione: quia generis nobilitatem in Ioanne ad offerendam illi dignitatem cõsiderabant: In Christo verò maximè offende- bantur ex eius, (vt ipsi putabant) ignobilitate. Vndè frequenter inculcabant quòd filius esset fabri, & à ciuitate Nazareth, quasi dicerent. Quis iste est, vt Messias reputetur, & tam insigni dignitate dignus, ignobili patre, puta fabro genitus, & vili loco, scilicet, à Nazareth oriũ- dus? Quasi pater aut patria bonum vel malũ faciant, dignũ, vel indignum: & non propria merita. Mundus ista considerat, ideò pauperes, & humiles, (etiam si meritis abundant) derestatur: Deus verò non per sonarum qualitatem, & nobilitatẽ, sed merita intuetur. Vndè vt 1. Regum. 2. dicitur. *Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & subleuat. Suscitrat de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cũ principibus, & solum gloriæ teneat.* Hanc diuersitatem declarat sapiens Ecclesiast. 13. dicens. *Diues loquutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius vsque ad nubes perducent, pauper loquutus est, & dicunt: quis est hic?* Quia igitur Christus pauper & vilis in oculis hominum habebatur, Sacerdotes & Leuitæ indignum reputant dignitate, & illum reprobant. Quod Christus illis improperat Matth. 21. cum dicit. *Nunquam legistis in scripturis. Lapidem quem reprobauerunt edificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Ac si apertè diceret. Vos, qui principes & maiores estis, Sacerdotes & Leuitæ, ad quos ædificij constructio pertine-

Reg.

Ecclesi.

Matth.

Naturalis ratio dicitur meliores eligendos esse. Genes.

bat) me tanquam lapidem inutilem reprobastis, quando misistis ad Ioannem: & si sententiæ vestræ stādum fuisset, in nullo ædificij loco constituendus essem: sed Deus (qui omnium Dominus est, & ad quem spectat lapidum dispositio) me in caput anguli fecit, quod mirabile est in oculis vestris.

Secunda ratio quare miserint ad Ioannem fuit quia exteriorem apparentiam considerabāt.

Secunda ratio (quare prætermissio Christo miserunt Iudæi ad Ioannem legationem istam,) fuit: quia exteriori specie & apparentia mouebantur. Considerabant enim in Ioāne asperissimam vitam, quomodo ferè ab incunabilis in deserto vixerit, vestium asperitatem. Erat enim vestitus pilis camelorum, & zona pellicea cinctus, cibus eius locustæ vt Marcus refert. In Christo autem nihil horū intuebantur, sed quod in ciuitatibus habitabat, communi veste, cibo, & potu utebatur, publicanorum consortium non aspernabatur: nihil mirabile & extraordinarium, & quod oculos hominum raperere posset, in Christo reperiebāt, sicut in Iordane. Ideò præponunt Ioannem Christo, & Christo neglecto ad Ioannem legatos mittūt. Cum in veritate Christus longè maior & excellentior esset Ioanne. Quod ipse met Ioannes testatur in hoc Euangelio dicens. *Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: id est, multo me dignior: cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamenti.* Quia isti quæ foris apparent solum intuentur, & secundum exteriora merita ponderant & personæ dignitatem metiuntur, verum Messiam relinquunt, & Ioanni di-

gnitatem offerunt. Vt hinc discamus, rationē meritorū, sanctitatis, & dignitatis personæ nō semper ex his quæ foris apparent, & oculis cōspiciuntur, (etiam si mirabilia sint & extraordinaria) esse sumendam. Res hæc districtiùs examinanda est, & graui iudicio ponderāda. Licet enim exteriores apparentiæ in habitu, vestitu, incessu, cibo, & potu, bonæ sint, si ex animo & corde procedant, & illi consentiant: non tamen in illis perfectionis Christianæ vis consistit, sed in animi puritate, & charitatis perfectione, quæ perfectionis vinculuū a Paulo dicitur, & in qua tota Christi lex posita est. Multi enim his exterioribus contenti oculos hominum ad se trahunt, & deludunt, cum intus omni virtute sint destituti, *Similes facti* (vt Christus de Pharisæis dicebat Matth. 23. qui dilatabant phylacteria sua, & magnificabant fimbrias suas) *sepulchris de albatis: quæ foris pulchra apparent, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & animalibus immundis.* Vndè Psalm. 44. de filia Regis dicitur (qua anima Christiana significatur.) *Omnis gloria eius ab intus.* De quo plura diximus Dominica præcedenti. Lupi enim se solent ouium vestibis tegere & occultare. Vndè Christus Matt. 7. Non tantum vesti & exterioribus fidendum, sed interiora consideranda admonet dicēs. *Cauete ab his, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.* Ouum Aspidis, (vt Philosophi referunt,) exterius pulcherrimum est, & maxima colorum varietate depictum, oculis maximè delectabile:

Sanctitas nō est ex exterioribus & apparentibus metienda.

Matth.

Psalm.

Lupi se pelibus ouium cōtegere solent.
Matth.

Simile. Aspidis ouium quale sit.

bile:

bile: intus verò mortiferum venenum continet. Ita multi nihil curant nisi de his exterioribus, *Exterminant facies suas*, vt Matth. 6. dicit Christus, totam suam curam in vestitu & apparentia constituunt, nihil de interioribus curant: cum vera virtus, meritum & dignitas ab intus sit.

Matth.

Vndè sapiens non iudicat de virtute & meritis ex sola veste & exteriori apparentia. Quoniam multoties supra feretrum, in quo mortuorum corpora deferuntur, preciosissimus argèto, auroquè in textus pannus extenditur. Vndè Christus Ioan. 7. de sua doctrina loquès, (quam Pharisæi despiciebant dicentes: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit*) dicit. *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Quasi apertius dicat, iudiciũ, quod solum secundum faciẽ & exteriorẽ apparentiam sumitur, nõ quam rectum esse potest: interiora pensanda, & examinanda sunt, vt rectum iudicium procedat. Secundum faciẽ & exteriora Iudæi iudicabant de Christo & Ioanne, & idè in legatione ista maxime decepti sunt.

Simile.

Ioann.

Tertia ratio deceptionis quia proprio iudicio inuitantur.

In rebus diuinis non est propria sapientia innitendum.

Tertia ratio huius missionis fuit: quia proprio iudicio & consilio innitebantur, non attendentes quæ in scripturis Deus per prophetas suos prædixerat, & signa quæ ad illum cognoscendum dederat. Vndè intelligere possumus, quam longè à veritate distent, qui in rebus diuinis inquirendis & cognoscendis propria prudentia, sapiẽtia, & iudicio innixi procedunt. Cum omnis diuinarum rerum cognitio desuper &

à Deo speranda sit. Vndè sapiens Prober. 3. inquit. *Nili mi habe fiduciã in Domino ex toto corde tuo, & ne inuitaris prudentia tua. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne sis sapiens apud te metipsum.*

Prover.

Et Iacobus in sua Canon. cap. 1. dicit. *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter & non impropert, & dabitur ei.* Omnis enim sapientia à Domino Deo est, nec rerum diuinarum cognitio, (nisi Deus communicauerit) viribus naturæ haberi potest in rebus quæ fidei sunt, & Christi mysteria concernunt. Vndè Matthæi. 16. Petro dicenti *Tu es Christus filius Dei viui*, respondet Dominus. *Beatus es Simon Bariona: quia caro & sanguis, id est, naturale lumen, & vires tuæ non reuelauit tibi: sed Pater meus, qui in calis est.* Et Ioannis. 1. dicitur *Dedit potestatem filios Dei fieri his, qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, nequè ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt.* Diuinorum igitur cognitio nisi Deo illuminante & reuelante haberi non potest. Et quia Scribæ, & Pharisæi propria sapientia & prudentia, proprioquè iudicio cognoscere & discernere vouerunt quis esset Mefsias, miserè errauerunt, & relicto vero Christo ad Ioãnem miserunt. Et dum apud semet ipsos sapientes esse volunt, stultæ facti sunt Ioanne respondente: *Non sum ego Christus.* Vbi impletum cernimus quod Paulus dixit. 1. Corinthio. 1. *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobo. Vbi sapiens? Vbi scriba? Vbi inquisitor huius seculi? nonne stultam*

Iacob.

Naturales vires ad ea quæ fidei sunt non attingunt. Matth.

Ioann.

Corinth.

Uai.
fecit Deus sapientiam huius mundi.
Hinc Esai. 5. dicitur. *Va vobis qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobis metipsis prudentes. Sapientia enim carnis inimica est Deo: legem enim Dei non est subiecta: vt ad Roma. 8. dicit Paul. Neque enim potest.*

III. CONSIDERATIO.

Roma.
Quæ sit inuidiæ & odij vis, & quòd sibi duos oculos homo eruet, vt inimico vnum euelat, declarat: & mala quæ inde sequuntur.

Miserunt Iudæi ab, &c.

EXPLICATIS aliquibus rationibus, quare legationem hanc ad Ioannem potius quam ad Christum miserint Iudæi: non vulgaris admiratio hinc oritur considerantibus qualiter se Ioannes & Christus cum Scribis, Phariseis, Sacerdotibus, & Levitis, habuerint. Ioannes namquæ asperè, & rigurosè illos tractabat, minas, rigorem, & vindictam, quæ illos expectabant, proponens & dicens Matthæi. 3. Quòd securis ad radicem arboris iam posita erat: Ioannes Phariseorum crimina publicè arguebat eorum gloriam deiiciens, & cōfidentiam euacuans, cum dicebat Matth. 3. *Nolite dicere quoniam patrem habemus Abraham. Potens enim est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.* Ioannes ignominijs afficiebat, & contumeliosè tractabat eos inquiring Lucæ. 3. *Genimina viperarum,*

quis vos docuit fugere à vëtura ira?

Christus autem longè aliter se cū illis habebat, summam misericordiam, & clementiam ad omnes ostendebat illis salutem promittens, & omnes inuitans: vt Matth. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos.* Præterea magno fauore psequeretur Christus Iudæos eorum gloriam extollens, cum Matth. 15. dicit. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël: blandè, amicabiliter etiã peccantes recipit dicens Matth. 18. Veni querere & saluum facere, quod perierat.* Hinc igitur admirationis causa ortum habet; quòd cum Ioannes Iudæos adè asperè tractaret, Christus verò adè blandè & misericorditer, ad Ioannem Christoneglecto nuntios mittant: & quòd Christum recusent, & Ioannem in Messiam vellint eligere.

Dicere illis quis & meritò poterat, quid facitis? quæ vestra demencia est? Si Ioannes nunc (quando auctoritatem & potestatem non habet) vos adè asperè tractat, sic infectatur, ita carpit & repræhendit, quid faciet, quando se in suprèma dignitate viderit constitutum, quãdo superiorè non agnoscat? Si huic vestræ legationi annuens dixerit se Christum esse, qualiter vobiscum acturum esse putatis? Qui vos nunc spernit & pro nihilo ducit, tunc quasi vilissima mancipia sine dubitatione tractabit. Consultius sanè esset ad Christum hos legatos mittere, qui mitis, suavis, mansuetus, & facilis est, qui non est turbulentus, qui licèt potestatem habeat, & in suprèma dignitate sit, vos semper in precio

Matth.
Quam differenter Christus & Ioannes Iudæos tractauerint.
Matth.

Lucæ.

Matth.

in precio habebit, & honorificè tractabit: qui sacerdotalè dignitatem ad eò semper veneratus est, vt Matth. 23. propter illius reuerentiã dixerit. *Super Cathedram Moysi sederunt Scribae & Pharisei, omnia, quæ dixerint vobis facite.* Quid alium inquiritis? Quorsum queritis hominem, qui vestis asperitate animi sui duritiem ostendit, in montibus nutritũ, & inter feras educatum, qui nesciet com̃pati miserijs, & infirmitatibus vestris, si in aliquas vt homines vos labi viderit? Attendite & considerate Christum, qui peccatores recipit, & cum illis manducat, qui mitis, facilis, & vrbanus est, & ad miserendũ aptus. Videte quid facitis? Hic satis apertè inuidiæ, odij, & passionis, qua Christum prosequerentur, magnitudo exprimitur, quæ ad eò illos excæcabat, vt de malis suis non cogitent, pericula sua non attendant, molestias quas passuri sunt non sentiant, dummodo Christum à dignitate, quæ illi debebatur, deturbet, & deiciant. Quasi si facto & legatione hac sui animi obstinatam malitiam profitetes diceret. Benè hæc omnia cognoscimus, omnia ista videmus, & certò supernos ventura scimus: sed nihil hæc facimus, dum modo Christus à populo non suscipiatur. Nos Ioãnes vt voluerit tractet, faciat in nos quæ illi placuerint, æquo animo & patienter omnia feremus, & non regnet Christus super nos. Magna certè inuidiæ, odij, & passionis vis, quæ ad eò potens est, vt quo inimici vnum oculum eruat, ambos sibi elici patiatur: vt cõmuni apud Hispanos prouerbio circumfertur: &

Odiy magnitudo in Christum apparet

quo homo sui voti cõpõs euadat, omnia paruipendat, & pro nihilo ducat, honorem contemnat, vitam negligat, diuitias consumat, & nihil etiam si magnum sit, difficilè arbitretur. Huius rei optimum exemplum, viuum, & efficax habemus in Ioseph & fratribus ei⁹. Qui (quoniam audierant eum somnia referentem, quibus ostendebatur, vt ipsi intelligebant, quòd regnaturus esset Ioseph super illos) tanto sunt odio correpti & furore accensi, vt illum interficere curauerint, & crudelitati parcentes in cisternam miserint, & tandem Ismaëlitis transeuntibus vendiderint. Idquè solum ne regnaret Ioseph super illos. Quod colligi potest ex verbis textus vbi habetur. *Responderunt fratres eius. Nūquid Rex nos ter eris, aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum, atquè sermonum, inuidia & odij fomitem ministravit.* Ecce, quia regnaturum suspicabantur tanto odio prosequuntur. Quod si vt æquum erat considerassent, quid illis iocundius, quid fœlicius poterat contingere, quàm quòd frater illorum rex constitueretur: cui⁹ regni & bonorũ necessariò participes erant futuri, quosq; vellet nollet & fratres erat habiturus & meliùs quàm extraneus quis tractaturus? Sed hæc inuidiæ, hæc odij cõditio est, vt ista nõ respiciant, sed oculos claudat. & quæ sibi cõueniëntia sunt nolint prospicere, dummodo frater eorum Ioseph vel pereat, vel in seruũ venundatus non regnet super illos. Durã extranei seruitutè & importabile iugum facile reputat, dum modo frater nõ regnet.

Genes.

Sed sicut in hoc, ita etiam & in

Mali nollentes Dei ordinationi inserviunt & quod impedire crederent perficiunt.

eo decepti sunt, quod putauerunt se Dei dispositione & ordine posse subverti: & nolentes, (quibus mendicis Dei consilia impedire conantur,) eisdem inserviunt, & ad executionem contra se perducunt. Quod etiam satis manifeste in proposito exemplo conspicitur: qua enim via fratres Ioseph illum a regno excludere student alienigenis in seruum vendentes, ea ad regnum elatus est, ut habetur Genes. 41. Et ipsi nihil aliud inde quam suae malitiae pondus reportarunt, nec quod intendebant consequuti fuerunt, tandemque confusi fratrem adorauerunt, & ut regi seruerunt. Simile hodie contingit Iudaeis, qui propter odium & inuidiam quam contra Christum habebant, & ut illum sua dignitate priuarent, nuntios mittunt ad Ioannem, qui nomine totius Reipublicae Iudeorum, illi dignitatem Messiae offerant. Quam Ioannes non acceptauit, quoniam potius inde occasionem summit commendandi Christi personam, declarandi illius excellentiam, & quantis nominibus ipsum Ioannem excedat, & quod ille est, qui uenturus est, & uerus Messias, & quem quaerere debent. Et factum est, ut uide aliquod commodi accipere putabant, maximam dedecus reportarent. Debitum quidem inuidiae & passionis praemium.

Chrysol.

Inuidia graue & perniciosum vitium est inuidenti-

Ut enim Chrysol. Homil. 15. super Ioannem testatur. Graue vitium inuidia est, graue inquam & exitiosum, non his, quibus inuidetur, sed ipsis inuidentibus. Primum enim eos offendit, con-
sumitque tanquam mortiferum quodam uerus eorum animos occupans. Si quo autem pacto eum cui inuidetur le-

dit, paruum quidem & nullius ferè momenti detrimentum est, quodque plus emolumenti, quam damni afferat. Huic interpretationi legationis istius maxime fauere videntur uerba Christi, qui semper Scribis & Pharisaeis hoc odium impropert, quo ad omnia quae contra ipsum erant, agitabantur, & Ioan. 11. dicit. Odio habuerunt me gratis. & Ioannis. 15. Me priorem uobis odio habuit. Et si ita loqui fas est, semper haec iniuria Christo representabatur, & in eius animo & memoria uersabatur, iniquè ferens quod illum reliquerint, & ad Ioannem miserint nuntios, & Messiae dignitatem illi obtulerint. Ita cum eis exostulat Ioan. 5. dicens. Vos misistis ad Ioannem, & uolulistis ad horam exultare in lucerna eius. Ac si dicat: Hoc semper mihi manet altamente-repositum, ac nulla obliuione poterit deleri. Alias quascumque iniurias & opprobria non sentio, istam nunquam obliuiscar.

Ut hinc discant homines quanta iniuria Deum afficiant eum pro creatura commutantes, & pro uitijs relinquentes. Hoc maxime sentit, & si doloris & tristitiae capax esset, hoc maxime illum contristaret, de hoc maxime doleret: quod eum bonorum omnium fontem derelinquant pro aquis turbidis Aegypti, & deserant pro creaturis corruptibilibus. Quod ut declaret, caelum & terram commouet, & testes huius malitiae inuocat Hierem. c. 2. dicens. Transitè ad insulas Cerchim, & uidete, & in Cedar mittite & considerate uehementer, & uidete, si factum est huiusmodi, si mutauit gēs deos suos: &

*Ioann.
Ioanne.*

*Hanc iniuriam quod Ioannem elegerint & eum reliquerint Christus nunquam obliuiscatur.
Ioann.*

Qua iniuria Deum afficiat qui peccat: & quomodo id Deus sentiat.

Hierem.

certè ipsi nō sunt Dij. Populus verò me^o mutauit gloriam suam in idolum. Obstu-
pescite cali super hoc, & portæ eius deso-
lamini vehementer dicit Dominus.
Quòd si inquiras, quæ huius tanti
doloris causa esse potest? Respon-
det Dominus. Duo enim mala fecit po-
pulus meus. Me dereliquerunt fontem
aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dis-
sipatas, quæ cōtinere non valent aquas.
Ac si diceret: si me dereliquerent
pro alio meliori, potentiori, libera-
liori, excusationē possent sibi pre-
tendere: sed quam excusationem
habere poterunt, quòd me pro ci-
sternis dissipatis, & pro creaturis
commutauerint, quæ non valent con-
tinere aquas. Et quis istud patienter
poterit sustinere? Obstupescat cæ-
lum super hoc, & portæ eius desolē-
tur, vniuersæquæ creaturæ in admi-
rationem rapiantur.

Pro cuius loci maiori intelligen-
tia aduerte, quòd creaturas & om-
nia mundana cisternas vocat: Quia
aquæ illorum perpetuæ & scaturien-
tes ac viuæ non sunt: sed aliunde col-
lectæ. Et dissipatas vocat: quia con-
tinuæ corruptioni & defectibus
sunt subiecta. Duas ergo differen-
tias constituit inter Deum & crea-
turas: Primâ, quòd creatura cister-
na est, Deus autem fons viuus &
perennis. Hoc enim discrimen in-
ter fontem & cisternam versatur,
vt notat glosa, quòd fons perpetuus
est, & vitales habet aquas: cisternæ
de torrentibus, & aquis turbidis cō-
plentur in pluuijs ex se aquam non
habentes. Deus ex se aquam vitæ,
& ipsam vitam habet, & nunquam
deficiet. Psalm. 35. de Deo dicitur.
Quoniam apud te est fons vitæ, id est,

tu es fons vitæ, & vena aquarum
viuentium; quòd de se ipso testatus
est Christus Ioannis 11. dicens. Ego
sum resurrectio & vita: & a quo bona
cuncta procedunt. Hinc Zachar. 9. ^{Ioann.}
dicitur: Dominus est oculus hominis ^{zachar.}
& omnium tribuum Israel. Vbi ocu- ^{Oculus pro}
lus accipi potest non pro sensu cor- ^{fonte.}
poreo, sed pro fonte aquæ. Quasi di-
cat. Dominus est fons aquæ viuæ,
à quo bona cūcta hominibus com-
municantur. Quia verbum Hebræū
Haim, & oculum & fontem signifi-
cat. Et Hispani oculum aquæ vocare
solemus fontem aquarum.

Secunda differentia est, quòd ^{Creatura ci-}
creaturæ cisternæ sunt dissipatæ, ^{sterna sunt}
quæ non valent continere aquam, ^{dissipatæ.}
& si quam recipiunt, statim hac il-
lacquæ effluit. Sic creaturarū gau-
dia citò transeunt & effluunt. Om- ^{Esaï.}
nis caro foenum, dicit Esaï. cap. 4. &
omnis gloria eius quasi flos agri. In ima-
gine pertranseunt omnia & in vim-
bra. Præterit enim, vt habetur. 1. Co- ^{Corinti}
tint. 7. Figura huius mundi. Dei autē
bona perennia sunt, nunquam defi-
ciunt, & sicut Deus semper idem
ipse est, & non mutatur, ita gaudia
& bona (quæ nobis Deus promittit)
nō deficiunt, continuò manent, &
semper perseverant. Psalm. 45. de ^{Psalm.}
bonis quæ Ecclesiæ suæ & fideli-
bus suis Deus communicare solet,
loquens David, Fluminis (inquit) im-
petus latificat ciuitatem Dei. Fluminis ^{Dei bona flu-}
dicit, quòd semper manet & aquis ^{mini compa-}
abundat, non riuuli, aut torrentis, ^{rantur cuius}
qui statim ac pluuiæ defluunt, defi- ^{aquæ nunquā}
cit & siccatur. Insuper & impetum ^{deficiunt.}
addit, vt abundantiam nunquam
deficientem ostendat. Vt ergo de-
clarec bona Dei & aquam consola-
tionis

Deus fons pe-
rennis est,
creatura ci-
sterna.
Glossa.

Psalm.

tionis illius semper manere, dicit: *Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei.* Elias 3. Reg. 17. quando fugiebat à facie Iezabel, habitabat iuxta torrentem aquarum, & ibi alijs fame & siti perentibus lætus degebat torrente aquam & coruo panem ministrantibus. Sed quia torrens erat defecit, & calore crescente siccatæ sunt aquæ, & meliori tempore defecerunt. Sic sunt res mundanæ. Gaudia, & voluptates semper quando magis necessaria sunt, deficiunt. Torrentes sunt & riuuli. Ionas egressus Ninive hæderam inuenit, qua à calore & æstu protectus dormire cœpit, sed in ipso solis feruore in meridie hædera rodente vermiculo siccata est, defecit umbra, & sol caput Prophetæ percussit, vt Ionæ 3. habetur. Tales sunt res mundanæ, quæ meliori tempore & quâdò magis eis indigemus, deficiunt. Sunt namquæ cisternæ dissipatæ, quæ aquas continere nō valent. Solus Deus nos semper comitatur, nūquam illius bona deficiunt. Ideò Deus maximè & merito dolet, cōquæritur & clamat, quòd illū pro creatura relinquamus, & dicit: *Obstufescite cali super hoc, &c.* Et eodē capite eos arguens dicit. *Quid inuenierunt patres vestri in me iniquitatis: quia elōgauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt. Et non dixerunt, vbi est Dominus qui ascēdere nos fecit de terra Egypti, qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & iniuiam, per terram situs & imaginem mortis, & per terram in qua non ambulauit vir, nequē habitauit homo. Et induxi vos in terram Carmeli, vt commederetis fructus eius & bona*

illius. Ecce quæ vos excitare & cōmonere poterant, vt tantorum beneficiorū memores me colleretis. Sed quoniam hæc cōsiderare noluitis (idenim significat *& non dixerunt*, id est, non cōsiderauerunt, nec mente ista voluerunt) elongastis à me: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem. Simile habetur apud Osee. cap. 2. Vbi reprehendit hanc inconsiderationem in populo sub persona mulieris, quæ confusa est, quia dixit. *Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, & lanam meam, & oleum meum, & potum meum.* Et paucis interpositis ait. *Et hæc nesciuit, quia ego de diei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicauit ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.* Vbi illud nesciuit affectatam ignorantiam de notat: ac si diceret, noluit considerare, attendere, & intelligere, quòd *ego dedi ei frumentum, &c.*

Hæc namquæ sola consideratio sufficiens erat, vt ad me reuenteretur, à peccato retraheretur, & mihi cōtinuò adhereret. Eademquæ sufficiens esse poterat vniuersos homines continere ne à me recederent. Omnia enim testantur, omnia clamant, quòd Deo, non creaturis debitores sumus, & quòd Deum & non illas, querere, sequi, & præ omnibus diligere debemus. *Debitores*, inquit Paul. ad Roma. 8. *sumus non carni, vt secundum carnem viuamus: sed Deo, qui nobis bona cuncta largitus est, qui corpus, animam, vitā, & bona tam corporalia quàm spiritualia cōmunicauit.* Hoc est quòd Hierem. 2. pro ratione querit à se elonga-

Osee
Omnes creaturæ clamāt quòd Deo debitores sumus & non illis.

Roman.

Reg.
Mundana bona
sunt qui siccatur.

Mundana hædera Ione.

Hæc.

Consideratio beneficiorū Dei sufficiens erat vt homines ei adhererent.

elongauerint Deus adducit. *Et non dixerunt*, id est, quia non dixerunt: *Vbi est Deus, qui ascendere nos fecit, &c.* id est, ista beneficia non considerauerunt. Si enim hæc dixissent, & attente considerassent (quis nos ascendere fecit de terra Ægypti, quis mare diuisit, quis panē de cælo præstitit, quis in terram fluentem lacte & melle induxit? Et si Christianus qui maiora suscepit, aduertisset, quis mihi esse communicauit, quis vitam, quis me conseruat, quis pacificus, quis me vocauit, quis me ad veritatis lumen adduxit, quis me in Ecclesia plantauit, quis mihi tot tātaquē beneficia concessit? fieri uti quē non posset, vt me dereliquerent, & pro creaturis commutarent.

Itaque vt ad propositum reuertamur, maximè & meritò dolet Deus, quod illum pro creaturis relinquamus, & quod illum deseramus, & creaturas sequamur. Ideò multotiès sicut homo zelo incitatus vias nostras occludit, & pericula apponit, ne ab illo recedamus. Quod Osee. 2. se facturum pollicetur cum dicit. *Propter hoc, ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet: & ne ab illo sequeatur amatores suos & non appropinquet eos, & quæret eos & non inueniet.* Quod non odij, sed amoris argumentum est. Sicut enim solet mater absinthium pectori suo imponere, vt puer ablaçteretur, quo solido cibo vti possit, & roboratus crescat: ita Deus vias nostras spinis sepit, vt compūcti à creaturarum dulcedine recedamus, & ad eum reuertamur, qui est fons vitæ, & in cuius lu-

Osee.
Laboribus
Deus vias nostras
circuit
ne ab illo
cedam quæ
amoris iuui-
cium est.
Simile.

mine visuri sumus æternum & incompræhensibile lumen.

V. CONSIDERATIO.

Quales debeant esse prælati & quàm vigilantes super gregem suum declarat: vt quē Deus detestatur prælatos negligentes, quos homines diligunt & colunt.

Miserunt Iudæi ab. &c.

MULTAS rationes meditantur sancti Patres, quarum aliquas confideratione tertia adduximus, quare Iudæi, Scribæ, & Pharisei miserunt nuntios ad Ioannem prætermisso Christo, quē sciebant, vel saltem, si scripturas attente considerassent, ignorare non poterant esse verum Messiam in lege promissum. Ideò ad scripturarum confiderationem illos Christus remittit Ioannis 5. dicens: *Scrutamini scripturas, ipse enim testimonium perhibet de me.* Quod & illis in parabola vineæ Matth. 21. opposuit dicens, quod agricolæ videntes filium patris familias dixerunt. *Hic est hæres, venite & occidamus eum; & habebimus hereditatem eius.* Quæ cū audissent principes Sacerdotum & Pharisei, cognouerunt quod de ipsis diceret. Ecce quomodo aperte ostēdit Christus, quod Scribæ, & Pharisei cognouerunt ipsum esse Messiam, & hæredem, & ideò voluerunt illum interficere. Itaque quod prætermisso Christo, quē natura Messiam esse sciebant,

Ioann.

Matth.

sciebant, miserunt nuntios ad Ioannem, quem, vt supra latè probauimus, sciebāt nō esse Messia, plures rationes assignāt sancti Patres: quibus sufficiens fundamentū præbet istorum calliditas & iniquus animus. Sed aliā se mihi offert, quæ nō videtur contemnenda: quod cum scribæ & Pharisei propriam vtilitatem procurarent, & ad viuendū secundum sua desideria licentiam quærerēt, talem Messiam volebāt, qui eis in nullo obfisteret, sed liberè, & pro sua voluntate, quemlibet viuere permetteret. Considerabāt, & sibi persuadebant, quod Christus cū natura talis esset, & à Deo missus Messias ad populi salutem, se in omnibus Dominum esset ostēdaturus, & quod Hispanè dicimus, *Maria mucho del señor*. Nullum reuereretur, liberè & sine cuius quam respectu quæ expedire ad populi vtilitatem cognosceret, exequeretur: quod de ipso prædictum sciebant Malach. cap. 3. vbi habetur. *Et statim veniet ad templum suum dominator, quem vos quaritis, & angelus testamenti quem vos vultis. Quæ de Messia omnes vnanimiter intelligunt. Illico exponite eius condiciones dicens: Ecce venit, & quis poterit cogitare diem aduentus eius? Et quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cōflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leni. Quod de primo Christi aduentu intelligendū esse multis Dominica secunda Aduentus probauimus ex sanctis Patribus. De quo etiam Esai. II. dictum est: Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cincturium renum*

eius: quibus incorrupta eius rectitudo designatur. Sciebant quod pauperum, pusillorum, & afflictorum causas quasi pater esset acturus, vt à potentium calumnijs eos liberaret: Et quod non esset accepturus personas: vt habetur Esai. II. *Non secundū visionē oculorum iudicabit, nec secundū auditū aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro māsuetis terra*. Videbant quod Christus, vt qui in ciuitatibus, & inter illos nutritus fuerat, quique princeps pacis futurus erat, vt habetur, Esai. 9. nunquam recessurus esset ab eis, sed inter eos victurus: & quod omnia, quæ ipsi facere curarent intueretur, nec illum in aliquo fallere, aut decipere possent. Ideò inter se conferētes dixisse mihi videntur, nollumustām continuum, assistentem, & intelligentem Messiam: nollumus dominum & prælatum ad eò vigilātem, iustum, & instantem. Volumus eum quærete, quem decipere possimus, vel qui se decipi, etiam si intelligat, ne dignitate cadat, patiat. Ioannes optimus videtur vt messias eligatur. Scit enim se non esse talem, sed à nobis constitutum: solo nomine dignitatem obtinebit: nos prout vouerimus viuere finet. Homo est authoritatis ad populum, quem reuerbuntur, simulq; in solitudine nutritus, quieti & contemplationi deditus, negotiorū ingressus & egressus nescit: vix vnquam in ciuitate manebit, ad desertum reuerteretur vt pace sua fruatur: gubernationi non assistet, omnia negotia nobis remittet: ipse nomine, nos re dominerimus. Ideò relicto Christo ad

Esai.

Esai.

Christi integritatem in Dei voluntate exequenda timebant.
Malach.

Esai.

Ioannem

Ioannem mittunt, & illi Messiaē dignitatem vltro offerunt.

Quales praelatos homines vellint.

In quo hominum ingenium & conditio satis clarè ostēditur. Qui nollunt praelatos & superiores, qui auctoritatem & potestatem habeant: qui eorum vitia intelligant & repræhendant. Nollunt praelatos qui semper officio suo assint, & continuò vigilent, ac instanter pro gregis sui utilitate laborent. Tales molestos reputant, odiosos habent, & illos detestantur. In sui patrocinium dicunt, quòd Prælati supæmus & Princeps non debet esse aded curiosus & particularis, vt singula examinet, vt velit omnia etiam minima suis manibus cōtrectare. Eos praelatos amant & cōmendant, qui de subditorum suorum vitijs non curant, qui semet ipsos pascunt, qui maximo comitatu stipati procedunt, qui vix in publicum & vbi ea quæ gerūtur videāt, exeunt: qui in domibus nemorum viuunt, qui omnia per visitatores, procuratores, & officiales faciunt: qui an oues habeant ignorant, tantum abest vt illas ex facie cognoscant, & illarum vultum contemplantur. Hos optimos praelatos reputāt, & quòd dignitatem, vt decet, repræsentant, & debitam grauitatem cōseruant, testantur. Hos quærunť & diligunt, quos Deus maximè detestatur. Pastoris namq; boni & praelati Christiani officium est, semper ouibus suis assistere, diu noctuquè super illas vigilare, sua vmbra illas protegere, de vultu cuiusquè iudicare, vitam & mores intueri & examinare, ac minutissima quæq; discutere. Sæcta illa quatuor animalia

Praelati cura qualis esse debeat.

quæ Ezechie. cap. i. vidit, (quibus praelati, pastores, & superiores significantur) in circuitu, & intus plena erant oculis, vt Apocal. 4. vbi eadem visio refertur dicit Ioannes, vt vigilantia praelati & pastoris declaretur, qui totus in circuitu, foris & intus oculis plenus esse debet: ita vt nihil etiam minutissimum illi possit latere. Quod in Argo illo, quem centum oculos habere fingebant Antiqui Poëte, cui Iupiter vancam custodiendam tradidit, significabant. Tum etiam dicit Ezechiel, quòd *animalia ibant & reuertebantur in similitudinem fulgoris coruscantis, nec quietem habebant, sed vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur*: vt ostendat, quòd praelatus nunquam quietus esse debet, sed modo hac modo illac moueri debet, vbi est impetus spiritus, vt subditorum utilitati prospiciat, illorum facta & exercitia speculetur, omnia videat, omnibus ad sit, in omnibus, quæ oues cōcernunt, præsens sit, compatiat, & patientibus, consoletur tristes, excitet remissos, repræhendant errantes, castiget peccantes, & omnibus omnia fiat, & cum Paulo. 2. Corint. 11. dicat. *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror?* Et 1. Corint. 9. *Omnia omnibus factus sum, vt plures lucrifacerem.* Hos, vt dicebamus, pastores populus odit, & morosos ac molestos nominat: solum eos laudat, qui exteriori apparatu magnitudinem & excellentiam referunt, & solo nomine pastores sunt, & se non oues pascunt, qui de ouium commodo & salute solliciti non sunt.

Ezech.

Apoca.

Praelatus plenus oculis ne quicquam eum lateat.

Corint.

Corint. 9.

Nec satisfacit praelatus debito offi-

officij sui dicens, Ministros habeo, Vicarios, Visitatores ad hoc destinatos, ut ipsi vigilent, & de vita & moribus ouium inquirant, ut illis provideant, illis medeantur. Quia ut Ioannis. 10. Christus dicit. *Mercenarius videt lupum venientem & dimittit oves, & fugit. Quia mercenarius est, & non pertinet ad illum de ouibus.* Matth. 13. Pater familias bonum semen seminavit in agro suo, & ministris custodiendum reliquit: at illi, (quia serui erant & mercenarii) dormierunt: & venit inimicus homo, & super seminavit zizania. Pastor per se ipsum debet hæc curare, assistere, & vigilare. Ideo vigil in scriptura solet appellari. De his pastoribus, qui solum nomen habent, comperitur Deus per Zachariam capit. 11. inquit. *Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non queret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissoluat. O pastor, & idolum derelinquens gregem. Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius. Brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebre obscurabitur.* Vbi pro locustius declaratione nota, quod Prophetæ non solum verbis sed etiam factis multoties solent prophetare, & quæ ventura sunt ostendere, & hoc in scriptura frequens est. Esai. 20. Hierem. 18. Osee. 1. & alibi sæpè. Ita & hoc loco, ut ostendat quæ ventura sunt, & quales prælati in populo sunt futuri, dominus Prophetæ præcipit, ut sumat *Vasa pastoris stulti*, & illis ornatus in me-

dium procedat. Vasa autem pastoris stulti (ut exponit Cyrilus) sunt, quæ prorsus emolumentis pastoris inferuiunt, & ouium utilitati & commodo nihil conducunt: sed potius nocent, ut baculus grauis ad excitationem proventuum nimis rigidam: pera ad recondenda sibi cibaria, & alia similia: quæ ad ouium utilitatem, propter quam institutus est pastor, nihil faciunt. Pastorem vero stultum vocat, qui sui muneris qualitatem non agnoscens de ouibus nihil curat.

Deinde aduerte quod moris est scripturæ Deo tanquam auctori attribueri ea, quæ illo permittente fiunt, & quod per modum asseuerationis solent prædici & explicari rerum conditiones: sicut in proposito cum dicitur: *Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra*, id est, suscitari permittam pastorem stultum, cuius conditiones & qualitates optimè describit inquit: *Qui derelicta non visitabit, &c.* Derelicta dicuntur lassæ & egrotantia pecora, quæ solent à pastoribus visitari, & mederi, ac in humeris reportari, ne relicta lupis præda sint. Hæc isti non faciunt, sed lassas oves deserunt, & egrotantes sine cura dimittunt. Nullum pietatis opus in illas exercent. *Dispersum non queret*, id est, eos qui propter fragilitatem humanæ conditionis lapsi sunt, vel errabundi vagantur, non queret, ut ad caulæ reducat: sed perire permittet. Aliqui pro *disperso paruulum* transferunt: ac si dicat. Agnos tenellos non queret, nec illis compatietur lac in cibum præbens. *Contritum* laboribus, miserijs, & paupertate non sanabit, consolando fo-

Cyrill.

Vasa pastoris stulti que dicantur.

Conditiones pastoris stulti.

Non excusatur prælati ministrorum cura.

Ioann.

Matth.

Zach.

Propheta etiam factis solent prophetare.

Esai.
Hierem.
Osee.

do, fouendo, & opere adiuuando. *Id quod stat*, id est, quod saluum & sanum remanet, *non enutriet* ad paschua bona & pingua deferēs, verbo, doctrina, & exemplo confirmans: *Sed vngulas illorum dissoluet*, baculo grauiter percutiēdo, verbo, & opere deterrēdo. Solum sui curā habebit, & *carnes pinguium cōmedet*.

Vndē talem pastorem obiurgās dicit: *O pastor & idolum, & derelinquens gregem*. Quod dupliciter exponi potest: primo, *Pastor & idolum*: quod aliqui vertūt *pastor & nihilū*. Quia sicut idolum nihil prāter apparentiam habet, sic tu solum speciē pastoris habes, vestes, insignia, & nihil preter apparentiam. Secundo, *O pastor & idolum*, id est, Qui nō solū idola tuorum appetituum colis, sed vt idolum vis venerari, & adorari propter dignitatem, cum nihil nisi solum nomen pastoris habes. Vt autē hęc sibi in nullo profutura intelligat, proponit supplicium, quod talē pastorem comprāhendet, inquit: *Gladus super brachium eius*, id est, super fortitudinē eius. Quia Deus omnia illa in quibus confidebat, destruet. Substantiam, & diuitias, (in quibus congregandis laborauerat) disperdet: cor Regis mouebit, vt legationem vel longum iter excogitet, quo ista cōsumantur. *Et super oculum dextrum eius*. Quia omnem prouidētiam, & consilium in rebus gerendis amittet. Tali supplicio solet Deus prālatos stultos, & multo magis populū propter eorum peccata afficere: populi votis annuendo, & huiusmodi pastores, quales ipsi desiderant, tribuēdo in eorum maximū malum.

Homines igitur, vt in plurimū prālatos desideres, & tuis desiderijs seruientes volunt. Ob quam causam, vt dixim⁹, Scribæ, & Pharisei Christo neglecto Ioannem in Messiam quærunt. De quo cōquæritur Christus Ioann. 5. cum dicit. *Ego veni in nomine Patris mei*, id est, missus a Patre meo, & vt legitimus hæres, & propius pastor, & *non recepistis me*: Quia vobis visum est, quod vt missus a Patre & verus Dominus, libere in rebus exequendis eram processurus. *Si alius venerit in nomine suo*, id est, non missus a Deo, sed sua auctoritate, *illum suscipietis*: sicut voluistis Ioannem recipere, quando missistis nuntios ad eum: sed responsio eius prohibuit vos; quia *confessus est, & non negauit, confessus est*, quod nō esset Christus, nec dignus soluere corrigiā calceamenti eius. Putastis ista legatione animum illius posse commouere, sed non erat ille arundo, quæ vento falsę existimationis agitata a veritatis tramite dimoueretur. *Maluit, vt dicit Greg. hom. 7. in Euang. solidē subsistere in se, quam innaniter rari supra se.*

Ioann.

Gregor.

VI. CONSIDERATIO.

Quantū amor & odiū in animo hominis possint, & quomodo iudicium detorqueant declarat.

Tu quis es? &c.



ISSERVNT nuntios primores populi ad Ioannem, vt interrogarent eum, *Tu quis es?* Et siue

siue verbis istis, siue alijs facta fuerit hæc interrogatio, de quo in literæ expositione latè diximus, hoc certum est, quòd Iudæi proponere voluerunt Ioanni quæstionem de re, quæ in populo illo maximi momenti & potissima erat, scilicet, de aduentu Messie. Id præterea aduertere quòd, siue credentes & sibi persuadentes Ioannem posse esse Messiam, siue id non credentes, & ut veritatem in re hac edocerentur, miserint ad Ioannem, de quo modò nihil determinamus: illud etiam constans est & negari non potest, quòd Ioannes tantæ authoritatis, gravitatis, religionis, sanctitatis, & opinionis fuit apud illos, ut in propria & gravissima causa (saltim ut ipsi optabāt, ut optimè annotavit S. Thomas, in loci istius expositione) proprium testimonium peterent parati illud recipere & acceptare sine aliqua cōtradictione. Quod apud me manifestissimè eorum malitiam convincit. Quia si Ioannes respondisset, Ego sum Christus, illum libentissimo animo susceperent, & populo adorandum proponerent. Quod verba Christi toties à nobis repetita (quia in hac materia manifestissima sunt) Ioannis. 5. manifeste confirmant. *Vos misistis ad Ioannem, & voluistis ad horam exultare in lucerna eius.* Quibus verbis declarat Christus se cognovisse illorum animum, mentem, & intentionem, qua accesserunt ad Ioannem. Quoniam parati erant, si ipse petitioni eorum annueret, illum recipere, & ut Messiam habere. *Ipse vero,* dicit Christus, *testimonium perhibuit,* non secundum vestrum desiderium, sed veri-

S. Thom.

Ioann.

tati negans se esse Christum & manentians. Itaque hoc maxime mirabile est, quòd cum tanti Ioannem facerent, ut de se ipso testificantem fidem adhibere parati essent, eidem testimonium perhibenti tot & tam magnificis verbis de Christi dignitate, missione, excellentia, & divinitate, non crediderint, imò ægré ferentes in illum inuehi cœperint obiurgantes & interrogantes, quare baptizaret, si ipse non erat Christus, nequè Elias, nequè Propheta? In quo duo satis aperte conspiciuntur, quid amor in animo faciat, & quantum odium efficiat. Itaque primum hinc deducitur, quantum amor in animo eius quem subiecit, possit, quantum affectio erga eum quæ diligit, valeat. Ad eò enim mentem excæcat, ut nihil respiciat, ut uniuersa quæ in illo, quem amat, reperiuntur, (etiam si vituperabilia sint) laudet: quæcunque facit (etiam mala) approbet, quæ loquitur commendet: nihil quæ in re dilecta consideret, quod laudandum, approbandum, & venerandum non reputet: tanquam quid excellens. Et quod in alio reprobat & damnat, in eo quem diligit, optimum iudicat, & probat. Quare meritò Antiqui Poëtæ amorem & puerum & cæcum depingebant. Puerum quidem, quoniam facilius est, & sine fundamento & ratione ducitur & mouetur: cæcum verò, quia sine iudicio, discretionem, & delectu procedit in omnibus suis actionibus. Tum etiam quia cæcos eos, quibus dominatur, facit, ut nihil in amato videant aut considerent. Hinc dicere solemus, quòd amanti nihil est deforme. Et apud

Amor quid in animo hominis possit.

Amor quare puer & cæcus depingebatur.

Iudic. Hispanos abiit in prouerbiū. *Quien feo ama hermoso le paxece.* Iudic. 16. Dalila, (qua amor carnalis significatur,) alliciens Samsonem non solum illum ligauit, vires & robur abstulit: & sed inimicis tradidit Philistæis: qui eius oculos statim eruerunt. In quo duplicem prædictum effectum videmus, & Samsonem ob imbecillitatem puerum factum & cæcum. Naas. I. Regum. II. viris Iabes Galaad oculos dextros eruere procurat. *Naas* serpens interpretatur, & significat amorem carnalem: qui in homine nascitur, & vt serpens crescit, dextrumq; oculum eruere studet, quo discretio & exactum iudiciū significatur, vt de re amata iudicare & discernere nō valeat. Itaq; amor ad eō cæcos facit, vt etiam manifestissimos defectus in eo quē diligunt, non sentiāt nec perspiciant. Nec hoc mirum esse debet. Quoniam ad hoc quōd visus aliquid percipere possit distantia requiritur, & quōd sit medium aliquod inter potentiam & obiectū. Vndē communis est Philosophorum sententia, quōd sensibile supra sensum positum non facit sensationem. Et hinc procedit, quōd oculus se ipsum videre nō potest. Quia igitur amor ad eō coniūgit inter se res amatas, vt vnum illas faciat, nō mirum est, quōd sicut se ipsum suaquē homo nō percipit: ita nec amari vitia & defectus videat. Identitas seu coniunctio & simultas impedit cognitionem eorum, quæ repræhēdi possunt in re amata.

Odiū quātum possit in homine.

È contrario autem odium efficit, vt nihil, (etiam si præclarū, eximium, & maximē illustre sit,) in eo

quem odio prosequimur, approbemus, sed omnia mala reputemus: & si quæ negare non possumus, illa deprimere, & ad nihilum redigere curemus. Nulli de inimico bona dicenti, (licet optimus vir sit & omni acceptione dignus,) credamus. Cuius etiā ratio esse potest. Quia sicut amor coniungit: ita odium separat & diuidit. Et cum ad cognitionem distantia proportionatā requiratur, sicut nulla distantia impedit cognitionem: ita magna vel omnino tollit cognitionem; vel efficit vt aliter quā res est percipiatur & repræsentetur. Cuius in naturalibus multa exempla habemus. Turrim quadratam si multū distantem aspicias, rotundam iudicabis, quod sola distantia causat. Cum igitur odium distantiam causet, quid mirum si bona vel nō videantur, vel aliter repræsententur quā sint?

Horum etiam & aliam rationē *Medium diuersitatē causat inuidēdo.* possumus assignare ex ratione mediolorum per quæ videmus de lump-tam. Tales enim res apparent, quale medium est, & similem colorem induunt. Idquē maximē conspicitur in his, qui speculis ad videndū vtuntur, quæ non solum secundum suam qualitatem & colorem res obiectas repræsentant, sed & secundum suam formam concauam vel conuexam, magis vel minus prominentem vel depræssam, res maiores vel minores quā sint repræsentant. Ita qui amore vel odio affectus aliorum res iudicat, speculis vtitur, quæ nunquam rem, vt est, repræsentant. Ille etiam minima maiora facit: hoc magna parua

reddat. Unde nec amans, nec odios recte de rebus iudicare potest. Quod satis perspicue in his Phariseis, & in hoc Evangelio est videre. Audiunt Christum dicentem se esse filium Dei, (& licet ad hoc confirmandum varia essent testimonia, multi testes, & innumera opera, quæ testimonium perhibebant de illo) & dicunt Ioannis. 8. *Tu testimonium perhibes de teipso, testimonium tuum non est verum.* Ac si dicerent. Hoc sufficiens argumentum est, ut tibi non credamus quia tu de te ipso testificas, & proprium testimonium semper secum affert suspicionem. Et ijdem modo accedunt ad Ioannem, & interrogant. *Tu quis es?* proprium testimonium petunt, & recipere, & approbare sunt parati, illudque sibi satis esse credunt. Quid huius diuersitatis causa est? Nunquid Ioannes Christo aut melior, aut veratior est, qui se longe inferiorem Christo confitetur? Non utrique: sed hoc amor & odium efficiunt. Ioannem diligebant, Christum odio habebant. Ideo de Ioanne quidquid dicatur, & à quocumque, etiam ab ipso in propria causa, admittunt. De Christo verò nihil credunt, etiam si qui testatur magnæ autoritatis sit, etiam si ipse Ioannes testimonium perhibeat. Et quæ in propria causa sufficientem testem reputauerunt, de Christo loquentem suspectum habent, eius dictum admittere nollunt. Tantum odium, vel amor in animo potest.

VII. CONSIDERATIO.

Quod filij huius seculari astute procedant, & qua prudentia utantur in suis rebus declarant, & quod filij Dei sua simplicitate eorum astutias dissipant, & carnis prudentiam destruunt, quamque parum prudentia carnis valeat.

Tu quis es? &c.

DIXIMVS in literæ expositione ex Chryso-
mo, quod intentio Iudæorum in hac legatione fuit, ista interrogatione offerre Ioanni dignitatē Messie, sed astute, callide, & malitiose in hac interrogatione processerunt. Quoniam non absolute, distincte, & aperte percontati sunt an esset Christus? ne viderentur illum inuitare, & ne aperirent mentis sue vitium propria conscientia eorum linguas impediante. Sciebant enim (ut iam probatum reliquimus) Ioannem non esse Christum. Ideo in genere & in communi interrogant: *Tu quis es?* talibus verò rationibus præcedentibus, tali modo loquendi, (ut maximè credibile est) quod si ipse Ioannes vellet attendere, satis aperte intelligere posset sibi Messie dignitatem offerri. Quod Chryso-
Hom. 15. super Ioannem annotauit

Chryso.

quam Christum voluissent: palam tamē id dicere verebantur. Mittunt autem ad eum, vt per adulationem ipsum alliciāt ad confitendum se Christum esse.

Astutia Iudeorū in hac interrogatio-
ne declarat-
tur.

Hac igitur arte in sua interroga-
tione procedunt, si Ioannes respon-
derit se nō esse Christū, extra cho-
rum saltasse videbitur, poterimusq;
dicere: quis à te hoc percōtatus est?
Nos solum interrogamus, quis sis?
De Christo nec recordamur quidē.
Si autē interrogati huic respon-
derit se Christū esse, voti cōpotes
erimus, & quod optamus conseque-
mur. Aliud itaq; verba sonabāt, sim-
plicia apparebant, & de personæ
qualitate & dignitate interrogare
videbātur: sed aliud mens & inten-
tio eorū postulabat, an si licet Chri-
stus esset & Messij dignitatem sibi
vellet arrogare. Quod ex duobus
clarē cōvincitur, primò ex ipsa Ioā-
nis responsione, qui dicit: *Non sum
ego Christus*: ergo de hoc illū interro-
gabāt. Alioquin, vt in literē exposi-
tione dicebamus, nō ad rem & pro-
positū respondere videretur homo
adeò sapiens & discretus. Neq; e-
nim satisfaceret quæstioni affirma-
tiuē de persona quærenti negatiua
responsio: sicut quærenti ab aliquo,
quis esset, non ad rē responderetur
non sum ego Rex. Quia quæstio hæc
de propria persona inquirat. Quare
cū Ioannes quæstioni propositæ di-
rectē respondeat, & nuntij sibi, (in
hoc quod dicit *Nō sum ego Christus*)
satisfactū crediderint. cōstat, quòd
hac sua interrogazione an esset
Christus quærebant. Secundò con-
firmatur ex ipsis nūtiarum verbis,
qui propositis alijs duabus interro-
gationibus (quibus etiam negatiuē

responderet Ioannes) inferūt: *Quid er-
go baptizas, si nō es Christus, neq; Elias,
neq; Propheta?* ergo sicut de duobus,
scilicet, Elia & Propheta distincte
quæsierunt: ita & de primo, scilicet,
an esset Christus interrogasse cre-
dendi sunt: vel saltim quòd hoc in
generali ista interrogazione astute
& malitiosē intendebant. Vt hinc
discamus & intelligamus mūdano-
rum hominum, (qui filij huius se-
culi vocantur & sunt) prudentiam,
(si nomen hoc promeretur & non
potiùs calliditas & astutia debet no-
minari) qui, vt dicit Christus Lu-
cæ. 16. *Prudentiores sunt filijs lucis in ge-
neratione sua.* Quo loco prudentia in
malam partem accipitur pro calli-
ditate & astutia fraudulenta, sicut
1. Corin. 1. summitur cum dicitur.
Prudentiam prudentium reprobo, id
est, astutiam. Quia filij huius seculi
in suis rebus gerendis semper calli-
dē, malitiosē, astute, & artificiose
procedunt, & tot an fractibus & ca-
uillationibus vtuntur, vt vel viā qua
procedunt non cognoscas, vel quid
vellint vix valeas intelligere. Aliud
mente desiderant & corde petunt,
aliud exteriùs ambiunt & manife-
stant: aliud verbis simulant tamq;
diuersum à sua intentione, vt non
mirum sit si etiam prudentiores &
sapientiores id non assequantur.
Omnia cum maximo artificio fa-
ciunt, proponunt, & loquuntur. Di-
cunt se bona & diuitias nolle, &
pro illis toto corde estuant: hono-
res se non appetere nec velle affir-
mant, & vniuersum mundum vt in
precio habeantur commouent: di-
gnitates se negligere testantur, &
totis viribus illas procurant: iusti-

Prudentia fi-
liorum huius
seculi quanta-
sit in suis re-
bus.

Prudentia pro
calliditate.

Corint.

tiam fingunt, & vindictam quærūt: pacem simulant & pauperum defensionem, & paruulorum sanguinem suggere volunt. Diaboli & filiorum eius istæ artes & astutiæ sunt: aliud cupientes corde, aliud ostendentes verbis, vniuersos fallere procurant: & populorum auram venari, & quod in Republica est preciosum & æstimatione dignum falsa hac simulatione aucupari.

Simile.

Similes sunt venatori, qui aues & alia animalia capere studiosè & diligenter quærunt, ideoquè campos lustrat, & se periculis & laboribus exponit: & cum prædam videt, aliò tendit, longius recedere fingit, hæc illaque graditur, in contrariù abire simulat. Quòd si quis autem non intelligens dicat, quid facis? quò tendis? prædam quæris & cum præsentem habes recedis? ecce prædam, reuertere, & recta ad illam tende: Respondebit ridens. Hoc artificium est, vt sic securiorem reddam, & incautam prædam meliùs capere possim. Si statim irruerem, & recta ad illam procederem, auolare. Ita mundani in suis rebus procedunt, aliud volentes, & aliud ostendentes, prædam quærunt, & fugere simulant. Alter Episcopatum desiderat, & recedere fingit, hospitalia visitat, carceres adit, infirmos quærunt, humilitatem simulat, communi vita vel potius singulari vititur, loquentem de dignitatibus detestatur, se indignum officio profiteretur: cum nihil aliud quam Episcopatum vel dignitatem in mente habeat: sed hoc artificio vititur, vt alios securos reddat: & dum aliorum oculos ad se specie sanctitatis

trahit, dignitatem commodiùs, & & faciliùs venari possit. Hoc igitur mundanorum artificium est, hæc tota cura, sicut & venarorum, ventum subterfugere & anteuertere, ne sentiantur, & quod Hispanè dicimus. *Hurtar el viento a la caza.* Hinc Christus. *Lucæ. 16. dicit: Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua,* hoc est, in rebus quæ suæ sunt, in proprijs negotijs, in quibus mille machinas struunt, mille fraudes molliuntur, mille modis & artibus vtuntur, vt quod desiderant consequantur: & dum se velle dissimulant, & nolle fingunt, fortius teneant, & de manibus aliorum, qui sincero animo procedunt, surripiant. Adèd quæ desiderant fucata facie proponunt, vt diuinare opus sit, & ad intentionem respondere. Erubescunt apertè animi sui consilia proponere, & talibus medijs, verbis, & dispositionibus vtuntur, vt (intentionem, licet difficulter intelligas:) verba & demonstrationes arguere & reprehendere non possis. Alter qui diues est, vt indigentis necessitati subueniat commoda pecunia, vsuras pro lucro quærunt, & sine illis commodare renuit: cumquè erubescat tam vili tamque infami titulo petere, proponit incòmoda quæ sequuntur, lucrum cessans, damnum emergens, se negotiatum pecunia illa dicit, vt sic qui petit intelligat, & vltro vsuras offerat. Iniquus iudex, (qui pro iustitia quam gratis teneret administrare precium cupit) id non exponit: imò detestatur & condemnat: opere tamen non solum exposcit, sed extorquet, dum expeditionem negotij

negotij differt, se durum & asperū loquenti præbet, sententiam proferre recusat, & omnia adeò morosè facit, vt etiam cæcus eius mentem videat. Tabellio scit vltra taxatam pecuniam publico Regis edicto recipere se non posse, ideò quamuis non petat, tot inuentionibus vitur, vt etiam nollenti extrahat. Officiis libus soluendum esse dicit, scriptoribus aliquid tribuendum, se ab alijs negotijs impeditum fingit. Artes filiorum huius seculi sunt, quibus se & alios decipere (vt quod optant & volunt consequantur) curant. Similes sunt huiusmodi vulpibus, quæ calliditate & astutijs plenæ sunt, & se mortuas simulant, vt incautas aues decipiant, & hominum manus hac arte effugiant. De quibus vtilitati & cōmodo vineæ prospiciens sponsa Cant. 2. dicit. *Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas.* Vbi aduerte, quòd vulpes animal est astutum & dolum, non rectum habens neque aspectum, neq; incessum: quòd cum terram simpliciter videtur aspiceret, quasi nihil cogitans mali, interim ex obliquo transuersis oculis in prædam visus aciem defigit cōmodum expectans tempus explendæ malitiæ. Et cum gressum simplicem mentiat, quasi infirmi & impotentis animalculi, ita vt videatur contracta protrahere illa cursu tamen rapidissimo prædam oblata persequitur: & dum se mortuam fingit viuatiori aspectu occasionē capiendæ prædæ spectat. Agunt autē omnia sua vulpes ex insidijs magis quam apertò Marte, ingenioq; magis quam viribus, vt ex fabulis

constat. Est etiam & hoc peculiare vulpibus, quòd non solum animalibus gressibilibus insidiantur: sed & volatilia suis fraudibus decipiunt, & capiunt. Ita filij huius seculi, qui vulpibus simulantur, astuti & fraudulenti sunt, dolis omnia faciunt, & aperto aspectu intuentur: sed cū cæli & terrena aspiciant, quærant cælestia, & desiderant, cælestia appetere & inueniri simulant. Omnia artificiosè exequuntur, & talibus simulationibus, vt ceteri ministri Sathane sint, vt dicit Paulus. 2. Corin. 11. in angelos lucis se trāsfigurent, vt decipiant non solum cōmunes homines, sed & sapiētiores & prudentiores, qui per aues & volatilia significantur. Vnde Christus discipulos suos admonet, vt caueant ab his, qui veniunt ad eos, in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: in quo patris sui diaboli artem & ingenium imitantur, qui nunquam quòd desiderat & hominibus proponit apertum & manifestū ostendit: sed semper fucata facie demonstrat aliquo colore recti & boni vestiens, vt sic simulato bono decipiat, quos apertò Marte & re palam proposita fallere non posset.

Hoc apertè in his Scribis & Pharisæis conspicimus, qui ad Ioannē accedentes, vt illum in Messia eligerent, talibus verbis legationem proponunt, vt quidquid dixerit ipsi à culpa & repræhensione immunes sint. Si dixerit se Messiam esse, & intentioni nostræ responderit, quòd optamus consequemur: si autem dixerit se non esse Christum, honor noster integer apud omnes

Simile.

Cantic.

Filij huius seculi cur vulpibus comparantur.

Corint.

Matth.

perseuerat. Amplius si dignitatem acceptauerit, & postea voluntati nostrę cōtrarius extiterit, ius nostrū integrum manet: dicere enim poterimus. Tu tibi officium hoc usurpasti; nullus nostrum tibi obrulit: & hac via illum persequi poterimus & deponere. Vides vulpinam astutiā & diabolicas fraudes? Quas omnes Christiana simplicitas vnicō verbo dissoluit, sicut Ioānem in præsenti fecisse videmus. Et vndē honorem, inde contumeliam reportat mundi prudentia, & verum conspicitur quod Dauid Psalm. 26. dicit. *Et mentita est iniquitas sibi.* Iniquitas hominis dicitur sibi ipsi mētiri dum sibi promittit & persuadet quod profectura sit, & quod exoptat consequutura: nectamen assequitur: dum suis artibus & astutijs existimat posse præualere, & omnia videt facile subuerti. Vndē delusa manet & confusa: idē sibi mentita dicitur. Illud, *sibi*, dupliciter exponi potest. Primò vt idem sit quod se ipsam decipere & sibi deficere. Secundò vt idem sit quod in se & cōtra se, quia in astutijs suis capta est. *Iniquitates enim suę capiunt impium, & funibus peccatorum suorū constringitur.* Prouerb. 5. & *capietur sapiens in astutia sua.* 1. Corinth. 3. Quia licet contra homines valeant malorum artes & astutię, tamen contra Deum, qui omnia videt, qui cordium arcana scrutatur, cui omnia nuda & aperta sunt, non poterunt præualere. Non enim est astutia contra Deum. Vndē Esai. 29. dicitur. *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium,* id est, abscondere vellitis, *Quorum sunt in*

tenebris opéra, & dicūt. Quis videt nos, & quis nouit nos? Perversa est hæc vestra cogitatio: quasi lutum contra figulū cogitet, & dicat opus factori suo: Non fecisti me, & figmentum dicat fictori suo: Non intelligis. Vndē etiam Psalm. 49. dicitur Peccatori, qui mala sua Deum non intelligere, vel approbare, quia dissimulat, existimat. *Existimasti iniquē quod ero tui similis? Arguam te, & statuam contra faciem tuam,* id est, conuincam te, & fraudes & astutijs tuas aperiam, & *statuam contra faciem tuam,* vt & tu & omnes quos decipere volebas, videant, & cognoscant illas, & quę in cubiculis dicebas, & in occulto cogitabas prædicabuntur super te. *Et hæc, & omnium oculis patebunt.*

Psalm.

VIII. CONSIDERATIO.

Quòd virtus adeò hominem mutet, vt qui eum viderant & tractauerant non cognoscant.

Tu quis es? &c.

SI generalem hęc quæstionem & prout iacet, accipiamus, vt de persona interroget Ioannis & de eius cōditione, mirabile forsam consideranti apparebit, quomodò Iudæi Ioannis & eorum, quæ in eius natiuitate contigerunt, parentum & generis eius adeò fuerint obliti, vt eū, quis esset modò non cognoscerent. Et licet tot, tamquē insignia & mirabilia testimonia & opera, (quę eo nascente visa & auditæ fuerunt) hoc non patiantur, multosquē sanctorū Patrum

Psalm.

Prouer.
Corint. 3.

Esai. 29.

Patris compellerint affirmare Iudæos non ignorantia, sed malitia ad interrogandum motos fuisse: tamen ex his tam varijs interrogacionibus quas faciunt, ex instantia qua percontantes insistant, nulli mirum, (quod cum Ioannes recens natus in eremum secesserit, & in solitudine ad viginti septem annos secundum multorum sententiam, vel ad viginti quinque secundum communem vixerit ab omni hominum commercio & consuetudine semotus,) esse debet si iam virum factum non cognoscerent, quem puerum adeò tenerum viderunt: cum naturale sit, temporis decursu faciei lineamenta commutari, præcipuè in eo qui tam asperam vitam agebat. Vndè licet non cognoscerent, ex vestitu & habitu: (vestitus enim erat pilis camelorum, & zona pellicæa erat ad lumbos eius,) potuerunt existimare Eliam esse, qui simili veste & habitu usus fuerat: ex prædicatione Prophetam credere; ex munere baptizandi Christum esse: vt ex Origine retulimus. Sed licet hæc ita esse potuerint, tamen qui Ioannis mores, vitam, & pœnitentiã considerauerit, desinet mirari in hoc, quod Iudæi illum nõ cognouerint. Tamen enim diuersus, tam separatus iustus a mundo & mundanis in omnibus est, vt (licet cum illo frequenter colloquantur, & conuersentur) illum minimè agnoscat: sed quo plus tractant, & magis inuentur, eo amplius interrogare indigeant, Tu quis es? & mille questiones & interrogaciones facere, & licet manifestè iustus respondeat, & clare dicat quis sit, non intelligant:

nec enim potest mundus iustum cognoscere. Huius elegans ratio ex principijs naturæ summi potest. Quoniam omne quod cognoscitur aliqua similitudine sui cognoscitur, nec potest potentia cognoscitiua remali quam percipere nisi similitudine rei cognoscendæ informata, & illi similis facta. Quod in omnibus potentijs cognoscitiuis possumus videre. Vndè commune pro uerbum Philosophorum ortum habuit quod ab obiecto & potentia paritur notitia: & quod cognitio fit per assimilationem. Vndè Aristoteles. 3. de Anima affirmat, intellectum possibilem, qui cognoscitiuus est, omnia fieri. Quia dum res cognoscit in illas conuertitur per earum similitudinem. Cum igitur mundi ad iustum & illius ad mundum nulla sit similitudo, (quæ enim conuentio lucis ad tenebras, aut boni ad malum esse potest?) mundus iustam nequaquam potest cognoscere.

Hoc apertè ostenditur, tum in communi vtriusque conditiones considerando, tum in particulari cuiusque partes describendo. *Mundus nã què totus vt dicit Ioannes. 1. Cap. 5. in maligno positus est: Iustus autem totus in bono: Mundus quæ sua sunt querit, non quæ Iesu Christi, nec quæ proximorum ad Philippenses. 2. Iustus non solum aliena non querit, sed sua derelinquit, Qui enim non renuntiat omnibus, quæ possidet dicit Christus Luc. 14. non potest meus esse discipulus.* Mundus delicias querit, gaudia, & voluptates. Venite fruamur bonis, dicunt mundani Sapientie. 2. Iustus afflictiones

Similitudo requiritur ad cognitionem.

Aristo.

Mundus iustus in nullo conueniunt. Ioann.

Philipp.

Luca.

Sapient.

Quanto tempore Ioannes fuerit in eremo.

Origene.

Iustus mundus nõ cognoscit.

amat, in laboribus delectatur, in
 miserijs gloriatur: sicut in Apосто-
 lis videmus, qui ibant gaudentes à con-
 spectu concilij, quoniã digni habiti sunt
 pro nomine Iesu contumeliam pati,
 Actuum. 5. & Paulus ad Roman. 5.
 dicit: *Gloriamur in tribulationibus.*
 Mundus ventri deditus est, gulæ in-
 dulget. *Comedamus & bibamus*, dicunt
 qui de mundo sunt Esaiæ. 22. *cras*
enim moriemur. Horum Deus venter
 est, vt dicit Paulus ad Philippen. 3.
 Iustus verò ieiunijs, abstinentijs, vi-
 gilijs, & carnis macerationi totus
 est deditus. *Vsq̃ in hanc horam esuri-*
mus, dicit Paul. 1. Corint. 4. *& siti-*
mus & nudi sumus. & ad Hebræo. 11.
 De iustis loquens dicit. *Alij autem*
distenti sunt, alij ludibria & verbera ex-
perti, in super & vincula & carceres, la-
pidati sunt, secti sunt, rēcati sunt, in oc-
cisione gladij mortui sunt. Circumierunt
in melotis, in pellibus caprinis, egentes,
angustiati, afflucti: quibus dignus non
erāt mundus. Vndè Christus Matt. 5.
 dicit. *Beati eritis cum vos persequerur,*
& maledixerint vobis. Ecce in nullo
 mundus & iustus similitudinem ha-
 bent: ergo mirum non est, quòd mū-
 dus iustum non cognoscat, etiam si
 videat, colloquatur, & conuersetur
 cum illo.

Differentia
 inter iustū &
 mundanos ma-
 gis in parti-
 culari.

Quod etiam magis in particula-
 ri placet ostendere per singula mē-
 bra discurrendo, vt videamus quā
 dissimilia omnia inter se sint. Et vt
 ab infimis incipiamus: pedes mun-
 danorum veloces sunt ad malum,
 currunt ad delicias, & ad proximo-
 rum sanguinem fundendum prope-
 rant: vt Psalm. 13. testatur David
 inquiens. *Veloces pedes eorum ad effun-*
dendum sanguinem: contritio & infœ-

licitas in vijs eorum, & viam pacis non
cognauerunt. Et Prouerba dicit Sa-
 piens. *Pedes eorum currunt ad malum,*
& festinant vt effundant sanguinem.
 Pedes autem iusti veloces sunt ad
 bonum & ad Dei legem imple-
 ndam Psalm. 118. *In via manda-*
torum tuorum cucurri, cum dilatasti cor
meum. Pedes iniquorū soluti sunt,
 vt quò volunt procedant, Prou. 5. *Vagi*
sunt gressus eius. Et Esai. 59. *Non*
est iudicium in gressibus eius. Pedes iu-
 storum compedibus implexi sunt,
 & detinentur, ne libere gradiantur.
 Iob. 13. *Posuisti in neruo pedes*
meos, & Threno. 3. Aggrauasti compe-
dem meum. Pedes mundanorum de-
 formes & sordibus pleni sunt: *Sor-*
des eius in pedibus eius Thren. 1. At iu-
 storum pedes pulchri, & mundi
 sunt: de quibus Esai. 52. dicitur,
quam pulchri super montes pedes annū-
tiantis & prædicantis pacem. Gressus
 mundanorum turpes, deformes, &
 vitiosi sunt: de quibus dicitur Pro-
 uerb. 2. *Infames sunt gressus eius.* Iu-
 storum autem gressus recti & pul-
 chri, semper in Dei lege & recto
 tramite sunt, de quibus, Psalm. 84.
 dicitur. *Iustitia ante eum ambulabit,*
& ponet in via gressus suos, & Cant. 7.
 de sponsa dicitur, *Quam pulchri sunt*
gressus tui in calceamentis filia princi-
pis. Tibiæ malorū claudicantes, &
 nunquam in recto itinere manētes,
 sed modo hęc, modo illac declinan-
 tes. De populo sequente Baal dicit
 Elias. 3. Reg. 18. *Quo vsq; claudicatis*
in vtramque partem? Et Psal. 17. de
 malis dicitur: *Claudicauerunt in semi-*
tis suis. Claudicatio ex defectu &
 fragilitate crurium & tibiaram pro-
 cedit. Iustorum verò tibiæ constan-
 tes,

Prouer.

Psalm.

Prouer.

Esai.

Iob.

Thren.

Thren.

Esai.

Prouer.

Psalm.

Cant.

Reg.

Psalm.

Psalm.

Cantic. res, & rectæ sunt, ac ingressibus suis firmæ. Vnde Caut. 5. Comparantur columnæ marmoreæ, quæ fundata est super bases aureas. Columnæ dicuntur propter rectitudinem, & firmitatem: marmoreæ propter puritatem: fundatæ super bases aureas propter pedum elegãtiam: vel quia in mandatis & præceptis Dei firmatæ & positæ sunt. Venter malorum vitij & gulæ deditus est. Vnde de Behemoth Iob. 40. dicitur, quod virtus eius & fortitudo eius est in umbilico ventris eius: & Paulus ad Philip. 3. de malis dicit. *Quorû Deus Venter est.* Iustorum autem venter dicitur esse sicut aceruus tritici vallatus liijs Cant. 7. propter continentiam, castitatem, mûditiam, parcitatem, abstinentiam, & puritatem. Lumbi malorum luxuriæ inquinamenti referti sunt, laxati, & soluti carnis delitijs. Vnde Iob. 40. dicitur de Behemoth. *Virtus eius in lumbis eius,* & Psalm. 31. de malis quod facti sunt velut equus & mulus, in quibus non est intellectus: quod specialiter propter luxuriæ vitium dicitur. Quod Hierem. cap. 5. magis expressit cum dicit: *Equi amatores in foeminas, & emissarij facti sunt. Vnusquisq; ad uxorem proximi sui hinciebat.* At iustorum lumbi succincti sunt continentia & castitate iuxta Saluatoris præceptum Lucæ. 12. *Sint lumbi vestri præcincti.* Vnde Paulus ad Ephesios. 6. ait. *State ergo succincti lumbos vestros in veritate. & induiti lorica in iustitiæ, & calciati pedes in præparationem Euangelij pacis.* Cor malorum omni vitiorum genere plenum est, & spelunca factum vitiorum: de cor de enim exeunt, vt habetur Matt. 15.

*Cogitationes malæ, fornicationes, adulterij, &c. Insuper & lapideû est, nec Dei inspirationes suscipiēs, nec proximorum miserias sentiens, frigidum ac omni calore vitale destitutum. Cor autem iustorum mundû & rectum, quale petebat David Psalm. 50. Cor mundum crea in me Deus: carneum & quod sentiat sicut Ezechiel. 36. Dominus promisserrat: Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum: Dei amore feruens est, Psalm. 38. Concaluit cor meum intra me. Manus malorum detestabiles, inquinamenti peccatorum maculatæ, de quibus Esai. 1. dicitur: Manus vestra sanguine plene sunt. Iustorum manus puræ, mûdæ, & amabiles, quas commendans in suo sponso Ecclesia Cantic. 5. dicit. Manus illius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis: Et Paulus. 1. ad Timoth. 2. hortatur, vt leuemus ad Deum puras manus. Lingua malorum peruersa, de qua Psalm. 51. dicitur. *Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum,* & Psalm. 10. de malis dicitur. *Quoniã eccẽ peccatores intenderũt, arcum, parauerunt sagittas suas in pharetra: vt sagittent in obscuro reftos corde.* Quod de lingua ad literam intelligi debet. Iustorum autem lingua sincera, & pura, & sine dolo est. Psalm. 14. Iusti condiciones describens David ait: *Qui loquitur veritatẽ in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua.* Et Psalm. 34. in persona iusti dicit: *Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.* Oculi malorum vagi sunt, de quibus Prouerb. 17. dicitur. *Oculi stultorum in finibus terræ, id est, in nullo loco certo fixi, sed vagi**

Matth.

Psalm.

Ezechiel.

Psalm.

Esai.

Cantic.

Timot.

Psalm.

Psalm.

Psalm.

Psalm.

Prouerb.

vagi & instabiles, & caliditate pleni. *Iustorum oculi in capite eius ut habetur Ecclesiast. 2. simplices sunt sicut columbæ.* Cant. 4. Aures malorum aperta ad malū, & clausæ ad bonū. Vndè 2. ad Thimot. 4. *Prurientes aures vocantur; qui similes sunt Aspidi surdo & obturanti aures suas,* ut Psalm. 47. dicitur. Aures iustorū aperte sunt ad bonū, & ad Dei verba, & aures sunt audiēdi, quas Matt. 20. Dominus petebat. Frons malorum attrita, sine verecundia & pudore mala aggrediēs. De qua Hierem. 3. dicitur. *Frons mulieris meretricis facta est tibi, & noluit erubescere.* Iustorum autem facies & frons decora, pudore & verecundia ornata. De qua Cant. 2. dicit Sponsus. *Ostēde mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* In quo autem decor iste consistat exponit Sapiens Proverb. 31. dicens. *Vana est gratia, & fallax pulchritudo, mulier timens Deum ipsa laudabitur.* Et Ecclesiast. 32. dicitur: *Ante grandinem præbit coruscatio, & ante verecūdiam præbit gratia.* Si igitur tanta diuersitas reperitur inter mūdānos & seruos Dei, quid miramur si mundus seruos Dei nō cognoscat? Nihil sibi simile in eis reperit, nihil suum intuetur.

Vndè Christus suos exhortans ad mundi persecutiones equo animo perferendas Ioānis. 15. hac vtitur ratione. *Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret: quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mūdus.* Quæ verba dupliciter possunt explicari. Primum, quod suum erat, id est, eos qui sui sunt, agnosceret, & diligeret.

Vnusquisquē enim ea, quæ sibi propria sunt cognoscit & amat: sicut pastor proprias oues cognoscit, & nominatim vocat. Secundò quod suum erat in vobis, scilicet, signum & characterem suum, & imaginē bestię, (quā Apoc. 13. iussit portare in dextera manu & in fronte omnes qui empturi, vendituri, & negotiaturi erant in hoc mundo, quique ingredi & egredi deberent, & bonis mūdi huius frui) recognosceret & diligeret. Quia ergo in vobis symbolū suum non cognoscit, non mirum est si vos ignoret, & odio habeat. Cum ergo Ioannes de mūdo non esset, nec quid commune aut simile cum mundo haberet, mundus eum non cognouit, & etiā si aperte quis esset ostenderet, minimè intellexit. Ideò toties interrogat, *Tu quis es?*

IX. CONSIDERATIO.

Quòd Pharisei hac legatione intenderint Ioannios obstruere, ne contra eos latraret, quæ est ars hominū vt prædicatorum fugiant importunas voces.

Tu quis es? &c.

VERBIS istis, vt sapè dictum est, Iudæi voluerūt Ioanni Messię dignitatē, quæ apud illos maxima erat, offerre. De qua intentione plura & in literæ expositione, & in præcedentibus cōsiderationibus a nobis dicta sunt. Vnum tamen se modo offert circa locum istum non præmittendum,

Nō mirum si mūdus iustos persequatur. Ioan.

Apoc.

tendum, quo malitia Iudæorum magis explicatur, & Ioannis virtus & constantia apertius ostenditur. Pro cuius intellectione notandum est, quod ut ex Euangelica historia constat, Ioannes non solum asperam vitam agebat in vestitu, cibo & potu, non solum poenitentiam prædicabat, sed & liberè venientium ad se (præcipuè Scribarum & Phariseorum, & eorum qui Reipublicæ administrationem habebat) vitam arguebat, & crimina carpebat. Quod boni Prædicatoris officium est: sicut Paulus docet instituens Timotheum. 2. Tim. 4. *Prædica verbum, in sta opportunè importunè. Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Itaque Ioannes omnium, sed potissimum Scribarum Phariseorum & potentium in illa Republica liberam viuendi rationem increpabat: avaritiam, ambitionem, & alia crimina arguebat, nulli parcebat: nec sacerdotes reuerabatur, nec regem timebat. Publicè Herodis impietatem & adulterium repræhendebat, ut habetur Marci. 6. Scribarum & Phariseorum arrogantiam & vanam gloriationem increpabat, Lucæ. 3. dicens: *Nolite gloriari & dicere, patrem habemus Abraham. Quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Vnde eorum opera respiciens Genimina viperarum eos appellabat. Hinc, (ut ex Chrysof. Hom. II. operis perfecti in Matth. supra retulimus) odio Ioanem prosequerantur Scribæ & Pharisei. Nec mirum esse debet ut qui Christum odio habebant gratis, eius vocem ferre non possent. Vnde (ut in literæ expositione diximus iuxta

Chrysofomi mentem) inuidia & odio in Ioannem moti sunt ad hanc legationem mittendam, & ad offerendam Ioanni Messie dignitatem. Quod Christus insinuit Matth. 11. cum horum malitiam & perditum animum, (cui nulla via poterat satisfieri,) repræhendens dicit. *Venit enim Ioannes neque manducans, neque bibens, & dicunt: Demonium habet.* Ergo Ioannis vita & mores illis grati non erant, nec vltro & ex animo Ioannem audiebant, sed potius odio prosequerantur, cum dicerent demonium habere. Cum ergo prædicatio Ioannis illis molesta esset, & vita non placeret, cum illum detestarentur, mittunt ad eum nuntios, qui totius reipublice nomine supremam dignitatem, scilicet, Messie illi offerant: ut si illam acceptaret a repræhensione eorum cessaret, & mitius in verbis & operibus procederet, seque ab hominis importuna & molesta prædicatione hac arte liberarent. Hoc officio voluerunt Ioannis os obstruere, ne contra eos amplius clamaret. Sicut canis te sequenti & importunè latranti soles panem, vel aliud manducabile porrigere, ut illo detentus & inescatus & quasi allectus a latrando cesset, & interim liberius valeas quod desideras procedere. Sic isti hac legatione se facturos existimarunt. Ioannes canis erat, continuo insequens & latrans, vnde & vox clamans dictus est: ante oculos eius officium hoc & dignitatem istam Messie hac legatione proijciunt, ut illa allectus, attractus, & inescatus detineatur, & a latrando desistat. Quasi legatione ista dicerent. Ioannes valde no-

Boni prædicatoris officium. Timot.

Marc.

Lucæ.

Chrysof. Ioanem odio habebant Iudæi & ex odio ad illum miserunt legationem.

Matth.

Offerendo dignitatem Ioanni voluerunt os eius obstruere, ne prædicatorem viti simile.

Galat. 2. 14. 15. 16. 17.

de nobis molestus est, nos insequitur, contra nos clamat, continuo in vitia nostra inuehitur latrat, & vitia nostram mordet, hoc officio ei os obturabimus, si fortè illo recepto & admissio taceat. Quod quanto aliter euenerit ex Ioannis constat responsione, qui confessus est & non negauit se non esse Christum. De quo postea dicemus.

*Homini ars
ut predicator
res canes mu-
tos efficiant.*

Hanc diabolicam astutiam & fraudulentam artem à diabolo didicerunt mundani homines, præcipue illi qui in curijs principum & aula regum versantur, & eorum latera cingunt. Solent namq; multoties dignitates & officia aliquibus præbere, quorum sanguinem bibere vellent, & quos potius mortuos quam dignitate auctos optant: non amore moti, non vt Ecclesiæ utilitati, vel Reipublice commodo consulant: sed vt se eorum molestia, reprehensionibus & increpationibus liberent. Et isto modo vel ora illis obturant, ne amplius loquantur, & eorum vitia carpant, malaq; aperiant: vel longè à principum conspectu dignitatis occasione faciunt, ne præsentibus eorum fraudes detegant, ne principes admoneant, & de his que expediunt instruant. Odio potiusquam amore illis dignitates & officia tribuunt. Quod etiam principes ipsi non valentes quæ recta sunt audire, multoties facere solent in maximum Reipublicæ & suarum animarum detrimentum. Sicut fecisse reperimus Saulem. 1. Reg. 18. Qui ingenti odio prosequabatur Dauid, & filiã suam illi offert in vxorem: nõ quidem vt honore afficeret, aut vt subleuaret, aut vt sibi magis de-

Reg.

uinceret, & secum detineret, & facto hoc obligaret, vt sua opera, industria, prudentia, & consilio illi magis adesset, sed vt esset illi in scâdalum & in ruinam, vt ipse Saul testatus est dicens: *Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalum, & sit super eum manus Philistinorum.* Sed illud in hac parte maximè de flendum est, quòd non omnes isti prædicatores, consultores, & prudentes viri ea constantia & fortitudine pollent, quia Ioannes, qui fraudem sentiens confessus est se non esse Christum, & liberius multo & Christi dignitatẽ prædicauit, & illorum vitia vsque ad sanguinis effusionem est infectatus: sed multoties arte hac mali prævalent, & de concionatoribus & canibus pro veritate latrantibus canes mutos efficiunt, vt dicit Esai. 56. qui inescati massa hac dignitatis, (sicut contigit drachoni quem Daniel cap. 14. occidit) dum ruminant & rodunt, latrare desistunt, & vitia quæ prius infectabantur, tacendo dissimulant. Quibus Dominus per Ezechielem interitum minatur capit. 33. dicens. *Fili hominis speculatore dedit domui Israel, & audies de ore meo verbum & annuntiabis eis ex me.* Vbi aduerte quòd dicit: *Speculatore dedi te*, quasi dicat, non ipsi te elegerunt, nec te ad dignitatem subleuarunt, sed ego: Non illis dignitatem debes, sed mihi. Ego te constitui speculatorem, ne taceas: sed quæcû què audieris à me illis annuncia, aliàs si tacueris *Sanguinem eorum de manu tua requiram.* Quod cap. eodẽ.

Esai.

Danie.

Ezech.

idem Ezechiel prosequitur
in persona speculato-
toris.

Ezechie.

X. CONSIDERATIO.

Quòd necessaria sit fidei confessio ad salutē, & quòd non debemus erubescere confiteri Christum coram hominibus: vt ipse nos coram patre suo confiteatur.

Et confessus est & non, &c.

Interrogationi à Pharisæis, Sacerdotibus, & Leuitis Ioāni propositę Ioānes pro sua singulari in Christum fide, eximia animi sinceritate, magna constantia & virtute, apertè, distinctè, & clarè respondet: confiteatur què se nō esse Christum. Vt autem responsionis istius, (sicut in littera diximus,) ostendat energiā Euāgelista videtur hac verborum geminatione & repetitione, verboquè affirmatiuo, & negatiuo dicens. *Cōfessus est, & non negauit, confessus est quia non sum ego Christus.* Nec enim in re adeò graui, tanquè ad salutem necessaria, satis esse existimauit vterquè Ioannes affirmatione vti & confiteri: sed & negationem apposuit. Itaque non solum confessus est Ioannes veritatem dicens se non esse Christum: sed non negauit interrogatus quis ipse & quis Christus esset.

Necessaria est in his quę fidei sunt plana & aperta confessio.

Vt hinc discamus qualiter nos in rebus quę ad fidem & religionē pertinent gerere debeamus. Necessaria namquè est ad salutem sincera, plana, & aperta fidei, quam corde tenemus, confessio. Quia vt ad

Roma. 10. dicit Paulus. *Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.* Fides enim necessaria est in corde, vt iustitiam homo consequatur: ex fide namq; iustificamur, vt ad Roma. 5. Paulus dixerat. Signanter autem dicit Paulus quòd *Corde creditur*, id est, voluntate. Quoniam cætera quę ad cultum exteriorem Dei attinent, potest homo nollens præstare: sed credere nō potest nisi volēs. Quia intellectus nō determinatur ad assentiendum veritatibus fidei ex necessitate rationis, aut euidencia rei, sicut in scientijs contingit: sed ex voluntate. Et ideò scire non pertinet ad iustitiam hominis, quę in voluntate consistit: sed credere. Vndè Genes. 15. dicitur. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Iustificato autem homine per fidē oportet, quòd eius fides per dilectionem operetur & manifestetur ad salutem consequendā. Sed licet ista vera sint Paulus distinguens inter cor & os quantum ad fidem ostendere procurat duo. Alterum ad substantiam fidei pertinens, quòd in corde consistit. Alterum ad professionem & manifestationē, quòd in ore positum est, & vtrumquè aequè necessarium est ad salutem. Nam sicut *sine fide impossibile est placere Deo*, vt Paulus affirmat ad Hebr. 11. ita sine fidei confessione (quando necessaria est) impossibile est salutē consequi. Quod Saluator asseruit Matth. 10. dicens. *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in cælis est. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo.* Quem locum

Roman.

Roman.

Voluntas ad credendum necessaria.

Genes.

Fidei confessio necessaria Hebræ.

Matth.

versans

Chryso.

versans Chrysoſtomus Homil. 25. operis imperfecti in Matthæū ait. Considera etiam demiquē ne forte dicat etiam fideles Christiani, si necessitas per sequutionis aduenerit interim coram hominibus de negatione patiar pœnas, in corde autem meo veritatem teneo Christi. Ideo non dicit: Qui me confessus fuerit in corde suo, sed coram hominibus: quoniam qui coram hominibus, non confitetur, non prodest ei aliquid quod in corde credit in Christum. Quia qui ore denegat, non potest fieri ut in corde credat. Elegantissimè propositum tractat aduertens, quod radix confessionis fides est cordis. Confessio autem fructus est fidei. Sicut ergo quando radix est viua, necesse est, ut aut ramos producat, aut folia: si autem non produxerit, sine dubio intelligis, quod radix eius in terra siccata est. Sic quando fides cordis in tegra est, semper germinat confessio nem in ore, si autem confessio non fuerit oris, intelligis sine dubio, quia fides cordis eius iam ante siccata est. Sic enim dicit Apostolus. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Ergo nec valet confessio oris sine fide cordis, nec fides cordis sine confessione oris. Si autem tibi prodest corde credere, & non coram hominibus confiteri: ergo & infideli in hypocrisis confiteri Christum prodest, etiam si corde non credat. Si autem ille nihil proficit confitens sine fide, nec tu proficis credendo sine confessione. Si sufficit Christo (inquit Chrysoſto.) qui cognoscit, & si confessus non fuerit coram hominibus: ergo & tibi sufficiat, quia cognoscit te Christus, & si non fuerit te confessus coram Patre suo.

Fides & confessio se habent sicut radicem & fructus.

Si autem tibi non sufficit cognitio eius, nec illi sufficit fides tua. Si enim sufficeret tibi fides cordis, cor tantummodo tibi Deus creasset, nunc autem & os tibi creauit Deus, ut corde credas, & ore confitearis. Et Luc. 9. Saluator ait. Nam qui me erubuerit & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cum venerit in maiestate sua, & Patris & sanctorum Angelorum.

Ille quidem erubescere dicitur Christum, qui eius fidem publicè confiteri recusat, & qui quod corde credit, ore proferre non audet. Sicut multi ex principibus fecisse leguntur Ioannis. 12. qui in Christum credebant, & propter populum non confitebantur. Hi Christum erubescabant & de illius fide confundebantur. Contra verò Paulus strenuus Christi miles ad Roman. 1. dicebat. Non erubescō Euangelium. Dei enim virtus est in salutem omni credenti. Quem locum exponens S. Thomas inquit. Excludit impedimentum promptitudinis, scilicet, erubescētiā, propter quam multi ea prætermittunt, quæ aliās facerent promptè: & hoc est quod subdit. Non enim erubescō Euangelium, quod quidem infidelibus apud quosdam erubescibile videbatur propter id quod dicit. 1. Corinth. 1. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. Non est autem secundum rei veritatem erubescendum propter id quod sequitur. Ipsi autem vocatis Iudæis atque gentibus Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Unde dicitur Luc. 9. Qui erubuerit me & meos sermones, hunc filius hominis erubescet. Et inde est quod baptizati liniuntur chrismate in fronte signo Crucis, ubi est sedes & recundia, ne scilicet,

Luc.

Erubescere quis dicatur Christum.

Ioann.

Roman. 1.

S. Thom.

Corint.

Luc.

Quare baptizati liniuntur chrismate in fronte.

Galat.

*ſcilicet Euangelium erubescant. Rationē autem quare non erubescat Euangelium subiungit dicens. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Et Chrysoſt. Homil. 2. in Episto. ad Romanos locum istum verſans inquit. Quid ais o Paule? Cum conuenires vt diceres, glorior ac me ipsum iactito, non hoc, sed quod minus est dicis, quod videlicet te minimē pudeat? Quam loquutionem in rebus non admodum insignibus vsurpare conſueuimus. Quid igitur est quod ait, & quamobrem sic loquitur? Cum præsertim alioqui ob id magis Euangelium, quā vel ob ipsum calum gloriatur? Siquidem ad Galat. scribens cap. 6. ait. Mihi autem absit gloriari, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi. Cur igitur hic non ait, Glorior potius quam, non me pudeat? Et respondens propositæ dubitationi ait, quod Romani admodum stupeſcebant ad res mundi huius, ob diuitias, ob principatum, ob victorias, quin & suos iidem imperatores Diſpates exiſtimabant, quos certē etiam eo nomine dignabantur. Vndē & templis, & aris, & sacrificijs illos colebant. Cum ergo sic illi turgerent, eſſetquē Paulus IESVM prædicaturus (IESVM inquam fabri filium exiſtimatum, eūdem & in Iudæa educatum, idquē in tenuis mulieris domo, ſatellitibus nullis ſtipatum, non opibus abundantem, sed vt reum condemnatum, interquē latrones mortuum,) ac veriſimile quidem eſſet fore, vt Romani ad IESV nomen pudore ſuffunderentur, vt qui nihil dum rerum areanarum, ac magnarum caperent, propterea ait. *Non erubescō Euangelium.* Illos interim erudiens non erubescere. Nouerat enim*

quod si illi eſſent aſſecuti, ſtātīm progreſſi viteriſ eo vſquē peruenirent, vt gloriarentur. Ad eundem modum & tu ſi quempiam audieris dicentem, Crucifixum adoras? Non te pudeat, nevē ad terrā oculos deijcias, sed gloriare, ac tibi placens liberisquē oculis & facie erecta cōfeſſionē admittito: & Christi magnalia & Crucis virtutē prædica. Sicut Petrum Actuum 5. feciſſe legimus, qui præcipientibus principibus Sacerdotum, ne in nomine Christi prædicaret, conſtanter reſpondit. *Oportet magis obedire Deo quā hominibus. Non enim poſſumus quæ vidimus & audiimus non loqui.* Et ſimiliter Ioānes amicus ſpōſi interrogantibus Leuitis & Sacerdotibus. *Tu quis es? Confeſſus eſt, & non negauit veritatem, & quod corde credebat, ore manifeſtauit, non ſolum aſſirmando ſe nō eſſe Christum, sed & Christi dignitatem & diuinitatem prædicando, & digito illum oſtendendo.* Itaque nō ſolū fides neceſſaria eſt ad iuſtitiam, sed & ſi lei confeſſio neceſſaria eſt ad ſalutem, vt Paulus teſtatus eſt.

Ex quo loco colligunt Theologum cum S. Thom. 22. q. 3. art. 2. Præceptum eſſe non ſolum de fide habenda, sed & de eius confeſſione, illudquē aſſirmatiuum eſſe. Ex quo ſequitur ſolutio quæſtionis quam fidelis facere poſſet dicens. Si ad fidem & confeſſionem eius teneor, & ad ſalutem neceſſaria eſt: ſicut omni tempore fidem corde tenere debeo, ita & omni tempore teneor ſi ſolem meam publicē conſiteri, etiā ſi inimici inſtent. pericula cingāt, & vtilitas aliqua ex mea confeſſio

ne non

Actuum.

S. Tho.
Præceptū eſt
de fide & eius
cōfeſſione aſ
firmatiuum.

Eccles.

ne non spectetur? Absit. Tēpus enim est tacendi, & tempus loquendi, ut habetur Ecclesiast. 3. Omniaque tēpus habent, nec semper teneris thesaurū tuum prodere, sed solum cum necessitas id exposcit, & utilitas proximorum requirit. Poteris aliquando sine peccato reticere, & fidem tuam non manifestare, donec occasio occurrat, & necessitas cogat.

Psalm.

Psalm. 38 dicit David. Posui ori meo custodiam, cum confisteret peccator aduersum me. Obmutui, & humiliatus sum. & filia bonis, id est, filia etiam

Licet aliquando fidelibus fugere persecutores & se abscondere.

à bonis temporis opportunitate id non exigente. Quod fecisse multoties sanctos viros videmus, qui aliquando in speluncis delitescabant hortium incursum & tyrannorum persequutiones fugientes, qui secreto fidei Sacramenta proponebant & ministrabant Christianis. Nec aliud docere voluit Christus cū discipulis suis dixit Matth. 10. Cum vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam: ac si diceret. Nō semper necessarium est, nec omne tempus aptum, ut vitam vestram pro fide & doctrina periculo exponatis, & gladio offeratis, aliquando licet corpus persequutioni subtrahere, & præsentiā inimicorum fugere.

Matth.

Quod eleganter & piè prosequitur Athanasius in Apologia de fuga sua, vbi locum istum adducens inquit. In lege ciuitates refugiorum erant pro his, qui ad cedem querebantur, ut aliquo modo persequutionem euaderent. In consummatione porrò secularū cum aduenisset illud ipsum Verbum Patris, quod Moysi antea loquutum fuerat, rursus præceptum fugiendi condidit: cum vos, inquit, persecuti fuerint in ciui-

Athanas.

tate ista, fugite in aliam. Pauloque post subiicit: cum videritis illam abominatiōnem desolationis, quæ dicta est per Danielelem Prophetam, consistentem in loco sancto (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad mōtes, & qui in tecto est non descēdat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro est non reuertatur tollere tunicam suam. Hoc cum scirent sancti ad eam normam vitam suam temperauerunt, quod & Christus ipse monstrauit Herodem fugiens, inimicorum oculis se subducens, aliquando vero, (quando id opus esse cognoscebat) se manifestabat, & publicè docebat. Ita sancti pro formula accepta, & priscis olim & sequentibus temporibus incerta mine, quod illis erat cū persecutoribus, & fuga se instantibus eripiebant, & querentibus sese per latebras subducebant errantes in speluncis, in solitudinibus, in melotis, in pellibus caprinis, ut dicit Paulus: donec aut mortis definitum tempus superueniret, aut definitor temporum Deus hoc ipsis indicaret, vel persecutores inhibens, vel persecutoribus eos tradens, prout illi oportuniū videbatur. Hæc Athanasius. Quod etiā & David fecisse legimus. 1. Reg. 21. Reg. Cum simulato habitu & mentito vultu celauit quis esset apud Regē Achis.

At cum tempus exposcit, cum necessitas exigit, sine culpa fides (quæ in corde est) occultari non potest, publicè quod corde credis ore confiteri teneris. Et licet aliquando licitum sit reticere; nunquam in his quæ fidei sunt mentiri licet, vel ad eam quam corde credis negare. Id eodē modo satis esse Euangelista existimauit dicere de Ioanne, quod confessus est, sed addit & non negauit. Hæc ex dif-

feren.

*Diversitas af-
firmatiui &
negatiui præ-
cepti quo ad
obligationē.*

ferentia quæ versatur inter affirma-
tium, & negatiuum præceptū faci-
lè deduci possunt. Affirmatiuum
enim præceptū semper obligat, vt
dicunt Theologi, non tamen pro
semper, sed pro tēpore opportuno.
Sicut præceptū de dilectione Dei
& proximi, de honore parentum,
semper vim habet obligādi, sed nō
quocunquē tempore currit obliga-
tio, sed tempore necessitatis. Nega-
tium verò præceptum semper o-
bligat & pro semper. Quia omni tē-
pore eius currit obligatio, vt nō pe-
ierabis, non occides, pro omni tem-
pore obligant. Quia igitur confes-
sionis fidei præceptum affirmatiuū
est non pro omni tempore obligat,
sed instante necessitate. Non nega-
re fidem negatiuū est, ad quod om-
ni tempore teneris. De quò viden-
dus est S. Thomas. 2. 2. q. 3. Vbi de
fidei confessione loquitur.

S. Tho.

XI. CONSIDERATIO.

Quam cōstantiam, fir-
mitatem, & fortitudinē de-
bēt habere prædicatores: qua-
quē firmitate doctrinæ
semel traditæ ad-
hære.

Confessus est & non, &c.

IAC verborum repetitio
ne non solum sinceritas
confessionis Ioannis ostē-
ditur, vt diximus: sed & constan-
tia inuincibilis Ioānis declaratur, qua
in doctrina quam tradiderat, & in
prædicatione de Christi persona
quam fecerat dicens, *Ecce agnus Dei,*
&c. firmus perseverauit: nec scriba

rum adulationibus motus est, nec
sacerdotū & leuitarum promissis
incitatus, nec pharisæorum minis
terratus, vt à veritate quam semel
proposuerat, & à doctrina quam se-
mel tradiderat, desisteret. Hoc e-
nim Iudæi hac legatione fraudulē-
ter intendebant, vt Ioannes, qui tot
tantaque de Christo prædixerat,
Messiæ dignitatem acceptando sen-
tentiam retractaret: sed tanta fuit
Ioannis constantia, vt firmus perse-
uerans confessus fuerit, & nō nega-
uerit se non esse Christū: imò ista
legatione quasi excitatus & accen-
sus maiora & clariora de Christi
humanitate, & diuinitate, de Chri-
sti virtute & dignitate protulit testi-
monia dicens. *Medius vestrū stat, quē
vos nescitis, qui post me vēturus est, &
ante me factus est: cuius nō sum dignus
soluere corrigiam calceamentorum.* Vn-
dè Christus meritò Ioannis constā-
tiam, firmitatem, & fortitudinem
Matth. II. commendauit dicens ad
urbas: *Quid existis in desertum videre
arundinem vēto agitatam?* Quasi dice-
ret: non utique, sed firmissimam co-
lumnā. Et Ioannes Euangelista (vt
in literę expositione latius profecu-
ti sumus) hoc testimonium Ioannis
inter omnia quę de Christo perhi-
buit, tanquam eximiū commendat
inquit: *Hoc est testimoniū Ioannis
quando miserunt Iudæi, &c.* Vt hinc
discamus, quales debeant esse præ-
dicatores verbi Dei, quam firmi &
stabiles, quaque constātia præditi:
qui non circūferantur omni vento,
vt modò, hoc modò illud affirmēt:
sed in firma & stabili Ecclesię do-
ctrina & Christi sciētia perseverēt
id ipsum semper dicētes & docētes:

*Constantia
Ioānis & fir-
mitas maxi-
me apparet.*

Matth.

*Prædicatores
qua firmitate
& constantia
debeant pol-
lere.*

Quos nec ambitionis aura moueat, nec honoris appetitus vincat, quos nec fauor alliciat, nec timor terreat, vt modo vnum modo aliud doceant, quod hæreticorum & perditorum hominum proprium est. Cōstantes esse debent, & semper in semel tradita à sanctis Patribus doctrina perseverare, sicut Ioannes fecit. Et sicut Deus idē semper est, & immutabilis perseverat. & eius Ecclesię doctrina, (quæ Dei verbum est) eadem semper existit. (Ideoq; Ecclesia Columna & firmamentū veritatis appellatur à Paul. 1. ad Tim. 3. & edificata dicitur Matt. 16. Supra petram, contra quam portæ inferi præualere non poterūt. Est enim domus prudentis viri ædificata supra firmam petram Matt. 7. cōtra quā nec pluuia descendens, nec flumina impetu cūrrentia, nec venti irruētes potuerunt aliquid efficere. Fundata enim erat supra petrā dicit Christus.) Ita & prædicatores in hoc Deo firmi les & Ecclesię eius esse debent, vt semper idem teneant, eadē doceant & prædicent, constantes & firmi in veritatis doctrina perseverent, & eorum sermo, vt Christus Matt. 5. dicebat, *Sit semper est, est: non, non: id est, semper idē & eodem modo, nō modo affirmant, modo negent, & mutabiles sint.* Hinc Paulus. 2. Corin. 1. gloriatur de suæ prædicationis firmitate & verborū constantiā dicens: *Cum ergo hoc voluissem, nūquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogitō secundū carnem cogito, vt sit apud me est & non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, non est in illo: est & non: sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædi-*

catus est per me & Sylanum & Timotheum, nō fuit in illo est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt in illo est. Ideo & per ipsum amen Deo ad gloriam nostram. Locus implexus est & difficilis, cuius sensus est. Quia Paulū leuitatis & falsitatis arguere poterāt Corinthij, eo quod promississet se ad illos venturū, & postea non impleisset: ne forte ista leuitatis existimatio in persona Pauli, in doctrinæ (quā prædicabat) detrimentum cederet, crederentq; Corinthij eum (qui in promissis ad implendis defecerat, & fidē non seruauerat) etiā in doctrina inconstantē, mutabilem, & fallacem futurū. Omnibus enim hominibus cuiuscūquē status & cōditionis sint, necessaria est constantia & veritas in dictis & factis: Quā fidem seu fidelitatem morales Philosophi vocāt. Quoniā si hæc desit, omnia commercia inter homines destruitur, negotiatio nesperēt, & omnis familiaritas cessat. Maximè autē in prædicatorib; verbi Dei necessaria est, ita vt neq; in re minima mendaces aut inconstantes reperiantur. Quia id maxime doctrinę noceret. Ideoq; Paulus tāto studio & diligentia calumniam hanc à se remouere intendit dicēs, se non fuisse leuitate vsus, nec quæ cogitat secundū carnem cogitare, vt sit apud illū est & non, id est, mutabilitas aliqua aut fallacia. Quia non secundū carnē, inquit Paulus, cogito, aut de meis operibus delibero: sed semper Dei voluntatem præpono, & spiritus dispositionem sequor. Quod enim promissi me ad vos vēturum, & non veni: promissi quidem quantum ad me attinebat.

Fidelitas in dictis & factis omnibus necessaria ad vitam transigendam.

At quia

Ecclesie firmas.

Timot. Matth.

Matth.

Matth.

Corint.

At quia nō sum meus, sed ipsius spiritus, a quo gubernor, & illi subiectus, illius impulsus non meam volun-
 teatē sequor. Vbi Chry. Hom. 3. in istam Epistolā inquit. *Quid igitur dixerit aliquis, an ex spiritu promisserat Paulus se iturū? Minime, non enim omnia Paulo erant cognita quæ ventura forent, vel profutura. Et quid miraris si nō omnia futura nouit Paulus, cū in deprecationibus frequenter ignorauerit quod expediret: ut in illo ad Roma. 8. Quid oremus quemadmodū oportet nescimus: non tantum eo dicit, ut videatur esse molestus: sed declarat quod ubi sit utilitas ignorando ignoret, ubi igitur ignorauit? Cum postulat ut a tentationibus liberetur. 2. Cor. 12. dicens. Datus est mihi stimulus carnis, propter quod ter dominū rogauit, ut auferretur a me: & dixit mihi, sufficit tibi gratia mea. Vides ut non nouerit petere quæ conducebant, vnde nec accepit, quamquam sæpenumero postulasset. Vnde subdit Paulus. Fidelis autem Deus, quia sermo noster, &c.*
 Quæ locum sic exponit Chryso-
 st. Quod distuli promissum reditū nō est mutatē sententię: (volebā enim tunc, & modo volo) sed quod in animo volo non iuxta carnem, hoc est, iuxta voluntatē hominum, qui in rebus gerendis animi sui motum sequitur: volo. *Ut sit apud me est & non, id est, ut quidquid velim faciā, & quidquid nollim vitem. Imō subditus sum spiritui Dei, per quē aliquando prohibeor facere quod volo, & iubeor facere quod nollebā. Vel secundū Ambrosium in istā locum, a quō desumpsit Glossa, intēdit Paulus ostendere quōd hec eius apparens mutatio nō ex carnis arbitrio, sed ex dispositione spiritus fa-*

cta est, illorū utilitati magis quam propriæ voluntati attendendo. Aie enim, qui secūdū carnē cogitat tūc nō implet quę disponit, quādo aut personis ampliorib⁹ defert, aut certē lucris, aut apparatus vincitur. Quod Apostolus semper spreuit. Spiritualis autē tunc dispositū non implet, quādo prouidētū aliquid pro salute animę meditatatur. Sicut & Apostolus nō impleuit quōd uouerit, ut per hoc ipsum meliores efficerētur, scientes ideō distulisse eū, quia quidā adhuc inter eos non se purificauerāt a peccatis. *Ut sit, inquit, apud me, est, est, non, non.* Hoc significat, quia nō aliud agit quā scit agendū, quia utilitas anteponenda est voluntati. Hic sensus spiritualis est. Carnalis autē sensus sic mutat, ut anteponat volūtātē utilitati. Eodē modo & fere eisdē verbis exponit Ansel. istum locū Pauli. Scātim confirmat Paulus suæ doctri-
 nę & prædicationis firmitatē & veritatem dicens. *Fidelis autē Deus, quia sermo noster, qui fuit apud vos, &c. Fidelis Deus, absolutus nominatius videtur, nec habet a quo determinetur. Vnde dupliciter exponitur. Primō ut suppleatur verbū, est, sitq; asserētis oratio, & ex Dei fidelitate suam cōfirmantis, quasi dicat. Fidelis est Deus, nō mentitur nec decipit, & ita & nos fideles sumus in doctrina. Ser-*
 mo enim noster non fuit ad vos, est & non, sed in Deo est: ita interpretatur Hieron. in istū locum. Secundō ut vim habeat iuramenti absoluta loquutio, ac si diceret. Testis mihi est Deus, quod sermo meus, &c. Id est, quōd in sermone meo & doctrina, non fuit mutabilitas, aut fal-

Chrysof.

Roman.

Corint.

Chrysof.

Ambros.
Glossa.

Hieron.

Absolutus nominatius vim habet iuramenti.

fitas aliqua, sed constans veritas. Sic interpretatur S. Tho. isto loco. Probat autem hoc Paulus, Primò ex pariteri prædicatæ, scilicet, Christi dicens. *Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos predicatus est, non fuit in illo est & non: sed est in illo fuit:* id est, in Christo nulla mutabilitas, nulla falsitas, nulla decèptio extitit, sed summa veritas. Hoc significat, *est in illo fuit.* Vt utique verbo præteriti ad maiorem firmitatem significandam. Præteritum nãquè ad quod potentia non est, omnis mutabilitatis est expers. Et quia de hoc quod dixerat circa Christum dubitari posset, confirmat ex eo quòd in Christo omnes promissiones verè impletæ sunt dicens. *Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo, id est, Christo, est, id est, firmatæ & completæ sunt. Ideo & per ipsum Amen Deo ad gloriam nostram, id est, verum hoc est. Amen,* enim confirmantis particula est. Vbi verba hæc exponens Ambrosius inquit. *Manifestum est, quia semper in Deo veritas est (Hoc est Amen) manifesta per Christum, post per Apostolos predicata ad gloriam Dei, signorum virtutibus testimonium perhibentibus vera esse quæ promissit Deus per Christum. Gloria enim Dei est, cum ab illo omnia, & per illam, & in illo esse dicuntur.* Ita etiam exponit Anselmus istum locum Pauli, & *Amen* non adverbialiter accipere videtur, sed loco nominis ponere, scilicet pro veraci & fideli. Aduerte tamè quòd potest accipi adverbialiter vt Ambros. intelligit, & tunc debet suppleri verbum, dicimus, & sensus erit. Ideò propter Christum dicimus

Deo amen: id est, verè & firmiter propter promissiones in Christo impletas. Et Græca huic expositio ni magis fauent, quæ sic habent *Est autò tò amin tò theò.* Quidenim est promissiones fideles esse Deo? nisi quòd nos impletas vidètes dicimus Deo vere & fideliter.

Secundò probat Paulus suæ prædicationis firmitatè ex parte Dei, qui corda prædicatium confirmat, inquiens. *Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, & qui vnxit nos Deus, &c.* quasi dicat. Licet in me & ex me mutabilitas aliqua esse posset, & *est & non:* tamè quia Deò nos cõfirmat, cuius ministerio fungimur, id locum non habet. Vndè *est & non,* isto loco mutabilitatem falsitatemquè designat, & *est,* absolute prolatum vel *fuit* veritatem & firmam constantiam declarat. Itaque isto loco omnem mutabilitatis & inconstantie suspicionem a se & sua doctrina remouet Paulus: vt ostendat qualis debeat esse prædicator verbi Dei, qualiquè constantia & firmitate pollere. A qua, vt diximus, Christus Matth. 11. commendat Ioannem dicens. *Quid existis in desertum videre arundinem vento agitam?* Arundo vento agitata est ille, qui omni vento doctrinæ circumfertur, & modo in hanc modo in illam inclinat partem, nec firmus perseuerat, in cuius sermone reperitur *est & non.* Vndè Paulus ad Ephes. 4. de doctrinæ Ecclesiasticæ stabilitate loquens dicit. *Et ipse, scilicet, filius, Christus. Dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas, alios autem Pastores, & Doctores ad consummationem*

S. Thom.

Præteritum
verbum fir-
mitatem ostē-
dit.

Ambros.

Matth.

Ephes.
Stabilitas do-
ctrinæ Eccle-
siæ & prædi-
catorum ex-
plicatur.

sancto-

sanctorum, in opus ministerij, in edificationem Corporis Christi: donec occurramus omnes in unitate fidei, & cognitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram aetatis plenitudinis Christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. Qui locus difficilis est & copiose à nobis aliàs expositus. Cuius literalis sensus à Paulo intentus mihi videtur, ut de perfectione doctrinae loquatur similitudine facta ad corpus naturale. Itaque sensus est. Et ipse Deus vel Christus dedit quosdam Apostolos, &c. diuersos gradus ministrorum in Ecclesia designat. Sicut in corpore ad sufficientiam & debitam conseruationem diuersa membra reperiuntur, (quae diuersis ministerijs inseruiunt, & non omnia eundem actum habent:) Ita & in Ecclesia non vnus omnia ministeria; nec omnes eadem prestare debent: alias magna & intollerabilis confusio esset. Ideo diuersa ministeria & officia distribuit. Et quosdam dedit Apostolos, quosdam Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores ad consummationem sanctorum, id est, ad perfectionem, vel ut Hierony. legit. ad institutionem sanctorum. Doctorum namq; officium est collapsa instaurare & reparare in edificationem Corporis Christi, id est, Ecclesiae: donec occurramus omnes in virum perfectum, &c. Vbi non de aetate, nec de corporis perfectione loquitur, sed de perfectione cognitionis & fidei, quae virum decet: donec stabiles & firmi simus in doctrina veritatis, sicut viri: Et iam non simus paruuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinae. Quia (si

Paulus non loquitur de perfectione doctrinae, & de firmitate quae vitos decet) non apparet quomodo haec prioribus possint coherere. Si igitur Paulus in omnibus fidelibus firmitatem doctrinae & cognitionis desiderat, quanto magis in praedicatoribus & doctoribus necessaria erit, quos Deus dedit, ut diximus, in edificationem corporis sui, & reparationem fidelium? Quonia qui quasi paruulus fluctuat, & omni vento doctrinae mouetur & circumfertur, quomodo alios poterit instruere & confirmare? Petro dixit Christus Luc. 22. *Ego rogaui pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, ostendens, quod qui alios confirmare debet, ipse prius firmus & constans esse tenetur. Qui enimque predicauit iterum negat vel opere vel verbo, praeparatur, & se ipsum falsitatis Doctorem declarat. Quod ad Galat. 2. Paul. astruxerat dicens. Si enim quae destruxi iterum haec reaedifico praeparatorem me esse consti- tuo. Loquitur Paulus de legis antiquae obseruantia, quam abrogatam praedicabat, sicut Concilio Hierosolymitano ab Apostolis est definitum. Si ergo dicit Paulus, vel propter hominum respectum, vel propter Iudeorum improbitatem, legem obseruo, quae destruxi reaedifico: & ipsa obseruantia legis, quae Christum mihi praenuntiabat: me praeparatorem declarat. Ioannem igitur imitentur praedicatores, & semper in doctrinae semel traditae firmitate & veritate constant, nec reperiatur apud illos est & non: sed sit semper est ad gloriam Dei: neque semel edificati destrui re conuincantur, & iuste pereant.*

Luce.
Qui alios confirmatur est ipse firmus esse debet.

Galat.

Hiero.
Doctorum officium est collapsa instaurare.

XII. CONSIDERATIO.

Quomodo iusti ex animo honores refugiant, quamquæ illis molestum sit cum illis afficiuntur, & quæ sit vera humilitas exponit.

Confessus est & non, &c.

HÆC vocū geminatio, & verborū repetitio posita ab Euangelista magnam habet energiā, & declarat singularem notabilemquæ Ioannis affectum, dum hæc diceret tanta vi & efficacia: vt animam effundere videretur dicens: *Nō sum ego Christus.* Hoc idēdem, quantum ego ex verbis istis conijcio, repetebat. Quod commode intelligi & explicari poterit ex his quæ apud homines contingere videremus. Cum enim alicui proponitur vel offertur res aliqua, quā maximè detestatur & abhorret, non solū voce, sed gestu, manibus, vultu, & motibus rē illam detestatur & rejicit: nec satis esse putat si semel aut bis se nolle affirmet: sed identidem repetit, vultum auertit, manibus repellit, fugit, & omnimodo possibili detestatur. Ita Ioannem se cisse credendum est: cui adeò molestum & odiosum erat Dei gloriā & Messia dignitatem sibi offerri, vt vocibus, oculis, vultu, manibus, & totius corporis motu id detestaretur, identidem repetens & inculcans, *Non sum ego Christus.* Idq; molestius ferens, quam si ignominia graui afficeretur.

Vt hinc discamus nihil iusto esse grauius aut molestius, quam si honore aliquo afficiatur. Non solum verbis repellit, sed agrè ferens fugit, absconditur, & summopere recusat oblatum honorem, se illo indignum existimat, ex corde detestatur, & verè recusat, constanterq; respuit, & quod Hispanè dicimus haber in corde, & ore, *Vn no redando y liso* non fucatum aut compositum, sicut proferre solent mundani & ambitiosi homines, qui dignitatem desiderant, varijs & inuisitatis medijs ambiunt, & se illam nolle simulantes se humiliant: Cum laudantur & honore digni prædicantur respōdent, se indignos esse: Cū de officijs agitur dicūt, maiora sunt quæ habeo, quam quæ mereor, longè ista merita & partes meas excedunt: ego infirmitatem meam melius quam alij agnosco. Hoc autem adeò frigide, adeò remissè proferunt, vt ex ipso modo dicendi satis appateat, quòd non ex corde ista procedunt: sed in solo ore sonant. Respuunt ore, reculant verbis, & manibus, & operibus amplectuntur quod toto corde desiderant. Si negant adeò fucata est negatio, adeò contorto ore & demisso vultu prolata, vt potius affirmatio sit & sui ipsius commendatio, illudquæ non fortissimæ affirmationis vim habet. Hi humilitatem simulant, vt honores venentur, & dum se velle negant, instantius sua negatione & simulata humilitate procurant. Sicut palestritè & luctatores corpus in lucta humiliare solent, non vt se, sed vt aduersarios fortius ad se trahant, & deiciant:

Iusto nihil grauius est quam honore affici.

Mundani ita recusant honores quod ipsa recusatio acceptatio est.

Simile.

Repetitio hæc verborū efficacia qua Ioannes legatos hos rejiciebat ostendit.

Simile.

& deiciant. Ita nonnulli se demittunt, vituperant, & officijs indignos prædicant, non vt se ipsos deponant & prosternant: sed vt alios decipiant, deiciant, & se ipsos magis efferant & extoliant. Et sicut feræ prædam inuasuræ se inclinant & ad terram demittunt, vt fortiore conatu irruant, & altius infiliant: sic superbi & flagitiosi homines, vagi, & callidi, se aliquando demittunt & humiliant, vt hac virtutis simulatione & humilitatis fictione simplicium corda decipiant, & sibi dignitates acquirant. Quod David Psalmo. 9. significauit cum de superbo & impio loquens dixit. *Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.* Quod ex Hebræo sic vertit *Fœlix. Inclinabit se, & suplex curuabitur, humilemquè se ostendet, vt fortius dominetur in pauperes.* Et Chaldaica paraphrasis sic ait: *Simulat aegritudinem & debilitatem, caditquè in fortitudine insidiarum eius pauper.*

Simulata enim hæc humilitas duplex superbia est. Vndè Bernard. serm. 16. in Cant. dicit. *Sed est confessio eo periculosius noxia, quò subtilius vana, cum ipsa etiam in honesta & turpia de nobis detegere non veremur, non quia humiles sumus, sed vt esse putemur. Appetere autem de humilitate laudem, humilitatis est non virtus, sed subuersio. Verus humilis vili vult reputari, non humilis prædicari. Gaudet contemptu sui hoc solo sane superbus quò laudes contemnit. Quid peruersius. Quid indignius quam vt humilitatis custos cõfessio superbiæ militet, & indè vellis videri melior, vndè videris deterior? Mirabile inæstantia genus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus.*

*Talis confessio speciem habens humilitatis non virtutem, non solum veniam nõ meretur, sed & prouocat iram. Nūquid profuit Saul quòd se ad increpationem Samuelis peccasse confessus est? Culpabilis proculdubio fuit illa confessio, quæ culpam non diluit. Quomodo enim humilem contemneret confessionem, humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam certè ingenitum est? Omnino non poterat non placari, si quæ in ore sonuit, in corde radiasset humilitas. Tales similes sunt venatoribus, qui prædã videntes aliò diuertunt, & cum nihil in votis habeant nisi illam capere, simulant se non videre, & in contrarium tendere fingunt. Quod si dicas quò tendis? prædam vides, & fugis? reuertere. Respõdebit. Simulatus hic recessus est, vt securius accedere possim, & certius capere. Sic homines isti honores querunt, dignitates ambiunt, & fingunt fugere: illas recusant, negant se vel le, vt isto modo melius & securius consequantur. Simulata sanè humilitas hæc est, & intollerabilis superbia. Non sic iusti & verè humiles faciunt, sed ex toto corde negat, & quod ore proferunt vultu, gestu, manibus, oculis, & toto corpore cõfirmant. Talesquè ab alijs volunt iudicari, quales se ipsos iudicant & confitentur, quæ vera est humilitas. De qua Bernard. serm. 42. in Cãt. ait. *Est humilitas quam nobis veritas parit & non habet calorem: & est humilitas quam charitas format, & inflamat: atque hæc quidem in affectu, illa in cognitione consistit: etenim tu si te ipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, ac sine paluatione diiudices, non dubito quin humilie**

Simile.

Psalm.

Fœlix.

Chaldaic.

Bernard.

Simile.

Vere humilis desiderat talis haberi qualis ipse est.

Bernard.

ris, & in oculis tuis factus vilior tibi ex hac vera cognitione, quāvis nedum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum: quod si sicut veritatis splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses; voluisses proculdubio quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiā, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis: nec est idem hominem de se ipso altum sapere veritatis lumine redargutum, & humilibus sponte consentire munere charitatis adiutum. Confirmatque exemplo Christi, Qui, vt haberetur ad Philip. 2. exinanivit semet ipsum formam serui accipiens. Vbi dicit Bernardus quod ipse se exinanivit, ipse se humiliavit non ex necessitate iudicij, sed ex charitate nostra. Voluntate enim se humiliavit, non quia defectum aut causam humiliandi se haberet, qui non rapinam arbitratus est se esse aequalem Deo. Ideo nos ad sui imitationem excitans, & ad veram humilitatem exhortans Matth. 11. ait. Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Vbi Bernardus ait. Corde dixit cordis affectu, id est, voluntate. Itaque necessitatem exclusit, qui voluntatē confessus est. Non enim sicuti ego aut tu invenimus nos in veritate dignos dedecore & contemptu, dignos omni extremitate & inferioritate, dignos etiā supplicijs, dignos plagis: nō, inquam, ita & ille: quē tamen omnia expertus est, quia voluit tanquam humilis corde, humilis videlicet illa humilitate, quā cordis sua sit affectio, non quam extorsit discussio veritatis. Hanc humilitatem agnoscimus in Ioanne, qui (licet magnus esset, & multa haberet ob quā honorari posset) voluit solidē subsistere in se humilis corde. Ideoque oblata Messiae dignitate constanter

& clarē confitetur, se nō solum nō esse Christum, sed indignum qui eius corrigiam calceamenti soluat. Hoc etiam in Moyse videre licet, quem Dominus Exodi 3. elegit & nominavit in ducem populi sui, & vt mitteret eum ad Pharaonem, vt dimitteret populum Israel. Ipse autem non semel oblatum munus recusavit, sed iterum atque iterum, adeoque instanter, vt Dominus cōtra eum fuerit indignatus. Et quia cōsideratione digna sunt verba textus illa proponam, quæ sic habent. Dixit Dominus ad Moysen: clamor filiorum Israel venit ad me, vidique afflictionem eorum qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni mittam te ad Pharaonem: vt educas populum meum filios Israel de Aegypto. Dixitque Moyses ad Deum. Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto? Qui dixit ei. Ego ero tecum: & hoc habebis signum quod miserim te. Cum eduixeris populum meum de Aegypto imolabis Deo super montem istum. Cūque residuo capitis tertij & principio quarti signa in virga, quam manu tenebat, & in propria Moyse manu fecisset, ait Moyses. Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudius tertius: & ex quo loquutus es ad seruum tuum impeditioris & tardioris lingua sum. Vide impedimenta, quæ opponit, vt se excuset. Cui Dominus ait. Quis fecit os hominis? Aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & cacum? Nonne ego? Ferge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboque te quid loquaris. Quibus Moyses respondet. Obsecro Domine mitte quem missurus es. Vnde inquit textus. Iratus Dominus in Moysen ait: Aaron frater tuus leuites

Exod.

Exod.

erit

Philip.

Matth.

Cur Moyses
recusat offi-
cium alij vero
sancti se vl-
tro offerunt.
Esaï.

Gregor.

Hiere.

erit tibi pro ore. Tandemquē Moy-
sem, qui non ex contentione, sed ex
vera humilitate adeò recusabat
munus acceptare, obtēperat Deo.
Vbi statim se offert aduertenti du-
bitatio consideratione digna, quo-
modo Moyses, qui iustus erat, offic-
cium a Deo oblatum adeò instan-
ter recuset, & alij etiam iusti vltro
se Domino offerant ad similia mi-
nisteria exequēda? vt Esaïas cap. 6.
dicenti Domino, *Quem mittam, &
quis ibit nobis?* Se offerens respōdet.
Ecce ego mitte me? Hanc difficultatē
mouet Gregorius: & eleganter vt
solet reloluit prima parte Curæ pa-
storialis cap. 7. dicens. Quòd non un-
quam prædicationis officium & nõ
nulli laudabiliter appetunt, & ad
hoc nonnulli laudabiliter coacti
pertrahuntur. Quod liquidò cognof-
cimus, si duorum prophetarum fa-
ctā pensamus: quorum vnus vt ad
prædicandum mitti debuisset spon-
te se præbuit: quo tamen alter per-
gere cum pauore recusauit. Esaïas
quippe Domino quærenti quē mit-
teret, vltro se obtulit dicens: *Ecce
ego, mitte me.* Hieremias autem mit-
titur, & tamen ne mitti debeat hu-
militer reluctatur dicens: *A, d, a, Do-
mine Deus: ecce nescio loqui; quia puer
ego sum. En ab vtrisque* (dicit Grego-
rius) *exterius diuersa vox prodijt: sed
non à diuerso fonte dilectionis emana-
uit. Duo quippè sunt præcepta charita-
tis, Dei videlicet amor & proximi. Per
actiuam igitur vitam prodesse proximis
cupiens Esaïas officium prædicationis
appetit: per contemplatiuam verò Hie-
remias amori conditoris sedulo in here-
re desiderans, ne mitti ad prædicandum
debeat, contradicit. Quod ergò laudabi-*

*liter alter apertè, hoc laudabiliter al-
ter expauit. Iste ne tacitæ contempla-
tionis lucra loquendo perderet, ille ne
damna studiosi operis tacendo sentiret.
Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuen-
dum: quia & is qui recusauit plenè non
restitit, & is qui mitti voluit ante per al-
taris calculum se purgatum vidit: ne aut
non purgatus adire quisquè ministeria
sacra audeat, aut quem superna gratia
eligit, sub humilitatis specie superbè con-
tradicat. Quia igitur valdè difficile est
purgatū se quemlibet posse cognoscere;
prædicationis officium tutius declina-
tur: nec samè declinari, vt diximus, per-
tinaciter debet, cum ad suscipiendum hoc
superna voluntas agnoscitur. Moyses
vtrumq; miro opere expleuit, qui
præesse tantæ multitudini & no-
luit & obediuit. Superbus enim for-
tasse esset, si ducatum plebis in hu-
meris sine trepidatione susciperet:
& rursus superbus existeret, si au-
thoris imperio obedire recusaret.
Vtrobiquè ergo humilis, vtrobiq;
subiectus, & præesse populis semet
ipsum metiendo noluit, & tamen
de imperantis viribus præsumendo
consentit. Ecce quomodò ex vera
& profunda humilitate sancti & iu-
sti & recusent oblata munera, & se
indignos iudicent: pariterquè ex
humilitate Dei voluntati subijciā-
tur & pareant, ne suæ videantur as-
sertores. Saul etiam (quando erat
sicut puer vnus anni & verè humi-
lis, & in regē eligeretur. 1. Reg. 9.)
dicenti Samueli, (Et cuius erant opti-
ma queque Israel, nonne tibi & omni
domui patris tui?) Respondit. *Nūquid
non filius gemini ego sum de minima
tribu Israel, & cognatio mea nouissima
inter omnes familias de tribu Bēiamin?**

Reg.

Reg. *Quare ergo loquutus es mihi sermonem istum? Quæ confessio ex vera humilitate & ex toto corde processit, ut constat ex eo quod 1. Reg. 15. Samuel Sauli dixit. Nonne cum paruulus esses in oculis tuis caput in tribus Israel factus es? Saul igitur omnia sibi magna esse reputat, seq; omnibus indignum ex corde iudicat, cum dixit. Nunquid non filius gemi, &c. Vera humilitas non solum in ore, sed & in corde consistit: & quo maiora de se cognoscit, eo minora de se prædicat & sentit. Quod Bernard. sermo. 13. in Cantic. egregiè expressit inquiring. Magna & rara virtus profecto est, ut magna licet operantem, magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem. Mirabilem te apparere, & contemptibilem reputare: hoc ego ipsis virtutibus mirabilius indico. Fidelis re vera famulus es, si de multa gloria Domini tui, & si non exeunte ex te, tamen transeunte per te, nihil tuis manibus adherere contingat. Tunc iuxta Prophetam Esaiam. cap. 35. Projicis auaritiam ex calumnia, & excutis manus tuas ab omni munere. Tunc iuxta mādātum Domini Matth. 5. Lux tua lucet coram hominibus. ad glorificandum non te, sed Patrem tuum qui in caelis est. Et Gregor. 21. Moral. cap. 5. sic ait. Sed si vere electi sunt, ab eo in quo sibi placent, mentis oculos diuertūt, omnem in se de peccatis bonis letitiam deprimunt: & de his quæ se minùs egisse intelligunt, tristitiam requirunt, indignos se estimant, & penè soli bona sua non vident, quæ in se videnda omnibus ad exemplum præbent. Hinc est quod Paulus dum expleta in se bona postponeret, & solum adhuc reliqua quæ essent explenda cogitaret, dixit ad Philip.*

Vera humilitas non solum in ore sed & in corde consistit. Bernard.

Esai.

Matth.

Grego.

Philip.

penes. 3. Ego me non arbitror apprehendisse. Hinc est quod ut posset se de bonis quæ agebat humiliare, studebat ad animum præterita mala reducere dicēs: qui prius fui blasphemus, & persecutor & contumeliosus.

Hæc verè humilitatis forma est, quam mundani nec agnoscunt: imò toto corde omnibus viribus dignitates quærunt & oblatas vtraquè manu amplectuntur: sibi què videntur multò maiora promereri oculos conijciantes in illa quæ alicuius præcij in se ipsis reperiunt. De quibus Grego. 1. par. Cursu pastor. cap. 7. dicit. Hinc ergo quiq; præcipientes colligant cum quanta culpa ex appetitu proprio cæteris præferri non metuant, si sancti viri plebium ducatum suscipere Deo etià iubente timuerūt. Moyses suadete Domino trepidat: & infirmus quisquè, ut honoris onus suscipiat, anhelat, & qui ad casum valde urgetur ex proprijs humerū libenter opprimendum, ponderibus submittit alienis: quæ egit ferre non valet, & auget quæ portet. Non intelligunt huiusmodi homines Dei conditionem, qui ut habetur Psalm. 137. Humilia respicit, & alta à se cognoscit. Et qui Matth. 11. se humilitatis exemplum omnibus proposuit dicens: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.

Grego.

Psalm.

Matth.

XIII. CONSIDERATIO.

Quòd vera humilitas grauiùs ferat honore quàm cõtumelia affici, & qualiter honores recusandi sint.

Confessus est & non, &c.

SA T I S aperte distinctè, & clare Ioannes negat se esse Christum,

stum, & assentatoribus respondet semel & iterum quod offerunt recusando, & instanter negat quod illi de eo credere fingunt. In quo satis manifestè, vt sæpè iam diximus, Ioannis profunda, vera, & ex toto corde humilitas demonstratur, qui non fictè, non remissè adulantibus respondet, sed distinctè confitetur se non esse Christum, tantaquè instantia, tanto affectu, vt circumstantes in admirationem raperet, & nuntios ipsos deterreret, & attonitos redderet. Istū enim affectū adeò eximium, hos motus adeò extra ordinarios, quos Ioannes toto corpore fecisse credendus est quando legationem hanc audiuit, declarat Euangelista dicens. *Confessus est, & non negauit, confessus est, &c.* Videor mihi videre Ioannem iratum, indignatione maxima correptum, & quasi cælum manibus præripientē, & præ dolore & tristitia animam efflantem, & quòd si posset & illi licitum foret, oculos nuntijs eruisset: audio vociferantem & dicentem. *Quæ hæc vestra dementia est? Quæ hæc insania? Quid in me vidistis, vt tale de me cogitare poteretis? Non sum ego, non sum ego, non sum ego Christus: sed tanto illo inferior, vt dignus non sim soluere carrigiam calceamenti eius.* Hoc significant verba ista identidem repetita. *Confessus est, & non negauit, confessus est: quia non sum ego Christus.*

Ioannis profundissima humilitas apparet.

Maiori iniuria se Ioannes affectum hac legatione à Leuitis & Sacerdotibus reputauit, quam si publice verberibus, opprobrijs & maledictis impeteretur. Vt hinc dicas non solum qualiter respondere

debeas assentatoribus & adulatoribus, & dignitates recusare non frigide (vt consideratione præcedenti diximus) & quali humilitate præditus esse debeas, quamquè Deus in suis seruis requirat. Quibus grauius & molestius multò est honore affici & laudari, quam si iniurijs & maledictis impetantur: qui se tunc vere ledi existimant, cum laudantur & honorantur. Et rationabiliter quidem id credunt: quoniam in adulatorū verba, licet suauia sint, sagittæ acutissimæ sunt, quæ animam transfigunt. De quibus Prouer. 18. dicitur. *Verba bilinguis quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsquè ad interiora ventris.* Bilinguem adulatorem vocat: quia duplici lingua vitur, dum aliud corde aliud ore profert. De quibus Gregorius. 31. Moral. cap. 12. exponēs illud Prouerb. 30. *Regem locustæ non habet, &c.* dicit, quòd locustæ vocabulo lingua adularis exprimitur: quod exhibitæ cælitus Egyptiæ plagæ testantur. Quæ exigentibus meritis corporaliter semel illatæ sunt, sed quæ mala prauas mentes quotidie feriāt spiritaliter signauerunt. Scriptum namq; est Exodi. 10. *Ventus vrens leuabit locustas, quæ ascendent super vniuersam terram Egypti: operueruntquè vniuersam faciem terræ vastantes omnia, deuorata est igitur herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit.* His enim Egyptus plagis affecta est, in quibus exteriori percussione commota dolensquè perpenderet, quæ deuastationis darina interiùs negligens tolleraret, & concludit Gregor. *Quid autem per significationem locustæ prætendunt, quæ plusquam cetera minima quæq;*

Iusti se magis ledi putant cum laudentur quam cum vituperantur

Prouer.

Adulator duplici lingua vitur. Grego.

Exod.

ma quæquæ animantia humanis frugibus nocent: nisi linguas adulantium, quæ terrenorum hominum menses, si quando bona aliqua proferre conspiciunt, hæc immoderatus laudando corrumpunt. Fructus quippe est operatio, quam locustæ exterminant, dum adulantes lingua appetendas laudes transitorias cor operantis inclinant. Herbam verò locusta comedunt, quando adultores verba loquentium favoribus extollunt: Poma quoque arborum deuorant, quando vanis laudibus quorundam iam quasi fortium opera enervant. Et Hom. II. in Ezechielem exponens illud Psalmi 69. *Auertantur statim exabescentes*, inquit idem Gregorius. *Adulatio si ad tempus patienter suscipitur, augetur: & paulisper demulcet animum, ut in rigore suæ rectitudinis mollescat indelectatione sermonis.*

Asperius tractandi adultores quàm contumeliosi. Chrysost.

Vnde nullo modo tolleranda est adulatio, magisque vitandi sunt & asperius tractandi adultores (vt dicit Chrysost. Hom. 89. in Matth.) quam contumeliosi. Quod intelligens Imperator Augustus cuidam se multum laudanti & adulanti alampam impexit. Cumq; diceret ille. *Cur me percitis Imperator?* Respondeisse fertur. *Quid tu me mordes?* Et Ladislaus Poloniæ Rex, vt referunt graues authores, adulates sibi colaphizabat: rogatusque cur id faceret dixit. *Quia percutientes me repercutio.* Id docere volens Christus, (qui vere humilis erat & mitis corde,) cum maledicentes sustinisset, vocantibus eum Samaritanum & dæmoniacum Ioannis & patienter respondisset, *Ego dæmonium non habeo*, & alibi sæpe adulantibus & dicentibus Matth. 9. *Magister volu-*

mus à te signum videre, asperè respondet. *Generatio praua & adultera*, Matt. 9. Et Matth. 21. dicentibus: *Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces*: respondet. *Quid mentaris hypocrita?* Verè igitur humilis constanter respondet adulantibus: & se honore indignum profiteatur, oblatamque dignitatem vocibus, manibus, & vultu detestatur, vt Ioannem fecisse videmus. Vera namque humilitas non solùm in corde esse debet, sed etiam in exterioribus splendere: vt *omnis gloria filii Regis quæ ab intus est*, vt dicitur Psalm. 44. sit etiam foris *in sumpribus aureis*, circumamicta varietate. Psalm.

XIII. CONSIDERATIO.

Non esse gloriandum de scientia virtute & alijs: sed pro omnibus gratias Deo esse agendas, a quo vniuersa bona proueniunt: & quod bonorum non Domini, sed dispensatores sumus.

Non sum ego Christus, &c.

CIRCA ISTAM & sequentes interrogaciones aduerte, quod Ioannes tribus interrogationibus propositis a Leuitis & Sacerdotibus respondens tria de se negauit. Primum excellentiam dignitatis & potestatis eum dicit *Non sum ego Christus*: Sequadam magnitudinem virtutis & sanctitatis dicens: *Non sum Elias*: Tertium excellentiam sapientiae & illuminationis, cum ait.

Non

Non est gloriandum de bonis que a Deo accepimus.

Iacob.

Hiere.

Psal.

Non sum Propheta. Ut doceat non esse hominibus gloriandum in dignitate, virtute, aut sapientia: sed pro omnibus gratias esse Deo reddendas, cui soli honor & gloria debetur. Neque enim equum est de alienis bonis gloriari, sed illi gloria referenda est a quo accepta creduntur. Cum ergo omne bonum a Deo sit, non est cur homines gloriantur & superbiant. Omne datum optimum dicit Iacobus sua Canonica cap. 1. & omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Hinc Hieremias. 9. Dominus dicit: Non gloriatur sapiens in sapientia sua, & non gloriatur fortis in fortitudine sua, & non gloriatur dives in divitijs suis: sed in hoc gloriatur qui gloriatur scire & nosse me: quia ego sum Dominus qui facio misericordiam, & iudicium, & iustitiam in terra. Hoc cognoscens David, & Dei beneficia & misericordias quibus ditatus fuerat Psal. 130. dicit: Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei: Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam. Sicut ablatum est super matre sua, ita retributio in anima mea.

Totus hic Psalmus positus est in explicandis Dei laudibus pro beneficijs quæ David de manu Domini recepisse cognoscit: vnde suam agnoscens miseriam & Dei misericordiam commendans se humiliat, & dicit. Domine non est exaltatum, &c. Ac si dicat. Domine Deus tu qui inspector es cordium vides humilitatem cordis mei. Quoniam ob tanta beneficia & tot misericordias spiritus meus in me non est elatus nec in flatus. Nec solum animus humi-

lilitatem seruavit, sed & oculis id ostendi: non enim oculorum elatione superbiam aut ambitionem demonsttraui, neque sublimis fui in oculis meis, ut mihi placens de me aliquid magnum sentire, aut alta saperem: sed humilis permansi in consideratione magnitudinis tuæ, & abiectiois meæ. Vnde processit quod neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus super me. Id est, non me ipsum extendi ad ea quæ me maiora erant, nec plus sapere volui quam oportet mirabilia, (quæ meam facultatem excedunt) scrutans. Si non humiliter sentiebam de me: sed magis exaltaui animam meam, ac superuiui in corde meo, non tibi, sed mihi dās gloriam, (cum è contrario non nobis debeatur, sed tibi:) si videbar mihi esse aliquid, & aliter quam in te gloriabar. Suspensa remanet ista sententia. Ideo aliqui existimant coniungendam esse cum versu sequenti, ut ex utroque vna sententia compleatur, & versus (Sicut ablatum est,) sit in præcatio poenæ pro delicto. Sed dura videtur expositio, præcipue cum nostra vulgata diuisim legat hos duos versus. Ideo, ut diximus, suspensa est oratio, & aliquid supplendum, scilicet, *Hæc mihi facias & hæc addas*, ut commune est in scriptura. Illud præterea sciendum est, quod particula, *Si*, frequenter solet in scriptura summi ut sit nota & signum iuramenti. Et aliquando quidem iuramentum completum est, aliquando incompletum, Psalmo 88. *Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar*, Id est, utique & certe David non mentiar. Et Psalmo 94. *Quibus iuravi in ira mea, si introibunt*

Si, nota iuramenti, & vehementer in facit affirmationem vel negationem. Psal.

Psal.

in re-

in requiem meam. Et Psalm. 95. frequenter ponitur particula, *Si, Si introiero, si ascendero, si dedero somnum oculis meis.* Et vniuersæ istæ loquutiones, & aliæ confimiles, licet sine negatione sînt, ratione supplementi equiualent vehementi negationi, & ita explicandæ sunt. E contrario cum per negationem fiunt confimiles loquutiones valere solent vehementem affirmationem, vt Psalm. 136. *Si non proposuero Hierusalem in principio letitiæ meæ, id est, vtiquè proponam.* Cum ergo in nostro hoc versiculo partim negatione vtatur Propheta dicens: *Si non humiliter sentiebam: partim affirmatione inquiring, sed exaltaui animam meam:* oportet totum istum versum ratione supplementi modo contrario exponi, negationem affirmatiuè, affirmationem negatiuè. Ita vt sensus sit. Vtiquè te teste Deus meus humiliter ego sentiebam de me: & animam meam non exaltaui coram te: sed *Sicut ab lactatus est super matre sua, Hoc est quemadmodum filius paruulus qui matris lacte primum, ac deinde alimento extraneo matris tamen semper cura est educatus, erga matrè suam se habet, omne corporis robur illi acceptum referens & confitens omnem suam perfectionem à matre accepisse, & illi gratias agens: Ita retributio gratiarum actionis in anima mea, quæ omne bonum nõ solum corporis, sed etiam spiritus tibi acceptum refert. Et sicur ingratisimus existeret & omni punitione dignus, qui matris suæ obliuisceretur: ita ingratisimus ego forem, si tibi debitam gloriam mihi assumerem.*

Vndè Paulus ad humilem agnitionem homines exortans. 1. Corinth. 4. dicit. *Quid habes quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis, honorem Deo debitum tibi attribuens? Quem locum* Theodor. *Bona quæ habes aliena* Theodor. *versans Theodoretus ait: Nemo de alienis depositis se venditat, aut propterea pluris se aestimat: sed vigilat vt ea salua custodiat ei, qui sibi tradidit custodienda. Bona cuncta Dei sunt nobis tradita, non vt propria sint, nec solum vt custodiantur: sed vt in illis negociemur. Vndè non solum custodienda sunt integra illi qui dedit, sed & lucrum ex eis referre debemus: ne nobis contingat quod seruo illi, qui acceptum talentum in terra abscondit Matth. 25. Et Chrysostr. Hom. 12. in priorem Epistolam ad Corinthios istum locum amplissimè tractat sic. Quis est qui te discernit? Omnem gloriandi occasionem excludit non solum à subditis, sed etiam à principibus & potentibus, in quibus maior videbatur esse occasio gloriandi: cum abundantiora habeant bona dicens: *Quis enim te discernit? id est, laude dignum iudicat? Vndè constat te dignum esse qui lauderis? iudicatum est, inquisitio præcessit, & probatio & quæstio diligens? Non tamen id dicere posses. Quod si homines iudicant, non rectum est eorum iudiciũ. Sed esto, sis laudandus, & certè habeas gratiam, & hominum iudicium nõ corrumpatur: sed neq; sic oportet superbia efferri, quippe qui non ex te habes, sed à Deo accepisti. Quid igitur tibi simuladum est quod nõ habes? Sed & tu hoc habes, & alij tecũ. Igitur quod accepisti habes, neq; hoc tantum & illud, sed quid-* quid*

quid habes. Non enim merita tua hæc sunt, sed Dei gratia. Quamuis fidem adducas, à vocatione eam accepisti: quamuis peccatorum veniam adducas, quamuis gratias, quamuis doctrinæ sermonem, quamuis virtutes, omnia inde tibi prouenerunt. Quid igitur habes queso, quod non acceptum habeas? Num ipse per te recte operatus es? Non sane, sed accepisti, & idcirco magni te facis? Propterea cohibearis oportet: non enim tuum id munus est, sed largientis. Nam si accepisti, ab illo accepisti: si ab illo, non tuum accepisti: si non tuum, quid insolescis, ac si tuum habeas? Quare subdit, *Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

Dispensato-
res sumus nō
Domini bono-
rum.
Corint.

Dispensatores igitur bonorum sumus non Domini: idcirco fideles in dispensatione inueniri curemus. Quod Paulus superius. i. Corin. 4. in magistrorum persona (quibus commissa est bonorum spiritualium administratio) admonuerat dicēs. *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores misteriorum Dei. Hic iam queritur inter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur.* Quem locū exponens Chrysostomus Hom. 10. inquit. *ut fidelis quis inueniatur, hoc est, ut res domini sibi vendat, ne ut tantquam dominus sibi usurpet, sed tanquam dispensator distribuat. Dispensatoris enim est, que suæ fidei commissa sunt, ea fideliter dispensare, non res domini suas facere, sed contra suas domini. Vnusquisquē (qui hæc intelligit, qui rationem habet, qui pecunias possidet, tanquam sibi domini diuitiæ creditæ sint, & non suæ) eas apud se non retineat, neque sibi vendicet, sed datori Deo omnia tribuat. Vis*

Chrysost.

dispensatores fideles intueri? Audi quid dicat Petrus Actuum. 3. sano infirmo qui ad speciosam templi portam sedebat. *Quid admiramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus huc ambulare?* Et Actuum. 10. Cornelio: *Et nos quemadmodum & tu homines sumus.* Et Paulus (cum dixisset. i. Corint. 15. se maximè omnium laborasse) subdidit: *Nō ego, sed gratia Dei, quæ est in me.* Et i. Corint. 4. ad hos sermonem dirigens. *Quid autem habes, inquit, quod non accepisti?* Nihil enim habes tuum, non diuitias, nō rationem, non animam ipsam, quippe quæ Domini est. Undè Paulus ad Philipp. 2. dicit. *Quod Deus operatur in nobis & velle, & perficere:* & Esai. cap. 25. dicit. *Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine.* Quare non est cur homo de istis gloriatur. Hoc elegantissimè similitudine declarat Esaias cap. 10. inquit. *Nam quid gloriabitur securus contra eum qui secatur in ea, aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? Quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se, & exaltetur baculus qui utique lignum est.* Ita omnis homo, qui sibi bona quæ à Deo accepit attribuit, & in eis gloriatur, maximam Deo iniuriam irrogat sibi assumens quod Deo debetur. In quo angelorum peccatum positum fuit, ut declarat sanctus Thomas i. p. q. 63. art. 2. Quam hoc peruersum sit, quamque detestabile apud Deum declarat Iob. cap. 31. dicens. *Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentem clare, & letatum est in abscondito cor meum: & osculatus sum manum meam ore meo: quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum:*

Actuum.

Actuum.

Corint.

Philipp.

Esai.

Qui de bonis
gloriatur ac-
ceptis maxi-
mam Deo ir-
rogat iniuriã
Esai.

In quo ange-
lorum pecca-
tum positum
fuit.

S. Thom.

Iob.

Quæ detestã-
bile est glo-
riam Deo de-
bitã sibi assu-
mere.

simus:

Sole & Luna
quid signifi-
cant.

simum. Per solem opera bona signifi-
ficari dicunt interpretes, quæ corā
omnibus lucent: & per Lunam bo-
nam famam & laudabilem opinio-
nem. Quibus possunt etiam intelli-
gi omnia bona tam corporalia quā
spiritualia, & tam naturalia quā
supernaturalia. De quibus (isto mo-
do dicendi testatur Iob) se nunquā
gloriatum fuisse: sed cuncta Deo, a
quo accepta credebat, retulisse, eiq;
pro omnibus gratias egisse. Insu-
per affirmat nunquam sibi in operi-
bus suis complacuisse dicens. *Si os-
culatus sum manum meam.* Per oscu-
lū complacētia significatur, per ma-
nū verò opera intelliguntur. Vnde
sicut amorem, delectationem, &
complacentiam, quam erga aliquē
habemus, osculo demonstrare sole-
mus: ita qui in suis operibus sibi cō-
placet, & ea sibi & nō Deo tribuit,
opera sua dicitur osculari. Quod
Gregorius. 22. Moral. cap. 5. tractās
ait. *Manum ergo suam osculatur ore suo
qui laudat quod facit, & testimonio pro-
pria loquutionis sibi virtutem tribuit ope-
ris. Qua in re quis despicitur, nisi is qui
ipsa operandi munera largitur? Vnde be-
ne per egregium prædicatorem dicitur:
quid autem habes quod non accepisti? Si
autem accepisti, quid gloriaris quasi non
acceperis? Et prosequitur dicens:
quod sancti viri sciunt post primi
parentis lapsum de corruptibili
stirpe se editos, & non virtute pro-
pria, sed præueniente superna gratia
ad meliora se vota vel opera com-
mutatos: & quidquid sibi mali in
esse cognoscunt, de mortali propa-
gine sentiūt meritum: quidquid ve-
rò in se boni inspiciunt immortalis
gratiæ cognoscūt donum: eiquē de*

Pede osculū
complacētia
significatur.

Grego.

accepto munere debitores sūt, qui
& præueniendo dedit eis bonū vel-
le quod nolluerant, & subsequendo
cōcessit bonum posse quod volūt.
Vndē bene per Ioannē dicitur Apo-
calypsis. 4. *Adorauerunt viuentem in
secula seculorum mittētes coronas suas
ante thronum Domini. Coronas namq;
suas (inquit Gregor.) ante thronum
Domini mittere est, certaminum suorū
victorias non sibi tribuere, sed authori:
vt ad illum referāt gloriam laudis, à quo
se sciunt vires accepisse certaminis. Bea-
tus ergo Iob quia sic bona quæ operatus
est nouerat, vt tamen hæc suæ operatio-
ni non tribuat, sed ad authoris laudem
recurrat, manum suam, ore suo osculatū
fuisse se denegat. Ac si patenter dicat:
ego mea opera tanquam mea non profe-
ro. Quia authoris sui gratiam negare cō-
uincitur, quisquis sibi tribuit quod opera-
tur. Vnde protinus grauitatem cri-
minis istius declarans subdit, quæ est
iniquitas maxima, & negatio contra
Deum altissimum. Vbi Gregorius di-
cit. *Liquet etenim, quia illum negat, cu-
ius despecta gratia sibi vires boni operis
arrogat. Quod recte quoq; iniquitas ma-
xima vocatur: quoniam omne peccatum
quod ex infirmitate est spem nequaquā
perdit, quia à superno iudice veniam re-
quirit: præsumptio autē virtutis propria,
tanto grauius in desperatione est, quan-
to longius ab humilitate, cumquē vires
sibi tribuit operis, ad adiutorium non re-
currit authoris: fitquē vt eo grauius pec-
cator pereat, quo & ipsum hoc, quia est
peccator, ignorat.**

Apoça.

Grego.
Præsumptio
iniquitas ma-
xima.

Deus namquē cum vniuersa ho-
minibus tradiderit, duo sibi tantū-
modo reseruauit, scilicet, vindictam
& gloriam. De primo ait Deutero-
nomij. 32. *Mea est vltio, & ego retribuā*

Deus sibi duo
solum reser-
uauit vindi-
ctam & gla-
riam.

Deute.

eis

eis in tempore. Et Ecclesiastici. 28. Qui vindicari vult, a Domino inueniet vindictam. Et Paulus ad Romanos. 12. ait: Date locum iræ: scriptum est enim Psalm. 93. Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus. De secundo autem dicit Dominus per Esaiam cap. 42. & 48. Gloriam meam alteri non dabo. Et Dauid 1. Paralypomenom. 29. dicit. Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria: Ideoque Rex gloria. Psalm. 23. vocatur. Unde qui gloriam sibi suorum operum attribuit, quantum in se est, Deum negat: vt diximus: seq; Deū iactat; dum se suorum bonorum authorem prædicat. Quod Ioseph, Genes. 39. mulieri Putifar dixit se a crimine perpetrando excusans: Ecce inquit, Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ vxor eius es. Quomodo ergo possum hæc malum facere, & peccare in dominum meum? Quasi dicat, quomodo ei ingratus esse poterō, & tam grande facinus perpetrare, vt vxorem, quam sibi reseruauit, aggrediar? Vxor gloria est viri, vt dicit Paulus. 1. Corint. 7. quam sibi solam Deus ex omnibus reseruauit. Quare hoc mente voluat, & attente consideret Christianus, cū se gloriandi occasio obtulerit. Quid habeo quod non accepi? Vtique nihil. Quid sibi Deus ex omnibus reseruauit? Solam gloriam. Quomodo igitur qui tot tātaquæ beneficia accepi, non solum ingratus, sed & infidelis ei esse poterō? Certè furti reus, imò negationis Dei, quæ est iniquitas maxima, iuste talia aggrediens conuincat.

Hoc elegantissimè tractat Bernardus Sermone. 13. Bernardi super Cantica, qui totus de hac materia tractat, inquit. Ioseph cum de mū & omnia bona Egypti dānam sibi sibi credita seiret, dominam non ignorauit exceptam; & ob hoc non acquieuit contingere, vt ex textu patet. Adulterem nouerat gloriam esse viri, & iniquū sibi iudicauit nec contraria in gloriam facere, qui se fecerat gloriosum. Aduertit homo Dei sapientia prudens, Virum vxorem fortiter tanquam propriam zelare gloriam, sibi quæ ipsi retinuisse seruandam, non alij credidisse, & manum ad non concessum extendere non præsumpsit. Quid ergo? Homo zelat gloria suam, & Deum audet velle fraudare de sua, quasi non zelantem? Sed audi quid dicat. Gloriam meam alteri non dabo. Quid ergo dabis nobis Domine, quid dabis nobis? Pacem, inquit, do vobis, pacē relinquo vobis. Sufficit mihi. Gratanter suscipio quod relinquis, & relinquo quod retines. Sic placet, sic mea interesse non dubito. Abiuro gloriam prorsus, ne forte si vsurpauero non concessum, perdam merito & oblatum. Pacem volo, pacem desidero, & nihil amplius. Cantus sum, nec ingratus beneficio data pacis, nec sacrilegus inuasor gloria tuæ. Tibi Domine, tibi gloria tua maneat illibata, mecum bene agitur si pacem habebero.

Ad eò detestabile est sibi gloriā summere, vt inter omnia vitia hoc statim & vt aiunt numerata pecunia Deus viciscatur. Moyses Numeri. 26. quia nō dedit gloriā Deo coram populo ad aquas contradictionis, grauitèr punitus est, ne terram promissionis intraret. Sanson Iudic. 15. quia de victoria quam in mandibulla asini adeptus est sibi

vsurpationē gloriæ suæ Deus statim punit. N. m.

Iudic.

placuit, ut ex textu colligi videtur, sibi statim peribat. Nabuchodonosor quia de potentia regni sui gloriabatur. Danic. 4. cum bestiis eiectus est. Herodes, quia gloria Dei sibi usurpare præsumpsit. Actu. 12. grauius punitus est. Hoc intelligēs Ioab, (quo fidelis anima significatur.) 2. Reg. 12. expugnata vrbe rhabath misit & vocauit David, vt ipse primus vrbe[m] ingrederetur, & victoriae gloriam reportaret ostendens: quòd ex nostris victorijs, certaminibus, laboribus, & operibus, gloria Deo referuanda est, & tribuēda. Hinc Paul. 1. ad Timo. 1. dicit. *Soli Deo honor & gloria.* Et Angeli nato Domino Luc. 2. canunt. *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus.* Quasi dicant. Facti huius & omnium aliorum pax & utilitas hominibus conceditur: gloria verò soli Deo referuatur: quam sicut dilectā sibi vxorem Deus referuauit, quam tangere nefas est & piaculum maximum. Quod etiā Ioannes ostendit nihil sibi tribuendo sed ei, à quo accepta omnia bona cognoscebat.

XV. CONSIDERATIO.

Quanta sit diuersitas bonorum & malorum, & qua curiositate mali bonorum facta inquirant: iusti verò qua mansuetudine in omnibus procedant: & quòd simplicitas columbæ & prudentia serpentis necessaria sit.

Non sum ego Christus, &c.

HIS tam varijs tantis què diuersis interrogacionibus, quas lagati isti faciunt quærentes, an Ioānes sit Christus, Elias, & Propheta? & tandem quis sit & vt respondere possint ijs qui misserunt eos: & ex instantia qua inquirunt, & affectu quo interrogant, modo adulantes & blandientes: *Tu quis es?* Modo indignantes, *Quid dicis de te ipso?* modo obiurgātes. *Quare ergo baptizas?* Et ex modestia qua Ioannes omnibus respōdet blandè, mansuetè, & patienter seipsum humilians & Christum exaltans: duo satis inter se contraria cognoscere possumus.

Primum, quæ sit malorum conditio, qua instantia & sollicitudine iusti vitam, mores, facta, & sermones scrutentur, vt si in aliquo vel minimo occasionem inuenerint, illum aut ad suam malitiam trahāt, aut perdant. Mirabile est qua diligentia non solum inquirunt, testes examinant, sed & quas quanq; varias quæstiones proponunt, & modò hac modò illa via interrogant: vt saltim in sermone eum capere possint. Quod cum Christo Scribas & Phariseos fecisse satis apertè ex historia Euāgelica cōstat. Quot modis eius patientiam tentabant, eius mansuetudinem exagitabant, quot quæstiones proponebant, vt si possent, eum caperēt in sermone, vt habetur Matth. 12. Aliquando blādè loquuntur. Matth. 22. *Magister scimus quia verax es, &c.* Aliquando asperè tractāt Matth. 15. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditiones seniorum?* Aliquando

Qua curiositate mali iustorum vitas scrutentur vt illos perdāt.

Matth.
Matth.

Matth.

Luca.

quando obiurgant Luca: 20. *Osten-
de nobis in qua potestate hoc facis.* Ali-
quando iniurijs afficiunt Ioann. 8.
*Nonne bene dicimus nos, quia Samarita-
nus es tu, & demonium habes?* Huius
passim exempla cuique obuia esse
possunt, ideo plura omittimus. Qua-
re iusto mirum esse non debet si mu-
dus similiter cum illo se habeat.
Hoc Christus discipulos suos cau-
tos reddere volens admonuit Ioan-
nis. 15. dicens. *Mementote sermonis
mei, quem ego dixi vobis. Non est seruus
maior domino suo. Si me persequuti
sunt, & vos persequentur, si sermonem
meum seruauerunt, & vestrum serua-
bunt.* Mentionem facit verborum,
quæ apud Matthæum prædixerat
cap. 10. *Non est discipulus super magi-
strum, nec seruus super dominum suum.
Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister
eius, & seruo sicut dominus eius. Si pa-
trem familias beelzebub vocauerunt, quã-
to magis domesticos eius? Ne ergo time-
ritis eos. Ac si diceret. Quando vos
persequuti fuerint, quando vos va-
rijs vijs tentauerint, & diuersis que-
stionibus exagitauerint, ne terrea-
mini; quia & mecum similiter fece-
runt. Estote parati ne vos incautos
inuadant, & decipiant: magna vo-
bis prudentia necessaria est.*

Ioann.

Matth.

Matth.

Homo ali-
quan in omne
ritij est.

Vndè Matt. 10. subdit. *Estote pru-
dentes sicut serpentes, & simplices sicut
columbx: caute autem ab hominibus.*
Homines vocat mundanos, vt con-
tra seruos Dei & discipulos Chri-
sti distinguuntur: & homo isto loco
non naturæ nomen est; sed corrup-
tionis & vitij. A suis exigit Chri-
stus simplicitatem columbe, & pru-
dentiam serpentis. Hæc enim non
solum se compatiuntur, imò in Dei

seruo necessaria sunt. Simplicitas
columbe requiritur, qua nihil ania-
rum contra proximum meditetur,
qua diligit odientes se, qua erga
persequutores oculos blandos, sua-
ues, lachrimis plenos quales sunt
columbarum exhibeat. Quod Sal-
uator Matth. 6. præcipit dicens. *Di-
ligite inimicos vestros, benefacite his
qui oderunt vos: ut sitis filij Patris vestri
qui in calis est. Qui erga omnes bo-
nus est, & solem suum oriri facit su-
per bonos & malos.* Hos oculos in
sponsa sua maximè commendat,
& amat sponsus Cantic. 1. cum di-
cit. *Oculi tui columbarum,* hoc est, nõ
superbi. *Superbo enim oculo,* vt Psal-
mo, 100. habetur, *& insatiabili cor-
de, cum hoc non edebam.* Verba sunt
sponsi. Vndè David Psalmo. 130.
Hanc oculorum humilitatem de se
prædicat dicens. *Domine non est exal-
tatum cor meum, nec elati sunt oculi
mei. Oculos igitur humiles, non su-
perbos & arrogantes in sponsa cõ-
mendat, inquit. Oculi tui columba-
rum.* Insuper oculi columbarum nõ
vagi, & in diuersa se vertentes, &
terram aspicientes sunt; quales exi-
stant malignorum hominum ocu-
li, de quibus Sapiens Prouerb. 6.
dicit. *Homo Apostata vir inutilis, gra-
dis ar ore peruerso, annuit oculis; terit
pede; digito loquitur; prauo corde ma-
chinatur malum, & omni tempore iur-
gia seminat.* Tales in sponsa oculos
quærit, quales columbe habent.
Præterea oculi columbarum boni,
& lucidi, & simplices sunt. Et ocu-
li sponsæ simplices esse debent, &
de nullo sinistra iudicantes. De qui-
bus Saluator ait, Matth. 6. *Si ocu-
lus tuus simplex fuerit, totum corpus*

Simplicitas
columbe Dei
seruo neces-
saria.

Matth.

Cantic.

Oculi colum-
barum humi-
les.

Psalm.

Psalm.

Oculi colum-
barum nõ va-
gi.

Prouer.

Oculi colum-
barum simpli-
ces.

Matth.

Oculi columbarum non irident. Matth.

Prudentiam serpentis in seruis suis petit Christus.

Luce.

Roman.

Grego.

Corint.

Spiritus sanctus quare in ignis & in columba specie apparuit. Iob.

tuum lucidum erit. Oculoseolumbarum petit, qui non inuideant proximi bonis. Sicut ille alter fecit Matthæi. 20. quem Dominus repræhendit dicens. *An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?*

Nec ita simplicitatem columbæ quærit, ut solam illam amet, sed simul coniungi vult prudentiam & discretionem, qua fraudes & cautelas inimicorum cognoscat. Prudentiam postulat non carnis, (quæ astutia & fraudulentia est: de qua Lucæ. 16. dicitur: *Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua:* & ad Roman. 8. *Prudentia carnis mors est:*) sed prudentiam spiritus, quæ secundum legem Dei est. Quam serpentis prudentiam isto loco vocat, & docet malorum astutias & fraudes cognoscere. Unde Gregorius Hom. 30. in Euangelia vertens prædictum locum Matthæi *Estote prudentes,* &c. inquit. *Qua in re notandum est, quod discipulos suos nec de columba sine serpente, nec de serpente sine columba voluit Dominus admonere: quatenus & columba simplicitatem astutia serpentis accenderet, & serpentis astutiam columba simplicitas temperaret.* Hinc Paulus. 1. Corint. 14. ait: *Nolite pueri effici sensibus.* Ecce prudentiam serpentis audiimus: nunc de simplicitate columbæ admonemur: sed malitia paruuli estote. Hinc de beato Iob, capit. 1. dicitur. *Erat vir simplex & rectus.* Quæ est autem rectitudo sine simplicitate, aut quæ simplicitas sine rectitudine? Quia ergo & rectitudinem docet iste spiritus, & simplicitatem, & in igne monstrari debuit, & in colūba: quatenus omne cor quod eius gratia tangitur, & mansuetudinis lenitate tran-

quillum, & zelo iustitia accensum fiat. Tam etiã ut in colūba simplicitas ostēdatur, in igne intelligēs & viua prudentia. Hinc per serpentes non solum in scripturis, sed etiam apud prophanos auctores solertes, perspicaces, & prudentes homines intelliguntur: per colūbam vero simplices & puri.

In quo autem serpentis prudentia consistat declarat optimè Chrysostomus Homil. 34. operis perfecti in Matthæum dicens. *Sed in spiritum quomodo prudentiam querit, serpentis certe prudentiam imitari cohortatur. Nam quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec minimum curat, si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet: eodem tu quoque modo præter fidem cetera perdere non curas: profundas vniuersam tuam pecuniam, tradas corpus: vita ipsius, si opus est, minimè parcas, dummodo fidem serues, quæ caput & radix est; qua seruata, etiam si omnia perdas, omnia tamen rursus maiore cum magnificentia recuperabis: id circo nec simplices solum iussit esse, nec prudentes solum, sed ambo hæc in vnum commiscuit, ut in præcipuam virtutem simul vertantur. Et prudentiam quidem serpentis adhibere te iubet, ne velis vulneribus atque periculis principalissima membra obijcere. Simplicitatem vero columbæ, ne iniuriatus vlciscaris, aut ad punitionem insidiantes abducas: nihil enim tibi prudentia proderit, nisi hæc simplicitas adiiciatur.*

Secundum, quod ex principali proposito colligitur est, iustorum non solum in defesa cōstantia, qua in sui cognitione & Dei laude immobiles perseverant, non suam gloriam

Serpens prudentis & solertis symbolum.

In quo prudentia serpentis consistat. Chrysost.

Iustorum mansuetudo & tolerantia.

riam querentes, sed IESU Christi; sed etiam mansuetudo & tollerantia. Non enim aegrè ferunt, non indignantur, non excitant tragedias contra persequentés, imò illis gratulantur, & tanquam beneficium exhibentibus se gratos ostendunt. Orant pro persequentibus, benefaciunt illis qui eos odio prosequuntur, calumniantibus, & iniuriantibus mansuetè & patienter respondent. Quod nunc in Ioanne satis clare videmus, & in sanctorum vitis apertè constat. Hoc Beda in Ioan. cap. 1. aduertit dicens. *Sed sanctus quisq; etiam cū perversa mente requiritur, à bonitatis suæ studio non mutatur. Vndè & Ioannes ad verba inuidie prædicamenta respōdit vite.* Huius singulare exemplum in Christo habemus, qui calumniantibus ad eò māsuetè respondit: vt percutienti se iniuste Ioannis. 18. dixerit. *Si male loquutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, cur me cedis?* Qui cū iniuste pateretur pro persequentibus orauit dicens Lucae. 23. *Pater ignosce illis, &c.* Quod etiam sancti viri tam in veteri, quam in nouo testamento fecerūt. Ioseph in fratres suos beneficus fuit: Dauid in Saul & Absalon misericors. Stephanus pro lapidantibus orauit. Vndè Paulus ad Rom. 12. hortatur, vt nō reddamus malum pro malo: sed vincamus in bono malum: vt simus filij Patris nostri qui in cælis est.

Beda.

Ioan.

Lucæ.

Roma.

XVI. CONSIDERATIO.

Verè humilis tantum honores abhorret, quòd defectus suos publicè manifestare non recusat: mundani verò se etiam de alienis meritis iactant, vt consequantur honores.

Non sum ego Christus, &c.

IN hac tam multiplici Ioannis confessione, qua quatuor interrogationibus à Leuitis & Sacerdotibus factis, (an scilicet, sit Christus? an Elias? an Propheta? & eadē quis sit?) satisfacit. Hoc inter alia considerandum occurrit, quòd triplici proposita negatione vnā tantum reperimus affirmationē, & quòd Ioannes non solum de se confitetur quod est, & suam indignitatem: sed vt se humiliet, id quod esse videbatur de se negat, dum dicit: Non sum Elias, non sum Propheta: vt ex Dionysio Richel in literæ expositione adduximus. Vt ex hoc affectū, quo honores Ioannes detestatus est, & oblatam dignitatem recusauit, cognoscamus: & sciamus quantum iustus honores & dignitates abhorreat. Adeò enim iusto & Dei seruo odibilis est honor, quòd vt illum fugiat non solum suos defectus naturales prodat: (quod fecit Moyses quo se excusaret à ducatu populi, Exodi. 3. dicens. *Impeditioris lingue sum ab heri & nudius tertius.* Et Hierem. cap. 1. dicens. *A, à, à, Domine: quia puer ego sum, & nescio loqui.*) sed

Humilis defectus suos prodat vt honores fugiat.

Exod.

Hierem.

etiam suam indignitatem, & generis ignobilitatem, & abiectionem confiteatur: quod nō mediocris virtutis est. Ad Saul, cum in Regem elegeretur, i. Reg. 9. confessus est dicens, *Nunquid nō filius gemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Benjamin.* Et Dauid, i. Reg. 18. (cum ei Saul filiam suam offerret in vxorem) ait, *Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel: ut fiam gener Regis?* Et infra (cum loqueretur serui Saul in auribus Dauid dicentes: *Ecce places Regi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener Regis.*) ait Dauid, *Num parum videtur vobis generum esse Regis? Ego autem sum vir pauper & tenuis. Et quod amplius est, quō honores fugiat iustus, se multoties negat esse id quod re vera est. Hoc in Ioanne manifeste videmus, qui se minorem Christo fateretur (cū inter natos mulierum non surrexerit illo maior) & indignum non solum Messie honore, sed vt soluat corrigiā calceamenti eius, & in minimo & vilissimo illi inseruiat obsequio. Qui se vocem esse dicit, quæ solum sonus est, & nihil præterea nisi signum alterius significatiuum. Qui de se negat quōd Propheta sit, cum re vera omnibus prophetis maior fuerit, vt Lucæ. 7. Christus testatus est inquit, *Inter natos mulierum non surrexit maior Propheta Ioanne Baptista.* Tantum abest vt honores ambiat & procuret, vt alienam dignitatem appetat, vt aliorum honorem vsurpet & sibi arroget. Quia hæc iustorum & vere humilium cōditio est, vt non tantum alienos honores nō*

querant, sed & sibi debitos fugiāt, & oblatos contemnant.

Quod Gregorius lib. 4. Epistolarum, ex registro cap. 80. scribens ad Eulogium affirmat, (vt superbiam cuiusdam Episcopi refellat, qui sibi vniuersalis pastoris nomen indebite & superbe vsurpabat,) inquit, *Sicut enim veneranda vestra sanctitas nonit, vni per sanctam Chalcedonensem Synodum Pontifici sedis Apostolica, cui Deo disponente deservio, hoc vniuersitatis nomen oblatū est. Sed nullus vnquam decessorum meorum hoc tā prophano vocabulo vti concessit: Quia videlicet si vnus Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur. Sed absit hoc, absit à Christiana mente, id sibi velle quempiam arripere, vnde fratrum suorum honorem imminuere ex quantulacunq; parte videatur. Cum ergo nos hunc honorem nolumus oblatum suscipere: pensate quam ignominiosum sit, hunc sibi quempiam violenter vsurpare voluisse. Cognoscūt nāquē sancti viri maius detrimentum in honore, quam in ignominia positum esse: idē honores timent, dignitates fugiunt, & prospera detestantur. Quod late profequitur Grego.*

Gregor.

Grego.

Psalm.

Reg.

Reg.

Humilis multoties negat se esse quod est, ne in precio habeatur.

Lucæ.

na miseros cognoscunt, clarescere in eius prosperitate refugiunt. Vnde bene dicitur **Iob. 3.** Quare data est misero lux? lux enim miseri datur, quando hi, qui sublimia contemplantur esse se miseros in hac peregrinatione cognoscunt, claritatem transitorie prosperitatis accipiunt. Qui dum cogitant quæ sint quæ de sublimibus non vident, quæ sunt quæ in terra fulciunt, quæ autem de caelestibus perdididerunt, prosperitatis suæ mœrore mordentur: quia & si vident ne quaquã ab ea se funditus opprimi, pensant tamẽ solícite cogitationem suam in amore Domini, & in eius dispensatione partiri.

Hoc Christus agnoscens, ut nobis exemplum preberet **Ioannis. 6.** (cum satiata magna hominũ multitudinem ad regnum illi tribuendum quæreretur) fugit & abscondit se: cũ verò ad opprobria, tormenta, & mortem quæreretur, vltro se obtulit **Matth. 26.** dicens. Quem queritis. Facto nos docens, ut annotauit **Chrysostomus. Hom. 41.** in Ioannem, terrenos honores, (qui vmbra sunt, & nihil esse fugiendos. *Assuecamus, inquit, dilectissimi huius seculi honorem contemneret, nequẽ eum desideremus, honorati sumus honore maximor cui hic comparatus infamia, nũga, & ignominia est: sicut mundi diuitiã super-nis illis collata paupertas, & vita hæc sine illa, mors est: ut Matth. 8. Christus dixit. Dimitte mortuos.*

Hanc igitur gloriam aucupari nolimus, quam qui exhibent vmbrae sunt, & somnium, & longe ipsa gloria viliores. Gloria, inquit **Esai. cap. 4.** hominis tanquã flos fœni. Quid flore fœni corruptibilis? Sed esto sit diuturna, quid animæ conferret? Nihil fanẽ. Verum maiorẽ in mo-

dam officit. Quippe quæ seruos efficiat, & quidẽ emptis viliores, seruos non vni addictos Domino, sed duobus, tribus, innumeris, quibus diuersa imperantibus patent. Quãtò melior libertatis conditio est quàm seruitutis, tantò melior Dei seruitus, quæ libertas est, reputatur. At si omninò gloriam quæris, immortalem aucupare, quæ longè vtilior est, & magis expetenda. Hæc serui Dei, mundi neglecta gloria, quærent. Idquẽ Christus regalem dignitatem fugiens, ut diximus, docuit.

Contra verò mundani summa diligentia honores terrenos procurant, & ut eos cõsequantur, non tantum sua merita, si quæ habent, prædicant, extollunt, & magnificiunt, sed & multa sibi attribuentes præclare gesta aliorum mētiuntur: proprios parentes & maiores negant, alienos sibi assumunt, ut instar corniculæ *Hysopicæ* alienis plumis, meritis, & nobilitate compositi & ornati nobiliores & illustriores videantur, & ad honores & dignitates facilius assumantur. Nec satis sibi esse existimãt si seipos plus iusto extollãt, nisi & aliorum honori falsò detrahant, aliorum vitam & famam commaculent: nihilq; sibi magnum illustre, & gloriosum reputant, quod ab alijs iniuste sublatum non fuerit, nullumquẽ sibi dignum honorem existimãt, nisi qui raptus sit, & ut honores venentur, non solum mendaces fiunt, sed & raptores: tantoquẽ perniciosius furantur, quanto honor & famã diuitias antecellit. Quibus contingere solet quod corniculæ, ut eorum de-

Gloria mundi seruos facit vilissimos

Mundani pro honoribus aliena merita sibi attribuunt

Iob.

Ioann.

Matth.

Chrysost.

Quam vana sit gloria mudi.

Matth.

Esai.

tectis fraudibus, mendacijs, & astu-
 cijijs, quod fraudulenter & iniuste
 quærent, non contequantur, & om-
 nium risui alienis plurimis detractis
 pateant. De quibus Psalm. 36. dici-
 tur. *Inimici vero Domini, mox ut hono-
 rificati fuerint & exaltati, deficientes
 quemadmodum fumus deficient. Id est,
 dum honorari cupiunt & curant, in-
 star fumi, qui citò evanescit, defi-
 cient. Undè illud, Mox ut honorifica-
 ti fuerint, idem significat ac si dice-
 ret. Inimici Domini circa honora-
 ri, vel in precio haberi, circa exalta-
 ri, consumpti sunt: sicut fumus de-
 fecerunt. Quod translatio Hierony-
 mi ex Hebræo apertius significat,
 quæ sic habet. *Cum impij peribunt, &
 hostes Domini ut preciosi agni absumentur,
 in fumum absumentur. Breuem &
 facilem malorum defectionem de-
 clarat similitudine adipis, qui igni
 impositus flama breui absimitur,
 & in furtum totus evanescit. Sic
 erunt qui honores & dignitates mè-
 tiendo quærent, quos non solum
 Dominus iridebit, Quoniam prospici-
 cit quòd veniet dies eorum: sed & ho-
 mines despicient & subsannabunt eo-
 rum vanitatem videntes, & eos de-
 spectos & sine honore aspicientes.
 Ea enim est honoris & dignitatum
 conditio, ut quærentes se fugiant.
 Undè vera humilitas omnia contē-
 nendo consequitur: & quæ fugit fu-
 giendo adipiscitur: ut Gregorius
 & Ambrosius testantur. Quisquis e-
 nim se spontè non humiliat, hunc
 nequaquam sequens gloria exaltat.
 Et Augustinus Sermone 10. de ver-
 bis Domini exponens verba illa
 Matt. 11. *Discite à me quia mitis sum,
 & humilis corde, dicit: magnus esse vis,***

*à minimo incipe. Cogitas magnam fabri-
 cam construere celsitudinis, de fundamē-
 to prius cogita humilitatis. Et quantum
 quisquè vult & disponit super impone-
 re molem edificiij quanto erit maius edi-
 ficium, tanto altius fodit fundamētum.
 Et fabrica quidem cum constructur, in
 suprema consurgit, qui autem fodit fun-
 damentum, ad ima deprimatur. Ergo &
 fabrica ante celsitudinem humiliatur,
 & fastigium post humilitationem erigi-
 tur. Et Chrysostomus Hom. 39. ad* Chrysof.
*populum ait. Gloriam enim aliter as-
 sequi non licet, nisi gloriam fugiendo.
 Nam donec quidem eam sectemur, nos
 fugit: cum autem eam fugimus, nos ipsa
 sequitur. Si vis esse sublimis, ne te subli-
 mē facias. Et alioqui quidem honores nō
 quærentem omnes honorantur: ambientē
 vero aspernantur. Solet enim humanum
 genus esse quodammodo contentiosum
 & pernicax. Gloriam itaque contē-
 namus: sic enim humiles esse pote-
 rimus, vel potius alti. Noli temet-
 ipsum extollere, & ab alijs extolle-
 ris. Qui semet ipsum extollit, ab al-
 tero non extollitur. Qui per semet
 ipsum humiliatur, ab alijs non hu-
 miliatur. Quòd si semetipsum exal-
 tare, & de suis virtutibus gloriari
 insignis dementiæ est. Quanto ma-
 ior insania erit alienos honores ap-
 petere, mentitis nominibus & fal-
 sis titulis quætere, & sibi usurpa-
 re? Maximè ubi proximi detrimē-
 tum intercedit, ut ex Gregorio
 in Epistola ad Eulogium
 supra retuli-
 mus.*

Psalm.

Hieron.
Vatab.Honor fugie-
tes se sequi-
tur.Gregor.
Ambro.

August.

Math.

XVII. CONSIDERATIO.

Quod nunquam mundani sibi satisfactum putant, nisi ad eorum mentem & intentionem loquantur alij.

Quis es? ut responsum, &c.

SACERDOTES & Leuitæ, (cum toties interrogassent Ioanem de persona, qualitate, dignitate, officio, & munere, illeque per negationes apertè & clarè respondisset, non intelligentes vel potius quæ Ioannes clare dicebat, intelligere nolentes) iterum interrogant: *Inquis es?* Ac si dicerent. Quid dicis de te ipso? Vniuersæ enim responsiones tuæ, quas vsque adhuc tribuisti, negatiuæ fuerunt, nihil de te ipso adhuc affirmasti: volumus ut nobis apertè aperias quid de te ipso sentias, quis sis: *ut responsum de mus his qui miserunt nos.* Et certè eorum intentio non tã erat quis Ioannes esset cognoscere & audire: ut manifeste patet ex eo, quòd (eorum petitioni annuendo cum Ioannes dixisset: *Ego vox, &c.*) indignati sunt, & contra eum insurrexerunt dicentes: *Quid ergo baptizas?* Igitur eorum intentio non tam erat audire quis Ioannes esset: quam videre, si viam aliquam aperiret, qua mentem suã illi explicare possët, vel ingressum habere ad persuadendum illi quod ipsi optabant.

Hæc enim mundanorum & peruersorum hominum conditio est,

ut nunquam quiescant, & sibi in eo quod quærent, satisfactum putent, nisi ad eorum mentem, desiderium, & voluntatem responsum fuerit. Iterum atque iterum percontantur, molestè interrogant, & varijs modis inquirunt: ut si non hac saltem illa ratione viam aperiant suis desiderijs: nec solùm diuersis interrogationibus vtuntur: sed & diuersos Doctores & Magistros aduent, & modo ab isto, modo ab illo inquirunt, multos consulunt: non quidem ut quod verum & certum est cognoscant, sed ut experiantur vtrum aliquem reperiãt, qui ad sua desideria & quod ipsi volunt respondeat. Illiusquæ sententiam doctiorem, præstantiorem, & magis probandam existimant, quæ suæ voluntati & appetitui est magis conformis. Reliquorum dicta & sententiã non intelligunt, vel potius intelligere negligunt, mille argumenta cõtra eas conficiunt. Quod vtinã nostris his temporibus non experiremur. *Patet enim hoc oculis videmus, & manibus contrectamus. Videas hominem, qui de aliquo contractu, emptione, vëditione, commodatione, vel alio simili, an licitus sit dubitat, qui mordente conscientia (quæ mille testes est, & veritatem licet non semper assequatur, tamen falsitati non acquiescit) doctores cõsultat, iuris peritos interrogat, Theologos & religiosos adit, nullumquæ quem literatum credat prætermittit: factum narrat, & casum proponit: & certè non ut quid verum sit discat: (Id enim optimè ipse nouit conscientia dictante, vel saltem in contractu illo non quiescete, quod*

Nunquam quiescunt homines nec sibi satisfactum putant nisi ad eorum vota respondeant.

Doctores cõsulant ut suæ sententiæ fauentes inueniant.

fatis superque debebat illi esse, ut iniustum omnino iudicaret) sed interrogat, si forte aliquem reperiat qui licitum esse affirmet, & quod ille oprat testetur. Si iuris peritus est qui contractum condemnat, statim dicit iuristas parum scire in his quæ ad conscientiam pertinent, esse porros, & nimium arctare viam cæli. Theologos cõsulendos dicit, qui laxioris conscientia sunt, & in rebus ad illam pertinentibus eorũ iudicio standum. Quod si doctus & literatus Theologus cõdemnet, inquit: nimis scrupulosum virum esse, & qui omnia etiam notissima condemnat. Semper eos qui verum dicunt, vel ut indoctos fugit, vel ut scrupulosos repellit, & odio habet ac detestatur. Sicut Achab. 3. Reg. 22. de Michaa, (qui Propheta Domini erat, & quæ vera erant & Dominus dicebat prophetabat, quem ideò Rex detestabatur & odiebat) Iosaphat dixisse perhibetur. Cum enim vellent ascendere in Ramoth Galaat, congregassentque quadringentos prophetas falsos, & omnes vno ore renũtiasent ut ascenderet, & quod Dominus daturus esset eã in manibus eorum: Iosaphat dixit. *Non est hic Propheta Domini quispiam, ut interrogemus per eũ.* Et ait Achab. *Remansit vir vnus per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Micheas filius Iemla.* Isto modo hi odio prosequuntur eos, qui ad eorum mentem non respõdent. Quod si fortè homunculum reperit, qui vix duas literas didicerit, vel legerit, qui contractum approbet & iustificet, illum laudat, commendat,

coram omnibus prædicant, & dicunt doctissimum & literatissimũ esse: quia viam inuenit ut suis desiderijs satisfaceret. Tales profecto doctores quærunt, & illorum dictis libentissimè acquiescunt. De quibus dicit Paulus. 2. ad Timot. 4. *Quod erit tempus cũ sanam doctrinã non sustinebũt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus.* De quo loco plura me dixisse recordor: sed illud modo notandũ est, quod dicit *coaceruabunt sibi magistros*, id est, sine delectu, sine discretionem congerent instar acerui magistros, non meliores, & doctiores: sed qui ad sua desideria respicientes aures eorum, quæ desiderijs pruriunt, scalpant, & viam quam ipsi desiderant, iustam prædicent.

Vnde multoties iusto iudicio Deus iratus permittit, ut doctores & magistri excæcati non videant illis recta, sed ad eorum desideria illis respondeant, & sic illa queerant, capiantur, & pereant in desiderijs suis. Quod Dominus per Ezechielem cap. 14. testatus est dicens. *Fili hominis viri isti posuerũt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis sue statuerunt contra faciem suam.* Id est, non solum iniquitates diligunt, sed & illas iustificare desiderant, & inuenire qui eas approbet: ideò prophetas & me ad eunt, & consultant. *Nunquid interrogas respondere eis? quasi dicat: certe non promerentur responsionem, sed deceptionem. Propter hoc loquere eis, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus Deus. Homo homo de domo Israel, id est, omnis homo, geminatio vniuersalitati æquiualeat: ut lib. 3. loquutio. in Leui.*

Quales doctores homines quærant.

Timot.

Ad desideria hominum respondet Deus multoties & hoc grauisimum est supplicium. Ezech.

Geminatio diuisionis vniuersalitati æquiualeat.

Leti annotauit August. Qui posuerit in munditiis suis in corde suo, & scandalum inquiratis sua stauerit contra factem suam, & venerit ad Prophetam interrogans per eum me: Ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum, id est, iuxta desideria & vota sua, & ut facta sua promerentur, respondebo ei: *Ut capiatur domus Israel in corde suo, quo recesserunt a me.* Ego, inquit, respondebo: non est cur de Propheta conquerantur, ego iuxta eorum merita loquar, vel permittam spiritum mendacij in ore prophetarum. Quod 3. Reg. 22. Micheas affirmauit dicens. *Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum caeli assistentem ei a dexteris & a sinistris.* Et ait Dominus. *Quis decipiet Achab Regem Israel, ut ascendat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus verba huiusmodi, & alius aliter.* Egressus est autem spiritus, & stetit coram Domino, & ait. *Ego decipiam Achab: egrediar & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius.* Et dixit Dominus. *Decipies & praeualebis.* Egredere & fac ita. Ecce quomodo nihil fit nisi Deo volente & praecipiente, vel permittente. Unde egredere & fac permissiue accipienda sunt. Multoties enim Deus permittit culpis nostris id promerentibus, ut Prophetæ & Doctores nos decipiant, & ad nostra desideria loquantur, ut pereamus.

Itaque mundani homines nunquam sanis consilijs volunt acquiescere, sed caelum & terram perambulant, omnia volunt, varie interrogant, si forte inueniant qui eorum voluntati annuat, & ad eorum vota respondeat: ut satis aperte in his

Leuitis & Sacerdotibus videmus. Quot quaestionis Ioani proponunt, quot interrogationes faciunt, quot modis & quibus vijs tentant, si Ioanem in suam sententiam trahere possint, & ut se Messiam, vel saltem virum magnum, (sub cuius umbra requiescere valeant) confiteatur? Contra vero Dei serui, iusti, & simplices, qui in via Dei sincero corde gradiuntur, non multum interrogant, non multa quaerunt, ad primum verbum conticescunt. Si de re aliqua contingit eos dubitare, Ecclesiae magistros & doctores consulunt, & humiliter ad cuiusque dictum se prosternunt & tacent. Ut videre est in discipulis Ioanis Matthæi, 21. qui (licet grauer ferrent quod eorum magistro derelicto turbæ Christum lequerentur, & ad Ioannem accesserint Ioannis. 3. dicentes: *Magister ecce cui tu testimoniū perhibuisti baptizat, & omnes veniunt ad eum:* & licet Ioannes posset illos instruere & veritatem aperire, misit illos ad Christum qui solus magister noster est ut Matth. 23. habetur, ut interrogarent: *Es tu qui venturus es?* &c. Quibus Christus respondit. *Ite renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis:*) hoc vnico verbo audito statim contentionis animū deponunt, nec plura interrogant, sed leti abeunt. Tales querit Dominus, & super hos spiritus ei⁹ requiescit: ut Esai. cap. 28. habetur. *Quæ dabit scientiā, & quæ intelligere faciet auditum? Ablactatos a lacte, auulsos ab vberibus:* id est, simplices, & qui ut pueri sunt a lacte ab lactati, sine malicia & dolo veritatē quaerentes, non propriam voluntatem statuentes.

serui Dei nō curiose interrogāt, sed humiliter obtinent.

Matth.

Ioanni.

Matth.

Esai.

XVIII. CONSIDERATIO.

Quòd inde mali occasionem odij sumunt & indignationis, vnde amoris & gratiarum sumere debebant.

Quis es? ut responsum, &c.

VERBA ista cum indignatione & ira prolata videntur à Leuitis & Sacerdotibus, vt ex sequentibus patet; *Quid dicis de te ipso? & Quid ergo baptizas?* Isti enim indignè ferentes quòd Ioannes eorum votis & menti non responderet, indignantur, & ira succensi dicunt. *Quis es? Quid dicis de te ipso?* Quasi apertiùs dicerēt. Nos intēdebamuste beneficio afficere, & honore maximo prosequi tibi quod apud nos maioris mōmēti & estimationis est, offerebamus, & tu in vrbane & insipienter nos & oblata repullisti, & ad omnia quę tibi proposuimus neganter respondisti. Nunc ergo dic nobis, quis sis, quid de te ipso sentias, & quare nouum ritum baptizandi ausus fueris introducere? Itaque indignantur Pharisei, Sacerdotes, & Leuitę contra Ioannem, eo quòd ad eorum mentem non respondet, & quę ipsi iniuste & iniquè offerunt nō acceptat. Cum potiùs idē magis Ioannem æstimare deberēt, quia quę sua non erant, nec sibi debita admittere nolluerit: & quia quis esset verus Messias aperuerit. Odium & indignationem in Ioannem concipiūt: vnde amoris oca-

sionem sumere deberent. Sanè hæc iniquorum hominum conditio est, vt inde irę, odij, & indignationis, ansam capiant contra iustum & Dei seruum: vnde ei gratias agere deberent: quia, scilicet, non responderet eorum votis: quia non fauet eorum malitię. Et licet illis in nullo nocuerit, aut molestus fuerit, illa odio prosequuntur gratis, quia eorum malitię nō consentit. Et quod detestabilius est, quia bene viuit, & Dei legem obseruat, nec in aliquo à Dei obsequio & voluntate vult deficere. Cain Genes. 4. odio prosequitur Abel fratrem suum (qui in nullo illi molestus fuerat.) *Quia respexit Dominus ad Abel & ad munera eius: ad Cain autem & ad munera eius non respexit?* In quo quid peccauit Abel: aut quid in Cain mali admisit: quid illi nocuit: vt adē illum detestaretur, vt occidere ausus fuerit? Ioseph fratres eius Genes. 37. tātum oderant, vt non possent illi pacificè loqui. Quòd si interrogas in quo illis nocuerat, in quo offenderat, in quo molestus fuerat, vel quid mali in eos admitterat? Nihil sanè reperiēs, nisi quia se principem & regem somniabat. In quo quid illis nocebat, vt ob somnia illum occidere vellent, & tandem venderent? Christum Scribę & Pharisei persequebantur (licet illis maxima & singularia beneficia exhiberet,) quia se filium Dei dicebat: vt haberetur Sapient. 2. Infirmos eorum curabat, mortuos suscitabat, afflictos consolabatur, laborantes reficiebat, & alia multa bona præstabat, nihil mali contra eos moliebatur: & tamen odio habebant illum: & quidem

Iniquorum conditio vt vnde amoris occasionem sumere deberet odij capiant.

Genes.

Genes.

Sapient.

Ioann.

qui dē vt iose. Ioannis. 15. dicit: Gra-
tis & sine causa, solum sua malitia
& praua inclinatione agitati. 3. Re-
gum. 22. non solum Achab odio ha-
bebat Micheam, quia ea quæ Do-
minus præcipiebat, & spiritus eius
dicit abbat, referebat: propter quod
illi amorē & gratias debebat, quia
fidelis & verus Propheta erat, nec
sua quærens regem decipiebat, vt
falsi Prophete faciebāt: sed & Sede-
chias filius Chanaan percussit Mi-
cheam in maxilla, quia Dominus
illi fuerat loquutus dicens. *Me ne er-
go dimisit spiritus Domini, & loquutus
est tibi?* Et Hieremiam cap. 20. quia
quæ loquutus est Dominus contra
Israël referebat. Phasus filius Em-
mer missus in carcerem, & posuit in
neruo pedes eius. Ecce qualiter gra-
tis & sine causa iniqui iustos perse-
quuntur, & inde occasionem odij
sumunt: vnde illis gratias agere te-
nebantur.

Hierem.

Sapient.

Hoc egregie Sapient. 2. in perso-
na aliquorum explicatur dicentiū.
*Circumueniamus ergo iustum: quoniam
inutilis est nobis, & contrarius est operi-
bus nostris: factus est nobis in traductio-
nem cogitationum nostrarum. Grauis
est nobis etiam ad videndum: quoniam
dissimilis est alijs vita illius.* Considera
rationes, quibus mouentur ad per-
sequendum iustum. *Quoniam inutilis
est, inquit, nobis.* Quia enim malis
eorū desiderijs non consentit, quia
iniquis eorum operibus non fauet,
cum persequuntur. Quod apud nos
quotidie videmus. Petit alter ab a-
mico pecunias commodatas ad lu-
dendum, & quia amicus illius quie-
ti & bono prospiciens dare recu-
sat, (quo ei maximè se deuinctum

Rationes qua-
re mali iustos
persequuntur
considera.

Prima ratio.

confiteri tenebatur) statim conque-
ritur, inimicitias format, & inutile
amicum clamat, qui tempore neces-
sitaris illi non subueniat. Similiter
alter fauorē petit ab amico, vt ho-
nestæ fœminæ honorem auferat,
vel vt vindictā fumat de inimico,
& quia fidelis & prudens amicus
dehortatur, & comitari non vult,
inimicū dicit, & inutilem: clamat-
quē se amicos velle, vt in rebus quæ
voluptatis sunt vel honoris, illi ad-
sint, nesciens quod verus amicus so-
lum in his quæ iusta sunt debet a-
mico adesse. Aliam rationem assi-
gnant: *Quoniam contrarius est operi-
bus nostris.* Non enim cōsiderant an
opera illius illis utilia & bona sint:
an verò nocina & mala, quod attē-
dere tenebantur: sed solum contra-
rietatem operum respiciunt, & suf-
ficientem odij causam existimant.
Præterea tertiam rationem addu-
cunt. *Quia factus est nobis in traductio-
nem cogitationum nostrarum:* id est,
quia nostræ intentioni & cogitatio-
nibus non respondet, & desiderijs
non annuit. Sicut modo videmus
in his legatis, qui ideò in Ioannem
indignantur, quia eorum malæ in-
tentioni, (qua alienam dignitatem
illi offerebāt,) non consentit. Quod
multi etiam nunc imitantur odio
habentes eos, quos summe diligere
deberent, & ob id propter quod eis
gratias agere tenebantur. Alter,
(quia occasionem peccandi amicus
abstulit, vel impediuit: quia de hor-
tatus est, ne quod inique cogita-
bat expleret,) inimicum reputat,
& publice persequitur: ita, vt nec
nomen eius ferat audire. Sicut ma-
li, qui prædictas rationes in sui pa-
trocinium

Secunda ratio.

Tertia ratio.

trocinium

trocinium adducunt, dixerunt: *Gratis est nobis etiam ad videndum: quonia dissimilis est alijs vita illius. Ecce aliam rationem quare persequuntur: non quia male viuit, aut perperam agit: sed quia dissimilis est alijs vita illius. Quasi quia alij perditè viuunt, teneatur in sui detrimentum eis similis fieri.*

Gratis odio persequuntur mali bonos.

Ioann. Psalm.

Vndè omnibus pensatis aperte colligitur, quòd gratis & sine causa iustos odio habeant. Quod Christus de populo Iudeorum tanquam singularem insaniam proponit. Ioãnis. 15. ex Psalm. 34. dicens. *Odio habuerunt me gratis. Quasi dicat. Si eos in aliquo lesissem, si in aliquo illis molestus fuisset, aut in aliquo eis defuissem, non mirarer si me odio haberent: (Homines enim odientes se odio prosequi, & ledentes persequi solent) sed cum illis in omnibus bene fecerim, infirmos eorum curauerim, opera, consilio, & doctrina eis semper adfuerim, mirandum est quòd me odio habeant, & quòd in hanc insaniam deuenierint, ut odio me habuerint, & gratis & sine causa persequuti fuerint. Quod etiam David Psalm. 118. in persona Christi & cuiuslibet iusti affirmat dicens. *Principes persequuti sunt me gratis: & a verbis eius formidauit cor meum. Quæ verba versans Augustinus dicit. Bene hoc Martyr dicit quòd iniuste persequutionum tormenta sustineat, qui nihil rapuerit, nullum violentus oppresserit, nullius sanguinem fuderit, nullius torum putauerit esse violandum, qui nihil legibus debeat, & grauiora latronum sustinere cogatur supplicia, qui loquatur iniuste & non audiat, qui loquatur plena salutis & impugnetur: ut possit dicere.**

Psalm.

August.

Cum loquebar illis impugnabant me gratis. Et statim mouet Augustinus questionem inueniens. Verum qui gratis impugnatur fortis debet esse & constans. Quomodo ergo subiecit. Et a verbis tuis trepidauit cor meum? Trepidare infirmitatis est atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salutem, est etiam timor sanctorum. Time te Dominum omnes sancti eius. Hoc timore sancti trepidat, non mortis aut inimicorum. Sed mihi ad literam dicendum videtur, quòd verbis istis reddit rationem, quare Principes illum persequuti fuerint. Quia a verbis Domini trepidauit cor eius. Et pro, quia, (ut frequens est in Scriptura,) accipi debet. Ac si diceret. Idèd me persequuti sunt, quia te timui, quia legem tuam obseruandam curauit. Vndè gratis & sine causa me persequuti sunt & ob suam malitiam, cù potius ob id me diligere & gratias mihi agere deberent, quia verba tua timens eorum factis non consentio, nec eorum iniquæ voluntati respondeo.

Quod Paulus ad Galat. 4. testatus est. Cum enim retulisset amorè & beneficentiam, quam erga illū habuerant Galatæ, & qualiter eum susceperant, & honorauerant, & signa amoris quæ exhibuerant, vide retq; eorum animos commutatos, & quòd a Pauli conuersatione abstinerent, & quodam modo separarentur, nullamque causam mutationis huius inueniens, nisi quia eis in aliquibus restiterat, quia eos reprehenderat, & verum dixerat, considerans indè odij occasionem sumpsisse Galatas, vndè ei gratias debebant, admirans, (sic enim verba ista

Galat.

legen-

legenda sunt) dicit. *Testimoniū enim perhibeo vobis, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Quasi dicat. Est ne hoc possibile, aut credibile: quod idē quia vobis verū dico, propter quod mihi maximas gratias agere tenebamini, & substātiā, oculos, & vitam præbere, me odio habeatis, & inimicus vobis factus sim? Quæ verba (vt notat S. Thom. hic) dupliciter intelligi possunt. Vno modo quod ipse habeat eos odio, & illis inimicus sit, & isto modo quod sequitur *Verum dicens vobis*, potest estimari vt signum odij, quod tamen dilectionis signum est: & sensus est. Reputatis, me vos odio habere & inimicum vobis esse, quia vera vobis dico, cum hoc potius vos cōvincere deberet, vt crederetis amorem maximū quo vos profsequor. Alio modo potest intelligi *inimicus* passiuē, scilicet, quod ipse Paulus habeatur odio ab eis, & tunc sic legitur. *Ego factus sum inimicus vobis, id est, habetis me odio. Et hoc idē, quia vobis verum dico. Et hæc ostenditur causa odij. Quod si vt æquum est, attende retis me idē magis diligere debebatis, iuxta illud Prouerb. 28. Qui corripit hominem gratiam postea inueniet apud eum, magis quam qui per lingua blandimenta decipit: quia correptio licet dolorem ad tempus causet, cum ex amore procedit, amorem excitat & incendit. Simile namque simili exacuitur.**

S. Thom.

Prouer.

XIX. CONSIDERATIO.

Quod nullum bellum grauius & periculosius sit quā quod honoribus agitur: nullamquē grauiorem esse persecutionem contra iustum.

Quid dicis de te ipso? &c.



ARIAS Quæstiones; vt sepē iam diximus Leuitæ & Sacerdotes Ioāni proposuerūt, ad quas omnes negante respondit, eiusquē responsio, vt in litera diximus, non simplex & leuis fuit, sed constans & fortis. Quoniam non ad vnam tantum, vel alteram interrogacionem respondit, sed ad plures & maximē diuersas, nec solum constans extitit responsio, sed & affectuosa, ita vt Ioannes non solum ore & verbis, sed manib⁹, vultu, incessu, & toto corporis habitu respondisse videatur, & quod postulabant negasse. Quod ex eo colligitur: Quoniā illi qui miseri fuerant (cum essent ex Pharisæis & ex primoribus populi, quibus maxima debebatur reuerentia) indignati dixerunt. *Quid dicis de te ipso, & quid baptizas si non es Christus? &c.* Ac si dicerent. Nos te reuerēbamur, & ob tuę sanctitatis specimen te summo honore afficere desiderabamus. Tu autem quę tua est rusticitas, non solum oblatę negligis, sed & nos parui facis, fugis, & contemnis. Nunc ergo siste & de te rationem redde. Quantum ergo ex decursu huius Euangelij colli-

colligere possum, mihi videre videor Ioannem quasi hos fugientē, & abeuntem dicere. *Non sum ego Christus. Non sum Elias. Non sum Propheta.* Quid queritis? Quid vultis? *Sinite me, non sum Christus.* Sicut solemus, (cum aliquis multum importunus est, & nobis valde molestus, & quē non satis est verbis multoties repullisse,) fugere & terga vertendo dicere: *Nolo, nolo facere, sine me.* Ita & Ioannes (cum hos adeo moleste instantes & interrogantes videret) terga vertens dicebat. *Non sum ego, nō sum ego Christus, sinite me.*

Quam grave bellum sit contra iustum quod honoribus agitur.

Carnis bella quare fortiora & difficilius vincantur

Hinc intelligere poterimus, quā magna, quā terribilis contra iustum persecutio sit, quando bellū non gladio, non hasta, non vulneribus & plagis fit: sed honoribus & dignitatibus. Facile est gladio aut hastā resistere, famem pati, persecutiones sustinere, carceres & tormenta perferre, at honorem oblatū & dignitatem, respuere difficillimum. Inter vniuersos hostes & inimicos, quos in vita hac patimur, caro maximus est: & inter omnia bella quæ contra nos aduersarij nostri excitāt, periculosissimū est quod à carne nostra mouetur, & hoc difficilius vincitur. Cui^o ratio est. Quia reliqua bella molestijs, laboribus, & alijs rebus infestis fiunt. Diabolus tētat, aduersarios excitat, qui nos persequantur, qui substantiam auferant, honorem maculent, corpus affligant, quæ omnia molesta valde sunt. At caro blanditijs aggredditur, delectationibus pungit: Ideoq; difficilius superatur. Hinc Sapiens Ecclesia st. 31. dicebat. *Bea-*

tus vir qui post aurum non abiit, nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Considera & compone locum istum cū alio Iacobi cap. 1. suę Canon. in quo de ijs qui labores, difficultates, pericula, & persecutiones tyrannorum vicerunt, & quod dicimus intelliges. *Beatus*, inquit, *vir qui suffert tentationem: quoniam cū probatus fuerit, accipiet coronam vitæ: quam repromissit Deus diligentibus se.* Nomine tentationis non intelligit Iacobus eas quæ à carne fiunt, sed illas quæ ab hostibus & tyrannis inferuntur, dum iustos persequuntur. Ideoque Ecclesia de Martyribus, qui sanguine proprio inimicum vicerunt, & qui usque ad sanguinis effusionem pro fidei cōfessione decertauerunt, locum istum exponit. Quid rogo maius est ferre tentationem hanc, tormenta pati, & sanguinem fundere: an post aurum non abire, diuitias nō sequi? Certè quāto præciosior est anima diuitijs & homini magis chara, tātō illud hoc excedit. Vndē & peculiaris gloria, quæ aureola dicitur, martyribus seruata est. Quomodo ergo Iacobus hoc non exagerat, sed simpliciter dicit: *Quoniam qui probatus fuerit, accipiet coronam vitæ?* Sapiens verò de diuitijs loquēs admiratur & ait. *Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.* Nunquid bestias vicit, leones superauit, fortissimos viros & gigantes prostrauit, vt dicat fecit mirabilia in vita sua? Huius diuersitatis ego rationē hanc excogito. Quia tyrannus vi, tormentis, minis, & ferro bellum

Iacob.

infert:

infert: aurum, diuitiæ, & honores, alliciendo, delectando & applaudendo aggrediuntur: idèò difficilius est ista vincere, & mirabilius superare.

Quare maius hoc & grauius bellū contra Ioānem ego reputo, quod hodie isti dignitatem Mesiæ offerentes fecerūt: quā illud quod factum est, quando miserunt eum in carcerem, & tandem occiderūt. Et hoc insinuans Ioānes Euangelista adèò hoc testimonium magnificat & commendat inquit. *Et hoc est testimonium Ioānis.* Et sancti ex isto loco maximè Ioānis humilitatem, modestiam, constantiam, fortitudinem, & sanctitatem, commendāt, & merito: vt ex Augustino tract. 4. in Ioann. & ex alijs patribus retulimus. Huius elegās ratio est. Quia appetitus honoris & propiæ excellentiæ adèò innatus est homini, vt videatur simul cum illo ortus, & educatus. Ideoquè difficillimè vincitur & superatur. Quoniam quæ nobis à natura, vel à natiuitate insita sunt, vel longa consuetudine cōparata, facilè sequimur, & difficillime superamus. Primos nostros parentes, (quitā perfecti à Deo conditi sunt) hoc ictu inuasit, & prostravit diabolus dicens. *Eritis sicut dij* Genes. 3. Appetitus propiæ excellentiæ illos deiecit. Primum enim hominis peccatū superbia fuit. Quod Sapiens Ecclesiasticus. 10. declarat dicens. *Initium superbiæ hominis apostatate à Deo, quoniam ab eo qui fecit eum recessit cor eius.* Quo loco ostendit ex sua origine quā grāde peccatum sit superbia, vt pote quæ incepit in ipsa prima defectione à

Deo: quam fuisse superbiam declarat Sapiens verbis sequentibus: *Quoniam ab eo qui fecit eum recessit cor eius.* Illud namquè fuit magnæ superbiæ, quòd primus homo ab eo, qui eum nuper ex nihilo creauerat, & humani generis principiu, & totius mundi principem fecerat, sic recederet corde suo, id est, propria sua voluntate, & electione: vt serpētis suggestionem præponeret Dei volūtatī. In quo recessu hoc etiam extitit singularis superbiæ, quòd diuinam excellentiā sibi appetierit iuxta serpentis dictum, sicut, *Eritis sicut dij.* Hæc autē excellentia in hoc consistebat, vt sibi sufficere posse, nec à Deo pendere crederet serpēti consentiendo. Itaque primum hoc hominis peccatum, de quo sapiens hic loquitur, fuit principium superbiæ hominis, hoc est, prima hominis superbia. Et hoc dupliciter. Primo, secundum comunē & generalem rationem superbiæ, quæ in omni peccato reperitur, ex eo quòd non præstatur Deo debitā reuerentia, & obedientia, & quodam modo legislator contemnitur lege eius neglecta. Secundò, secundum specialem rationem superbiæ, quæ dicitur appetitus inordinatus propiæ excellentiæ, vt ex suggestionē serpentis aperte cōstat. Statimquè id magis explicans declarat, superbiā omnis peccati esse radicem: tum quia primum peccatum fuit, tum quia ab ea originantur omnia alia peccata. *Quoniam, inquit, initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem.* Respicit sapiens ista sententiā ad primū hominis pec-

Quam excellentiam homo primus appetit.

Quomodo superbia fuerit primum peccatum hominis.

Ioannis fortitudo commendatur.

August.

Appetitus honoris & excellentiæ quasi cum homine natus est.

Genes. Primum peccatum hominis superbia Ecclesi.

catum de quo loquutus fuerat. De quo Tobias capit. 4. dicit: *In ipsa, id est, superbia initium sumpsit omnis perditio.* Dicitur superbia initium omnis peccati, eoquod ipsa sic fuerit primum peccatum, ut simul omnium deinceps sit causa. Quod non solum in primo parente verum habet, sed etiam in quouis homine superbia est initium omnis peccati. Quia omne peccatum ex eo incipit quod homo Dei voluntate relicta suam facere praesumat, quod ad superbiam pertinet. Unde optime praecedens sententia ex ista probatur. Quia si non potest incipere aliquis peccare nisi a Deo recedendo, quod ad superbiam pertinet: bene sequitur, quod prima defectio a Deo fuerit initium superbiae, hoc est, prima superbia. Id ex isto loco probat August. lib. de Natura & gratia contra Pelagianos. cap. 29. Sed obijciat nobis aliquis locum Pauli. 1. ad Timot. 6. ubi loquens de appetitu pecuniae dicit. *Radix omnium malorum est cupiditas, vel auaritia:* ut legunt Augustinus & Ambrosius. Si enim cupiditas radix malorum est, ergo superbia primum peccatum esse non potuit: & si superbia omnium peccatorum est initium, auaritia radix omnium malorum esse non potest? Hanc difficultatem sentiens Augustinus lib. 11. de Genesi ad litteram cap. 15. dicit: nomen auaritiae vel cupiditatis isto loco positum esse a Paulo, non quatenus est speciale vitium, quod in amore inordinato pecuniae consistit: sed quod nomen speciei ponitur pro genere, hoc est, pro appetitu & desiderio inordina-

to. Cui fauere videtur noster textus, qui non auaritiam, sed cupiditatem legit. Unde sicut in omni peccato concurrunt superbia: ita & alicuius rei inordinata cupiditas. Istum modum dicendi sequutus est sanctus Thomas. 1. 2. quaest. 84. art. 2. *S. The.* Vbi concilians duas istas sententias dicit: quod cum in omni peccato sit & auersio a Deo, & conuersio ad aliquod commutabile bonum: superbia initium est omnis peccati ex parte auersionis a Deo: cupiditas vero ex parte conuersionis inordinatae ad aliquod bonum commutabile, & Deo inferius. Unde cum respectu diuersorum ista dicantur, nulla in illis est contradictio. Sed iste modus dicendi coactus videtur, nec literae commodè aptari potest. Quia in Graeco textu habetur isto loco *Philargyria*, quod nomen proprie auaritiam significat, & pecuniarum appetitum inordinatum. Quare aliter nodus iste solendus est, & locus hic interpretandus. *Glossa.* Glossa ordinaria dicit: & superbia esse malorum omnium principium, & auaritiam esse radicem omnium peccatorum, & in hoc nullam esse contradictionem. Quia ista duo peccata sibi inuicem causae esse possunt: aliquando enim ex superbia originatur cupiditas: aliquando ex cupiditate & auaritia nascitur superbia. Quia qui diues est, & pecunijs abundat, insolescere multoties consuevit: Alius autem qui superbus est, ut arrogantiam & fastum conseruet, diuitias quaerit, & auarus fit. Hieronymus in Commentarijs huius loci dicit. Radicem accipi non pro principio, sed pro

Timot.

*Auaritia
quomodo dicitur
radix omnium malorum.
August.
Ambro.*

*Augusti.**Hieron.*

pro augmento, & formento omniū delictorum. Vndè sicut radix iustètat, fouet, & augmentat ramos: Ita auaritia omnia peccata, etiā ipsam superbiam, quæ omnium principiū est, nutrit & fouet. Ambrosius in huius loci expositione inquit: auaritam dici radicem omnium malorum, non quia ex illa tanquam ex principio & causa oriatur, sed quoniam potest & incitat ad omnia mala admittenda. Nihil enim est mali, quod auarus non tentet, vt pecunias acquirat. Vndè alter Poëta dixit. *Quid non mortalia pectora cogis, auris sacra fames?* Sic ait Ambrosius. *Auaritia omnia mala potest admittere: ideò radix omnium malorum est. Quia vt desideria sua expleat, quod impossibile est, & maleficia, & homicidia, & obscenitatem, & quidquid sceleris est, perpetrat, nec ad presens secura, quia semper cupida, & in futuro damnata.*

Grego. Gregorius lib. 19: Moral. cap. 12. exponens illud Iob. 30. *Radix iniuperorum, &c.* (Quod de auaritia interpretatur, & in eius confirmationem adducit locum istum Pauli,) dicit: radicem accipi non pro principio actiuo, sed pro materia peccatorum: quia ex ea nutrimentum accipiunt. Sic inquit. *In iuniperis ergo peccata: in radice vero iniuperorum quid aliud quam auaritiam, id est materiam intelligimus peccatorum?* Sanctus Thomas in Commentarijs super istum locum Pauli cum proposuisset priorem interpretationem Augustini, eam impugnat, & aliam interpretationem apponit, quæ ex his quæ à nobis propositæ sunt videtur collecta, inquit; auaritam dici

radicem omniū peccatorum: Quia omnia peccata consistunt in appetitu: & ideò origo peccatorum est secundum originem appetibilem. Ori go autem appetibilem procedit ex fine. Et ideò quanto aliquod peccatum habet finem magis desiderabilem, tanto est peius. Finis verò alicuius peccati est desiderabilis propter duo, scilicet, propter seipsum, & hæc est excellentia: quia ad hoc homo bonū illud vult, vt excellat. Et hæc est superbia: & ideò superbia est initium omnium peccatorum. Item finis est appetibilis propter aliud, & hoc est quod ad omnia valet, & huiusmodi sunt diuitiæ: quia per hoc credunt se habere omnia. Et ex ista parte auaritia ex radix omnium malorum. Vniuersæ istæ interpretationes optime sunt, & ex eis hanc ego colligo, quæ ex eo sumitur, quòd sapiens superbiam non radicem vocat, sed initium: Paulus vero auaritam non initium sed radicem nominat. Quare videtur inter hæc differentia esse, vt initium seu principium de actiuo dicatur: radix verò de materiali & formento, vt ex sanctis patribus supra retulimus. Superbia igitur absolutè dicitur omnium malorum principiū; & quia primum peccatū fuit, quod non solū angelos deiecit, sed & homines posttrauit, vt docet S. Tho. 2. 2. q. 163. artic. 1. & quia omnium malorum principium est, vt exposuimus. Quia ergo appetitus iste excellentiæ adeò antiquus est in homine, & quasi à principio innatus, & cum illo quasi ortus. Ideò difficulter vincitur: & bellum quod à superbia fit, crudelius quocūq; alio

Authoris explicatio.

Initium & radix dicitur diuersa sunt.

S. Thom.

est, & fortius. Quod statim sequitur pecuniarum bellum, quod fortissimum etiam est. Hoc diabolus agnoscens quando Christum tentauit Matth. 4. ultimo loco hanc tentationem posuit, ostēdens illi omnia regna mundi & gloriam eorum, & dicens: *Hæc omnia tibi dabo si cadens adoraueris me.* Hæc, inquam, ultimo loco posuit tanquam sui exercitus robur fortissimum: & quia qui hæc vicerit facile omnes alias superabit. Quare merito sapiēs dicit: *Quis est hic & laudabimus eum & fecit enim mirabilia in vita sua.* Ideo dicitur radix & fomentum omnium malorū. Quam igitur asperum bellum hoc sit, quam periculosum demonstrat affectus & instantia, qua Ioannes oblatos honores recusat, & se Christum esse negat.

XX. CONSIDERATIO.

Quomodo mūdo, diabolo, & carni, debeas in omnibus negatiuè respondere, si victoriam desideras: & quod caro fugiendo vincitur.

Non sum ego Christus, &c.

Hac multiplici Ioannis negatione, qua omnibus quæstionibus propositis respondet, colligere quis poterit qualiter se habere debeat erga inimicos suos, scilicet, mundum, diabolum, & carnem, si victor euadere desiderat. Et qualiter tentationibus, (præcipuè quæ a carne & honoribus alliciendo fiunt,) debeat responde-

re, ne succumbat. Talibus enim inimicis nequaquam aures præbendæ sunt, sed obturandæ, & negatiuè ad omnia, quæ præponunt, respondendum est: nec minimum illis concedendum. Caue nē ex ore tuo vel minimum verbum habeant, nec in te aliquid suum vel minimum recognoscant, quia ex illo (licet nullius momenti sit,) ansam sumēt & deo instabunt, vt te ad sua desideria trahant, & deiciant. Vniuersa, quæ postulauerint, negat ad omnia, quæ proposuerint, constanter per negationem responde. Nihil tuum, nec verbum habeant, nec tu aliquid eorum retineas: vt sic immunis, liber, & victor euadas. Christus Ioannis 14. dicit. *Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* Id est: Nihil in me habet, in nullo ei cōsenti, ideò securus procedere possum. Astutus est mundus, callidus diabolus, maliciosa caro, & innumeras nocēdi artes nouerūt, & omni studio & diligentia nos fallere procurāt. Et si vel vnicū verbū nostrum, quo illis consentiamus, habuerint, læti incedunt, & se quod optant confecturos sperant.

Ideò serpenti tortuoso comparatur diabolus in Scriptura, & colubro in via, & Ceraſti in semita, vt mordeat vngulas equi: vt Gene. 49. dicitur de Dan, quo etiā diabolus intelligitur. De quo posteadicem^o. Et Esaias cap. 27. dicit in persona Dñi. *In die illa visitabit Dñs in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathā serpentem vectē, & super Lemiaitham serpentē tortuosum, & occidet eū qui in mari est.* Quē locū licet diuersimodè multi exponāt, de diabolo, (quem

Inimicis negatiuè ad omnia respondendum.

Ioann.

Diabol^o quare coluber tortuosus dicitur. Genes.

Esai.

Pecuniarū cupiditas fortissima.

Matth.

Ioann.

Genes.

Esai.

(quem Leviatham serpentem, ve-
ctem, & colubrū tortuosum vocat)
interpretantur Tertullianus aduer-
sus Marcionem lib. 4. & Theodore-
tus, qui dicit: Drachonem appella-
ri diabolū, quia drachonis siue
serpentis figuram induit, vt primos
parentes deciperet. Et Athanasius
de Passione & Cruce Dñi, lib. 1.
reddēs causam cur data sit Christo
à militibus illum illudentibus arun-
do pro regio sceptro, dicit. Arundo
vim habet tollendi serpentes. Data
est ei arundo quando persequutus
est fugiētem drachonē, videlicet,
serpentem illum magnum diabo-
lū. Sustulit de medio serpentes, vt
diabolo prædijs proprijs debilita-
to homines fortes euaderent. Hanc
interpretationem sequuntur Hiero-
nymus, Cyrillus, & Procopius, qui
de diabolo prædictum locum inter-
pretantur. Præterea vocat diabolū
vectem, eo quòd diabolus veluti cō-
clusum haberet genus humanum
in carcere sub peccato, & in miserā
seruitutem redactum & cōclusum.
Insuper & tortuosus serpens dicitur
propter dolos & insignes frau-
des, quibus insidians nocere pro-
curat. Vndè Basilus super Psal. 32.
inquit. *Serpens dicitur tortuosus quòd
peccati dux sit, & varios habeat flexus
ad varia vitiorum genera, ad hæc, &
ad illa pugnantiā & sibi contraria. Nec
vniquam recta via ingrediatur serpens,
sed flexa ad hæc & ad illa mala, vt ser-
pens tortuosus incedit, capite in hæc vel
illā partem, lateribus in partes obliquas,
in contrarias partes cauda. Ita qui serpē-
tem sequitur, in tortam viā sequitur per
omnia vitiorum genera, quedam etiam
pugnantiā & contraria.* Vndè vox

Græca *Scholios*, quæ tortuosum sig-
nificat, etiam & peruersum decla-
rat. Quare tortuosus serpens ob per-
uersitatem & malitiam dicitur.

Præterea dicitur *Leviatham* qua-
si serpens copulans: eo quòd sibi an-
gelos copulauit, & homines coniū-
gere intendat. Sicut Christus Do-
minus sibi fideles coniungere & in-
corporare curat, & vnum corpus
secum efficere, ipse què est caput
Ecclesiæ cunctos continens, & vir-
tutem eis administrans. Ideoque
Christus à Prophetis dicitur *Leui*,
id est, copulās, à verbo *Lauah*, quod
significat copulare. Ita diabolus di-
citur *Leviatham*, id est, serpens co-
pulās: Quia caput est malorum, &
illos sibi per diuersa vitia incorpo-
rare curat: vt eleganter adnotauit
Hieronymus super capit. 29. Eze-
chielis exponens verba illa. *Et vni-
uersi pisces tui squamis tuis adhære-
būt.* Quæ per anagogem de diabolo ex-
ponens dicit. *Adhærescūt, squamis hu-
ius drachonis pisces, & concorporantur
drachoni pro varietate vitiorum: alijs
coalescentibus capiti, qui insolescūt &
affectant dignitates: alijs ventri, qui gu-
le indulgent & libidini, pedibus alijs, qui
praua sequuntur.*

Tribus igitur his titulis diuersas
diaboli qualitates declarat: nomi-
ne *Leviatham* eius solitudinem,
vt homines sibi adiungat: nomine
vectis fortitudinem, qua captos te-
net: nomine vero serpentis tortuosi
fraudes & dolos. Quod eleganter
Gregorius lib. 4. Moral. cap. 13. de-
clarans istum locum Esaiæ tractat.
*Leviathā quippe iste, inquit, in eo quod
se addere homini sponondit, tortuosus ad
eum sinibus irrepfit: quia dum falso im-*

Tertulia.
Theodor.

Athanas.
Quare Chri-
sto arundo pro
sceptro data
à militibus.

Hieron.
Cyril.
Procopius.
vectis quare
dicatur diabo-
lus.

Serpens tor-
tuosus quare
Basil.

Leviatham
quare dicitur.

Hieron.
Ezech.

Diuersæ dia-
boli qualita-
tes declaran-
tur.

Gregor.

possibilia promissis vere & possibilia sustulit. Querendum vero nobis est, cur qui serpentem dixerat, tortuosumque illi subiungens, interposuit vectem. Nisi forte quod in serpentis tortitudine fluxa mollires, in vecte autem est duritia rigiditas. Vt ergo hunc & durum signaret & mollem, & vectem nominat & serpentem. Durus quippe est per malitiam, mollis per blandimenta. Vectis ergo dicitur quia usque ad necem percutit, serpens autem quia se per insidias molliiter infundit.

Dei potentia
opponit etiam
in tribus po-
tentia diabo-
li.

Tribus igitur quæ prædicto loco de diabolo refert Esaias alia tria ex parte Dei opponit tribus nominibus & adiectiuis, quæ gladio Dei attribuit, dicens: *Visitauit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti. Duritiam vecti opponit. Dominus enim sua morte & potentia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, ut habetur Esaiæ, 45. Magnitudinē opponit tortuositati: Quia omnes fraudes & dolos diaboli & eius tentationes deuicit: ut habetur Matth. 4. Fortitudinē opponit potentia diaboli, quæ in nomine Leuiathæ significatur: Quia venit Christus ut dissoluat opera diaboli, ut habetur. 1. Ioannis. 3. Diaboli & serpentis istius fraudes exponit Iob cap. 40. Vbi loquens de Leviatham seu Behemoth inter multa quæ refert, specialiter de ossibus eius dicit: *Ossa eius velut fistula æris.* Quem locum exponēs Grego. 32. Moral. cap. 17. ait. Quod per ossa Behemoth istius consilia designantur. Nam sicut in ossibus positio corporis roburquē subsistit, ita in fraudulentis consilij tota se eius malitia erigit. Neque enim quempiam premit, sed calli-*

Esai.

Matth.

Ioann.
Diaboli astu-
tie declaran-
tur.
Iob.

Gregor.

ditate pestiferæ persuasionis interficit. Hoc vero testiculi eius ab ossibus, id est, suggestiones a consilijs distant: quod per illas apertè noxia inferit, per hæc autem quasi ex bono consulens ad culpam trahit: per illas pugnando superat, per hæc velut consulendo supplantat. Vnde bene (inquit Grego.) eius ossa, id est, hæc eadem consilia æris fistulis comparantur. *Æris quippe fistula sonoris aprari cantibus solent, quæ ad mota auribus dum blandum carmen subtiliter concinunt, interiora mentis in exteriora delectationis trahunt: & dum dulce est quod auribus sonat, virilitatem cordis in voluptatis fluxu debilitant: cumque auditus ad delectationem trahitur, sensus ab statu sue fortitudinis eneruatur. Ita quoque astuta eius consilia dum quasi blanda prouisione consulunt, cor a forti intentione inuertunt: & dum dulcia resonant, ad noxia inclinant. Quasi ergo æris fistulae sunt, quæ dum libenter audiuntur, ab interna intentione animum in exterioris vitæ delectationem deiciunt. Quod diuersis exemplis exponit & comprobabat Gregorius, quæ videre quisquē poterit.*

Diabolus igitur cuius ossa fistulae æreæ sunt, nihil aliud quærat, aut petit, nisi ut auditum præbeas, certus, quod si fistularum eius sonum audieris, quod optat conficiet, & te deiciet. Quod Antiqui sapientes in fabula illa Syrenarum docere voluerunt, quarum cantum adeo dulcem & suauem dicebant, ut nauigantes, si audirent, detinerer, & extra se traheret, donec comprehēsi perirent. Quod Ulysses cognoscens, obturatis fortiter suis & sociorum suorum auribus, (dum non au-

Diabolo si au-
res præbeas
certus de vi-
storia est.

Syrenarum
cantus quid
significet.

diuic)

dinit) deicit. Quo Sapiens Vlisses docuit, virum, (qui viam virtutis desiderat consummare) aures mundicantibus debere obturare : & quòd modus superandi & euadendi pericula, & vincendi tentationes, (quæ à diabolo, carne, & mundo suggeruntur,) est aures obturare adeò fortiter, vt nec verborum sonum percipiamus. Qui enim vel solum auditum suis carminibus, canticis, & in cantationibus præbuerit, sine dubio in hoc mari magno & spaciofo huius mundi peribit. Ex quo aperte colligimus, quòd mundo, diabolo, & carni, nec in minimo debemus consentire, si victoriam consequi desideramus.

Exod.

Quod etiã sapientissimus Moyfes Dei spiritu edoctus Exod. 10. demonstrauit. Cum enim populũ Israëliticum de potestate Pharaonis educere conaretur, & magnis signis, & virtutibus coram Pharaone Dei potentiam & virtutem ostēderet, annuenti Pharaoni vt populus exiret hac conditione, vt paruuli apud se remanerent, negauit. Cũ què iterum peteret vt oues tantum & armenta remanerent in Ægypto, id etiam negauit Moyfes. Tandemquè dixit: *Cuncti greges pergunt nobiscum, non remanebit ex eis vngula.* Ac si apertius diceret: non remanebit quidquam nostrum nec minimum, quale est pecoris vngula : ne ipsi ansam habeant reuertendi, vel tu occasionem sumas trahendi, & si minimum & nullius præcij videatur. Diabolus namquè & inimici nostri, vel sola vngue aut capillo contēti sunt vt ingressum habeāt, nec maiora principijs quærunt, sed

ex his se paulatim proficere sperant, vt ad maiora trahant & vincant.

Quod vt dicebamus satis eleganter ostēdit magnus ille Patriarcha Iacob Genesis, 49. Vbi de Dan, quo diabolus significatur, loquens ait. *Et erit sicut coluber in via & sicut Cerasthesia semita, vt mordent vngulas equi.* Sed dices: quid magnum est, vel in quo nocere potest si equi vngulam mordeat: parum id videtur, cum ascensorem non attingat, nec inficiat? Audi quæ sequuntur, & dānum cognosces. *Vt cadat ascēsor eius retro.* Ecce si vel vngulam tantum serpens momorderit, cadet ascēsor, & cadet retro. Qui periculossimus casus est. Ne igitur illi vel in re adeò minima, qualis vngula est, copiam tui facias, ne illi vel in verbo consentias, aut aures præbeas: ne cadas: sed potius fuge, & ad omnia quæ proposuerit constanter & neganter responde, sicut fecisse videmus Ioannem, & sic manus eius euades.

Diaboli venenum quomodo inficiat quam vim habeat.

Genes. 49. 17.

XXI. CONSIDERATIO.

Quòd eo magis humiliatur homo & vilius de se sentit, quò magis ad Deum accedit & de luce eius participat.

Ego vox clamantis, &c.

HOC tantum in isto Euangelio, circa verba ista (quæ Dominica sequenti copiosius tractanda sunt,) considerandū duxi. Quòd si occasionem attendamus

mus qua Ioannes verba hæc de se pronunciauit, mirabilem & singularem illius humilitatem videbimus, qua meruit, vt supra omnes mortales ore Christi exaltaretur.

Omnis enim qui se humiliat, dicit Christus Matth. 23. exaltabitur, & qui se exaltat humiliabitur. Et quanto

quis se magis demisserit & humiliauerit, eò se amplioris honoris & maioris exaltationis dignum facit.

Aqua namque quanto suo impetu magis & ad profundiora descendit, tanto fortius & altius ascendit. Ita & homines quo profundius per humilitatem descenderint, eò magis à Deo exaltabuntur.

Quia Christus se humiliauit & adeò deprefsit, vt nõ solum habitu inueniretur vt homo, & per omnia hominibus similis esset, sed factus fuit obediens

vsque ad mortem, mortem autem Crucis, vt dicit Paulus ad Philip. 2. Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum. Et omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus in gloria est Dei Patris. Quia Maria,

cum in matrem Dei eligeretur Lucæ. 1. se humilem Domini ancillam professa est, exaltata est super omnes creaturas, vt ipsa cõfiteretur Lucæ. 2. dicens. *Quia respexit humilitatẽ ancille sue, eccẽ enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes.* Cum igitur Ioannes se adeò humiliauerit,

vt quando ad maximam & supremam dignitatem, quẽ poterat inter homines reperiri, eligebatur à populo, scilicet, ad dignitatem Messia, ipse non solum confessus fuerit, & non negauerit se non esse Christũ:

sed cum instanter interrogaretur quis esset, non parentũ claram progeniem, non maiorum stigmata, non antiquum genus, & sacerdotalem dignitatem, non propria, nec maiorum suorum merita declarauit. Quod communiter facere cõsueverunt homines, non tantũ quæ vera sunt in sui commendationem referẽdo, (hoc enim tollerabile esset) sed & multa falsa commemorãdo, parentes mentiẽdo, & se alienis plumis honoris ad similitudinẽ corniculæ decorando. Ioannes verò quæ verè poterat adducere in sui commendationem, & propter quæ in precio & æstimatione haberi poterat apud homines, tacet. Et se vocem esse clamantis profiteretur.

Ac si diceret: Ne me magnificatis, & tanti æstimetis. Nihil ego sum, nisi vox clamantis in deserto. Et sicut vox sonus est tantummodo aëris percusi, nec soliditatẽ habet, aut substantiam, sed dum formatur, euanescit. Ita ego solam hanc apparentiam habeo: Nihil sum, & si vobis magnus & expectabilis appaream, respectu illius qui medius vestrum stat, quem vos propter cõmunem vitam & insignem humilitatem nescitis. Vox solũ sum & sonus sine re. Quod amplius expressit dicens. *Qui post me venit, ante me factus est, cuius non sum dignus, vt soluam corrigiam calceamentorum.*

Ioannes enim, quo Christo propinquior erat, magisq; coniunctus, eo apertius, clarius, & manifestius, se suaquẽ cognoscit: & quã vilis sit intuerur. Sicut radio solis ingrediente per fenestram Attomos, & puluilos quos antea non cõspicie-

bamus,

Quò Christo & luci quis propinquior est eò plura in se videt vt de humilior fiat.

simile.

Matt.

Ioannis summa humilitas cõmendatur.

Simile.

Philip.

Lucæ.

Lucæ.

Quò Christo & luci quis propinquior est eò plura in se videt vt de humilior fiat.

simile.

bamus,

bamus, in aëre videmus luce & claritate solis manifestante: ita Deo animam illustrante multa apparēt, quæ antea non videbantur, & quomens illius lucē magis participat, eo suas imperfectiones, quas antea non videbat, conspicit, sequē, quo magis ad Deum accedit, viliores & indigniores iudicat. Quod Chrysostomus Hom. 29. perfecti in Matthæum declarat inquit. *Sicut quāto acūtius videmus, tāto magis percipimus quālongē à cæli regione distamus. Sic etiam quanto altius per spiritualem profectum ad virtutis culmen conscendimus, & mentis oculum per purgamus magis, tantō amplius docemur, quam sit inter Deum & nos grande discrimen: tanto clarius cernimus, quam ad huc humili & abiecto loco iacemus.* Hoc Paulus. 1. ad Corinth. 8. de hominum scientia testatus est cum ait. *Qui existimat se aliquid scire, nondum nouit quomodo oporteat scire, id est, Nescit quantum sua qualiscunquē scientia à perfecta & diuina scientia absit, cuius hæc sua particula est quasi riuiulus à fonte deriuatus, aut quasi ramusculus ab arbore scientiæ dependens: aut quasi radiolus à luce inaccessibili communicatus. Hoc enim modo, si se scire cognosceret, profectō se aliquid scire non putaret, sed considerata illa Dei scientia se nihil scire existimaret.* Et Augustinus libro de sancta Virginitate cap. 47. rationes explicat propter quas in vera & solida humilitate quisquē se continere debet. Si sapiens est ignorare non potest: Primo & si in aliquo excellat, in multis alijs deficere. Deindē & si in aliquo excellat, tamē aliū, quē ipse nescit, in eo etiam genere eum superare. Tertio alia multa præsta-

Chrysof.

Corint.

August.

re posse & in multis excellere, in quibus ipse nihil sciat, aut faciat. Quarto quod ingruenti graui tentatione forrē succumbet. Vndē Paulus. 1. Corint. 10. dicebat. *Qui se existimat stare, videat ne cadat.* Quintō quod quicquid habet est alienus thesaurus apud eum depositus iuxta illud 1. Corint. 4. *Quid habes quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Tandemquē Deum consideret, & se nihil esse respectu illius conspiciet. Hæc Ioānes considerans & se cognoscens ad eō se humiliavit, vt se vocem esse testatus sit. Vndē, vt dicebamus, meruit supra omnes mortales Christi ore, qui summa veritas est, extolli & prædicari cum dicit. *Inter natos mulierum non surrexit maior Ioāne Baptista.* Nec solum inter homines exaltari meruit, sed vt multi testantur propter hanc ad eō eximiam humilitatem promeruit Luciferi primi Angeli supremum locum quem ille deseruit in cælo. Quod sic possumus deducere & confirmare. Quoniam si primus Angelus deiectus est, quia Dei similitudinē appetijt, & sedere voluit in lateribus Aquilonis, & altissimo coæquari. Ioannes, qui Dei sedē oblatam & Messias dignitatem recusauit, æquum erat vt illō ascenderet: vndē Angelus deciderat.

Ex quo verē humilitatis formā accipies, cuius hæc cōditio est, ista natura: vt non solum oblatos honores respuat, sed vt seipsum vere humilis deiciat, deprimat, extenuet, quo apud alios vilis & contemptibilis appareat, hoc summum honorem reputans, si ab alijs despici-

Corint.

Corint.

Stella in Lucam. c. 3. Ioannes Luciferi sedē adeptus est in cælo.

Vere humilis omnibus despicabilis esse desiderat.

Reg. **lis** habeatur. Quod nos docuit Dauid Rex Israel. 2. Reg. 6. cum ante arcam Domini saltando exultaret, cui exprobens vxor eius Michol dixit. *Quid gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris.* Dixitque Dauid ad Michol. *Viuit Dominus quia ludam ante Dominum qui elegit me, & ludam, & vilior fiam plusquam factus sum & ero humilis in oculis meis & cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo.* Quasi diceret. Quis ego sum, & quæ domus Patris mei, vt modo superbiam? Me in Regem Israël relicta domo Patris tui sine meritis meis elegit Deus. Ludam ergo & meam vilitatem verbis & factis confitebor contestans quod me sua sola misericordia ad hanc dignitatem euexit. Nihil enim habeo quod non acceperim, vnde nec gloriari debeo, sed coram Deo humiliari. Humilis igitur suam indignitatem prædicat, & optat semper non apparere quod est. Hoc eleganter profecquitur Bernardus Serm. 13. in Cantic. dicens. *Magna & rara virtus est humilitas, & vt magna licet operantem magnum te nescias, & manifestam omnibus tuam te solum latere sanctitatem, mirabilem apparere, & contemptibile te putare.* Hoc ego ipsis virtutibus mirabilius iudico. Et Chrysof. Homil. 33. in Genes. ait. *Hæc est vera humilitas quando quis occasiones habet vt extollatur, & se ipsum humiliat, supprimit, & modestè gerit.* Vnde humilitas quicquid negligit & fugit, consequitur. Mundana enim sunt veluti vmbra, quæ fugientes sequitur & sequentes fugit. Quare Ambrosius dicit. *Bona humilitas nihil ap-*

Bernard.

Chrysof.
Humilitas totum quod fugit adipiscitur.

Simile.

Ambros.

petendo totum quod contemnit adipiscitur. Et Bernardus dicit. *Iacta te in fundamento humilitatis, & peruenies ad fastigium charitatis.* Et Grego. ait. *Quisquis nunc se sponte non humiliat, nequaquam hunc sequens gloria exaltat.* Ideo Christus Matt. 11. nos exhortans ad sui imitationem dicit. *Discite à me quia mitis sum & humilis corde.* Quæ verba versanis Augustinus serm. 10. de Verbis Domini dicit. *Magnus esse vis à minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis.* Quod exemplo eius qui ædificium aliquod construere parat, exponit. Ille enim prius fodit fundamenta quam ædificium erigat: & quanto altius futurum est ædificium tanto profundius fodit fundamentum. Vnde concludit quod fabrica ante celsitudinem deprimatur, vt fortius & altius ascēdat. Sic & nos quo profundius nos humiliauerimus Ioannis exemplo, altius ascendemus, & ad maiorem gloriam euehemur.

Bernard.

Gregor.


Matth.

August.

XXII. CONSIDERATIO.

Quod sermo Dei superbos & de se præsumētes fugiat, & siccos relinquat: humiles verò & eos qui de se non præsumunt quærat, & ædificet.

Et qui missi fuerant, &c.

 I huius Euangelij decursum considerauerimus, quæstiones tam varias, quæ Ioanni

Ioanni propositæ sunt, & Ioannis tam constantes confessiones & responsiones, reperiemus, quòd isti nūcij (cum non sincero animo, nec desiderio cognoscendæ veritatis accesserint, sed vel ad calumniadum dictis & factis Ioannis, vel vt suæ iniquitatis illum patronum constituerent) non quiescunt responsis Ioanis auditis, nec verbis illius meliores redduntur: sed potius eorum malitia crescente magis obduran- tur, & deteriores fiunt. Quod ex eo constare potest, quòd principio blandè accedentes interrogant: *Tu quis es?* Deindè indignatione commouentur & dicunt: *Quid dicis de te ipso?* Tandem obiurgant & repræ- hendunt Ioannem dicentes: *Quid ergo baptizas?* Et vt istam obstinatam perfidiam declaret Euangelista dicit: quòd *qui missi fuerant, erant ex Pharisæis*, id est, ex illo hominū genere qui de sua sanctitate, iustitia, & sapientia nimium præsumebant. Vndè & Pharisæi, hoc est, ab alijs diuisi dicti sunt. Ideoq; verbo Dei & veritatis doctrina à Ioanne proposita peiores redduntur.

Hoc apertius intelligemus si legationem istam cum illa, (quæ Dominica præcedenti nomine Ioannis & per eius discipulos facta est,) componamus: ac vtriusquè decursum & exitum conferamus. Mittit Ioannes ad Christum discipulos suos, (qui simplices erāt, humiles, de se non præsumentes, qui veritatis cognoscendæ desiderio tenebantur) vt interrogarent Christum: *Es tu qui vēturus es?* Quos benigne Christus suscepit, & verbis & factis instructos remisit dicens. *Ite remun-*

tiatē Ioanni quæ audistis & vidistis. Illi visis signis & audito hoc verbo confusi de sua dubitatione, & leti de veritatis cognitione tacent, nihil amplius loquuntur, aut interrogant: sed gaudentes redeunt ad suū magistrum, & illi Christi opera referūt. At isti, (qui apud semet ipsos sapientes erant, qui se omnium aliorum magistros iactabant, qui scripturarum cognitionem habebant, qui de sua sanctitate & iustitia nimium gloriabantur,) accedunt ad Ioannem, interrogant semel atquè iterum, nec Ioannis verbis acquiescunt: sed fortius instant, & veritatem, quam apertè Ioannes proponebat, intelligere nollūt. Vndè ipsa veritatis luce excæcantur & peiores fiunt, ita vt Ioannem obiurgare & increpare procurent.

Huius diuersitatis si rationem inquiras, ego nullam aliam inuenio: nisi quia illi simplices & humiles erant, nec de se cōfidebant aut præsumebant: isti verò superbi & arrogantes & in oculis suis sapientes erant. Hos enim fugit sermo diuinus, & Spiritus sanctus repellit. *Deus namquè superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*, vt testatur Iacobus sua Canon: capit. 4. Vndè *Esaię. 5.* dicitur. *Væ qui sapientes estis in oculis vestrīs, & corā vobis metipsis prudentes.* Et quidem hoc experientia comprobatur: nullum enim est hominum genus, quod minus verbo Dei moueatur, aut in quo minus verbum Dei fructificet, quàm eorum, qui in sua iustitia confidunt, & se iustos & sapientes reputant. Huiusmodi namquè si contionem audiunt ita sicci & frigidi egrediuntur;

Superbos & de se præsumentes fugit sermo diuinus.

Iacob.

Esai.

tur, sicut ingressi sunt. Contra verò pauper, humilis, & qui de se non præsumit, audit, conteritur, & plorās egredient. Ille durus permanet, & in suis sceleribus perseverat: iste compunctus dolet, & vitam suam emendare procurat. Quia, ut diximus, Deus humiles amat, & quærit. Quod Esaiæ. 28. prædictum videmus: *Quem docebit Dominus scientiam, & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulsos ab ubribus.* Quod aliqui interpretantur de his, qui spirituales sunt, & capaces solidi cibi. Ac si dicat: Eos instruet Deus altissima doctrina sua, & illis secreta cælestia referabit, qui spirituales fuerint, & à terrenis rebus ablactari, & perfecti viri, quibus non lacte opus sit, sed solido cibo uti possint. De illis qui solum attingunt rudimenta, & quasi in incunabulis virtutis sunt sicut infantes, dicit Paulus ad Hebræos. 5. *Facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.* Fortiores, qui accedunt ad Deum vero corde & plena fide, quærit Deus, & his secreta cælestia communicat. Licet de his multi intelligant, alij de simplicibus & humilibus interpretantur. De quibus Sapientia. 1. dicitur. *Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab ijs, qui non tentant illum. Apparet autem his qui fidem habent in illum.* Videtur esse explicatio prædicti loci Esaiæ.

Sicut ex multis aurificis officinam introeuntibus quidam emit catenam auream, alter preciosum anulum: alius accipit monile curiositer elaboratum: alius elegans

& pulchrum vas: alius verò nigrū carbonem ex pauimento sumit, quē manu tractat & atterit, & nihil aliud ex officina vult aut sumit. Eodem modo cum multi ad concionem tanquam ad communem officinam diuitis aurificis concurrant, & vnusquisquē documentum aliquod animæ suæ vtile & conscientia suæ necessarium accipiat. Non desunt qui solum carbones quærant & fumant, considerantes diligenter vtrum concionator quid stultè aut minus sapienter dixerit, an eleganti sermone, vel barbaris verbis vsus fuerit, & hoc irrident, damnant, & ideò concionatorem contemnunt: & nesciunt quod dum concionatorem volunt atterere, se ipsos contaminant & maculant. Huiusmodi sunt superbi, arrogantes, de sua sapientia præsumentes, qui se iudices & examinatores fingunt. Vndè nec utilitatem aliquam, nec commodum ex concione capiunt. Hos Dominus fugit, nec illos scientiam docet, aut intelligere facit auditum. Illos verò (qui sancto proposito, animo pio, proficiendi desiderio, accedunt humiles & de se non præsumentes, non ut inspiciant curiosè, sed ut necessaria salutis suæ emāt & comparent,) Dominus docet, instruit, reficit, & diuinarum rerum amore mirabiliter inflāmat. Qui ergò discendi desiderio humilis accedit, proficit. Qui verò superbus & præsumptuosus, putansquē se omnia scire, venit, durior & peior egreditur. Huius rei præ manibus exempla habemus: ad Ioannis prædicationem cōuertebantur, pœnitentiam agebant, & baptismum susci-

Quales debeant esse concionum auditores ut proficiant.

Deus humiles quærit & amat.
Esai.

Hebræ.

Sapient.

Simile.

Luce. suscipiebāt homines de media plebe, Publicani & milites, de quibus *Luce.* 3. dicitur, quōd veniebant ad eum, vt instruerentur. Nullum tamen Scribarum & Phariseorum legimus Pœnitentiā egisse. Præterea qui sequebantur Christum, nōne pauperes, publicani, & peccatores erant? Qui verò persequebantur nonnē Scribæ, Pharisei, & Sacerdotes, qui se iustos existimabāt, sapientes & prudētes, & qui de sua sanctitate confidebant?

Luce. Huius etiam rei exemplo nobis esse possunt Publicanus & Phariseus, qui vt habetur *Luce.* 18. simul ascenderunt in templum, vt orarent. Phariseus quidem nimium de se confidens, & suam sanctitatem iactans dicebat. *Gratias tibi ago Domine, quia nō sum sicut ceteri homines, raptores, adulteri, vel vt etiā Publicanus hic.* Ecce cōfidentiam, superbiam, & arrogantiam. Publicanus verò confusus suorum peccatorum magnitudine, humilis, & qui vix auderet oculos in cælum leuare, dicebat percutiens pectus suam. *Domine miserere mei.* Ecce humilitatem. Dominus autē, qui humilia respicit, & alta longe cognoscit, despecto Phariseo Publicanum amplectitur, & vt habet textus: *Descendit hic iustificatus ab illo,* id est, descendit Publicanus iustificatus, & Phariseus condemnatus est, vt constet, quod *Esai.* dixit docturum Dominum ab lactatos à lacte, humiles, & simplices, & trementes sermones Domini. Hoc etiā videre possumus *Luce.* 7. in Simone, qui se iustum reputabat, & Christum intra se despiciebat, eò quōd peccatricem mu-

lierem admississet, dicens: *Si hic Propheta esset, sciret vtriquè quæ & qualis est mulier, quæ tangit illum: & in Magdalena, quæ se indignam diuino conspectu reputans accessit retro secus pedes Domini, & lachrymis cepit pedes eius rigare.* Vndè audire meruit: *Confide filia, remittuntur tibi peccata tua.* Et similitudine duorum debitorum Simonis superbiam & arrogantiam repræhendit, & Mariæ humilitatem commendat.

Hanc arrogantiam agnoscēs Christus in Scribis & Phariseis *Matthæi,* 21. dixit illis similitudinem. *Homo quidam habebat duos filios, & accedens ad primum dixit. Fili, vade hodie operari in vinea mea. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem pœnitentiā motus abiit. Accedens autem ad alterū dixit similiter. At ille respondens ait, eo Domine: & non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, primus. Dicit illis Iesus. Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei.* Et reddit rationem dicens. *Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ, & non credidistis ei. Publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitentiā habuistis postea, vt crederetis ei.* Quod ex superbia & propria estimatione processisse declarat Christus Ioannis. 5. loquens de Ioannis testimonio, quōd recipere noluerunt, & de sua prædicatione cui contradixerunt, & pro causa quare non crederint vanam hanc estimationē assignat, dicens. *Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo Deo est, nō queritis? Ecce quomodo manifeste ostendit Christus, quod verbum suum*

Arrogantiā
Phariseorū
repræhendit:
Matth.

Ioan.

suum in superbis, arrogantibus, & de se præsumentibus fructum non faciat: in humilibus autem requiescat, & maxime fructificet.

XXIII. CONSIDERATIO.

Vbi Deus quærendus sit vt inueniatur: & quantum errent qui extra se ipsos Deum quærunt.

Medius autem vestrum, &c.

VERBIS istis declarat Ioannes, quis sit ille qui baptizaturus est in Spiritu sancto: cuius ipse præcursor existit & vox; cuius non est dignus soluere corrigiam calceamenti. Quis sit verus Christus & Messias, quem quærere & suscipere debebant: & ad quem accedere & nuntios mittere, potius quam ad se, qui longè Christo inferior est. Simulque propositis verbis reprehendit Phariseorum & Sacerdotum insaniam, qui verum Deum & Messiam in lege promissum secum habeant in medio eorum stantem, quemque quotidie alloquantur, & videant, & nihilominus exeant ad quærendum alium in deserto. Hoc significare voluit dicens: *Medius vestrum stetit, &c.* Ac si apertè diceret. Quæ vestra est dementia? Messias vobis cum degit, & in medio vestrum habitat. quid me quæritis, qui non sum dignus vel in minimo officio ei ministrare? Consulite scripturas, ipsæ enim velut digito illum demonstrant. Attendite eius opera: ipsa te

stimonium perhibent de illo. Quod tenditis insani? derelinquitis venam aquarum viuentium Domino, quæ in medio vestrum est: & quæritis cisternam disspatam in deserto? Relinquitis creatorem, qui vobiscum est: & quæritis foris creaturam? *Medius vestrum stat*: quærite & inuenietis. *Quid vobis est in via Egypti, vt bibatis aquam turbidam? vt habetur Hierem. 2.* & me pro Messia quæritis? *Medius vestrum stat*, qui simul verus Deus est & homo, in quo posuit pater omnes thesauros sapientiæ & scientiæ, vt habetur ad Colosen. 2.

Qui est imago substantiæ Patris, & splendor gloriæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ Hebræorum. 1. *Medius vestrum stat* agnus pro salute omnium occidendus, & qui tollit peccata mundi Ioannis. 1. Respicite, attendite, & videte illum: cognoscite & amplecti mini, vt Psalm. 2. hortatur David dicens. *Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta.* Pro disciplina vertunt *Fœlix* & alij ex Hebræo, *apprehendite, amplexamini*, seu *adorate filium*. *Bar*, enim & disciplinam, & filium significat. Et videtur verba ista specialiter dirigi ad principes Sacerdotum, Scribas, & Phariseos, de quibus principio Psalmi dixerat. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Asluerunt Reges terræ, & principes conuenerunt aduersus Dominum & aduersus Christum eius.*

Hæc istorum insania erat, & communis nobis cum illis miseria est: vt semper Deum, quem nobiscum habemus, & facili negotio possemus inuenire, si in medio nostrum illum quæreremus: *Non enim*, vt dicebat

Hierem.

Coloss.

Hebræ.

Ioann.

Psalm.

Fœlix.

vbi quærendus sit Deus.

Actuum.

cebat Paulus Actuum 17. *Procul est ab vno quoque nostrum. In ipso enim vivimus, mouemur, & sumus: ipsius & genus sumus.*) extra nos ipsos, & vbi reperiri non potest, quæramus: ipsum relinquamus, & creaturas sequamur. Quæ nobis facienda sunt secundum nostri status conditionem (in quo Deum facile inueniremus) relinquimus, & in alienis, (in quibus potius amittitur quam inueniatur,) inquirimus: & cum in medio nostrum sit, & nobiscum inhabitet, extra, & in deserto quærimus. Vnde hominum hanc insaniam reprehendens Augustinus dicebat. *Si Deum quæritis, quærite: sed vbi quærendus est inquirite: vt inuenire possitis. In vobis quærite, medius vestrum stat: & inuenietis vnusquisque in suo statu. Ne vagemini, & extra in creaturis quærat. Quia vnusquisque in suo statu facile, si vellent, inuenire & tenere potest Deum, si quæ illi imposta sunt iuxta sui status conditionem faciat, & se maiorum suorum præceptis obedientem exhibeat. Iugum namque Christi, vt ipse testatur Matthæi. 11. *Suaue est & onus eius leue.* Nequæ enim Deus difficilia præcipit, preciosa exigit, & quæ procul sint ac magno labore comparanda requirit: sed quæ in te ipso habeas. Solum cor tuum postulat, vt Proverb. 23. habetur. Solum in hoc vniversam legem suam posuit, vt fratrem tuum diligas. Quia qui fratrem diligit legem implevit, Vt dicit Paulus ad Roma. 13. Itaque in hoc nostra miseria & infelix insania consistit, quod cum Deum facili negotio in nobis & in nostra conditione possemus inuenire, extra nos ipsos*

quærimus, & in rebus alijs quæ præter nostram conditionem & statum sunt, inquirimus: vnde provenit, vt amittamus. Nec solum Deum, sed & quod inde sequitur, foelicitatem, quietem, & pacem, quam facile intra nosmetipsos & in domibus nostris nostra tantummodo tractantes, possemus habere, aliud quærentes cum labore perquirimus, & non inuenimus. Vnde, vt dicebam, ab Augustino merito reprehendimur: quia quærimus vbi non sunt. Extra quærimus quæ domi habemus: procul inquirimus quæ in nobis sunt: in creaturis inuestigamus quæ solum in Deo reperiuntur. Quæramus ergo quæ desideramus: sed vbi sunt quæramus: vt inueniamus. Huic consonat quod quidam poeta dicebat hominum studia carpens. *O hominum curas, quantum est in rebus inane?* Et quid vanius & inanius, quam quæreré rem, vbi non est.

Hoc intelligens sponsa, (cum labores, quos inaniter perpessa fuerat in quærendo sponso; & operas suas sine fructu impensas videret,) instanter petebat ab sponso Cant. 1. dicens. *Indica mihi quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie: ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Postulat sponsa vt illi Dominus ostendat vbi ipse maneat, vbi sit & cubet: vbi vera sint bona, vera gaudia, in quibus anima pasci & quiescere possit, vbi tam ipse quàm illa sint quærendi, vt valeant inueniri. Et reddit rationem quare adeo instanter hoc poscat, inquiens. *Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.* Id est, ne te quæram vbi non es, ne bona inquiram vbi non sunt, &

Iuuen. aliq.

Cant.

Vagari

August.

In te ipso
quære Deum
& inuenies.

Matth.

Prover.

Roman.

Misera hominum quod qua in nobis reperire possemus extra quærimus.

vagari incipiam, id est, sine certo itinere & ratione gradi. Ille enim vagari dicitur, qui certam viam non cognoscens nec tenens, modo hanc modo illam carpit: vnde fit vt nunquam quod desiderat perueniat. Vagatur sane ille qui Deum extra se quærit, qui pacem extra se in rebus mundi inquirat. Quia quærit Deum & bona vbi non sunt: vnde nunquam cõsequitur. Sicut sacerdotes isti & Leuitæ quærebant Christum, quẽ inter se habebant, in deserto, querebant in Ioanne mittentes ad eum nuntios, vagabatur quidem, & idẽ non inueniebant. Et sicut cum aliquod tendimus vel minimum a via discedere, & ab errare, & vagari, grauius ferimus: ita si veram quietem exoptamus, si ad vera paschua peruenire volumus, si ad ciuitatẽ illam, (in qua vera requies est, & Dominus cubat & pascit in meridie electos suos) ascendere cupimus, debemus omni studio curare, ne vel minimum a recta via, siue ad dexteram, siue ad sinistram, recedamus, ne vel parum vagemur. Quia periculosa valde & molesta ista vagatio est: ideoquẽ tantũ illam sponfa timet.

De illis, qui parum de recta via curantes vagari cõeperunt, dicitur Psalm. 106. *Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.* Singula verba huius versiculi consideranda sunt. Primò dicit *errauerunt*, hoc est, a recta semita declinauerunt, vagati sunt iter non cognoscentes, nec tenentes. Quis enim a via errare potest, vel quia illam non cognoscit, vel quia licet cognoscat, ab ea volunta

riẽ declinat: & illud proprie vagari dicitur, & ab ignorantia procedit. *Omnis enim peccans, vt dicit Aristoteles, est ignorans: & tam qui viam, (quã scire tenebatur,) ignorat, quã quia quã tenere cõeperat, deserit, peccat: atquẽ ad eò ignorans est.* Præterea aduerte, quòd errare isto loco non accipitur pro deceptione aut falsa imagiaatione, nec pro errore mentis: sed pro vagatione in via & itinere. Ille enim errare dicitur in itinere, qui certã viam non tenet, sed modo in hanc modo in illam declinat partem. Sicut de Ioseph dicitur Genesis. 37. quòd *inuenit eum vir errantem in agro*, id est vagantem, nec certum iter tenentem. Dicitur igitur quòd *errauerunt*, id est, vagati sunt *in solitudine*. Quia vniuersa quę in isto mundo sunt, in quibus gradientes quietem & bona quærimus, solitudo sunt, & omni bono destituta. Id solitudinis nomen significat. Vnde Hieremias 2. ostendere volens Dominus quòd Israël in omnibus abundanter adfuerit, & quòd in nullo illis bono defuerit, dicit: *Nunquid solitudo factus sum Israël?* id est, nunquid in aliquo bono illis defuit? Ampliusq; quod dicimus alio termino exponit Psalmista dicens. *Errauerunt in inaquoso*, hoc est, in terra sicca & sine aqua. Terra namquẽ quæ aquis caret hominibus inuisa est, animalibus tristis & molesta, plantis & seminibus inutilis: ita & mundus & ea quæ in eo sunt, habitantibus in illo. Tandem dicit *& viam ciuitatis habitaculi*, id est, perfectæ requie in qua habitandum est, & vbi in meridie cubandum, vbi vera & plena

Aristo.

Errare pro
vagari.

Genes.

Solitudo
quid significet.
Hierem.Mundus omnibus
inutilis est.Vagatur qui
Deum extra
se querit.

Simile.

Quam periculoso
sit vel parum a
via declinare.
Psalm.

sunt gaudia, non inuenerunt. Ecce quid ex eo quod errauerint in solitudine proueniat, quid sequatur, quod scilicet viam ciuitatis habitaculi, id est, ciuitatis quam optabant, non inuenerint. Vt cognoscas quam periculosa quæuis vagatio sit.

Ciuitas habitaculi dicitur in qua perpetua & quietæ est mansio.

Sed illud maximè considerandū est quod dicit, *viam ciuitatis habitaculi*. Videtur enim enigmati simile, aut inutiliter habitaculi additū. Ciuitates namquæ ad habitandum cōstruuntur & fiunt. Nunquid potest esse aliqua ciuitas, quæ habitaculi non sit? Nomen ipsum contradicere videtur. Si enim ciuitas est, habitantium congregatio est, & habitaculi dicitur: & si habitaculi nō est, ciuitas minimè dici potest. Quare modus hic loquendi manifeste declarat, quod ciuitas habitaculi illa dicitur, in qua firmū, stabile, quietum, & perpetuum est domiciliū, stabilis & semper duratura mansio: qualis in sola illa superna ciuitate Hierusalem, quæ est mater nostra, reperitur. De qua David Psalm. 4. dicit. *In pace in idipsum dormiā & requiescam.* Ex quo fit vt ciuitates omnes & mundanæ inhabitationes nō sint dicendæ ciuitates habitaculi. Quia in eis non habemus firmū domicilium, nec perpetuam mansionem. Quod declarauit Paulus ad Hebræos. 13. dicens: *Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus,* quæ est, & dicitur ciuitas habitaculi. De qua etiam dicit Paulus ad Ephesios. 2. *Ergo iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum, & domestici Dei, superedificati super fundamentum Apostolorū & Prophetarum ipso summo angulari*

Psalm.

Hebræ.

Ephes.

lapide Christo Iesu. In quo omnis adificatio constructa crescit in templum sanctam in Domino. In quo & vos edificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto. Qui igitur vagari incipit per res has mundanas extra se gradiens, qui sui status terminos & vias transiliens errat, omni solatio & pace carens nunquam ad ciuitatem habitaculi, id est, ad requiem, & pacem, ad bona quæ exoptat, perueniet. Quapropter sponsa ad eō instanter petit. *Indica mihi, vbi pascas, vbi cubes in meridie.* Ac si diceret. *Indica mihi vbi te quærere debeam, vt inuenire valeam.*

Sed vt ista quæ dicimus melius intelligatur, opus erit, vt aliquibus exemplis in singulis statibus explicemus. Coniugatus de media plebe, (qui alligatus est vxori, & possit, si vellet domi suæ cum vxore & filijs suis degens, rebus suis contentus, & negotia sua tractans, quietā, tranquillam, & ab omni perturbatione alienam vitam agere: & hæc agens Dei amicitiam tenere) maiora se quærit, officia publica procurat, fauores inquit, domum suam derelinquit, negotiationē suam deserit, reipublicę gubernationē tractat (& in hoc se Deum quærere testatur) & ideō turbatur, substantiā suam amittit, quietē perdit, & sine Deo multis molestijs vallatus incidit. Similiter eques, (qui suis redditibus posset pauperibus fauēs Deo seruire, & omnibus amabilis quiete in suo gradu viuere,) egreditur conditionis suæ qualitatem, apparatus & fastum comitis procurat, se in hoc filiorū suorum honori consulere affirmans, & non solum interio-

Ec rem

rem pacē amittit: sed ære alieno op
 præssus gemit, & quæ tenebatur præ
 stare omittit. Itē monachus (qui in
 tra septa sui conuētus quæ Dei sunt,
 & sui instituti, & gradustractās, bea
 tam vitam & ab omni molestia li
 beram agere posset) ad secularia ne
 gotia tractanda egreditur, & alijs
 præesse procurat, & dum de aliorū
 salute curat, & Deū se quærere pu
 tat, inquietus uiuit, & Deū perdit.
 Hi sanē & consimiles non quærūt
 Deū, nec bona, vbi sūt: vagātur post
 greges sodalium, & nō inueniūt quod
 quærūt. Nec solū in his quæ prædixi
 mus, & mali speciē præ se ferre vidē
 tur, sed etiam in alijs, quæ bona ap
 parent, hoc cōtingere videmus. Cō
 iugata, (quæ filiorum suorum edu
 cationi incumbens, marito suo ser
 uiens, & domus suæ curam habens,
 Dei voluntatē implet, & regnum
 Dei sine multo labore consequere
 tur,) ad alia diuertit, domus, mari
 ti, & filiorum curam deponit: ora
 tioni, & meditationi nimium assi
 stere, die ac nocte in Ecclesia esse,
 infirmorū domus visitare continuo
 vult: & hac via propria relinquēs &
 ad quæ tenebatur (dum perfectiorē
 viam se ingredi dicit,) Deum per
 dit. Paulus prædicator veritatis in
 stituēs Titum, vt singulis exercitiā
 perscribat, in quibus debeant versa
 ri, si vitam consequi cupiūt, cap. 2.
 dicit. *Tu autem loquere quæ decent sa
 nam doctrinam. Adolescentulas, vt vi
 ros suos ament, filios suos diligant, pru
 dentes, castas, sobrias, domus curam ha
 bentes, benignas, subditas viris suis, vt
 non blasphemetur verbum Dei. Præ
 terea, vt dicebamus, monachus (qui
 obediens suis superioribus, & in*

sibi tradito ministerio seruies, suę
 quæ religionis statuta obseruans,
 quietus viuere posset, & magnus
 esse in regno cęlorum,) perfectiorē
 viam reputat, si confessor aliorum
 animas curet, si concionator alios
 instruat, si prælatus alios dirigat,
 & Deum quærens illum amittit:
 quia extra sui status conditionem,
 & extra se quærit. Hinc Christus
 Lucæ. 17. dicebat. *Regnum Dei intra*
vos est. Ac si apertius diceret. Vnus
 quisquē in suo statu, in seipso Deū
 quærat & regnum eius, si inuenire
 desiderat. Hinc etiam Ioannes Ba
 ptiſta Lucæ. 3. singulis ad se venien
 tibus, & viam salutis inquirentibus
 diuersa præcepta tradebat: vnicui
 quē iuxta suum statum. Militibus
 vt suis stipendijs contenti essent, &
 nulli iniuriam facerent præcipie
 bat, nec vt suum statum desererent
 cogebat. Publicanis interroganti
 bus quid faciemus? dixit: *Nihil am
 plius, quam quod constitutum est vobis
 faciatis:* nec præcipit vt negotiationē
 dimittant. Quia diuersi status in re
 publica necessarii sunt, diuersa ho
 minum exercitia, omnibus tamen
 regula proposita est in lege Dei:
 quā si obseruent salutē consequen
 tur. Miles exercens militiam, nego
 tiator negotiationem habēs, tabel
 lio scribens, iudex gubernans, lite
 ratus consulens, si suorum officio
 rum statuta seruent, in illis Deū in
 uenient, & salutem consequentur:
 nec opus est vt ministeria sua dese
 rant: sed vt leges obseruēt. Bene fa
 teor multa esse officia, quæ magna
 pericula secum afferunt, quæ si cō
 modē fieri posset, tutius esset relin
 quere, & alia tutiori & faciliori via

Lucæ.

Lucæ.

*Diuerſi stat
 in repub. &
 in omnibus
 saluari homi
 nes possunt.*

*Officia multa
 valde pericu
 losa sunt, nec
 ideo cogendū
 ea relinque
 re.*

vitæ

vitæ suæ consulere: tamen ad hoc non tenentur homines, sed ad Dei legem, principum, & reipublice statuta in suis ministerijs obseruanda, nec quia illa exercent extra salutis viam existunt, vt ex Ioannis doctrina constat.

XXIII. CONSIDERATIO.

Qua facilitate Deus inueniri possit, & quòd non procul sit ab vno quoquè nostrum declarat.

Medius vestrum stetit, &c.

VERBIS istis manifestè declarat Ioanes qua facilitate Deus ab hominibus possit inueniri, & quòd non opus est, vt diu multumquè & cum labore quæatur. Quoniam non est absconditus, aut loco aliquo inclusus: sed omnibus patet, in medio omnium existit, & cum omnibus conuersatur. *Medius vestrum stat*, id est, inter vos ambulat, vobiscum loquitur, vobiscum commoratur, ita manifestus & obuius est, vt solus ille non inueniat, qui quærere recusat. Nullus dicere potest vbi quæram, vbi inueniam eum? Difficile & laboriosum mihi erit inquirere: & difficilius inuenire. Facilis est ad illum accessus, *Medius vestrum stat*.

Distantia longa solet impedire & detinere homines

Itaque omnem difficultatè verbis istis remouet Ioanes, quam homines prætereundè possent, ne Christum quærerent. Inter alias non mediocri difficultas esse solet magna distantia & longa peregrinatio, ad

quam conficiendam multum sit laborandum: propter hanc interdum homines etiã ab his, quæ multum desiderant, desistunt. Ne ergo quis existimet grandè esse viam, aut longum iter ad Deum consequendū, ait Ioanes. *Medius vestrum stat*. Quasi dicat. Non est necesse vt terram vestram relinquantis, & in longinquas regiones abeat, sicut contigit Abraham, cui Genesis. 11. dictum est: *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui: & veni in terram quam monstrauero tibi*. Nec vobis grandis terenda est via, vt ad illū perueniat: sicut restabat Eliaz. 3. Reg. 19. vt

Non multum distat Deus ab vno quoquè nostrum.

Genes.

Reg.

Psal.

Hanc difficultatem, (quam ignaui homines falso prætereundè possent diligentes magis tenebras quàm lucem, & fingentes laborè in præceptis Domini,) remouet Moyles Deuter. 30. dicens. *Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie* (loquitur de quærendo Deo post peccata, vt statim demonstrabimus) *Non supra te est, neque procul positum, nec in calo situm: vt possis dicere. Quis nostrum valet ad eam ascendere, vt deferat illud ad nos: vt audiamus atque opere compleamur: neque trans mare positum, vt causeris & dicas. Quis è nobis poterit mare transfretare, & illud ad nos vsque deferre: vt possim audire, & facere quod præceptum est. Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo: vt facias illud*. Quo loco ad literam Moyles exaustionem excludit eorum, qui difficultatè in præceptis Dei

Deute.

Difficultas in querendis & obseruandis præceptis Dei excluditur.

obseruandis constituunt. Et quā sit facile implere declarat dicens: *Iuxta est sermo*. &c. Quæ verba exponens Glossa ait: mandata Dei moderata & temperata sunt hominibus viribus. Et Nicolaus de Lyra dicit. *Sed iuxta est sermo in ore tuo & in corde tuo.* Quia præcepta decalogi sunt quædam conclusiones primæ principiorum in operabilibus, quæ sunt dilectio Dei & proximi. Alia autē præcepta sunt quædā conclusiones secundariæ deductæ ex prædictis principijs mediātibz præceptis decalogi. Et sic patet, quod omnia legis præcepta sunt quodam modo de dictamine iuris naturalis, & per consequens scripta sunt aliquo modo in cordibus hominū, secundum quod dicitur Rom. 2. *Cum gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt, faciunt, ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis.* Et hoc est quod dicitur: *Iuxta te est sermo valde, in corde tuo:* quia ibi scriptum est: *Et in ore tuo.* Quia verbum est signum conceptus: vt facias illum opere adimplendo. Quia non auditores legis tantum iustificabuntur, sed factores. Vndè tollitur omnis excusatio, ne aliquis dicat: si scire Dei voluntatem & eius mādāta libenter adimplerem. Dei enim mādātum non est supra hominem, nec vltra: sed iuxta, & intra ipsum hominem.

Tamē pro maiori loci huius explanatione sciendū est, quod verba ista Moyses non sunt intelligēda ad literam de præceptis & cæremonijs veteris legis, vt ex contextu ipso patet. Dicit enim Moyses, quod si populus dispersus fuerit & ad vlti-

mas terrę partes duct⁹, eo quod nō custodierit legē & cæremonias traditas sibi a Domino, & ibi recordatus domini Dei sui cōuersus fuerit, & egerit poenitētiā: Dominus reducet eum in terram suā. Hanc autē poenitentiam non esse difficilem ostendit, cum non sit loco adscripta, sed in corde sita. Et quod non loquatur de cæremonijs, festiuitatibus, & alijs præceptis legis, patet. Quia populus ille nō tenebatur ad celebrationē solemnitatū, nec ad immolationem agni, nec ad sacrificia, quę præcipua erāt in lege, extra ciuitatē Hierusalē: vt constat ex illo Deut. 16. *Non poteris immolare phāse in qualibet vrbiū tuarū, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi: sed in loco quē elegerit Dominus, vt habitet nomen eius ibi.* Et ex illo Exod. 13. *Cumq; introduxerit te Dominus in terrā Chananei, celebrābitis hunc morem sacrorū mense isto.* Et Deut. 12. dicitur. *Cauē ne offeras holocausta tua in omni loco, quē videris: sed in eo, quem elegerit Dominus in vna tribuum tuarū offeres hostias, & facies quæcūq; præcipio tibi.* Vndè extra terrā promissionis, & in captiuitate cōstituti, nō tenebātur ad huiusmodi obseruationē. Non igitur loquitur Moyses de istis cæremonijs ad literā, sed de intrinseca cordis poenitentia, qua ad Deum vbicunq; essent reuerti poterant, & quæ ad legem fidei pertinebat. Quare Paulus locū istū allegat ad Rom. 10. de iustitia fidei: agnoscēs enim Paulus Spiritu sancto illustrat⁹, de quo loqueretur Moyses, introducit iustitiā fidei dicēs. *Finis enim legis Christus ad iustitiā omni credenti.* Moyses enim scripsit, Leuit. 18. *Quoniā iustitiā quæ ex le-*

Sacrificia nō poterat israel offerre extra Hierusalem.

Deut.

Exod.

Deut.

Roman.

Leuit.

ge est

Glossa.

Lyra.

Omnia præcepta legis quodā modo sunt iuris naturalis.

Roman.

Omnis excusatio tollitur ne mandata Dei custodiātur.

ge est qui fecerit homo, & uiuet in ea. Quae autē ex fide est iustitia sic dicit. Ne dixeris in corde tuo, quis ascēdet in calū, id est, Christum deducere? aut quis descendet in abyssum, hoc est, Christum a mortuis reuocare? Sed quid dicit Scriptura? Propē est uerbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est uerbum fidei quod praedicamus.

Caiet.

Quare non placet mihi Caietanus in istum locum Pauli asserens, quod mysticē Paulus locum Deuteronomij de Christo & eius lege fuerit interpretatus. Ad literam nā quē praedictus locus a Paulo declaratur de uerbo fidei, quod non est difficile ad inuestigandum, nec lōgē distat ad quarendum; sed propē est ualde in ore, & in corde cuiusq;. Et consentit cum uerbis istis quae tractamus *Medius uestrū stat.* Christus enim omnibus peruius est, & facilis, ut inueniatur: si in ueritate & simplicitate cordis inquiratur. Unde ipse ait Matth. 7. *Querite & inuenietis: pulsate & aperietur uobis. Medius enim stat, & omnibus ad manū: ita ut a nō quærentibus inueniatur: sicut Esai. 65. habetur, ut citat Paulus ad Rom. 10. Inuentus sum a non quærentibus me: palam apparui his, qui me non interrogabant.* Utitur eo modo loquēdi Propheta, quē nos usurpare solemus. Cum uolumus ostendere rem aliquam peruiam, & quæ præ manibus est, dicere solemus: quod in illam etiam nolentes & non quærentes impingimus. Ita Propheta exponere uolens, quā facilē sit Deum inuenire, dicit. *Inuentus sum a non quærentibus me.*

Christus facile inuenitur si quaeratur.

Matth.

Esai.
Roma.

Qui locus licet ad literam loquatur de reprobatione populi Iudæo.

rum, & uocatione gentium, quæ inueniunt Deum, quem non quærebant: & ita communiter interpretetur sancti Patres Paulum sequentes loco allegato, ubi de gentiū uocatione praedictum locum adducit: in quo Deus maximē suam misericordiam commendauit: Nihilominus de peccatorum conuersione & uocatione commodē intelligi potest. Quos Deus ueniētes ad se nō solū recipit: sed & ipse met uocat, inuitat, trahit, sese illis offert. Ita ut etiam nolentes & non quærentes in illum impingant. Hinc fortē inter alias rationes ad Rom. 9. dictus est Christus a Paulo lapis offensionis. Quoniam ad eō communis, & omnibus obuius est, ut in illum etiā nolentes offendant: unde & prouersus, ut in illo scandalizentur. Hoc uidemus apertē in muliere illa Samaritana Ioannis. 4. quæ de Christo nihil cogitabat, & ad puteum ut hauriret aquam ueniebat, quam Christus ad puteum hora diei sexta, & in ipso solis feruore sedēs spectabat, & ut occasionem inueniret docendi, potum petebat. Unde non intelligens mulier mysterium scandalizata est dicens: *Quomodo Iudæus cum sis bibere a me petis, quæ sum mulier Samaritana?* Vides Christū mulieri obuium, & factum petram offensionis? Cæco illi a natiuitate, cui uisum Dominus impertiuit, postea ipse Christus se obuiū præbuit Ioann. 9. ut illum confirmaret. Matthæus ad Thelonium sedebat Dei oblitus Matth. 9. & Christus illum quærit. Merito ergo dicit: *Inuentus sum a non quærentibus me:* & Ioannes dicit. *Medius uestrum stat, & ad eō fa-*

Roman.
Quare Christus dicitur lapis offensionis.

Ioann.

Ioann.

Matth.

cilis inueniri: vt cæci in illū impingant, & etiam non volentes inueniant. Vndè nullus difficultatem in quærendo aut inueniendo Deo potest causari.

Simile.

Sicut si Medicus ad aliquam ciuitatem veniret, & in media platea tentorium figeret, ibiquè continuò maneret ægros sperans, nullus iuste dicere posset: vbi medicum inueniam? quò ibo? quo quæram? curari recuso, quia multum mihi laborandum est vt medicum valeam inuenire. Medius enim stat, in medio populi & in manifesto & aperto loco positus est. Ille non inuenit, qui non vult quærere. Iuste reprehenderentur & conuincerentur magis amare ægritudinem quam salutē, qui difficultatem in medico quærendo pro excusatione adducerēt. Venit cælestis medicus, qui languores omnes nostros non tantum curare potest, sed & tollere: vt Esai. 53. de eo dicitur. *Vere languores nostros ipse tulit, & labores nostros ipse portauit. Quod de ægritudinibus corporalibus interpretatur Matthæus, cap. 8. Licet enim Christus corporalem ægritudinem non suscepit, vt aliquando demonstrabimus, tamē nostras tulit sua virtute sanando, vt peritissimus, sapientissimus, & potentissimus medicus. Qui in hunc mundum veniens in medio terre tētorium suum fixit, & medius omnium stetit: vt omnibus facilis ad illum esset accessus. Quod Prouerbiorum. i. Sapiēs testatur inquies. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamat, in foribus portarū vrbs profert verba sua dicens: Vsq̄ quo paruuli diligitis**

Esai.

Matth.

Prouer.

*infantiam, & Stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient: & imprudētes adibunt sciētiam? Conuertimini ad correptionem meā. En proferam vobis spiritum meū, & ostendam vobis verba mea. Nec solum medius stat, sed & singulorum domus visitat, & ipsemet ægros quærit. Quod declarauit Matth. 18. illa similitudine hominis qui habebat centum oves, & reliquit nonaginta nouem in deserto, vt vnā quæreret quæ perierat. Vndè concludit. *Veni quærere, & saluum facere quod perierat. Ipsorum igitur infirmorum culpa est si medicum non inueniunt: quia quærere nolunt. Et quod peius & miserabilius est, venientem ad se fugiunt. De quo cōquæritur per Zachariam cap. 7. dicens. *Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes, & aures suas aggrauauerunt ne audirent, & cor suum posuerunt vt adamantem ne audirent legem, & verba quæ misit Dominus exercituum in Spiritu suo sancto per manum Prophetarum suorū. Hi sunt qui dicunt Deo, vt habetur Iob, 22. *recede a nobis, & quasi nihil possit facere omnipotens estimabant, eum, cum ille impleisset domus eorum bonis. Ex quibus omnibus concludimus, quam facile sit Deum inuenire, si quærere voluerimus: solūquè negligentibus, & diligentibus magis tenebras quā lucem difficile videri. Quia medius omnium stat, & etiam a non quærentibus inuenitur.****

Etiam infirmos quærit Christus. Matth.


Zach.

Iob.

XXXV. CONSIDERATIO.

Quod Deus nulli desit
in necessarijs ad salutem, nec
personarum habeat acceptio-
nem, sed omnibus ad sit,
& medius stet.

Medius vestrum, stetit, &c.

 VI medius stat ad om-
nes æqualitatē habet, nec
magis in vnam quam in
alteram partem declinat: in quo
Christi rectitudinem ostendit, qui
ad omnium salutem descendit, eā-
quē sine personarū acceptione præ-
stat omnibus fauens, & quantum
de se est omnibus prospiciens. Vn-
dè Petrus Actuum. 10. vocatus a Cor-
nelio, & videns gratiam Dei genti-
bus communicari, aperiens os suū
dixit. *In veritate comperi: quia non est
personarum acceptor Deus: sed in omni
gente qui timet Deum, & operatur iusti-
tiam, acceptus est illi.* Et Paulus ad E-
phesios. 6. inquit. *Personarum accep-
tio non est apud Deum.* Qui omnes vo-
cat, omnes inuitat, omneshorta-
tur, omnibus propè est. Esaiæ. 55.
ait. *Omnes sitientes venite ad aquas, &
qui non habetis argentum properate:
emite & comedite. Venite, emite absquē
argento & absquē vlla commutatione
vinum & lac.* Et Matth. 11. dicit. *Ve-
nite ad me omnes qui laboratis, & one-
rati estis: & ego reficiam vos.* Et Mar-
ci 10. ait. *Simite paruulos venire ad me:
quia ipsorum est regnum celorum.*

Sicut fons patēs & in medio po-
puli existens omnibus conceditur
magnis & paruis, diuitibus & pau-

peribus, nulliquē aditus ad illum
interdicitur: sic Christus fons pa-
tens est omnibus communis, & in
medio existens, vt omnibus aditus
ad illum pateat, nulliquē negetur
accessus. Quod prædictum fuerat à
Zacharia cap. 13. his verbis. *In die*
illa erit fons patens domui David, & ha-
bitantibus Hierusalem, in ablutionem
peccatoris & menstruata. Quod vari-
cinium de tempore Messiaë intelli-
gendum est. Consuetum enim est
in scriptura per diem illam: nota quā-
cumquē intelligere, sed illam quæ
celebratissima erat, & circumfere-
batur in ore omnium Prophetarū,
& quam omnes ardentissimè desi-
derabant, scilicet, aduentus Messiaë.
Et hæc non solum sanctorum inter-
pretatio est: sed & omnium sapien-
tium. Indæorum vnanimis consen-
sus: vt refert Galatinus lib. 4. de Ar-
chanis sacrae Scripturae, cap. vlti-
mo. Fons Christus est, vt optimè in-
terpretatur Gregorius Homil. 20.
in Ezechielem dicens. *Hac dies mi-
sericordiae, quæ nobis de aduentu. Redem-
ptoris nostri promissa est. Fons quippe
occultus est vnigenitus Patris, inuisibilis
Deus. Fons vero patens est idem Deus in-
carnatus. Qui fons patens recte domui
David dicitur: quia ex David genere no-
ster ad nos redemptor processit. Hieru-
salem vero visio pacis interpretatur. Hi
autem Hierusalem inhabitant, qui in vi-
sione pacis intime mentem figunt. Pec-
cator vero & menstruata est vilis, qui de-
linquit in opere: vel mens quæ labitur in
praua cogitatione. Dicatur ergo: In die
illa erit fons patens domui David, &c.
Quia apertus iam nobis est fons miseri-
cordiae Redemptor noster, qui in dōmo
David incarnari dignatus est, vt pecca-*

Zach.

Dies illa quid
significet in
scriptura.

Galat.

Grego.

Actuum.
Deus non est
personarum
acceptor.

Ephes.

Esai.

Matth.

Marc.

Simile.
Christus fons
patens omni-
bus.

coram lauet à perverso opere, & mensuram mentem diluat ab immunda cogitatione. Pater igitur fons, curramus cum lacrymis, & lauemur in hoc fonte pietatis: in quo lauari optabat David cum Psalm. 50. dicebat. *Dele iniquitatem meam: amplius lava me: & in quo lata est Magdalena Lucae. 7. in quo Petrus amare flens. Matth. 26. Et Latro misericordiam poscens Lucae. 23. Et lib. 6. Episto. cap. 186. de Magdalena & remissione illi concessa tractans inquit, quòd impletum est quod de hoc sanctæ Ecclesiæ tempore prophetica nobis voce promissum est. Et in die illa erit fons domus David patens in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Domus enim David nobis peccatoribus fons patens in ablutionem est, quia ab iniquitatum nostrarum sordibus per David filium Salvatorem nostrum aperta iam misericordia lauemur.*

Christus igitur fons dicitur propter Spiritus sancti gratiam, quam in se habet, & omnibus communicat. Datus est enim illi Spiritus non ad mensuram sicut cæteris, ut testatur Ioannes Baptista Ioann. 3. *Et super eum non solum descendit, sed & mansit Spiritus sanctus, ut idem testatur Marci. 1. Qui est lapis ille super quem septem oculi sunt, id est, septem Spiritus sancti dona, ut affirmat Zacharias cap. 3. Qui non solum sibi sufficiens est, sed & omnibus communicat lucem & gratiam, ut Ioannes cap. 1. testatur inquit. Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à Patre plenum gratiæ & veritatis. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia. Id est abundantissimam & copiosissimam gratiã.*

Hic enim est de quo Pater Matt. 17. de cælo clamans dixit. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacuit.* Cuius verbi vim declarat optime Leo Papa in quodam sermone de Transfiguratione inquit. *In quo mihi complacuit. Quia non tantum ipse placet: sed & in ipso & per ipsum placent quotquot mihi placent.*

Istã gratiæ abundantiam in Christo declaravit Esai. cap. 12. de temporibus Messias loquens: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, & dicetis in die illa confitemini Domino, & innocate nomẽ eius.* Plurali nomine utitur dicẽs de fontibus: ut gratiæ magnitudinem & copiam, & omnimodã plenitudinem sine mensura, ac spiritualium donorum multitudinem significaret. Vel fontes dicit propter pluralitatem Sacramentorum, quæ fontes quidam sunt in Ecclesia Christi sanguinem & virtutem passionis continentia. Quæ omnia de latere Christi fluxerunt, tanquam riuli de purissimo, & copiosissimo fonte. Vel plurali utitur, ut ostendat, quòd in quolibet nostrum ex participatione & communicatione gratiæ, quam nobis Christus communicat, fit fons aquæ viæ salientis in vitam æternam: ut Ioannis 4. Christus asseruit cum Samaritana loquens. *Quare Ioannis. 7. nos Christus inuitat ad istas aquas inquit. Qui sitit, veniat ad me, & bibat. Qui enim credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viæ.*

De hoc fonte & istis aquis loquitur Ioel cap. 3. inquit. *Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinẽ, & colles fluent lacte. Et per omnes riuos*

Abundantia gratiæ futuræ temporibus Messias declaratur. Esai.

Ioannis
Ioannis

Ioel.

Iudã

Psalm.

Luca.
Matth.
Luca.
Gregor.

Christus quare dicitur fons.

Ioann.

Marc.

Zacha.

Ioann.

Iuda ibunt aqua, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Hieronymus interpretatū locum istum de temporibus Messiae, & de abundantia misericordie, gratie, & consolationis spiritualis, quæ tunc per omnes alueos Iuda fuerit, ut nihil in eis siccum reperiat, ut aquis gratiæ ubique redundantibus. Consuetū enim est apud homines translationibus & parabolis utri ad explicandas res, (non solum ut intelligi, sed ut desiderari & expeti possent) foelices & prosperas, eisque verbis utuntur quibus maximè sensus nostri solent delectari, eaque res adducunt, quæ hoc maximè præstare consueverunt: quales sunt larga rerum omnium adiunctum, vitam, & honestam voluptatem, pertinentium abundantia & copia. Huius generis sunt terræ & arborum copiosissimi fructus, frumenti, vini, & olei, largi prouentus, vestium, auri, argenti, & aliarum rerum preciosarum copia: & lactis & mellis redūdans ubertas, quæ omnia viderur cōplecti. Ad ista enim & ad aquarum abundantiam uniuersa reduci solent, quæ ad necessitatē & voluptatē hominū necessaria sunt. Quia lac primum animalis alimentum est, & maximè conueniens, & utile, ut ipsa nutritio animalium testatur: mel verò principium est omnis dulcedinis & suauitatis: aquarum autem copia præter quam quod ad sitim extinguendam conducit, multa alia in terris bona efficit, ob quæ summā sibi laudem inter omnes res naturales vendicari: adè ut antiqui naturæ superiorem facerent, & omnium rerum parentem

crederent: Quoniam cuiusquod rei ortus & generatio, (ut testatur Aristot. 4. Meteor.) succum requirit & humiditatem, cuius defectus corruptionem inducit. Quod sumplisse Philosophi videntur ex eo, quod Genes. 1. Spiritus Domini ferebatur super aquas, quas rerum omnium materiam constituit. Cum igitur graues authores de aliqua maxima felicitate temporum, & de summa abundantia rerum agunt, rerum prædictarum copiam & spontaneam affluentiam proponunt: ut Ouidius lib. 1. Metamorph. dicens. *Flumina iam lactis, iam flumina nectaris ibant.* Isto modo loquendi usus est noster Propheta ad explicandam exitum diuinæ prouidentiae, donorum, bonorum spiritualium & gratiæ copiam, qua fruituri erant fideles tempore Messiae inquit: *Erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, &c.* Vbi etiam aduerte, quod ut maximam abundantiam & redundantiam bonorum ostenderet, non mel la ex apum aluearibus, aut lac ex pecorū vberibus quærenda esse dicit: sed per agros, per valles, per colles & per montes fluxura copiosissimè testatur. Adè ut per omnes riuos Iuda aquæ & bona defluant.

Et fons de domo Domini egredietur, sicut Christus, & irrigabit torrentem spinarum, sive valem spinarum. Qui, ut testatur Hieronymus, est locus iuxta Liuiadem trans mare mortuum, sexto ab ea distans milliario, ubi quondam cum Madianitis fornicatus est Israël Numeri. 25. Cuius loci meminit ex persona Dei Micheas Propheta cap. 6. dicens. *Populus meus, memento quæso quid cogitauerit*

Hieron.

Genes.

Aristo.

Genes.

Ouidius.

Uniuersa pro spira per lac mel & aquarum copiam declarantur.

Aqua excellencia.

Torrès spinarum quis locus sit.

Num.

Michea.

vit Balach Rex Moab, & quid responderit Balaam filius Beor de Sethim vsq; ad Galgalam. Egredietur igitur fons de domo Domini, hoc est, Ecclesia: vt spinas nostras, & vitia, atque peccata, quæ nullam frugem habere iustitiæ, commutent in Domini noualia, & ariditatem nostram rigent aquis largissimis, & pro spinis & & vepribus flores virtutum multiplices germinemus. Et in eo loco vbi quondam fornicatus est Israël, & initiatus est Beelphegor, lilia castitatis, & rosæ pudoris, ac virginittatis, exuberent. De quo Zacharias cap. 11. loquutus est dicens. *Et erit fons patens, &c.*

Et quod prædictus locus Ioëlis de temporibus Messiaë debeat intel ligi, colligitur ex eo, quod si foelicitas hæc humana atque terrena futura solum esset, tamen maior quã vnquam fuisset, eo tẽpore quo restituenti erãt Iudæi fore probaretur, vel ex eo quod per omnes riuos Iuda aquæ fluent, aut quia in Hierusalem ex templo Domini fons viuus erat. erupturus. Quoniam olim cū terra illa beatissimè coleretur aquarum viuentium inopia laborabat, maximè autem ciuitas Hierusalẽ, in qua piscinis & collectionibus aquę pluuialis, fontium & puteorũ defectum supplere cogebantur incolæ. Quare cum illam abundantiam post reditum ex captiuitate non habuerint, manifestè conuincitur totam istam sententiam aliò expectare, scilicet, ad bonorum spiritualium affluentiam, & ad illas aquas de quibus Christus loquitur Ioann. 4. & 7. Quas qui biberit, nõ sitiet iterũ: sed flumina fluent de vē

tre eius aquæ salientis in vitã eternã. Vt igitur ad propositũ Zachariæ locũ redeamus, fons dicitur Christus propter abundantiam gratiæ & bonorum. Patens autem dicitur, quia nullũ prohibet, nulli negatur, omnibus cõmunis & in manifesto est, & in medio omnium stat. Nec sine causa Propheta verbo isto vsus est, sed vt differentiam tẽporum Messiaë a temporibus illis antiquis ostēderet. Olim quippe Christus promissus erat: & fons aquarum istarum hominibus communicabatur: (Virtute enim Christi gratiã & salutem consequerantur omnes illi Patres antiqui, qui bibebant de spiritali consequente eos petra, Petra autem erat. Christus, vt dicit Paulus. 1. Corinth. 10.) sed fons illis clausus erat & signatus, cuius fide & a lōgẽ illũ aspicientes sanabantur, vt testatur Paulus ad Hebræ. 11. Quod sanè adumbratum cernimus Genes. 29. & alijs quã pluribus locis. Vbi fontes dicuntur a Patribus illis antiquis inuenti, & quod clauderentur, nec bibere ex illis alicui licebat, do nec greges omnes congregarentur. Ad quod respexisse videtur Paulus ad Hebræos. 11. cum dicit, de Patribus antiquis loquens: *Vt non sine nobis consumerentur Deo pro nobis melius aliquid disponente.* At postquam Deus homo factus est, & lapis ille angularis in cruce percussus, iam fons patens est Domui Iuda & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Hic fons est qui in medio paradisi constitutus refer tur Genes. 2. a quo procedunt flumina, quæ vniuersæ terræ faciem irrigant. Vndè fit vt inexcusabilis sit

Differentia temporũ Messiaë & antiquorum.

Corinth.

Hebr. Genes.

Claudere puteos antiquitus quid significaret.

Hebræ.

Genes.

omnis

Bonorum spiritualium affluentiam omnia ista significat

Ioann. Ioann.

omnis homo qui necessitatem patitur, vel siti, aut penuria laborat, cum omnibus fons iste pateat, & in medio omnium sit. Si fons esset conclusus, quales olim erant, vel signatus, qualis Cant. 4. describitur, non mirum esset, si sitim homines pateretur, sed cum fons sit patens, & in medio omnium existat, inexcusabilis sane est, qui miseriam patitur, vel indigens in peccatis perseuerat. Conuincitur diligere magis tenebras quam lucem, & quod cisternas dissipatas, & aquas turbidas Aegypti, fonti viuo & aquis salutaribus praeponat.

Cant.

XXVI. CONSIDERATIO
Christi humilitatem declarat, & quod communem vitam & abiectam egerit praetatis relinquens exemplum, ut sequantur vestigia eius.

Medius autem vestrum, &c.

QUOD EST, communem vitam degit, & sicut vnus de media plebe, sine apparatu & pompa humilis & mansuetus cum omnibus conuersans. Quod Chryso. Homil. 15. in Ioannem aduertit inquit. *Decens namque erat, ut in populo tanquam vnus ex multitudine versaretur, qui vbiq; humilitatem & mansuetudinem doceret.* In quo Christi humilitas maxime commendatur. Qui est filius naturalis Dei, ut fides fatetur, & late probat Paulus ad Hebraeos. 1. *Qui cum sit splendor gloriae, & figura substantiae Pa-*

Chryso.

Christi humilitas declaratur.
Hebrae.

tris, portans omnia verbo virtutis suae, purgationem peccatorum faciens, tanto melior Angelis effectus, quanto differetius praeter illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando Angelorum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te?* Et rursum. *Ego ero illi in Patrem, & ipse erit mihi in filium?* Qui non solum in quantum Deus, sed etiam in quantum homo, est filius naturalis Dei, & haeres vniuersorum: ut ibidem testatur Paulus inquit: *Novissime loquutus est nobis in filio: quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & secula.* Quibus verbis duas naturas in Christo declarat, humanam, ratione cuius sicut praedestinatus est filius Dei, ut habetur ad Rom. 1. ita & constitutus est haeres vniuersorum: & diuinam, ratione cuius fecit omnia, & omnium haeres est & dominus, non factus, sed naturalis.

Romani.

Iure enim filiationis conuenit cuique hereditas. Quare Paulus de filiis adoptiuis loquens ad Rom. 8. Hoc argumento vitur ad probandum quod ius habeant ad hereditanda bona Dei: *quod si filij, & haeres.* Unde sequitur, quod eo modo quis haeres dicitur, quo filius fuerit. Nam qui per gratiam & adoptionem filij sumus, ex gratia ius ad hereditatem accipimus. Christus vero, quia naturalis est filius Dei, naturalis etiam est haeres. Constitutus autem & nominatus seu declaratus est talis in quantum homo ratione naturalis filiationis, quae illi conuenit. Unde Christo, etiam in quantum homo, aliter conuenit hereditas quam nobis. Non enim illi ex gratia habituali, (qua particeps fiat diuinae naturae) sicut nobis conuenit

Hereditas sequitur filiationem.
Roman.

Christo etiam ut homo dicitur conuenit hereditas quam nobis.

ius

ius ad hereditatem: sed ex natura supposita gratia vnionis, qua factus est homo, & filius naturalis Dei. Quod vt declararet Paulus ad didit Christi virtutem & diuinam potentiam ostendens, *per quem fecit & secula.*

Christus ergo cum Rex sit vniuersorum, vt Psa Im. 2. ipse testatur inquit: *Ego autem constitutus sum Rex ab eo, scilicet, a Deo Patre, super Syon montem sanctum eius: cum ad eum sit magnus & excelsus, vt Ioannes, (quo non surrexit maior inter natos mulierum,) se indignum confiteatur, qui possit soluere corrigiam calceamentorum eius: Cum posset millibus hominum, & angelorum stipatus incedere, & diuitijs nitens, & maiestate gloriosus hominibus apparere: humilis, pauper & abiectus videri dignatus est, & medius omnium stare, communem vitam agere, & humilem, alijsque hominibus ad eum consimilem, vt illi obijcerent, quod cum publicanis & peccatoribus manducaret. Match. 9. & quod eorum amicus esset Matt. 11. Quod Paulus testatur de Christo ad Philip. 2. dicens. *Qui cum ipse forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem Deo: sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.* Hanc Christi humilitatem Zacharias cap. 9. commendat inquit. *Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem. Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & Saluator, ipse pauper & ascendens super asinam, & super pululum filium asinae. Ecce signum est rei insolitae, rarae, mirabilis, & nouae. Et quidem noua, rara, & mirabilis**

res, vt qui potens, qui diues, qui natura Dominus, qui Deus est, appareat humilis, pauper, & vt seruus, communemque vitam agens.

Quod ideo factum credere debemus, vt ad eum facile accedere possimus, nullusque illi appropinquare timeat. In quo principes, praelatos, & pastores docet, qualiter vitam suam debeant instituere. Nec enim praelatus, praecipue Ecclesiasticus, ornato, pompa, & apparatu insignis procedere debet, & magna committante caterua, potentium & diuitum corona cinctus, & satelitibus stipatus: ita vt pauperes, egentes, & nudi accedere ad illum non audeant. Non ianitorum multitudine, nec custodum numero domus suae ingressum pracludere debet: sed medius omnium stare, ita vt sua humilitate, modestia, affabilitate, & lenitate, omnes alliceat, & ad se trahat: vt afflicti, miseri, & egentes facilem ad illum habeant ingressum & accessum: nec sit qui eos detineat, aut prohibeat. *Sinite paruulos venire ad me, dicebat Christus Marci. 10. Ipsorum enim est regnum caelorum. Quia vt dicit Iacobus sua Canon. cap. 2. Si introierit in conuentum vestrum vir aureum anulum habens in veste candida, introierit autem & pauper in sordido habitu: & intendatis in eum qui indutus est veste praeclara, & dixeritis: *Et tu sede hic bene: pauperi autem dixeritis: tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nonne iudicatis apud vos metipsum, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Vbi reprehendit acceptionem personarum. Et si hoc vitiosum reputat & reprehensibile in quolibet homine, quanto id criminiosius**

Ideo communem vitam Christus egit vt ad eum facilis esset accessus.

Praelatus Ecclesiasticus qualiter vitam suam debeat instituere.

Marci.

Iacob.

Psal.

Matth.

Philip.

Zach.

notius erit in praelato? Qui pater pauperum esse, & medius omnium stare debet, æqualiter omnibus pro uident, & æqualem se omnibus, siue diuites, siue pauperes sint, exhibens. Sicut cor in medio corporis est, & ad omnia membra siue nobilia, siue ignobilia sint, suam virtutem transfundit iuxta cuiusquæ membri exigentiam & necessitatem.

Quod Paulus de Christo & Ecclesia loquens similitudine naturalis corporis & membrorū eius declarauit ad Ephes. 4. dicens. *Et ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdam autē Prophetas, alios uero Euangelistas, alios autem Pastores & Doctores ad consumptionem sanctorum, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ita Prælati qui cor reipublicæ est. Sic vocat Esaias cap. 1. inquit. *Omne caput languidum, & omne cor mærens. A planta pedis usque ad verticem non est in ea sanitas. Vbi aduerte causam & radicem, quare totum corpus infirmū sit, esse: quia quale caput, quale cor, talem virtutem subministrabit. Quando caput languidum est, quid miramur si totum corpus langueat? Et quando cor infectum est, quid mirum si omnia membra inficiantur? Prælati itaque cor est huius corporis mystici, in medio constitutus esse debet, & ad omnia membra, etiam ignobilia & vilia, suam virtu-*

tem transmittere, se omnibus communicare. Et sicut centrum in medio est circumferentiæ, ad quod omnes lineæ, quæ a circumferentia ducuntur, æqualiter perueniunt: ita Prælati in populo quasi centrum est, & subditi circumferentiæ locū obtinent. Unde in medio omnium debet esse positus, & æqualiter omnium lineas, vota, & petitiones, recipere, se sequere omnibus æqualiter communicare, & ad omnes diffundere. Quidam gymnosophista nomine Calanus, cum uiseret quondā magnum Alexandrum, attulit secum corium bouis durum valde & siccum, quod in terram proiecit: cumquæ super vnā eius extremitatem pedes poneret, erigebatur corium ex altera: & in omnibus extremis partibus similiter eueniebat: cum autem se in medio illius collocaret, & pedes figeret, constitit corium, & ex omni parte quieuit. Quo ostendere volebat & persuadere Alexandro, principem in regno suo in omnibus debere medium eligere, & tenere: ut regnum quiete & pacificè posset possidere. Si enim in vnā partē affectu, verbo, vel opere, magis inclinauerit quā in aliam, statim aliæ partes insurgent inuidia, odio, vel passione, agitate: quod si se omnibus affabilem præstiterit, & medium tenens æqualiter omnes susceperit, beatus & pacificus in regno suo erit, omnesque hac æqualitate conquiescēt. Maxime ergo studeat prælati, ut medius omnium existat, communē vitam degat, ut facilis ad illum accessus esse, possit. Nam si maiestate elatus, superbia inflatus, mediū

Simile. Prælati centrum est, subditi circumferentia.

Rex in omnibus debet medium eligere, ut pacè fruatur.

Simile. Prælati cor reip.

Ephes.

Esai.

Quale caput & cor talia & membra.

tenere

tenerē deserit, quomodo pauperes miseri, & abiecti ad illum accedere audebunt? Aut quomodo omnes corporis huius partes sibi debitam influentiam à capite & corde poterunt accipere? Imitentur Christum pastorum principem, qui *Medius omnium stetit*, ut dicit Ioannes, & qui *non venit ministrari, sed ministrare*, ut ipse testatus est Matth. 20. ut suo exemplo Apostolos suos, & in eis omnes Ecclesiæ pastores & prælatos ad veram humilitatē hortaretur.

Matth.

XXVII. CONSIDERATIO.

Quòd Christus medius steterit inter Deum & homines pacificans eos exponitur, & quòd hoc sit prælatorum officium.

Medius vestrū, stetit, &c.

VERBIS istis non solum declarare voluit Ioannes Christum in medio populi illius esse, & cum illis conuersari, iamquē Messiam, (quem ipsi optabant, & quærebāt,) aduenisse: sed etiam explicare munus & officium illius, quòd scilicet idèd à patre missus fuerit, idèd in hunc mundum venerit, ut homines Deo reconciliaret per sanguinem suum: & ut se medium constitueret non solum inter duos populos, Iudaicum & Gentilicum, destruēs in semetipso maceriā, ut dicit Paulus ad Ephes. 2. quæ utrumquē populum diuidebat, & faciens vnum

Ephes.

de duobus populis: sed reconciliās nos Deo per sanguinē suum, & pacificans quæ in cælis, & in terris sunt. Sic enim inquit Paulus. *Ipse scilicet Christus, est pax nostra, qui fecit utraq; vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans: ut duos condat in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem: ut reconciliet ambos in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis, qui longe fuistis, & pacem eis qui prope, quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu ad patrem. Cuius sensus est. Christus est pax nostra, qui fecit per suum sanguinem utraq;, id est, Iudeos & gentes vnum: ut coalescerent in vnū corpus, & omnes Christiani essent: Soluens medium parietem maceriæ, id est, inimicitias in carne sua per passionem suam euacuans, & antiquans, & abrogans legem mandatorum, hoc est, legem Moyfi: quæ multis constabat mandatis, euacuans, inquam, decretis, hoc est, præceptis Evangelicis. Ut enim aduertit Theophilatus, decreta dicuntur quæ ad fidem instituunt: ut scilicet duos populos in vnum reducat, & vnum nouum hominem in nouitate vitæ ambulantem faciat sublata lege veteri, quæ populos illos diuidebat, & quasi causa erat odij, inimicitie, & separationis inter illos: idèd medius paries maceriæ dicitur: & illam antiquās Christus, dicitur inimicitias tollere inter duos illos populos, per Crucem reducēs ad vnā Ecclesiam. Itaque reconciliare dicitur ambos in vno corpore Ecclesiæ per Crucem interficiens inimicitias:*

Christus fecit ex duobus populis vnum soluens maceriam legis.

Theophi.

Lxx medius paries maceriæ.

citias: siue Iudæorum & gentium
mutuas: siue omnium hominum cū
Deo, vt postea dicemus. Vnde, in
corpore suo, dupliciter intelligitur.
Vno modo in Ecclesia, quæ cor-
pus Christi dicitur: altero modo in
proprio suo corpore & carne, in qua
pœnas pro peccatis nostris debitas
Christus persoluit.

Christus me-
dius inter Deū
& homines
pacificas eos.
Ejai.

Itaque non solum se medium in-
ter duos populos constituit, ex illis
vnū effecit: (ratione cuius dicitur
lapis angularis ab Esaia cap. 28. *Ec-
ce ego mittam in fundamentis Syon la-
pidem, lapidem probatum, angularem,
preciosum, in fundamento fundatum:*)
sed inter Deum & homines mediā-
tor factus est soluens inimicitias il-
las antiquas, quæ inter Deū & ho-
mines verfabatur, & delens in se &
in carne sua vetus *chyrographum de-
creti*, vt dicit Paulus ad Colosenses. 2.
*quod erat contrarium nobis. Et ipsum tu-
lit de medio affigens illud: cruci.* Vnde
mediator Dei & hominum appel-
latur. I. ad Timot. 2. & ad Hebræos
8. & 9. Vbi Paulus proposito in-
gressu summi Sacerdotis in Sancta
sanctorum, vt per sanguinem hircor-
um, & cinerem vitulæ expiaret po-
pulū, (quo Christi passio & mors
significabatur, qua purgandi eramus
ab omni peccato,) dicit. *Et ideo noui
testamenti mediator est: vt morte inter-
cedente in redemptionem earum præua-
ricationum, quæ erant sub priori testa-
mento, repromissionem accipiant, qui vo-
cati sunt, æternæ hereditatis.*

Colof.

Mediator di-
citur Chri-
stus.
Timot.
Hebræ.

Officium me-
diatoris de-
claratur.
Galat.

Quod autem sit officium media-
toris eleganter declarat Paulus ad
Galathas. 3. inquiēs. *Quid igitur lex?
Propter transgressionem posita est, do-
nec venires semen, cui promisserat: ordi-*

*nata per angelos in manu mediatoris.
Mediator autem vnus non est: Deus au-
tem vnus est.* Locus iste multum dif-
ficilis est, & ob eius difficultatem
interpretēs in varias expositiones
abierunt. Caieta. de lege totum lo-
cum exponit, & legem mediātorē,
hoc est, dimediātorē interpreta-
tur. Quoniā lex non adunabat, imō
potius diuidebat populum Iudai-
cum a Gentilico. Quod autem se-
quitur, *Mediator non est vnus*, sic ex-
ponit. Dimediātor, puta, lex, nō fa-
cit vnum, sed diuidit: *Deus autē vnus
est* in suo testamento. Sed quā vio-
lentus sit iste modus dicendi aperte
constat, & quā præter intentionē
Apostoli: qui intendit statuere dif-
ferentiam inter nouam & veterem
legem, & asserere quod in Christo
& per Christum lex impleta fuerit,
& abrogata. Quare alij inter quos
est Theodoretus, & sanctus Tho-
mas referens & non impugnans,
per mediātorē intelligūt Moysem,
cuius ministerio lex (quam imme-
diate ab angelis in Syna accepit) po-
pulo Hebræorum data est. Sunt
enim quatuor ad minimum perso-
næ considerandæ in isto ministerio,
Deus, angelus, mediātor, siue inter-
pres, & populus. Quia mediātor siue
interpres nō est vnus: is enim inter-
pres, vel mediātor dicitur, qui di-
cta interpretatur eis, quorū linguæ
diuersæ sunt: vel qui mādāta absen-
tiū ad absentes fert. Promissio au-
tem facta est ab vno Deo ad Abra-
ham, & sine intermedio aliquo ho-
mine Deus per se ipsum Abrahæ pro-
missit: quæ ab ipso Deo implenda
erat in semine Abrahæ ipsi & poste-
ris eius. Hęc enim promissionis for-
mā

Caieta

Theodor.
S. Thom.

ma fuit, *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Itaque ordo, series, ratio, & apparatus legis promulgatæ. (quæ quidem non immediate data est à Deo populo, sed manifestata angelo, & per angelū tradita Moyfi, à quo tanquam interprete & mediatore proposita est populo) docet aperte non esse legem de qua agitur in promissione. Promissio vero firma esse debet, & lex non potest esse aduersus illam. *Deus autem vnus est,* qui & legem dedit, & testamentum firmavit, & promissionē statuit. Sed expositio hæc non quadrat intentioni Pauli, qui intendit finem legis in mediatore constitutæ, & promissionis tempus statuere, quod impletum iam ostendit in manu mediatoris, in quo lex impleta est. In Moyse autem lex illa cœpit: Quomodo ergò in illo potuit impleri: ut in manu mediatoris dicatur venisse semen, cui promisserat Deus? Præterea Moyse prope mediator dici non potuit. Quoniam extremorum naturam non participauit, nec reconciliare potuit homines Deo, ut statim dicemus. Quare locus iste intelligendus est de differentia nouæ legis à veteri, & de Christo, qui verus mediator est. Sic interpretantur Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, & alij sancti Patres. Ut autem loci huius efficacia percipiatur, sigillatim singula interpretanda erunt. *Quid ergo lex?* Cum Paulus dixisset iusticiam ex fide esse & non ex lege, & asseruisset legem iustificare non posse: mouet verbis istis quæstionem interrogans: *Quid igitur lex?* Id est, ad quid lex posita

& cōstituta est? Videtur inutilis, vana, & nullius momenti. Ad istam quæstionem respondet utilitates, quæ ex lege procedunt, declarans, & dicens: *Propter transgressionem posita est.*

Ad cuius declarationem notandum est, quòd lex datur propter quatuor, ut notat Beda, secundum quatuor ex peccato cōsequuta, scilicet, propter malitiam, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam. Est ergo lex primo data ad reprimentam malitiam: dum prohibendo peccatum & puniendo retrahebatur homines à peccando, & hoc significatur cum lex dicitur posita *Propter transgressionem.* Quod dupliciter intelligi potest: vno modo propter transgressionem puniendam, ut exponit Chrysostomus: ne liceret iudæis secure viuere, & in omnem maligniam libere labi: sed lex illis freni vice foret imposita, erudiens, componens, prohibensquæ transgredi, & transgredientem puniens adhibita pœna. Ad hoc respiciebat Paulus. 1. ad Timot. 1. cum dicit: *Iusto non esse legem positam, sed iniustis.* Quia iusti cum ex seipsis & spiritu Dei moueantur ad bene agendum, non indigent lege coercente; sed ipsi sibi sunt lex, ut ad Rom. 2. Paulus testatur.

Secundò dicitur lex posita propter transgressionem implendam, eo modo quo ad Roman. 5. Apostolus dixerat. *Lex subintravit, ut abundaret delictum.* Quod non est intelligendum causaliter, sed consequutiue. Quia lege subintrante abundauit delictum, & transgressionem sunt multiplicatæ: dum concupiscentia

Lex datur propter quatuor.
Beda.

Lex frenum est propter pœnam.
Chrysost.

Timot.

Roman.

Lex posita propter transgressionem implendam.
Roman.

non-

Chrysost.
Ambros.
Hieron.
August.

nondum per gratiam sanata, in id quod prohibeatur magis exarsit, & factum est peccatum grauius addita prauaricatione legis scriptæ. Et hoc Deus permittebat, vt homines imperfectionem suam cognoscentes, quærent mediatoris gratiam. Et hoc est secundum ad quod lex data est, scilicet, ad infirmitatem hominum manifestandam. Et hoc ostendit Paulus cum dicit. *Lex posita est*: id est, quasi debito ordine collocata inter legem naturæ & legem gratiæ.

Lex infirmitatem manifestat.

Lex data propter concupiscentiam & ignorantiam.

Præterea data est lex ad domandam concupiscentiam, & ad instruendam ignorantiam: *Donec venires semen cui promisserat.* Ordinata, dicitur, per Angelos, hoc est, vel per spiritus, qui eam in monte Syna tradiderunt, vel per Moysen, qui illam populo denuntiavit. *In manu mediatoris.* Hoc etiam dupliciter explicatur, *in manu*, id est, in potestate mediatoris Christi, qui potuit illam abrogare, & de facto sua morte antiquauit. Secundo *in manu mediatoris*, id est, vt in ipso, & per ipsum adimpleretur. *Mediator autem non est vnus.* Quod Ambrosius sic interpretatur: sine dubio mediator, hoc est, arbiter, nõ est vnus, sed duorum. Cum enim duo populi inuicem aduersum se dimicarent semper dissidentes, & inimici diuersitate doctrinæ, Saluator horum arbiter venit amputans vtrisque populis per quod discordabant, vt possent esse pacifici. Abstulit à gentibus numerum Deorum, ab Iudæis opera legis, vt sic conuenirent.

Secundò mediator non est vnus, sed duorum, id est, hominum &

Dei, qui inter se erant discordantes. Et quia medium vtriusque extremi debet participare naturam, ex hoc quod Christus mediator est Dei & hominum, duplex in illo natura, humana scilicet, & diuina, colligitur. Quod eleganter Augustinus declarat lib. xi. confessio. capit. 42. inquit. *Mediator autem inter Deum & homines oportebat, vt haberet aliquid simile hominibus, ne in vtroque hominibus similis longe esset à Deo: aut in vtroque Deo similis longe esset ab hominibus: atque ita mediator non esset.* Et lib. 9. de Ciuita. Dei, cap. 15. Vbi probat mediatorem extremorum debere participare eõditiones, atque ad eõ vnus esse, scilicet, Christum, cuius participatio ne Deo reconciliemur, & beati simus: *Nec tamen ob hoc mediator est, inquit, quia verbum, maxime quippe immortale & maxime beatum verbum longe est à mortalibus miseris, sed mediator, per quod homo, eo ipso ostendens vtrique ad illud non solum beatum, verum etiam beatificum bonum, non oportere queri alios mediatores, per quos arbitremur nobis peruentiois gradus esse molliendos, quia beatus & beatificus Deus factus particeps humanitatis nostræ, eõpendium præbuit participanda diuinitatis suæ. Ideoq; in forma serui, vt mediator esset, infra angelos esse voluit, in forma Dei super angelos mansit.* Latissimè autem & copiosissimè hoc declarat super Psalm. 103. versu illo. *Hoc mare magnum & spatiosum, &c.* Vbi exponens illud Matth. 13. *Multi Reges & Prophetae voluerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt.* Arbitrum, ait, desiderabat. *Quid est arbiter? Medius ad componendam eam. Nonne*

Mediator duplicem naturam habet.

Augusti.

Matth.

inimici eramus Dei, & malam causam habebamus aduersus Deum? Quis finiret causam istam malam, nisi ille medius arbitretur? Qui nisi veniret, misericordiae perierat iter, de quo Apostolus dicit. 1. ad Timot. 1. Unus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Si non homo, non mediator. Quia equalis patri Deus: Dicit in alio loco ad Galatas. 3. Mediator autem vnus non est, Deus autem vnus est. Inter duos mediator. Ergo Christus mediator inter hominem & Deū, non quia Deus, sed quia homo: nā quia Deus equalis Patri, sed si equalis Patri, nō mediator. Vt autem sit mediator, descendat à superiore ad inferiorem, ab equalitate Patris: faciat quod ait Apostolus ad Philip. 2. Semet ipsum exinanivit formā serui accipiēs, in similitudinem hominis factus, & habitu inuentus vt homo. Fundat sanguinem suum, deleat chirographum nostrū, componat pacem inter nos & Deum, nō stram voluntatem corrigens ad iustitiā, illius sententiam flectens ad misericordiam. Christus igitur mediator est, qui nos recōciliare procurat Deo: qui interpellat pro nobis, vt ad Rom. 8. dicitur. Quem proposuit propitiatorem per sanguinem suum. vt habetur ad Rom. 3. sed aduerte, quod propitiator plus significat & declarat, quā mediator. Propitiator enim effectum denotat misericordiae, & veniā, ac amicitiae consequutionem. Vt igitur ostendat Paulus, quod Christus non solum mediat, & intercedit inter homines & Deū, (potest namquē aliquis inter dissidentes medius esse, qui tamen illos nō cōponat, & in amicitiam & pacem reducat:) sed Christus etiam amicitias facit, & veniam impetrat. Quia

ipse pro nobis sanguinē suū fudit, & de toto rigore iustitię satisfecit: idē propitiator appellatur. Vt tali mediatore & propitiatore intercedente, nullus, licet grauissimis criminibus sit inuolutus, timeat ad Deū accedere, dummodo cū dolore, humilitate, & reuerentia veniat. Quod Ioann. 1. sua Canō. cap. 2. restatus est inquiring. Filioli, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit: supple, ne diffidat de venia, ne timeat accedere, sed cōfidens veniat. Quia aduocatum habemus apud Patrē Iesum Christum Dominum nostrū: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Consideranda sunt verba ista, quibus Ioannes peccatores ad confidentiam hortatur. Primo ait. Aduocatum habemus apud Patrem, quasi dicat, nō destituti, nec soli accedimus ad Patrē, Christum habemus assistentē & cōsidentē Patri: qui interpellat pro nobis, quiq; causam nostrā agit, & defendit vt aduocatus. Ille enim aduocatus seu patronus dicitur, qui causam alicuius in iudicio defendit. Qui ergo Christū aduocatum habet & apud Patrē (consulto namq; Ioannes Patrem absolute ponit, vt & Patrem nostrum esse intelligamus) quid timeat? Sed quia dicere possent, aduocati sufficiētia non sufficit, quando causa ipsa clamat, & suā profert iniustitiā, sicut causa mea. Peccata quippe mea adeo sunt scæda, adeo graua, vt nullo modo valeant excusari. Addit Ioānes, ne diffidas, si te tantus aduocatus nō reddit securū, vterius procede & considera. Habes & propitiatorem, imo ipse est propitiatio pro peccatis nostris, hoc est, hostia, sacrificium,

Nullus timeat accedere sub tali mediatore.

Ioann.

Timot.

Gal.

Philip.

Rom. 8.

Rom. 3.
Propitiator plus dicit quā mediator.

cium, & oblatio propitiatoria pro peccatis nostris: nec tantum propitiatoria, sed & satisfactoria pro culpis nostris. Quare securus accede, & sine timore ad thronum iudicis. Quia medius nostrum stat Christus, qui est propitiatio pro peccatis nostris.

XXVIII. CONSIDERATIO.

Quòd Deus voluit per omnia tētari, vt disceret misereri: quo homines confidentius ad eum accederent.

Medius vestrum stetit, &c.

MODVS iste loquendi ostendit non solum quòd cōmunem vitam, vt diximus, Christus ageret: sed & quòd per omnia voluit fratribus suis assimilari, omnia sustinens, & experimento cognoscens, quæ homines pati solent: vt ex his disceret compati & misereri. Voluit medius omnium stare, laboribus subijci, persecutiones pati, in omnibus tentari: vt hominum figmentum & miseriam cognoscens, facilius ad misericordiam flecteretur: hominesque magis de eo considerent, quem sibi in omnibus similem, & sicut vnum ex eis videbant. Hoc significat *Medius vestrum stat.* Propter quòd Christus Matth. 4. ab Spiritu sancto ductus est in desertum, vt tentaretur à diabolo. Vt experimento cognosceret, & per omnia fratribus

similis, eorum infirmitatibus compateretur: & vt infirmorum spes erigeretur. Nec enim mediocre hoc miseris, afflictis, & peccatoribus, cōsolationem largitur, quòd eum habeamus pontificem, qui similis nobis sit, non solum in natura, sed & qui voluerit ita nobis assimilari, vt in se miserias nostras suscipiēs, omnia experimento cognosceret, & in omnibus tentatus fuerit: ne tentati confidentiam suam amittant talem habentes Deum, qui similiter tentatus fuerit.

Hoc argumentum latissime & Hebræe elegantissimè prosequitur Paulus ad Hebræos, cap. 2. Vbi proposita necessitate incarnationis Christi, & passionis eius ad hominum redemptionem, ait. *Nusquam enim angelos apprehendit: sed semem Abraham apprehendit.* Ex quo inferit: *vn̄dē debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum.* & *vt repropitiaret delicta populi.* In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari. Ex hoc quòd naturam humanam Deus assumpsit & non angelicam, concludit Paulus, quòd debuit per omnia fratribus assimilari non solum in natura, & eius cōditionibus, & qualitatibus: sed etiā in defectibus, & miserijs, quæ culpam non importabant. Ideoque nō tantum naturæ nostræ defectus assumpsit, sed & tentari in omnibus voluit, vt infra in eadem Epistola. cap. 4. testatur Paulus dicens: *Non habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.*

Matth.
Tentari vo-
luit Christus
vt disceret mi-
sereri.

Hebræe

Triplex est
tentatio.
S. Thom.

Tentatio à
carne nō est
sine aliquo
peccato.
August.

Petr.
Ioan.

Matth.

Luc.

Quomodo di-
catur tentatus
Christus pro
similitudine.
Exponitur. r.
S. Thom.

Pro cuius intellectu sciendū est (vt notat Sanctus Thomas in cap. 4. ad Hebræos. lect. 3.) quod triplex est tentatio. Vna quæ procedit à carne, quando, sicut, caro concupiscit aduersus spiritum. Et ista non est sine aliquo peccato: quia, vt dicit Augustinus: *Nonnullum peccatum est, cum caro contra spiritum concupiscit & insurgit.* Et hæc non fuit nec esse potuit in Christo. Et ideo dicit, *absque peccato, id est, absque minimo motu peccati.* Christus enim *peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, vt dicit Petrus. 1. Canon. cap. 2. Imò nec habere potuit.* Et ideo Ioannis. 1. dicitur *Agnus Dei, tollens peccata mundi.* Alia est tentatio à diabolo & à mundo, quæ dupliciter fit: vel alliciendo per prospera; vel terrendo per aduersa. Et his duobus modis fuit tentatus Christus à diabolo Matth. 4. de gula, de inani gloria, & de concupiscentia oculorū seu superbia. Ad quæ tria reducuntur omnia quæ sunt in mundo, & quæ alliciendo tentant. Vnde Lucas. cap. 4. dicit, quod *consummata omni tentatione diabolus recessit à Christo, vsque ad tempus.* Per aduersa autem & insidias & calumnias tentatus est à Pharisæis, vt in Euangelijs passim reperimus. Tentatus igitur est per omnia sine peccato, id est, omni tentatione, excepta illa quæ cum peccato est.

Ad dicit autem pro similitudine, vel secundum similitudinem: Quod dupliciter exponit Sanctus Thomas. Vno modo vt, pro, denotet finalem causam. Ac si dicat. Ideo tentatus est vt nobis daret exemplum, vt ad similitudinem eius, tentationes

sustineamus, & vincere conemur. Quod testatur est Petrus. 1. Canon. nic. capit. 2. dicens. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* Secundo vt pro, denotet consequentiam. Et sensus est. Ideo tentatus est, vt per omnia tam in temporalibus, quam in omnibus alijs, nisi in solo peccato, similis esset nobis. Si enim sine tentationibus fuisset, nesciret compati: & si peccatum habuisset, iuuare nos non posset. Tertio ego sic expono, vt, pro similitudine phrasim Hebræam sit, qua significatur eodem prorsus modo tentatum fuisse Christum, quò nos tentamur, & tribulamur, excepto peccato.

Ponit etiam Paulus vtilitatem, vtilitas tentationū Christi quæ processit ex eo quod per omnia fratribus similis fieret, sicut, *vt misericors fieret.* Sed dicit aliquis. Nunquid Deus non erat misericors ab æterno, & antequam homo fieret, & tentaretur? Quomodo ergo dicit: *Quod factus est similis, vt misericors fieret?* Certe ab æterno Deus misericors est, de quo Psalmo. 144. dicitur. *Miserationes eius super omnia opera eius.* Et Psalmo. 102. *Miserator & misericors Dominus, longanimis & multum misericors.* Et Exodi. 34. Moyses transeunte Domino clamat: *Dominator Domine Deus, miserator & clemens, patiens & multa miserationis.* & alibi sæpè. Tamen dicitur fieri misericors per tentationes & passionem: Quia cum experientia tribulationem & tentationem cognouerit, peculiari modo didicit misereri, prouocari & facilius ad miserendum factus. Natura enim ipsa comparatum est, vt facilius ad miserendum

Petr.

Expon. 2.

Expon. 3. ab
autore.

vtilitas ten-
tationū Christi

Psalmo.

Psalmo.

Exod.

merendum sit magisque compatiens aliorum miseris, qui similes miseras & pericula expertus est; quā qui nūquam aliquid mali & aduersi passus est. Huiusmodi namque homines, qui nihil mali passi sunt, duriores esse solent, & nullo clemētiæ affectu ducuntur erga eos, qui in calamitatibus & laboribus sunt. Christus autem, ex eo quod tentatus est, facilius ad miserendum reditus est: Ita ut viscera eius commoueantur statim ac aliquem miseria & labore affectum videt. Quod magis exponit, dicens. *In quo enim passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.* Potens non dicit absolutam potentiam & nouam, quam antea non haberet: sed facilitatem & promptitudinem: quod aduertit Chrysostomus in Epist. ad Hebræ. Homil. 5. locum istum interpretans & dicens: quod Christus postquam tentatus est, & passus, ac per omnia similis factus fratribus suis: iam non ignorat passionem nostras. Non sicut Deus solū nouit, sed etiam sicut homo cognouit per experimentum, per quod tentatus est. Passus est multa. Nouit cōpati: licet impassibilis sit Deus. Itaque ea quæ sunt carnis hic narrat, veluti si diceret, & ipsa caro Christi multa mala passa est: nouit quid sit tribulatio, nouit quid sit tentatio, non minus quam nos ipsi, qui patimur: etenim & ipse passus est. Quid est ergo, inquit, quod dicit, potest eos qui tentantur adiuuare? Tamquam si quis diceret, cum multa animi alacritate porriget manum, compatiaturque. Et Ambros. super istum locum inquit. *In eo, id est, in homine, in*

quo passus est, potens est victos liberare, tentatosque adiuuare, ne vincantur. Quia tentationes nostras non solū sicut Deus, sed etiam sicut homo in seipso per experimentum cognouit. Licet enim Deus in sua natura sit impassibilis, tamen in nostra quam assumpsit idē Dei filius passibilis fuit, nostra natura consimilis. In ea vero carne quam suscepit, multa seua passus est. Nouit ergo quid est ista tribulatio patientium, ipse tentatus est, sed non superatus. Et Sanctus Thomas in hunc locum dicit. *Ideo factus est misericors & fidelis: quia in eo quod passus & tentatus est, habet quādam cōuenientiam ad hoc quod misereatur.*

S. Tho.

Hoc eleganter expresserat Dauid Psalm. 102. inquit. *Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Recordatus est, quoniam puluis sumus. Causam seu motiuum misericordię diuinę dicit esse: Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Quem locum uertens Augustinus ait: Fili si ploras, sub patre plora: noli cum indignatione, noli cum chrytho superbia. Quid pateris? Unde plangis? medicina est non pœna, castigatio est, non damnatio. Noli repellere flagellum, si non vis repelli ab hereditate. Noli attendere quam pœnam habeas in flagello, sed quem locum in te stamento. Sicut misereatur pater filiis, sic misertus est Dominus timentibus eum. Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. Id est, infirmitatem nostram. Nouit quid fecerit, quomodo lab sum sit, quomodo reficiendū sit, quomodo adaptandum sit, quomodo uditandum sit. Ecce facti sumus ūe limā. Primus homo de terra terrenus, secundus homo, de celo*

Psalm.

August.

Ex tētationibus quomodo factus fuerit potens ad miserendum Christus. Chrysost.

Ambros.

caelestis. Misit & filium suum qui factus est secundus homo, qui ante omnia Deus: secundus enim in aduentu, prior in reditu. Post multos mortuus est, ante omnes resurrexit: ipse enim cognouit figmentum nostrum. Quod figmentum? Nos. Vnde loqueris, quia cognouit? Quia miseratus est. Memento quia puluis sumus. Ad ipsum Deum conuersus ait. Memento, quasi obliuiscatur. Sed quid est memento? Perseueret erga nos misericordia tua. Cognouisti figmentum nostrum, ne obliuiscaris quia puluis sumus, & homo tanquam sœnum dies eius. Pro figmento Hieronymus vertit *plasmationem*, hoc est, quid sumus, & vnde formati, quam viles, & quam modicæ subsistentiæ. Nemo enim melius nouit operis figmentum siue *plasmationem*, vtrum vile vel nobile sit, cuius momenti, vel durationis, quã ille qui opus formauit. Habet autem se vniuersum genus humanum sicut opus ad figulum respectu Dei, vt quam plurimæ scripturæ sub his nominibus declarant. Hæc hominis *plasmatio* de limo terræ, & de puluere, Deum mouet ad misericordiam. Optime enim illam cognoscit.

Figmentum
pro fomite
ponitur.

Nec solum intelligendum est quod hic dicitur, *Ipsè cognouit figmentum nostrum*, de uilitate materiæ ex qua conditi sumus: sed etiam de prauitate fomitis, qui est in carne nostra, & in nobis inhabitat. Nã hoc maxime Dei erga nos misericordiam excitat, quod nos videt adeo miseros, & talem in nobis habentes vitiosam corruptionem, quam ab origine à parentibus accepimus. Hanc, vt Deum ad misericordiam flecteret, allegabat Dauid Psal. 50. dicens. *Ecce enim in iniquitatibus con-*

Psalmi.

ceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Huic interpretationi fauet Chaldaica paraphrasis, quæ sic habet. Quoniam ipse nouit fomitem prauum, qui peccatum suggerit: in memoria venit coram eo, quod ex puluere sumus nos. Et aliqui pro figmento ex Hebræo vertunt fomitem.

Chaldaica.

Sed mihi videtur aliquid peculiariter voluisse declarare Dauid versu prædicto, & quod in sententia conuenit cū prædicto loco Pauli quem tractamus. Quomodo miseretur pater filiorum, inquit. Pater enim non vt cumquæ miseretur, sed natura ipsa impellente & trahente ad misericordiam super filio, ita vt viscera sua in illum effundat. Ita miseratus est Dominus postquam tentatus est, & misericors factus, timentibus se. Quoniam ipse cognouit per experientiam ex quo tentatus est, figmentum nostrum. Ecce quod Paulus dicit. *In eo quod passus est & tentatus ipse, potens est eis qui tentantur, auxiliari.* Vnde Grego. lib. 13. Moral. cap. 9. exponens illud Iob. *Ecce enim de celo testis meus, & conscius meus in excelsis,* dicit. *Qui rectè conscius dicitur, quia naturam nostram non solum creando nouit, sed etiam assumendo: scire enim eius est nostra suscepisse.* Vnde etiã per Psalmistam dicitur. *Ipsè enim scit figmentum nostrum.* Quid enim mirum si figmentum nostrum dicatur specialiter scire, dum constet nihil esse quod nesciat? Sed figmentum nostrum scire eius est, hoc in seipso ex pietate suscepisse.

Authoris
positio.

Grego.

Potens igitur est in eo quod passus est, patientibus auxiliari. Ex quibus verbis singulare solatium possumus sumere, cū non solum habeamus mediatorem, aduocatum, & propiti-

Solatium laborantibus
quod potest
& vult Christus
auxiliari

to-rem

rorem, qui possit compati, & in se habeat vnde compariatur infirmitatibus nostris: sed & potens sit auxiliari patientibus. Potestatem simul & habet voluntatem. Multi enim licet vellint, subuenire non possunt: ipse vero & vult, & potest. Vnde Paulus ad Hebræ. 4. ait. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit celos Iesum filium Dei: teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.* Medius enim Christus stat inter nos & Deum. Quod ut ostenderet Christus, voluit suspensus in Cruce, & eleuatus in aëra mori, ut situ & positione declararet se mediatorem esse, & medium stare inter cælum & terram, Deum & homines. Ut hominum peccantium oculi (si quando eos ad cælum attollerent) Christum inuenientes, & videntes spe & confidentia roborarentur. Similiter si Deus hominum malitia prouocatus oculos suos ad terram demitteret, in ipso medio Christum in Cruce suspensum reperiret, in quo oculos suos figens ab ira desisteret, & ad misericordiam flecteretur faciem Christi sui intuens. Vnde Psalm. 2. vbi nos habemus. *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus & pereatis.* Aliqui ex Hebræo vertunt: *Apprehendite filium, ne irascatur Dominus & pereatis.* Quod optimè Hispano sermone explicamus dicentes. *Asios de su hijo y valeos del.* Et illum qui medius est in Cru-

ce patri opponite, *ne quando irascatur Dominus ob vestra crimina pereatis.* Fieri namque non potest, ut oculos suos ad filium suum conuertens non misereatur. Sicut radij solis cum colore induunt; quem speculum interpositum habet: ita radij oculorum Dei, qui ira accensi ob nostra crimina egrediebantur, statim ac speculum istum sine macula, Christum, scilicet, Domini interpositum attigerint, colorem & qualitatem mutet necesse est, & quod in misericordiam conuertantur. Hinc David suorum criminum immanitatem videns, & iustam Dei vindictam timens Psalm. 83. dicebat. *Respice in faciem Christi tui.* Quasi diceret: Non me Domine Deus directo & primo aspectu intuearis: sed prius radij oculorum tuorum in Christum tuum dirigantur: ut sic misericordie colore & affectu induti ad me pertingentes, animam meam reseruant, & confoleantur. Specialiter autem aduerte quod dicit, *Respice in faciem Christi tui, deformatam propter mea scelera, ita ut non sit illi species neque decor,* ut Esai. cap. 53. testatur: *nec sit illi aspectus: & desiderauimus eum.* Ac si dicat. Talem desiderauimus & postulauimus in Cruce positum, ut de cælo sancto tuo respiciens, videas in eo iniquitates omnium nostrum positas, agnoscas disciplinam pacis nostræ super eum, & placatus conuertas gladium in vaginam, ac miserearis eorum, quos iusto iudicio perdes te parabas. *Respice, igitur, in faciem illam, quam homines macularunt, ut propter illius reuerentiam omnium miserearis, & parcas delinquentibus.* Vnde recte David Psalm. 2.

simile

Psalm

Esai

Hebræ.

Christus exaltatus à terra mori voluit, ut se mediatorem per mortem ostenderet.

Psalm.

Psalms

vt attulimus, monebat dicens. *Apprehendite filium, ne quando irascatur Dominus & pereatis.* Sensus est. Peccata vestra iram Dei excitant, crimina accendunt, clamor iniquitatum vestrarum pertingit ad cælum, iam arcum suum Deus tetendit, iam parauit, & sagittas suas ardentibus effecit, vt sagittas suas compleat in vobis, & lauet manus suas in sanguine vestro. Si tantam iram vultis effugere, *Apprehēdite vel Amplexamini* (vt *Fœlix* vertit) *filium* & illū medium constituite inter vos & Deum: *ne pereatis.* Sicut solet mater maritum iratum conspiciens & minantem, ac iam iam in illam irruentem, vt detineat, filium lactentem manibus apprehensum mediū stature, ac illi opponere: vt filiū videns, plorantem placetur & parcat: sic hortatur *Dauid*, vt amplexemur filium, & medium statuamus. Et ad patrem sermonem conuertens ait: *Respice in faciem Christi tui.* Nec sensus hic & translatio discordat a nostra lectione, quæ habet: *Apprehendite disciplinam, quod ad literam,*

significat: *Apronechaos del castigo.* Illam disciplinam apprehendere hortatur, de qua *Esai.* 53. habetur. *Disciplina pacis nostræ super eū, id est, super Christum, & linore eius sanati sumus. Vulneratus enim est propter delicta nostrā, attritus propter scelera nostrā.* Hanc disciplinam apprehendite in vestrum patrociniū & defensionem: ne quādo iratus fuerit Dominus pereatis. Hoc optimè intelligebat *Magdalena* *Luce.* 7. quæ suorum peccatorum veniam volēs impetrare *Accessit retro secus pedes Domini: vt scilicet Christum medium inter se & patrem constitueret.* Hinc *Dauid* *Psalms.* 90. dicebat. *Scapulis suis obumbrabit tibi.* Qui enim scapulis vmbra facit se medium constituit. *Christus* igitur medius stat inter Deum & homines, vt nos sua vmbra protegēs securos reddat: & vt pater gladium suum vibrans cū percutere voluerit, illū conspiciat, & istum detineat, ne in ira eius pereamus: sed misericordia & scapulis eius protecti viuamus in æternum.

Fœlix

Simile

Luce.

Psalms.





EXPOSITIO
LITERALIS ET MO-
RALIS IN QVARTAM
DOMINICAM ADVENTVS:



ANNO quintodecimo imperij Ti-
berij Cæsaris, procurante Pontio Pi-
lato Iudæam, Tetrarcha autem Ga-
lileæ Herode; Philippo autem fra-
tre eius Tetrarcha Ituræ & Tracho-
nitidis regionis; & Lysania Abili-
næ Tetrarcha; sub principibus sacer-
dotum Anna, & Caipha: factum est verbum Domini super
Ioannem Zacharia filium in deserto. Et venit in omnem
regionem Iordanis, predicans baptismum pœnitentiæ in re-
missionem peccatorum: sicut scriptum est in libro sermonũ
Isaia Propheta. Vox clamantis in deserto. Parate viam
Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebi-
tur: & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt prava
in directa: & aspera in vias planas. Et videbit omnis caro
salutare Dei. Luca. 3. cap.

EXPOSITIO LITERALIS.



T Euangelij huius li-
tera commodius in-
telligi possit, eiusque
mysteria explicari ad-
uertendum est cum Iu-

stino Martyre in Dialogo contra
Triphonem, quod multa diuersaq;
signa data sunt veteribus, vt Chri-
stum possent cognoscere: quale fuit
illud de magis, qui venerunt Hie-
rosolymam, vt puerum IESVM sta-
tim ac natus est, adorarent: & quod
sedens super asinam & pullum eius
ingressurus esset Hierusalem: &
quod puerorum vocibus erat ei ac-
clamandum. *O sanna filio David.* Quod
ipse Dominus declarauit fuisse si-
gnificatum verbis illis Psalm. 8. *Ex
ore infantium & lactentium perfecisti
laudem.* Aliaque quam plurima si-
gna data sunt Iudæis, quibus Chri-
stum agnoscerent, quando primo
suo aduentu venturus erat nouissi-
mus virorum, despectus, & quasi
abscondito vultu, vt Esaias dicit
cap. 53. Tale est hoc signum, quod
isto loco describitur, scilicet, quod
Ioannes præcessurus esset, & futu-
rus eius præcursor, non solum præ-
dicando, sed & baptizando: ad cu-
ius mirabilem sanctitatem vniuer-
sa Hierosolymæ ciuitas, & cuncti
Iudææ habitatores concurrerent,
& dicentem audirent. *Ego vox cla-
mantis in deserto, & digito ostenden-
tem & dicentem: Ecce agnus Dei.*
Quæ omnia & alia quam plucima
signa prænunciata sunt ab Esaiâ ca-
pit. 40. Ioannes enim venit, vt testi-
monium perhiberet de Christo ve-
nienti, vt de ipso testatus est alter

Ioannes cap. 1. sui Euangelij dicēs.
*Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat
Ioannes, hic venit in testimonium, &
vt testimonium perhiberet de lumine. Nō
erat ille lux, sed vt testimonium perhi-
beret de lumine. Erat namquē Ioan-
nes lucerna lucens & ardens, vt Ioan-
nis. 5. de ipso Christus testatus est.
Quod exponens Augustinus tracta-
tu 4. in Ioannem, ait. Itaque Prophe-
tis præcedentibus prænunciare de Chri-
sto futura concessum est. Huic autem di-
gito ostendere. Sicut enim ignorabatur
Christus ab his, qui Prophetis non credi-
derāt, antequam veniret, sic ab eis igno-
rabatur & præsens. Venerat enim hu-
militer primò, & occultus, tanto occult-
ior, quanto humilior. Populi autem sper-
nantes, propter superbiam suam humili-
tatem Dei, crucifixerūt Salvatorem suū,
& fecerunt damnatorem suum. Multif-
quē interpositis quibus maiestatem,
qua in secundo aduentu venturus
est, declarat, ait. *Tamen quia quasi in
noctē apparuit in corpore mortali, lucer-
nam sibi accendit, vnde videretur: ipsa-
quē lucerna Ioannes erat. Ideoque Lu-
cas in isto Euangelio adeo curiosè
tēpus, quo hæc lucerna cœpit demō-
strari, describit à regibus, principi-
bus, & sacerdotibus, dicens. Anno
quintodecimo, &c. Nisi enim adeo
curiosè & explicitè hæc descripsis-
set Euangelista, non facile consta-
re posset quo tempore, & qua æta-
te Christus cœpit prædicare. Sicut
ergo Christi annuntiationem, concep-
tionem, natiuitatem, circumcisi-
onem, nominationem, & pueritiã
descripturus Lucas præmisit præ-
cursoris annuntiationem, conceptionem,**

Ioann.

Ioann.

August.

Tempus ad-
uentus Ioan-
nis quare a-
deo curiosè
describatur.

Iustin.

Plurima sig-
na data sunt
ad cognosce-
ndum Christum
Iudæis.

Matth. 2.

Zacha. 9.

Matth. 21.

Psalm.

Esai.

Esai.

Ioannes ve-
nit vt testimo-
nium perhi-
beret de Chri-
sto.

nem, natiuitatem, circuncisionem, & nominationem, & curiosè quæ circa ea contigerūt narrauit cap. 1. & 2. ita nunc acturus de prædicatione, baptismo, & alijs operibus Christi, describit exitum Ioannis à deserto, prædicationem, & baptisma Ioānis, notatis temporibus & circumstantijs, regibus, principibus, & sacerdotibus. Quia omnia ista præambula erant, & necessaria, vt Christi prædicationem & tēpus, quo manī festari cœpit intelligeremus. Quod maximè conducit vt scripturarum completionem intelligamus.

Lyra: Vnde Nicolaus de Lyra locum istum exponēs dicit: quod tempus prædicationis Ioannis describitur ad eò curiosè appositis nominibus & temporibus Imperatoris Romani tunc regnantis, Præsidis Iudææ, Tetrarcharum, & sacerdotum propter duo. Primo propter certitudinē hystoriæ. Sicut in scripturis authenticis & publicis instrumentis ad fidem conciliandam solent, annus, mensis, dies, & testes, qui præsentēs fuerunt, nominari. Secundo ad cōmendandam Ioannis prædicationem, & ei auctoritatem conciliandam. Idē affirmat Euthymius. Res enim notabiles solent ab historicis narrari notatis omnibus temporibus, & principibus, ad fidem astringendam, & memoriā confirmādam. Sicut scriptura. 1. Regum. 6. de templi structura loquens describit annum, mēsem, & diem, quo primus lapis positus est, & ædificium inchoatum.

Theophi. Theopilatus locum istum exponens dicit. Rectè memor est temporis & principum illorum; vt sic de-

mōstret defecisse Iudaicorum principum successiōnem, præsidatum quidem Pilato homine alterius gentis, tetrarchatum autem Herodis Acalonitæ filijs tenentibus: credaturquè merito adesse Christus iuxta prophetiam Iacob Genes. 49. Vbi Patriarcha Iacob filios suos benedicens, & quæ ventura sunt annuntians, cum ad Iudam benedicendum deuenisset, inquit. *Non auferetur sceptrum de Iudā, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit expectatio gentium.*

Quod vt apertius intelligatur opus erit prophetiam istā latius isto loco explicare, quā copiosissimè, & elegantissimè de Christo declarat Būrgensis in suo Scrutinio Scripturarum. 1. p. dist. 3. cap. 2. Pro cuius explicatione sciendum est, prædictum locum ad literam intelligi de primo Christi aduētū, & de Messia in lege promisso, cuius aduētus tempus describitur per cessationē regni de domo & familia Iudæ. Sic interpretantur locum istum omnes sancti patres, & vniuersi Catholici Doctores: nec solum illi, sed & sapientiores Iudæorum ita intelligūt vt Būrgensis notat loco allegato: & Paraphrasis Chaldaica, (quæ apud Iudæos tātæ est auctoritatis, vt pro textu habeatur) ita vertit. *Non auferetur habens potestatem de domo Iudæ, nec scriba de filijs filiorum eius, vsquē in secula, donec veniat Messias, cuius est regnum: & ipsi congregabuntur gētes seu populi.*

Istam interpretationem conātur infringere Iudæi dupliciter, & quod de Christo non intelligatur. Primò ex hoc probare contendunt, quia

Genes.

Prophetia Iacob Gen. 49 de Christo exponitur.

Būrgens.

Paraphras.

filiorū

460. Expositio literalis & moralis

Sciloh nomen est non *Messia*, sed loci proprium. Vbi positum fuerat olim tabernaculum & arca Domini collocata, ut constat ex 1. Reg. cap. 4. in quo loco affirmant Saulem fuisse in regem electum & constitutum. Et quoniam Saul erat de tribu Benjamin, ut 1. Reg. 9. habetur, dicunt tunc in electione Saulis ablatum fuisse sceptrum & ducatum populi de tribu Iuda & trāsflatum ad tribum Benjamin, atque adeo tunc impletam fuisse istā Prophetiam: & non expectare ad tempora *Messia*. Sed modus iste, dicendi contra veritatem pugnat, & multa continet falsa & absurda. Quae isti sua malitia excecati non attendunt, vel intelligere nollunt. Primo enim verba Iacob loco isti adaptari non possunt. Nam dicit. *Donec veniat Sciloh*. Quo ostēdit de novo veterum quem *Sciloh* nominat. Locus autem ille multo antea quā Saul in regem vngeretur fuerat in Israël. Ibi quē tabernaculum & arca. Quare dici non potest quod tūc venerit. Præterea locus ille nō erat expectatio gentium, ut de *Sciloh* testatur Iacob inquit. *Et ipse erit expectatio gentium*. Insuper non est verum id quod dicunt, scilicet, Saulem fuisse vñctum in regem à Samuele in Siloh, vbi erat vñctio, tabernaculum, & arca Domini. Quoniā prius quā Saul vngeretur, iam arca Domini translata fuerat à Siloh in Cariathairim, ut 1. Reg. cap. 7. ostenditur. Quomodo ergo potuit vngi in Siloh, cum ibi non esset tabernaculum. Præterea quoniam Saul fuit primus Rex, qui nominatus & constitutus est in Israël, ut patet 1. Re-

gum. 9. prius enim populus per iudices, quos diuersarum tribuum erant, gubernabatur. Nullo ergo modo in vñctione Saulis auferri potuit regnum à domo Iuda, cum tribus Iuda nunquam ante Saulem regnum habuerit.

Quare alij Hebræorum videntes hæc friuola esse, & stare nō posse, dicunt Prophetiam istam intelligendam esse, non de Saule, sed de Ieroboam, qui cū esset de tribu Ephraim fuit ab Israël constitutus Rex in Silo, & abstulit à Roboam filio Salomonis, qui erat de tribu Iuda, Regiam dignitatem. Sed intollerabilior hæc est interpretatio. Nec apparentiam aliquam secum fert. Primo: Quia Ieroboam non fuit in regem electus in Silo, sed in Sichem, ut 3. Reg. cap. 12. habetur. Secundo: Quia tunc non fuit ablatum regnum à Iuda, nec sceptrum de domo David. Quoniam licet decem tribus secutæ fuerint Ieroboam, tribus Iuda remansit cum Roboam, & ipse & successores eius regnum per multa tēpora in domo David tenuerunt.

Minorem etiam apparentiam habet, quod de Nabuchodonosore Rege Babylonis referunt, qui Iudæos in Chaldæam transferens abstulisse dicitur sceptrum & potestatem à domo Iuda. Quoniā quomodo de Nabuchodonosor intelligi potest, quod esset expectatio gentium? Tum etiam quia in Babylo-nica captiuitate habebant suos gubernatores ex tribu Iuda, quos *Sanedrim* appellabāt. Apud quos erat potestas: quæ post captiuitatem apertius viguit, & in tribu Iuda vsq;

ad He-

Reg.

Reg.

Reg.

Reg.

Saul non est vñctus in Silo.

Reg.

ad Herodem per mansit. Vndè *Sciloh* nomen est Messiae isto loco, nō autē conuenit inter Doctores quid significet, quia nō constat aqua radice deducatur apud Hebræos. Aliqui affirmant deriuari à *Scil* quod significat filium: quasi *Sciloh* dicatur filius, qui venturus est, Messias repromissus Abrahamæ & alijs patribus: vel ut alij volunt *Sciloh* filius sui appellatur. Quia cum Christus natus fuerit de virgine sine virili cōplexu iuxta illud Esai. 7. *Ecce virgo concipiet & pariet filium, &c.* & Spiritus sancti opera conceptus fuerit testante Angelo Lucæ. i. *Spiritus sanctus superueniet in te, &c.* sine patre in terra natus est ex sola matre: atq; aded meritò dicitur filius sui; vel filius sine patre. Quod soli Messiae conuenire poterat. Sed hæc deductio vocis suspecta est, vt notat Oleaster. Genes. 49. Quia nullibi in scriptura reperitur radix illa *Scil* filium significans. Aliqui deducunt à *Sciliah* quod significat secundinas, scilicet, pelliculam illam qua puer in utero matris inuoluitur: & mouetur ex illo Deute. 28. vbi dicitur, *vbosilatāh*, hoc est in secundinas, quæ egrediuntur de loco, qui est inter pedes eius. Sed nihil mirabile in hac deductione reperio, quare Messias dicatur qui natus est inter pedes, vel in secundinis: vnde nō probo eam. Quare magis arridet quod Oleaster dicit deduci à *Scilāh* quod significat quietum vel pacificū esse: Quia Messias princeps pacis prædicitur futurus Zacha. 9. & Esai. 11. & alibi sæpè. Sed quoniā textus noster habet *qui mittendus est*, potius videtur, quod à *Salāh* quod

significat mittere deducatur. Diximus autem Dom. 2. quod *Qui venturus est*, vel *Qui mittendus est*, nomen erat Messiae. Aliqui curiosè quidē (nescio autem an fundamentum firmum habeat in scriptura) diuidunt dictionē *Sci,loh* in *Scin* seruile quod est, *qui*, &, *Loh*, quod est ille: & significat *cui ille*, hoc est, donec eueniat ille, *cui*, scilicet, reseruatū est regnum. Consentit huic expositio ni illud Ezech. 21. vbi ad Iechoniā, qui tunc regnabat in Israël, dicitur. *Aufer cidarim, tolle coronā, nonne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimē humiliauit? Iniquitatem ponam eā, & hoc non factum est, donec veniat cuius est iudicium, id est, Messias, cuius est propria corona, & tradā ei.* Et huic expositioni videtur fauere Septuaginta, qui trāsferunt: *donec veniat reposita ei: scilicet, corona, quæ reseruatā est ei.* Ecce *Sciloh* nomen est Messiae, de illo quē loquutus est magnus Patriarcha Iacob, qui ea se prædicturum asseruit quæ ventura erant in nouissimis diebus. Nouissima autem tempora dicuntur tempora Messiae.

Secundo infringere conātur dicentes isto loco per sceptrum non significari regnū, principatū, dominiū & regiam atque supremā potestatem: sed afflictionem, miseriam, & calamitates, quas populus ille dispersus passurus erat vsquē ad aduentum Messiae: quem adhuc cæci suas calamitates perseuerare videntes spectant. Et notanter aduertunt dixisse Iacob, *Non auferetur sceptrum*, & non dixisse non auferetur regnum. Sceptriū enim pro virga, flagello, & calamitate accipi solet

Esai.

Lucæ.

Oleasti.

Deute.

Oleasti.

Zacha.
Esai.

Ezechie:

Septuag.

let in scriptura: & Scebet quod isto loco in Hebræo ponitur, pro quo Latinus interpret vertit *sceptrum*, significat etiam virgam. Sic accipitur Esai. cap. 9. Vbi dicitur de Messia. *Iugum oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madiam.* Vbi de liberatione fidelium a diaboli seruitute loquitur, vt Hieronymus exponit: & idem significari ostendit per *Iugum, virgam, & sceptrum*, scilicet, calamitatem, & miseriam. Sed iste modus dicendi stare non potest. Primò: Quia, vt diximus, Antiqui & sapientiores Iudæorum isto loco transferunt *regem seu principem*. Et paraphrasis Chaldaica id confirmat, & Thargum Hierosolymitanum ita habet: *Non deficient reges de familia Ioudah.* Secundò, Quia nomen *sceptrum* dominium & principatum, seu principem & regem significat in scriptura. Pro principatu accipitur Helther. 14. *Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt*, id est, regnum & principatum tuum. Pro rege sumitur Hier. 51. Vbi dicitur: *Qui fecit omnia ipse est, & sceptrum Israel hereditatis eius*, id est, Deus est qui regnat in Israël, & ipse est rex eius. Ita exponit Vatablus. Vnde etiam & *virga* pro rege seu principe accipitur, vt isto loco Hieremiæ Vatablus vertit dicens. *Qui condidit omnia is est virga hereditatis eius.* Et Num. 24. vbi nos habemus. *Orietur stella ex iacob, & consurget virga de Israel.* Onchelus paraphrastes Chaldaicus transfert. *Cum consurget Rex de iacob, & vngetur Christus de Israel.* Et quod habetur Esai. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice*

eius ascendet: Sic vertit Ionathas Chaldaicus. *Egredietur Rex de filijs Isai, & Christus de filijs filiorum eius.* Quare *sceptrum* seu *virga* non pro calamitate & miseria, sed pro regno aut rege accipitur. Quod etiam confirmatur: Quia, si *sceptrum* pro calamitate isto loco accipitur, sequitur, quòd in aduentu Messie sola tribus Iuda a miserijs & molestijs soluetur reliquis tribubus in erumnis & miserijs manentibus, & vniuersis gentibus poenitus neglectis: quod sanè omninò absurdum est, & contra expressam scripturarum determinationem: quibus gentibus salus promittitur, & Israël libertas.

Quare firmiter standum est in priori expositione, quæ sanctorum Patrum est: & prædicta prophetia de aduentu Messie intelligenda est. In qua pro certo & euidenti signo aduentus Messie ponitur defectus sceptri, & regie potestatis de Iuda, & ducis seu gubernatoris de eius progenie. Præterea declaratur, quòd Christus non solum pro Iudæorum salute, sed etiam pro gentium redemptione sit venturus. Iuxta illud Psalm. 2. vbi pater ad filiū loquens ait: *Postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam & possessionem tuam terminos terræ.* Et Esai. 49. inducitur pater cum Messia loquens & dicens. *Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & facies Israel conuertendas: Dedi te in lucem gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ.*

Verum contra istam expositionem insurgit non cõtendenda difficultas: quia quando Christus natus est iam Herodes Alcalonita, cu

Ionathas.

Esai.

Hieron.

Thargum Hieroso. Sceptrum & virga pro regno accipiuntur.

Helther.

Hierem.

Vatablus.

Numer.

Onchelus.

Esai.

Psalm.

Esai.

Solutur dubium quia non statim vt cessauit regnum Iudæorum natus est Christus.

ius filij in hoc Euangelio referuntur, regnauerat per triginta & duos annos in Iudæa: hic autem Idumæus erat & primus externorum regum, qui in populo Hebræo potestatem obtinuit. Ergò de Christo non est intelligenda prædicta propheta, cum cessante Iudæorum regno nõ statim aduenerit: sed post triginta & duos annos postquã cessauerat sceptrum de Iuda, & dux de scemore eius natus fuerat. Certè apparet, quòd vel propheta ista non loquatur de tēporibus Messia, vel quòd Christus Messias non fuerit in ea prænunciatus. Pro huius solutione notãdum est, quòd vltimus qui ex Iudæis potestatem obtinuit & gubernationē, ac sacerdotium de genere Machabæorum, (vt refert Hieronymus in caput. 9. Danielis,) fuit Hircanus, qui ab Herode (qui filiã eius Marcanã in vxorem duxerat) iugulatus est. Et cessante Pontificatu Herodes Romam profectus, ab Augusto Cæsare & Senatu Iudææ regnum, (eo quòd Hircani genere esset,) obtinuit, & per annos vnum & triginta tyrannicè & sine Iudæorum consensu gubernauit. Iudæi enim extraneũ & alienigenam admittere nolebant. Sed cum viderēt se tyrannicè & crudeliter tractari, anno trigésimoprimo ab eius nominatione, decreuerūt illum in Regem admittere, & vt talem susceperunt: atque eo anno completa est propheta hæc, quo Christus conceptus est: vt Eusebius in Chronicis affirmat. Nec enim tempore illo tyrannidis dici poterat regnum ablatum de domo Iuda, donec trãlatum est propria volũtate ad eum,

quem alienigenam esse sciebant. Eo igitur tēpore quo Christus natus est, defecerat principatus & regnum de tribu Iuda, & nunquã postea Iudæi habuerūt sceptrum nec principē de domo Iuda, nec vnquã habebunt. Herodes enim, (qui tũc pacificè regno potiri cœpit) alienigena erat, vt diximus, filius Antipatri Ascalonytæ & matris Cypriidis Abicæ. Ideoque noster Euangelista adeò curiosè tēpora describit; principes, & gubernatores, qui prouintiam illam regebant, enumerat eo tempore, quo Ioannes ad prædicandum processit: vt inde constet non solum defecisse regnum de domo Iuda & delatum esse ad Romanos: sed quòd nec regis nomen manebat in Iudæa, cum per procuratorem Romanorum Pontium Pilatum administraretur, & reliquum prouintia per Tetrarchas gubernaretur.

Anno quintodecimo, &c.

TIBERIVS Cæsar Octauiano Imperatori, cuius filiã habuit coniugem, in Imperio immediate successit. Octavianus autē annis quinquaginta septem regnauit, & anno quadragesimosecundo imperij eius nati sunt Ioannes, & post illum sex mensibus transactis Christus. Vnde quindécim annis sub Octauiano vixerunt: quibus ad ditis alijs quindécim Imperij Tiberij Cæsaris, vt Lucas hic testatur, constat trigésimum ætatis annum tam Christi quã Præcursoris eius fuisse, quando ista quæ Lucas narrat gesta sunt.

Trigésimo anno tã Cbr̃i s̃ti quã 10ã nis ista gesta sunt.

Hiero.
Hircanus vltimus qui potestatem obtinuit de genere Iudæorum.

Euseb.

Pro-

Procurante Pontio, &c.

VT ex his quę statim dicemus constabit, regnum Herodis ab Augusto in tres filios eius iuxta patris sui testamentum diuisum est: & Iudęa contigit Archelao maiori filio. Qui cū præfuisset annos decem, ob sua facta in ora ab Octauiano depositus est, & in exilium missus in Viennam Gallię ciuitatem: & Iudęa reddita tributaria Romanis, dispensationi & gubernationi Syrię adiuncta est. Et deinceps nõ per principẽ, sed per præsidem seu procuratorem, aut gubernatorem, regebatur. Licet, vt multi existimant, illi qui eo tempore Iudęam administrabant, non tam præsides, quã procuratores dicebãtur. Quod ex Iosepho deducit, qui libro. 17. Antiquitatum cap. vltimo, & lib. 18. cap. 1. ait. Totius Syrię & Iudęę vnum tantum fuisse præsidem. Ergo Iudęa, quę prouintię Syrię pars erat, nõ poterat proprium præsidem habere, sed procuratorem. At cum in Euangelij reperiamus Pilatum Præsidem nominari, differentiam istam nullius momenti esse existimamus. Hoc certum esse debet, quod qui Iudęam regebat, quocunque nomine vocaretur, præfidi Syrię subiectus erat, & illi inferior. Quod constat ex eo quod Iosephus lib. 18. Antiquitatum, cap. 5. refert: Hunc Pontium Pilatum à Iudęis accusatum fuisse apud Vitellium Præsidẽ Syrię, & ab illo fuisse depositum, & Romam ad Imperatorem missum, alio eius loco constituto, qui Iudęam interim administraret. Quę nequaquam Vitel-

Iudęa syrię prouintię subiecta.

Ioseph.

Præfidi Iudęę inferior Præfide Syrię & illi subiectus erat. Ioseph.

lius facere posset, nisi superior esset. Pilatus quintus procurator extitit Iudęę, vt Iosephus. 18. Antiquitatum cap. 3. refert. Primus enim Procurator fuit Coponius, secundus Marcus, cui successit Annius Ruphus, quem securus est Valerius Gratus: cui successit Pontius Pilatus. Qui postquam decimum annum in Iudęa cõpleuit, Romam pergit, vt se à criminibus expurgaret. Verum priusquam Romã veniret, Tiberius mortuus est anno Imperij sui vigesimo secundo. Ex quo constat quod duodecimo anno Tiberij cœpit gubernare Iudęam Pilatus, & tertio anno procurationis eius Ioannes cœpit prædicare.

Pilatus quintus procurator Iudęę. Ioseph.

Tetrarchia autẽ Gali. &c.

Tetrarchia nomen Græcum est deductum à Tetra, quod significat quatuor, & Archos, quod significat principatum. Quasi quarta pars sit principatus seu regni. Et licet indẽ nomen deductum sit, non semper quartam partem prouintię seu principatus significat: sed de quacunque parte dicitur, siue quatuor plures, siue pauciores sint: vt ex Plinio lib. 5. Historię cap. 23. cõstat dicente. In Cœlesyria fuisse decem & septem tetrarchias. Et cap. 18. in regione Decapolitana tetrarchias sex enumerat, scilicet, Trachonitis, Paneas, Abila, Arca, Anpheboesa, Gabe. Hinc constat falsam esse illorum imaginationem, qui persuasi nomine Tetrarchię existimant regnũ Herodis diuisum fuisse ab Augusto in quatuor partes, & singulis filijs Herodis, scilicet, Archelao, Herodi, Philippo, & Lyfania

Tetrarchia quid significat.

Plin.

Regnum Iudeorum non est diuisum in quatuor partes.

niz

niae singulas partes traditas, quas tetrarchias nominauit. Quia iste modus dicendi deficit. Primo in eo quod quatuor filios Herodis connumerat, de quo illico dicemus. Secundo, quia falsum est Herodis regnum in quatuor partes fuisse diuisum. Constat enim ex Iosepho in tres tantum partes diuisum fuisse, iuxta testamentum ipsius Herodis, scilicet, in Iudæam, Ituream, & Trachonitidem. Ita quod medietas regni Archelao assignata est, & aliae duae partes Herodi & Philippo. Tetrarchia autem est principatus ad instar regni. Unde Tetrarchae principes erant quasi reges, & ideo aliquando, ut Caietanus isto loco notat, reges appellantur: licet titulum & nomen regum non haberent. Unde Tetrarchiae nomen inferius erat nomine regis. Patet hoc ex Plinio lib. 5. allegato, & capitibus praedictis, ubi dicit: *Intercursant, cinguntq; has vrbes Tetrarchiae regnorum instar singulae, & in regna contribuuntur.* Et capit. 21. dicit Tetrarchias decem & septem in Syria in regna descriptas barbaris nominibus. Et Iosephus tetrarchias saepe regna vocat. Et Cicero lib. 1. de diuinatione de Rege Deiotaro agens dicit. *Cuius hoc praclarissimum est, quod postquam a Caesare Tetrarchiae regno pecuniaque mulctatus esset, negat se tamen eorum auspicio, quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda eueniunt poenitere.*

Et Lysania Abilina, &c.

Lysanias **Q**uis fuerit iste Lysanias non satis inter expositores conuenit.

Multi enim existimant filium fuisse Herodis Aescalonicæ, & quartam partem regni Iudææ cum alijs fratribus sortitum fuisse. Idq; colligi videtur ex isto loco Lucæ, ubi de diuisione regni Herodis agens, inter reliquos Herodis filios Lysaniam enumerat. Ita existimant Beda in istum locum Lucæ, & Euthymius: & ita etiã habetur in Indice magno operum Diui Hieronymi. Sed facile refelli potest iste modus dicendi. Quoniã Iosephus (qui Herodis istius omnes res gestas curiosissime narrauit) nullã mentionẽ filij qui vocaretur Lysanias facit. Lib. enim. 2. de Bello Iudaico. c. 21. ubi Herodis narrauit mortem, tres tantum filios superstites reliquisse commemorat, scilicet, Archelaum, Philippum, & Herodem. Idẽ testatur Egesippus. lib. 1. cap. 46.

Quare alij existimant Lysaniam istum fuisse filium Ptolemæi cognomẽto Mennei Dynastis Calcidis ex Alexandra sorore ipsius Herodis, qui patri in principatu successit. Et ita affirmat Iosephus, lib. 14. Antiquitatũ cap. 21. & lib. 15. c. 4. Et Egesippus lib. 1. c. 29. & istum modum dicendi communiter sequuntur Doctores. Putantq; se satisficere difficultati dicendo, computatũ esse inter filios Herodis, quia eius nepos fuit, & fortẽ ob istã causam ab eo fuit in filium adoptatus. Sed iste modus dicendi sustineri non ualet. Quia ut Iosephus, lib. 15. Antiquitatum cap. 4. testatur, Lysanias ille Ptolemæi filius ab Antonio Cleopatraz impulsu occisus fuit triginta ad min⁹ annis ante quã Christus nasceretur. Unde non potuit

Gg idem

Ioseph.

Tetrarchia
quasi regia di
gnitas erat li
cet in aliquo
inferior.
Caieta.

Plin.

Ioseph.

Cicero.

Beda.
Euthy.

Ioseph.

Egesipp.

Ioseph.
Egesipp.

Ioseph.

idem esse cum illo qui ab Evangelista enumeratur, cum sexaginta annis mortuus fuerit antequam Ioannes predicare cœpisset.

Quare alij credunt quod iste Lysanias, cuius meminit Lucas, nepos fuerit Ptolemæi, & filius illius Lysanix, qui ab Antonio occisus est, & eiusdem nominis cum patre. Sed rogabit aliquis cur si huius Lysanix Tetrarchia ad regnum Israel non pertinebat (quia Calcidis provincia in qua Abila, vnde Abylina provincia dicta est, circa Lybanum sita erat: nec pertinebat ad Iudæam) illius meminit Evangelista? Dicere possumus cum Iosepho, quod provincia illa contermina erat Iudææ, & intra eam regionem comprehensa, quæ Deus Abrahamo promissit. Sita enim erat in monte Lybano, vel propè. Vel dicamus quod maiore ex parte habitabatur à Iudeis, licet sub alienigena viuerent, & idè eius mentionem fecit Evangelista. Quidam modernus asserit Abilam, (vnde vt diximus regio Abilina dicta est,) cognomèro Lysaniū fuisse appellatam, fortè ab illo primo Lysania qui eam obtinuit. Vnde omnes Principes qui postea in ea regione successerunt Lysanix nomen acceperunt, sicut Principes Ægypti Pharaones dicebantur. Sed hoc diuina re est, nec fundamentum aliquod videtur habere. Quare præcedenti dicendi modo standum censeo, quod iste Lysanias fuerit nepos Ptolemæi. Vt autem harum Tetrarchiarum termini non lateant, aduertendum est, quod Galilæa ad Septemtrionem Iudææ sita est, quæ à solis occasu Ptolemaidæ ciuitate & Carmelo

monte determinatur: ab Oriente eam Ioppe & Gadara suis finibus resecat. A meridiano latere Scithopolis & Samaria suis utraq; finibus, nec ultra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septemtrionalia autem eius à dextro latere Tyrus claudit: vt testatur Egesippus lib. 3. de Excidio Hierosolymitano c. 6. & Iosephus lib. 3. de Bello Iudayco. c. 2. Iturea & Trachonitis regiones sunt iuxta desertum Arabiæ, ita dictæ quod Montanæ & saxosæ sint, & olim dicebantur terra Hus, vbi Iob commoratus est. Ita affirmat Plinius lib. 5. Historiæ. cap. 14. & Brocardus in descriptione terræ Sanctæ.

Egesipp.
Ioseph.

Terra Hus
que.
Plinius.
Brocard.

Sub principibus sacerdotibus.

Beda locum istum exponens aduertit, quod legalibus tunc præceptis vi & ambitione cessantibus, nulli pontificatus honore vitæ, vel generis merito reddebatur, sed Romana potestate nunc his, nunc alijs tradebatur. Quod Herodes maior commisso sibi à Romanis regno fecisse perhibetur, pontificatum, (qui per successionem debebat obtingere alicui iure perpetuo) ignobilibus sacerdotibus (qui non erant ex genere Asmoneorum) tribuens, & pro suo voto mutans. Similia Archelaus præstitit in Sacerdotum mutatione & constitutione: quos etiam Romani sequuti sunt. Quia vt Iosephus lib. 18. Antiquitatum cap. 3. refert. Valerius Gratus Annanum remouens sacerdotio, Ismaelum, filium Iabi Pontificem designauit: sed & hunc non multo post abiiciens, & Eleazarum Annæ Pontificis filium sacerdotio subrogauit. Post annum vero

Beda.
Sacerdotium
quod iure
perpetuum
erat vi tempo
rale factum est.

Ioseph.

Maldonado
refert.

Tetrarchiarum
termini.

etiam

etiam hunc arceat officio, & Simoni
cuidam Camithi filio ministerium
pontificatus attribuit. Sed non am-
plius & ipse quā vnus anni spatio
eodem perfunctus officio, Iosephū
(cui Cayphas nomen fuit) habuit
ordine successorē. Beda existimat
Ananum illum primo à Valerio à
sacerdotio expulsum fuisse Annā,
arque ad eò inter Annam & Cay-
pham tres principes Sacerdotū me-
diasse. Vndè ad minus quatuor an-
norum spatium interfluxisse a sa-
cerdotio Annę ad sacerdotiū Cay-
phę constat. Vndè oritur nō medio-
cris difficultas, quomodo Lucas di-
cat verbū Domini factum esse ad

Beda.

Quomodo ve-
rum sit factū
fuisse verbū
Domini II. b
Anna & Cay-
phas.

Ioannem *Sub principibus sacerdotum
Anna & Caypha?* Si enim intentio
Euangelistę est describere tempus
quo Ioānes cœpit prædicare, & il-
lud determinatè ostendere à Regi-
bus, principib⁹ secularib⁹, & Sacer-
dotibus, quorsum duorum sacerdo-
tum mentionē fecit, qui illo tempo-
re, vt ex dictis cōstat, simul sacerdo-
tes non fuerunt? Hoc namquē po-
tius dubitationem, quam certitudi-
nem, narrationi afferre videtur.

Euthym.

Ioann.
Cayphas sa-
cerdos erat
eo tempore
quo Ioannes
prædicare cœ-
pit.

Hanc difficultatem non eodem
modo dissoluūt expositores. Euthy-
mius existimat Annā verè proprie-
quē tunc, (quando Ioannes prædica-
re cœpit) sacerdotem fuisse, & dig-
nitatē obtinuisse: Cayphā verò ge-
nerū eius exitisse, vt ex Ioāne cap.
18. constat. Et licet eo tēpore sacer-
dotalem dignitatem non haberet,
generis sui adiutorem fuisse in offi-
cio: & idè à Luca sacerdotem fuis-
se appellatum. Sed iste modus dicē-
di nō euacuat difficultatem. Quia,
vt ex Iosepho colligitur, eo tempo-

re quo Pilatus cœpit Iudeā admini-
strare, Cayphas summus sacerdos
erat: & vt multi existimant, toto tē-
pore Pilati sacerdotium obtinuit.
Quod colligunt ex eo quòd tēpore
passionis Christi summū sacerdo-
tium administrabat, vt habetur Ioā-
nis. 11. Ergo Annas tunc sacerdotiū
nō habebat. Pręterea quia diuina-
toriū est asserere Cayphā coadiu-
torē sacerdotalis dignitatis fuisse.
Quare Beda in istum locum dicit.

Ioann.

Beda.

Horum duorum factam esse men-
tionem: quia Ioānis prædicatio ad
tempora vtriusquē se extendit, sub
Anna incipiens, & in Caypha ter-
minata. Sic inquit. *Ambo quidem in-
cipiente prædicationem Ioanne, id est,
Annas & Cayphas principes fuerunt sa-
cerdotum: sed Annas illum annum, Cay-
phas vero eum, quo Dominus Crucem as-
cendit administrabat. Et quidem tribus
alijs in medio pontificatu perfunctis, vt
ex Iosepho constat. Verum his maximè
quia ad Domini passionem pertinerent
ab Euangelista commemoratis. Sed hęc
sententia eandem patitur difficul-
tatem cum priori. Quia Cayphas
tempore quo Ioānes prædicare cœ-
pit, vt ipse testatur, pontificatum
non habebat: sed tēpore quo Chri-
stus mortuus est. Vndè Ioānis præ-
dicatio ante Pōtificatum Cayphę
terminata est, & ipse Ioannes ante
quàm Christus, ab Herode occisus
est, primo anno prædicationis Chri-
sti, & forte sub Anna sacerdote.
Quid ergo ad Ioannis prædicationē
Cayphę sacerdotium conferebat?
Alij inter quos est Iansenius cōcor-
dię, cap. 13. dicūt: quòd isti duo tūc
temporis sacerdotio fungebantur:
ita tamē vt simul dignitatem sacer-
dotalem,*

Iansen.

dotalem auctoritatem, & nomen haberent: sibi a Romanis largitionibus & pecunia concessum. Tunc enim omnia, ut dicit Ioseph^o, venalia erant. In quo contra legem Dei procedebat, quæ vnicuique tantum summum sacerdotem præcipiebat constituit: sed isti non simul sacerdotiū exercebant, qui potius per singulos annos sibi inuicem succedebant: & vnus hoc, alter sequenti anno pontificatū administrabat. Huic sententiæ fauere videtur, quòd etiam in morte Christi horum duorum pontificum mentio fit, ut patet Ioannis. 18. Tum etiam quia Ioannis. 11. de Caïpha dicitur: *Cum esset Pontifex annis illius, id est, illo anno exercebat pontificatum, prophetauit.* Sed huic sententiæ videtur contradicere Iosephi auctoritas, qui, ut diximus, affirmat inter Annam & Caïpham fuisse plures summos sacerdotes. Erasmus in istum locum Lucæ affirmat, hos duos simul sacerdotalem obtinuisse & exercuisse dignitatem: in quo maxima illorum temporum perditio declaratur. Quia non tantum sacerdotiū, quod Deus iurè hæreditario in domo Aaron futurum præceperat, voluntate principum tradebatur, venaleque erat: sed & cum Deus vnum summum sacerdotem decreuisset, plures simul dignitatem obtinebant. Quod si alicuius auctoritate confirmaretur, maximè literæ Euangelij consonū videbatur. Nec in hoc aut illo afferendo aliquid periculi esse existimo: quare cuique liberū erit, quod voluerit amplecti: mihi hæc postrema sententia magis placet, & literæ Euangelij magis consentit.

Factum est verbum Dñi, &c.

Ecce ad quid hæc tam peculiaris temporum & principum descriptio a Luca facta ordinatur, ut constet quando Ioannes ad prædicandum exierit. Ut hinc auctoritas Ioannis, & doctrinæ ipsius dignitas percipiatur: ut aduertit Glossa. Per verbum autem Domini intelligitur diuina visio facta Ioanni, siue per solam inspirationem internam angelicam, vel diuinam: siue per exteriorum angelicam apparitionem & alloquutionem, vel per imaginariam visionem. Non enim determinat Euangelista modum, quo verbum Domini factum est ad Ioannem. Omnia enim quæ prædicta sunt, verbi nomine solent significari: ut aduertit Caietanus hic dicens. Appellatur autem diuina inspiratio, instructio, atque visio, verbum Domini. Omnia siquidem sub hoc nomine compræhendit significans, quòd tunc Deus misit Ioannem ad prædicandum instruendo eum de prædicatione, baptismo, & demonstratione IESU.

Vndè colligitur, quòd non solum iussio Dei & mandatum exeundi ad prædicandum factum fuerit à Deo super Ioannem, sed & quòd peculiariter Deus eum instruxerit circa ea quæ dicturus & facturus erat. Præterea quòd verbum pro mandato accipitur, ut Theophilactus aduertit inquit. *Ut discas Ioannem non temerè, nequè citra vocationem ad testificandum Christo profuisse, sed diuino motum spiritu.* Vndè Ambr. lib. 2. in Lucā, verba ista tractans dicit. *Congregaturus Ecclesiam Dei*

Ioannis dignitas & doctrinæ eius auctoritas constat.

Glossa.

Verbum Domini quod factum est ad Ioannem quid significet.

Caiet.

Deus Ioannem instruxit de ijs quæ dicturus & facturus erat.

Theophi.

Ambros.

Dei

Ioann.
Ioann.

Erasm.

Dei felix ante operatur in seruido. Et ideo bene posuit Sanctus Lucas factum esse Dei verbum super Ioannem in deserto, vt Ecclesia non ab homine coeperit, sed a verbo. Ipsa enim est desertum. Factum est ergo verbum, vt quærat ante desertum, fructum nobis terra generaret. Factum est verbum, vox sequuta est. Verbum enim prius inuis operatur sequitur vocis officium. Factum est autem verbum, vt Sanctus Baptista Ioannes penitentiam predicaret. Præterea vt ibidē aduertit Ambrosius, hoc compendio verborum vsus est Euangelista, vt ostenderet Ioannem esse Prophetam. Mos enim scripturarum est, (vt Origenes notat,) in libris Prophetarum tempora, & nomina principū proponere. Et quia alij Prophetæ solis Iudæis loquebantur, Principum Iudæorum tantummodo mentio fit in principio suarū Prophetiarum. In descriptione verò Euangelicæ prædicationis, quæ toti mūdo erat annuntianda, Romani Imperatoris mentio fit. Et quia Iudæis etiam prædicandum erat Euāgelium Iudæorum etiam principes & Sacerdotes describuntur. Quod etiam annotauit Gregor. Homil. 20. in Euangelia dicens. Redemptoris nostri præcursor, quo tempore prædicationis officium accepit, memorato Romane Reipublice principe, & Iudææ regibus designatur. Quia enim illum predicare veniebat, qui & ex Iudæa quosdam, & multos ex gentibus redempturus erat, per Regem gentium & principes Iudæarum prædicationis eius tempora designantur.

Signanter autem locum in quo Verbum Domini factum est super

Ioannem, & vnde Ioannes exierit, declarat dicens. In deserto. Ne suspitio aliqua hominibus esse posset, Ioannem grātia affinitatis cū Christo, aut longæ consuetudinis, vel cōuersationis motum fuisse ad testimoniū perhibendū Christo. Quod & ipse postea testatus est dicens Ioannis. 1. Et ego nesciebam eum: sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua baptizans. Quibus verbis nō omnimodam ignorance Ioannes significare voluit: probè enim nouerat & Christum iam natum esse, & inter homines degere, & in vtero matris existens adorauerat. Quod etiam ex propositis verbis deducitur. Quia si venit Ioannes baptizare, vt Christus manifestaretur in Israel, ergo sciebat Christum iam ad esse. Significat igitur & denotat negationē determinatæ cognitionis. Nesciebat enim ex vultu & conditione personæ: quis ille esset in particulari, antequam sibi de cælo datum signum vidisset. Sicut quando 1. Regum. 16. Missus est Samuel a Deo, vt vngeret in Regē vnum ex filijs Itai. Sciebat quidē vnum illorum vngendum esse, nesciebat tamen quis illorum in particulari vngendus esset, donec signum accepit. Ita Ioannes sciebat Christū inter homines esse, sciebat se missum vt testimoniū perhiberet de illo: Nesciebat tamē quis in particulari esset, donec signū accepit. Idēd voluit Deus, vt Ioannes in deserto vitam ageret ab hominū consortio semotus, & indē ad prædicandum & testificandum de Christo exiret: vt omni suspitione eius doctrina & testimoniū apud homines careret.

Ioannes non cognoscebat Christum ex vultu & particulariter.

Ioannes non cognoscebat Christum ex vultu & particulariter.

Ambros.

Universalitas legis Euāgelicæ declaratur.

Origen.

Grego.

Reg.

Prædicans Baptismum, &c.

Non mediocrem difficultatē verba ista præ se ferūt, nec facile explicari potest, de quo baptismo sint intelligenda: an scilicet de baptismo Ioannis, vel de Baptismo Christi? Quoniam si de baptismo Christi intelligantur, obstat quod illum pœnitentiæ baptismum vocat. Quod ut dicemus proprium nomen est baptismi Ioannis. Si autem de baptismo Ioannis interpretemur, contradicit quod sequitur: *In remissionem peccatorum.* Ioannis enim baptismus solum eras in aqua, & peccata non remittebat. Idem diuersimodè interpretantur.

Multi enim existimant de baptismo Christi intelligenda esse verba ista, & sensum esse: *Prædicans*, id est, proximè futurum annuncians baptismum Christi, qui virtutem haberet ad remittenda peccata. Appellatur autem baptismus Pœnitentiæ, quia adultis sine pœnitentia dari non potest, ut Petrus Actuum 2. testatus est dicens. *Pœnitentiam agite & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Christi Iesu in remissionem peccatorum.* Sic interpretatur Gregorius Homil. 20. in Euangelia dicens. *Cūctis legentibus liquet, quia Ioannes nō solū baptismum Pœnitentiæ prædicauit, verum etiam quibusdā dedit: Sed tamen baptismum suū in remissionē peccatorū dare nō potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis baptismo Christi tribuitur. Notandum itaque quod dicitur prædicans baptismum Pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Quoniam baptismum quod peccata solueret, quia dare non poterat, prædicabat: Vt sicut in*

*carnatum Verbum Patris præcurrebat verbo predicationis, ita baptismum Pœnitentiæ quo peccata soluantur, præcurreret suo baptismo, quo peccata solui non possunt. Vt quia eius sermo præcurrebat præsentiam redemptoris, ipsum quoque eius baptisma præcedendo fieret umbra veritatis. Idem affirmat Beda, & alij. Sed huic expositioni obstare videtur, quod principio dixim⁹, scilicet, baptismum Ioannis propriè appellari baptismum Pœnitentiæ, ut ipse Ioannes testatus est dicens Matt. 3. *Ego baptizo vos in aqua in pœnitentiam.* Et Paulus Actuum 19. illis, qui apud Ephesios baptismo Ioannis baptizati fuerāt, dixit. *Ioannes baptizauit baptismum Pœnitentiæ populū.**

Quare alij exponunt de Baptismo ipsius Ioannis, hoc est, de baptismo quem ipse præbebat, & prædicabat, exhortās populū ad illū suscipiendum. Qui baptismus Pœnitentiæ dicitur: quia quos baptizabat ad pœnitentiam hortabatur. Et quia qui baptismum illum suscipiebant sua peccata confitebantur, & exteriori illo signo suam pœnitentiam ostendebant. Et hæc est cōmunior expositio. Sed difficultatē habet quod sequitur: *In remissionem peccatorum.* Quod ad baptismū Ioannis referentes aliqui dicunt. Baptismum Ioannis fuisse in remissionē peccatorum non causaliter & directè: sed dispositiuè vel præparatoriè. Quoniam per illam lotionem in aqua prouocabantur ad contritionem & humiliationē ex corde, & ad suscipiendum baptismū Christi, quo peccata soluantur, disponebantur. Alij hoc in remissionē peccatorum referendum esse dicunt,

Beda.
Ioannis baptismus dicebatur baptismus pœnitentiæ.
Math.
Actuum.

Baptismus Ioannis quomodo dicitur in remissionē peccatorum.

Baptismus pœnitentiæ, quod Ioannis an Christus

Baptismus Christi quomodo dicitur pœnitentiæ. Actuum.

Grego.

non ad baptismum, sed ad Pœnitenti-
am. Ita vt sensus sit. Prædicauit
Ioannes baptismum Pœnitentiæ,
quæ in remissionem erat peccato-
rum. Pœnitentia enim semper con-
tra peccata remedium fuit. Quod
non est intelligendū de pœnitentiæ
sacramento, quod nondum à Chri-
sto fuerat institutum, sed de virtute
pœnitentiæ, quæ dolorem & cōtri-
tionem de peccatis, quia Dei sunt
offensæ, compræhēdit: quæ displi-
centiam peccatorum adducit, & la-
crymarum vim ex corde extrahit,
& animam abluit, & ad salutem
semper necessaria fuit. *Hæc enim*
vt Sapiens testatur Sapien. 10. Pri-
imum hominem eduxit à peccato suo:
hæc & omnes, quotquot salui fa-
cti sunt, à peccato liberauit. Impos-
sibile namquæ est eum qui pecca-
uit, sine pœnitentia in Dei gratiam
& amicitiam redire.

Pœnitentia
peccata re-
mittit & ad
salutem sem-
per necessa-
rio fuit.

Sapien.

Duas tabulas
post naufra-
gium peccati
Ioannes demō-
strat.
Hesichius.

Itaq; duo nobis insignia sacra-
mēta, & quasi tabulas post naufra-
gium Ioannes præsignabat, baptis-
mum, scilicet, & pœnitentiam. Hesi-
chius lib. 7. in Leuit. cap. 26. Vbi de
redimenda possessione, quam quis
Domino vouerit, inter duos Iubi-
leos agitur, *Duorum*, inquit, *hic anno-*
rum remissionis vel Iubilei memoriam
facit, baptisma apertè insinuans & pœ-
nitentiam. Vterquæ enim annus remis-
issionis est: quia perfectam remissionem,
vnus quidem per donū gratiæ, alter pro-
pter eos qui vacant in oratione & ieiu-
nijs, alijsque operibus quæ perficiunt,
pœnitentiam possidet. Monebat igitur
Ioannes vt quisquæ peccata sua
desleret, ante actam vitam perho-
resceret, & se ad remissionem pec-
catorum præpararet: nō quam ipse,

sed & Christus largiretur. Vnū hoc
à nobis requirebatur, alterū vero à
Christo expectabatur: vt Atha. lib.

Athanas.

de Incarnatione verbi Dei affirmat.
Sed statim oritur difficultas,
vtrum baptismus Ioannis potens
fuerit ad delenda peccata eorū qui
illum suscipiebant? In qua non de-
fuerunt qui crederent nullam esse
quantum ad substantiam differen-
tiam inter baptismum Christi, &
Ioannis, asserentes vtrobiquè pec-
catorum remissionem fieri, & Spi-
ritum sanctum conferri, licet non
æque perfecte. Cuius sententiæ fuis-
se Prudentium constat ex quodam

Vtrū bap-
tismus Ioannis
potens fuerit
ad delenda
peccata?

Prudent.

hymno ieiunantium, in quo ait de
Ioanne. *hortator ille primus & do-*
ctor nouæ fuit salutis, nam sacro in flu-
mine veterum pietas lauit errorum no-
ras. Sed in cæta postquam membra defe-
cauerat, celo refulgens influebat spiri-
tus. Hoc ex lauacro labe dempta crimi-
num ibant renati. Huic sententiæ fa-
uere videtur Ambro. lib. 1. de Spiri-
tū sancto. cap. 3. vbi dicit: quod illi
qui Ioannis baptisate fuerant ba-
ptizati, non erant rebaptizandi, si
recte fuissent Ioannis baptisate,
(quod in remissionem peccatorum
erat,) baptizati. Sic ait. *Illi qui in*
Actis Apostolicis cap. 19. Negauerunt
se spiritum scire, quamuis baptizatos se
dicrent in Ioannis baptismo, baptiza-
ti sunt postea: quia Ioannes in remissio-
nem peccatorum in aduenientis Iesu,
non in suo baptizauit nomine, & ideo
spiritum nesciebant, quia nec baptis-
mum in Christi nomine, sicut Ioannes
baptizare solebat, acceperant. Qui-
bus Ambrosij verbis Magister Sē-
centiarum motus in 4. distinctio-
ne. 2. existimat, eos qui Ioannis

Ioannis bap-
tismus remis-
sisse peccata
qui dixerint?

Ambros.

Actuum.

Magist.

baptismo sunt baptizati, si Spiritum sanctum cognouerunt, & sp̄ salutis suæ in Ioannis baptismo non posuerunt, sed in Christo, nō esse rebaptizandos.

Refellitur

Prædicta sententia.
Matth.

Ioann.

Verum ista sententia aperte cōuincitur falsitatis. Primo, ex verbis ipsius Ioannis Matth. 3. vbi ait: *Ego quidem baptizo vos aqua in pœnitentiam, qui autem post me venturus est baptizabit vos in Spiritu sancto.* Quæ verba sæpius repetit Ioannis. cap. 1. Vbi Ioannes constituit differentiã inter suum & Christi baptismum, quòd baptismus Christi est in Spiritu sancto, Ioannis vero solum in aqua & non in Spiritu sancto. Sine Spiritu autem sancto remissio peccatorum esse non potest. Quod Gregorius eleganter prosequitur Homil. 20. in Euangelia, & sequitur Beda. Quod etiam & ipse Ambrosius confitetur in præfatione ad Psalm. 37. dicens. *Et forte supplicia præuidet, qui baptizatur baptismo pœnitentiæ. At vero ille gratiam spectat qui baptizatur in Christo. Baptismus ergo Ioannis oculus suppliciorum est: baptismus Christi oculus gratiarum.* Et super Lucam in illa verba, *Ego vos baptizo in aqua:* ait. *Aliud fuit baptismum pœnitentiæ, aliud vero gratiæ est. Istud ex viroque, nempe, aqua & spiritu: illud ex vno, scilicet, aqua.* Idem etiam tenent vniuersi sancti patres, quos longum esset recensere.

Secundo conuincitur prædicta sententia ex cap. 19. Actuum Apostolorum, vbi Paulus eos, qui baptizati fuerant Ioannis baptismo, præcepit iterum baptizari in nomine Domini Iesu. Ex quo loco Hieronymus lib. aduersus Luciferia-

nos colligit Ioannis baptisma in tantum imperfectum fuisse, vt opus fuerit eos, qui illud susceperant, in nomine Christi baptizari: vt eorum peccata deleerentur, & Spiritum sanctum reciperent. Vnde constat Ioannis baptismum peccata non remississe: atque ideò rebaptizandos, siue cognouerint, siue non, Spiritum sanctum. Ideò Christi baptismus à Paulo ad Titum. 3. vocatur *lanacrum regenerationis, & renouationis in Spiritu sancto, & Christus Ioann. 3 dicit, quòd nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnū Dei.* Vnde Greg. Homil. 7. in Euange. de baptismo Ioann. loquens inquit. *Cur baptizat qui peccata per baptismum nō relaxat?*

Solet isto loco ab aliquibus inquiri: Vtrum Ioannes vsus fuerit aliqua verborum forma determinata in suo baptismo? Et quidem Ambrosius lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 3. videtur sentire, quòd Ioannes baptizauerit in nomine venturi Christi, & quòd ista forma vsus fuerit. Idem sentire videtur Hieronymus in 2. cap. Ioëlis inquiring. *Qui dicit se credere in Christum nō credens in Spiritum sanctum, perfecta fidei oculos nō habebit.* Vnde & in Actibus Apostolorum qui baptizati erant baptismo Ioannis in eum qui venturus est, hoc est, in nomine Domini Iesu: quia responderūt Paulo interroganti: sed nec si sit Spiritus sanctus nouimus, iterum baptizantur. Ecce Hieronymus ait, in nomine Domini Iesu Ioannem baptizasse. Et confirmari videtur ex cap. 19. Actuum Aposto. vbi dicitur. *Ioannes baptizauit baptismum pœnitentiæ populum dicens: in eum qui venturus*

Titu.

Ioann.

Vtrum Ioannes vsus fuerit aliquibus verbis in suo baptismo.
Ambros.

Hieron.

Actuum.

Gregor.

Beda.

Ambros.

Ambrosij
sententia de
baptismo Ioannis.

Actuum.

Hieron.

Ioannes non est vsus aliqua determinata verborum forma. *turus esset post ipsam, vt crederent, hoc est in Iesum.* Ergo, hæc erat verborum forma qua vtebatur. Alijs videtur quod Ioannes nulla determinata verborum forma vsus fuerit, sed tantum exteriori illa ablutione, qua se peccatores profiterentur. Nec contrariū ex loco allegato probari potest, solum enim ex eo colligitur, quod Ioānes eos qui ad se veniebant, vt baptizarentur, hortabatur: vt in eum, qui vēturus erat, crederent. Quod ego hoc vno argumēto mihi persuadeo. Quia quando Christus a Ioanne baptizatus est, similem baptismū, sicut & alij suscepit, & eodem modo Ioannes credendus est administrasse: cum ex nullo Eu angelij loco constet contrarium. Vel ergo Ioānes Christū baptizans vsus est illa forma, & in nomine eius qui venturus erat eum baptizauit: quod dici nequaquam potest: quia Ioannes cognoscebat Christum esse qui venturus dicebatur, & ridiculum videretur illū in suo nomine baptizare: Vel nulla verborum forma vsus est, quod probabilius reputo. Nec baptismus ille, (cum sacramentum nō esset) forma aliqua indigebat.

Vox clamantis in deserto, &c.

Esai.

Prophetia ista desumpta est ex cap. 40. Esai. quæ ad literā de Ioanne debet intelligi. Cum enim de Aduentu Messia loquutus fuisset Esaias, nunc verbis istis prænunciat venturum esse prius præcurso-rem & præconem, qui corda hominum disponat, & viam præparet venienti Christo. Quod autem locus iste de Ioanne intelligendus sit con-

stat: quia ipsemet Ioānes de se ipso adducit Ioann. 1. cum interrogatus a sacerdotibus & leuiticis quis esset? respondit. *Ego vox clamantis in deserto, sicut dixit Esaias Propheta.* Et Marcus cap. 1. & Lucas isto loco de Ioanne prophetiam istam interpretantur.

Ioann.

*Marc.
Luca.*

Pro cuius intellectu nota, quod *vox clamantis*, licet a multis exponatur, vt gētius proprie accipiat & referatur ad Christum, quasi Ioannes dicatur vox Christi clamantis, quia ab illo missus, & vt illum manifestaret venit: tamen proprius & magis ad literę exigentiā intelligitur, vt sit Hebraismus cōmunis & vsitatus in scripturis, quo genitiuus pro adiectiuo ponitur: ac idem significet quod vox clamans. Quæadmodū dicitur terra promissionis, id est, terra promissa, vas electionis, pro vase electo: filius perditionis pro filio perdito.

Genitiu^o pro adiectiuo ponitur.

Dicitur autem Ioannes vox. Primò, quia præco fuit annunciās Christi aduētum, & quasi sua prædicatione silentium mundo indicens, vt venturum Saluatorem cum debita reuerentia susciperent. Quod annotauit Epiphanius lib. 2. vbi Epistola Arrii confutatur, & locum istum explanans ait Ioannē fuisse vocem talem qualis esse solet præconis, quæ audientiam facit, & inducit silentium omnibus, & attentos facit, quando Rex aut Imperator est verba facturus: vt regis verba attentius percipere possint. Sic Ioannes vox fuit, quæ audientiam fecit verbo Dei verba facturo & hominibus loquuturo.

Prima ratio quare Ioannes dicatur vox. Ioannes dicitur vox quia præco ante Regem. Epiphani.

Secundo dicitur vox, quia sicut *Secunda ratio*

Vox antever
bū præcedit.
Luca.

Basil.

in materialibus vox præcedit verbum, sic Ioannes præcessit Christum, qui verbum Patris est. Quod Zacharias pater eius prædixerat Lucæ 1. cum Ioannē alloquens ait. *Præibis ante faciē Domini, parare vias eius.* Quod Basiliius super Psal. 28. homil. 2. exponens illud, *Vox Domini super aquas*, annotavit dicens. *Quæ vox? super quas aquas? Dictum hoc Prophetiæ loco sumendum est. Memor esto Ioannis, qui cum interrogatus esset à Iudeis: Tu quis es? Respondit. Ego vox clamantis in deserto. Est ergo Ioannes vox Domini, Angelus Dei ante faciē Domini missus ad parandum Domino populum perfectum. Ipsa itaque vox Dei erat supra aquas in Iordane, in quo baptizabat Ioannes, prædicans baptismum re sipientiæ. Vox igitur Domini super aquas Ioannes est baptizans: & addit quod illic, & Deus gloriæ intonuit. Venit enim vox è cælo, dicens. *Hic est filius meus dilectus, &c.* Tūc & Dominus super aquas multas erat, cum ad Ioannis vsque baptismum sese demittere dignabatur. Vox Domini in virtute, quia dicebat. *Pœnitentiam agite, Appropinquavit enim regnum celorum.* Vel forte, quia constans testimoniū de Christo reddebat, & magnifica loquebatur. Ideò dicitur vox Domini in magnificentia. Et reliquum Psalmi profequitur de Ioāne interpretādo.*

Tertiaratio.

Vox dicitur
Ioannes quia
verbum ostēdit.

August.

Quod brevitatis causā omitimus. Tertio dicitur vox, quia ut vox verbum declarat, sic Ioannes verbū Dei manifestavit, & digito ostēdit dicens: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Hanc rationem assignat Augustinus sermone 20. de Sanctis, qui est primus in festo san-

cti Ioannis, inquit. Quod beatus Ioannes vocem se esse dixit. Quia verbi annunciator & prædicator erat. Hic iam sollicitè requirendū est quid inter verbum sit & vocem. Scripturæ sanctæ verbum esse definiūt quod intra animi silentiū mente cōcipitur: Verbum esse definiūt ipsam cogitationem, quæ adhuc intra consciētiæ secreta retinetur: vocem verò per quam verbum proferatur in mediū. Vox sonus est index cogitationis: Verbum autem ipsa cogitatio. Sicut enim quando verbum corde concipimus, necessaria est vox quasi quoddam vehiculum verbi, & quamlibet verbum ipsum per oris sonum ad alium transferamus, tamen illud integrum etiam intra nos, id est, clausum à loquente transfertur, ut tamen in sua sede teneatur. Ita & omnipotens Pater innotescere nobis volens sapientiā & verbum illud, quod in principio erat Deus apud Deum, sicut ipse testatur: *Eruit cor meum verbum bonum* Psalm. 44. Beatum Ioannē quasi vocem per quam ad nos verbū suū proferret, assumpsit. Quod quidem verbum de illa sede ita ad nos descēdit, ut in sinu, id est, in profundo paterni pectoris permaneret, terrena visitans, & cælestia non relinquens. Hanc itaque gloriam beatus Ioannes Baptista non de lōgino sicut reliqui Prophetæ, sed vicinus & proximus antecessit, illi aduentum regis ante multa tempora prædicauerunt. Alij dixerunt, quandoquē venturus est: alij, ecce citò veniet: iste autem quem venturum prædixit, digito ostendit, & Prophetiam suam per ipsum quem

Psalm.

annun-

annunciabat assistentē compleuit. Ideoque & vox clamantis dicitur.

Quartò vox dicitur, quia nō sua, sed Christi referebat, vt Serm. 21. de Sanctis ipse Augustinus testatur iniquiens. *Vox erat, quia Verbi Dei spiritu replebatur. Sicut sermo vocis quodam modo ministerio, & vehiculo ad audientem à loquente transmittitur. Ita Ioannes Christum sonans verbi erat minister & portitor.* Quintò, quia quicquid erat in Ioanne, vox erat, totus poenitentiam & sanctitatem prædicabat. Oculi, manus, vestis, lingua, & quicquid in eo erat Christū clamabat & annuntiabat.

Præterea dicitur *Vox clamantis in deserto* ad literam, quoniam Ioannes in deserto prædicabat, vt Matthæus cap. 3. & Marcus cap. 1. testatur. Ioannes enim factò verbo Domini ex interiori & vastiori deserto, in quo per multos annos commoratus fuerat, exiit, & venit circa regionem Iordanis, ibique prædicabat & baptizabat. Regio autē hæc vocatur desertum Iudææ: quoniam in ea rari homines & sparsim habitabant. In deserto igitur Ioannes prædicabat, non in tēplo: hoc enim Christo reseruatū erat iuxta prophetiam Malachiæ cap. 1. *Ecce ego mitto Angelum meū ante faciem meā, qui præparauit viam ante te: & statim veniet ad templum suū dominator quē vos queritis, & angelus testamenti quē vos vultis.* Deindē in deserto cœpit prædicare, vt initium nouæ legis veteri responderet. Sicut enim lex antiqua in deserto data est à Deo: ita & noua quæ à Ioanne cœpit prædicari dicente: *Pœnitentiam agite appropinquabit in vos regnum Dei, in deser-*

to debuit incipere. Tertio in deserto, quo gentilitas significatur, cœpit Ioannes prædicare: vt Ecclesiā degentibus congregandā esse ostēderet, & gentium vocatio significaretur. Quod aduertunt Origenes, Ambrosius, & Hieronymus in istū locum, & Augustinus Sermo. 20. de Sanctis: qui exponens ista verba Esaiæ ait. *Videamus in quo deserto, id est, in gentilium papulo. Vaque enim timore Dei pectora, & Spiritu sancto carentia deserto squalentis aremi comparantur. Desertus enim erat hic mundus ab omni cultura fidei & timoris Dei, & peccatorum spinis obsitus squalabat tanquam ager incultus, & nullam pœnitentis bonorum operum fecunditatem attulerat, nullum imbrem gratiæ spiritualis acceperat, mittitur beatus Ioannes, qui eum per prophetiam atque Apostolicam prædicationem annuntiando poenitentiam, quasi rudem cāpum profunderet, fecundaret, & excoleret, diuini verbi seminibus impletet, & ad maturā frugem, id est, ad regenerationis gratiā præpararet.* Sequitur in textu Esaiæ. *Parate viam Domini:* quibus verbis explicat quid vox ista clamaret & prædicaret. Quid autem sit parare vias Domini, & rectas facere semitas eius, in moralibus considerationibus late prosequemur.

Interim circa verba ista occurrit difficultas, quia Esaias dicit Ioānis prædicationē futurā, *Parate viam Domino.* Matthæus verò cap. 3. de Ioannis prædicatione loquens ait. *Venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ & dicens: Pœnitentiā agite, appropinquauit enim regnum cælorum: quæ non videntur conuenire.* Hanc difficultatē mouet & dissoluit

Tertia ratio. In deserto prædicat vt gentium vocatio designetur Orig. Ambros. Hieron. August.

Componuntur Esaias & Mattheus cap. 3. de Ioannis prædicatione Ioannis Matt.

Quarta ratio. Vox dicitur quia non sua sed Christi referebat. August.

Quinta ratio. Vox quid quid erat in Ioanne clamabat.

Prima ratio.

Matth. Marc. in deserto prædicat Ioannes non in tēplo, quia id Christo reseruatū.

Malach.

Secunda ratio. In deserto prædicat vt initia vtriusque legis sibi respondeant.

Chrysol.

uit Chrysoſtomus. Homil. 10. operis perfecti in Matthæum inquit: *Quid enim de Ioâne Eſaias ait: cum aduenierit clamabit: Parate vias Domini, rectas facite ſemitas eius. Ipſe vero cum adueniſſet aiebat: facite fructus dignos pœnitentiæ. Quod utriusque tale eſt, quale ſi diceret, parate vias Domini. Vides igitur & per illa, quæ propheta prædixerat, & per iſta quæ ipſe prædicabat. Ioânes, vnum idemque monſtrari, ſcilicet, & quod præcurſor & viam Domini paraturus aduenierit: non vt remiſſionem peccatorum daret, ſed vt eorum præpararet animos, qui omnium Dominum erant recepturi. Vbi Ioannes vno verbo expreſſit quid eſſet parare vias Domini, & quomodo eſſent parandæ.*

Sequitur in textu Eſaiæ. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erant praua indirecta, & aſpera in vias planas. Omnia iſta ſi ad literam & vt ſonant accipiuntur, & de materialibus vijs intelligantur, nunquam impleta cernuntur, nec implenda poſſunt ſperari. Quare ſecundum literalẽ ſenſum ad ſpiritualia transferenda eſſe, neceſſario conſtat: & ſic catholici Doctores interpretantur. Aliqui exiſtimant iſto loco futura pro imperatiuis accipienda eſſe, ita vt ſenſus ſit: omnis vallis exaltetur, & omnis mons humilietur, praua ſint indirecta, & aſpera in vias planas. Et videbit omnis caro, id eſt, vt videre poſſit omnis homo ſalutare Dei. Frequentis enim eſt iſta modorum & tẽporũ permutatio in ſcriptura, nec opus eſt exempla adducere. Et ſic verba iſta videntur eſſe præcedentium explicatio. Dixerat enim: Parate vias Domini: & ſtatim exponit*

quomodo parandæ ſint viæ & dirigendæ ſemitæ dicens: *Omnis vallis impleatur. &c.*

Secundò explicari poſſunt verba iſta, de facilitate cuius & progreſſus Euangelicæ prædicationis, quæ per Apoſtolos erant exequenda, quorum in omnem terram exiturus erat ſonus, & in fines orbis terræ peruentura verba, omnibus offenſionibus & impedimentis ſublatis, vel facilè ſuperatis. Et iſtũ exiſtimo germanum literę ſenſum. Ita exponit Theodoretus dicens: *Hæc verba facilitatem curſus Euangelicæ prædicationis ſignificant, cum montes humiliandos dicat Propheta, & valles implendas, vt recta & plana ſit via prædicationis Euangelicæ. Et idem ſignificat praua futura directæ, & aſpera, in vias planas, ſcilicet, facilem viam & facilem decurſum Euangelij futurum, quod breui tempore totum orbem erat impleturum. Addit tamen Theodoretus per valles intelligendas animas infidelium in profundum vitiorũ demerſas, quæ nihil altum, nihil cœleſte ſapiebant, accepto Spiritu ſancto futuras Eccleſiæ montes, quarum cõuerſatio, licet in terris eſſent, in cœlis erat futura. Per mōtes & colles dæmones interpretatur, quorũ imperiũ Dominus erat ſubuerſurus, vel Iudæos qui ſcientia legis erant quaſi montes, & aduentu Chriſti humilitati ſunt, & facti non populus Dei.*

Tertulianus aduerſus Martionẽ tertio interpretatur prædicta verba, vt ſignificent difficultates legis in facilitatem Euangelij eſſe commutandas. Quem ſequitur Theophilus in cap. 3. Lucæ affirmans legẽ

Facilitas curſus Euangelicæ prædicationis explicatur.

Theodor.

Futura pro imperatiuis ponuntur.

Tertullia. Facilitas & ſuauitas legis Euangelicæ declaratur.

Theoph.

Moyſi

Moyſi carnaliter intellectam viam
asperam, & prauam appellari rectā
& planam spiritualem intellectū,
& Euangelicā doctrinam. Quarto
Procopius intelligit de hominum
conuerſione a via iniquitatis, quæ
aspera est & plena difficultatibus
sub principibus tenebrarum, ad viā
salutis & virtutis planam & rectā,
& ad legem Euāgelicam, quæ iugū
suauē est & onus leue. In quo præ-
cedenti expositioni consentire vi-
derur. Tandem August. sermo. 26.
de sanctis existimat verbis istis: *Om-
nis vallis exaltabitur, &c.* Idem signi-
ficari quod verbis illis Euangelij
Matth. 23. *Omnis qui se exaltat humi-
liabitur, & qui se humiliat exaltabitur.
Commendatur Dei gratia, qui superbis
resistit, humilibus autem dat gratiā, quia
ideo Christus venit, ut qui non vident vi-
deant: & qui vident cæci fiant. Quia om-
nis vallis implebitur, & omnis mons &
collis humiliabitur.* Hæc Augustinus.

Tandem in textu sequitur. *Et
videbit omnis caro saltare Dei.* Per sa-
lutare Dei Christus intelligitur,
sine quo nulli patet via ad salutem.
*Non enim est aliud nomen sub celo da-
tum hominibus, ut dicit Petrus Ac-
tuum. 4. in quo oporteat nos saluos
fieri. Quod Cyrillus lib. 10. de spi-
ritu & litera exponens cur cum
Moyse Iosue ascendit in montē, &
simul nubem intrauit, dicit. Quia ne-
mo sine vero Iesu potest incerta sapien-
tia, & occulta comprehendere, & ideo
in figura Iesu Naue veri Saluatoris sig-
nificabatur affutura presentia, per quæ
fierent omnes docibiles Dei, qui legē ape-
raret, & Euangelium reuelaret. Unde
significari existimat his verbis E-
saiæ quod nō patet adirus ad patrē,*

nequē ascensus ad montē, nec vera
salus, nisi per filium Dei. Qui nō so-
lū montes & colles rerum diuinarū
aperiēdo complanauit, sed & aspe-
ra & praua ipse superando plana ef-
fecit, ut omnibus facilis ad salutē
via esset. Ideo salutare Dei appella-
tur. Idē affirmat Ambros. Psalm. 47.
ad finem; & in 3. capit. Epistle
ad Rom. locum istum tractans in-
quit. *Omnis caro, id est, omnis homo
videbit salutare Dei, Christum, scilicet in
quo omnium salus cōtinetur. Et Augu-
stinus. 22. de Ciuitate Dei cap. 29.
dicit. Et videbit omnis caro salutare
Dei: sine vllius nodo difficultatis sic in-
telligi potest, ac si dictū fuerit, & vide-
bit omnis homo Christū Dei, qui vtiq; in
corpore visus est, & in corpore videbi-
tur, quando viuos & mortuos iudicabit.
Quod autem ipse sit salutare Dei,
multa sunt & alia testimonia scrip-
turarum: Sed euidētius venerandi
illius senis Simeonis verba decla-
rāt. Qui cū infantem Christum ac-
cepisset in manus suas, inquit Lu-
cæ. 2. *Nūc dimittis seruum tuum Domi-
ne secundum verbum tuū in pace. Quis
viderunt oculi mei salutare tuum,**

Sed statim cōsurgit difficultas,
quomodo omnis caro visura dici-
tur salutare Dei, & Christū Greg.
Hom. 20. in Euāg. (quem sequitur
Beda in istum locum Lucæ) prophē-
tiam istam refert nō ad primū, sed
ad secundum Christi aduentum, in
quiens. *Quia omnis caro accipitur om-
nis homo, salutare Dei, videlicet Christū
in hac vita omnis homo videre non pō-
tuit. Vbi ergo in hic sententia Propheta
prophetiæ oculum, nisi ad extremi iudi-
cij diem tetendit? Vbi cum apertis talis,
ministrantibus Angelis, considentibus*

Via victoriā
Aspera per
Euangelij cō-
planatur.
Procopius.

Augusti.
Superbos hu-
miliandos si-
gnificat.

Matth.

Salutare Dei
Christus.

Actuum.
Cyrill.

Ambros.

Augusti.

Lucæ.

Omnis caro
quomodo vi-
sura dicitur
Christum.
Gregor.
Beda.

Apostolis, in sede maiestatis suae Christus apparuerit, omnes huc & electi & reprobi videbunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti de ultionis supplicio in perpetuum gemant. Idem sentit August. loco allegato. Aliqui referendum existimant ad liberationem populi Israel de Chaldaeorum potestate, sed praecedentia (ut diximus) huic proposito aptari non possunt. Quare ego potius ad gratiam Euangelicam referenda puto verba ista, qua omnibus hominibus Deus, proposuit, quaque ita operatus est Deus ut ab omnibus videri posset, suscipi, & gustari, iuxta illud Psalm. 73. Operatus est salutem in medio terra. Unde videre pro gustare & experiri accipitur: ita ut sensus sit. Videbit omnis caro salutare Dei, id est, omnes, si tamen vellint, gustare poterunt, & experiri salutare Dei. Quod idem Esaias cap. 55. testatus est dicens. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum properate, edite & comedite: venite emite absque argento, & absque ulla commutatione. Et cap. 52. idem Esai. dicit. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terrae salutare Dei nostri. Et cap. 66. ait: Videbitis, & gaudebit cor vestrum, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius. Vniuersas has expositiones praedicti loci completi videntur Chryso. locum propositum tractans Hom. 10. oper. perfecti in Matt. inquit. Vidisti certe quemadmodum ante veniens Propheta cuncta praedixerit: videlicet, & quantus etiam ad Christum populi concursus, & quanta per Christum in me-

lius rerum esset futura mutatio, quamque affluens bonorum caelestium largitas, quae de horum omnium causa esset bonorum: quamquam haec ipsa per allegoricam significauerit figuram, quod certe genus loquendi maxime propheta decet. Cum enim dicit: Omnis vallis implebitur, &c. ostendit & humiles sublimandos, & est diuerso sublimes humiliandos: ac difficultatem legis fidei facilitate mutandam. Non iam, inquit, ad iustificationem merendam sudores peccatoribus imminentes & labores, sed gratia omnibus occurrit, ac venia plurimo salutis plena condempno. Deinde causam quodque ipsam, quae id faceret ostendens: quoniam, inquit, videbit omnis caro salutare Dei. Non Iudaei iam solum modo atque profelyti, sed omnes terrae prorsus ac maria, atque vniuersum humanum genus. Siquidem appellatione prauorum omnem corruptam vitam vitiosamque signauit: publicanos, scilicet, atque meretrices, latrones, magosque significans. Quod certe etiam Dominus ipse dicebat Matth. 21. Publicani & meretrices praecedent vos in regno Dei, quoniam crediderunt. Id ipsum alio sermone propheta praedixit c. 65. Tunc lupi & agni pascentur simul. Sicut enim ibi vallium appellatione vel collium inaequalitatem morum vna dixit Philosophia aequalitate miscendam: ita hic quoque per irrationalium differentiam ostendit, vitam hominum cultibus moribusque diuersam in eandem religionis coituram esse concordiam: hic quoque causam ipsius societatis adiungens: Ea vero est Esai. 11. Insurgit gentium rector, in eum gentes sperabunt: quod certe significauerat dicendo: Videbit omnis caro salutare Dei. Et haec de litera huius Euangelij modo dicta sufficient.

August.

De gratia Euangelica in belligenda verba Esai.

Psalm.

Videre pro gustare.

Esai.

Esai.

Esai.

Chryso.

Matth.

Esai.

Es. i.

EXPOSITIO MORALIS.

I. CONSIDERATIO.

Quam graue sit prædicationis officium, & quòd nõ omnibus ætatibus & personis conueniat: sed eis qui ætate, scientia, & virtute maturi sint.

Anno quintodecimo, &c.

TEMPORVM rationes adeò curiosè & distinctè per Imperatores, Reges, Procuratores, & Sacerdotes, Euangelista describit, vt in literæ expolitione diximus, quo tempus & ætatem, quo Ioannes ad prædicandum factò diuino præcepto è deserto, (in quo multo tempore commoratus fuerat,) exijt, designet. Quòd, scilicet, trigésimo ætatis suæ anno ad prædicandum processerit. Ioannes enim, vt diximus, natus est anno quadragesimo secundo Octauij, qui vsque ad quinquagesimũ septimum annũ Imperium tenuit. Vndè quando Octauius mortuus est, quindecim annorum erat Ioannes: cum autem ad prædicandum exierit anno quintodecimo Imperij Tiberij Cæsaris, qui successit Octauio, constat: quòd trigésimo ætatis suæ anno cœperit prædicare.

Quo anno suæ ætatis Ioannes cœperit prædicare.

Quam graue sit prædicationis officium.

Vt hinc discamus quam graue sit prædicationis officium, nec omnibus temporibus, ætatibus, aut personis licere, aut conuenire: quim potius grauem, prudentem, sapientè, exercitatum in virtute & literis, &

iam maturũ virum requirere: què non solum literarum peritia commendet, virtus probatum reddat, sed ætas & experientia venerabilè faciat. Quòd annotauit Grego. Cuius Pasto. part. 3. cap. 26. dicens. *Actu* *contra admonendi sunt quos à prædicationis officio, vel imperfectio, vel ætas prohibet, & tamen precipitatio impellit: ne dum tanti sibi onus officij precipitatione arrogat, viam sibi subsequenti meliorationis abscondant: & cum arripunt intempestiue quod non valet, perdant etiam quòd implere quandoquè tempestiue potuissent, atque scientiam quã incongrue conantur ostendere, iuste ostendantur amisisse.* Et cum multa elegãtissimè ad hoc propositum dixerit,

Grego.

Simile

Simile

Simile

addit, quòd admonendi sunt, vt cõsiderent, quòd pulli auium, si ante pennarum perfectionem volare appetant, vnde ire in alta cupiunt, inde in ima merguntur. Etiam admonendi sunt vt cõsiderent, quòd struicturis recentibus nondum solidatis si tignorũ pondus superponitur, non habitaculum, sed ruina fabricatur. Iterum admonedi sunt, vt cõsiderent, quòd cõceptas soboles foeminae, (si prius quam plenè formetur) proferunt, ne quiaquam domos, sed tumulos replent. Hinc est quòd ipsa veritas, quæ repente quos vellet roborare potuisset, vt exemplũ sequẽtibz daret, ne imperfecti prædicare præsumerent, postquam discipulos de virtutis prædicatione instruxit, illico adiunxit, *Actuum. i.* Vos autem sedere in ciuitate quo ad vsquè induamini virtute exaltato. Quæ verba tractans Grego. loco allegato ait:

Actuum

to ait: *In ciuitate quippe confidemus, si intra mentium nostrarum nos claustra constringimus: ne loquēdo exterius euegemur: ut cum virtute diuina perfecte induimur, tunc quasi & nobis metipsis foras etiam alios instruētes exeamus.*

Necessarium ergo est, ut qui prædicationis officium parat exercere, literarum diuinarum & sacræ Scripturæ meditationi, & studio, toto pectore & magna cura incumbat. Est enim verbum Dei lucerna & lux, ut Salomon Prou. 6. testatur, & vitæ via correptio & castigatio. Idēd Paulus. 2. ad Timot. 3. inquit. *Omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, & ad erudiendum in iustitia.* Sunt namq; multi, qui prius quam diuinā scripturam euoluant, concionari volunt, qui vñ ventorū inanis gloriæ verba sua iactant, unde fit vt nullam populis afferāt vtilitatē. Nec satis est diuinas literas euoluere, sed opus est, vt diu longo quē tēpore illas meditetur. Quōd ostendere voluit Deus cum Ezechiel, cap. 2. antequā illum ad prædicandum miteret, non solum librum inuolutum ostendit, & corā illo euoluit: sed vt comederet illū præcepit, dicens. *Aperias tuum & comede quæcumquē ego do tibi. Et vidit: & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber, & expandit illum corā me, qui erat scriptus intus & foris, & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & v. e. Et dixit ad me: Comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel.* Per volumen hoc, seu librum Hieronymus & Gregor. & alij intelligūt sacram Scripturam, quæ dicitur *Liber inuolutus* propter

obscuritatem & difficultatem. *Scriptus autem intus & foris* propter duplicem sensum literalem & spirituales. In quo scripta sunt lamentationes, carmina, & v. e., Quia & ea quæ ad malorum supplicium, & quæ ad bonorum præmium spectant, continentur. Tum etiam, quia, vt ex Paulo dicebamus, ad docendū, instruendū, corripiendū, & increpandū utilis est. Liber iste, nō satis existimat Dominus esse, si coram Propheta aperiat, nisi illum comedat & deuoret, antequam ad prædicandum procedat. Quoniam debet concionator diuinam Scripturam non solum primoribus labijs attingere & degustare: sed comedere, & intus per meditationem continuam sumere, diligenter perpendere, sepius voluere & repetere.

Quia si prædicator suauitatem Euangelicæ doctrinæ nō sentit, nec eorum quæ dicit gustum habet, fieri non potest, vt alios ad ista ardentius sumenda valeat incitare. Ruminanda sunt prius ea quæ alijs proponenda sunt, & prius maturescere debent tam ipsa quæ proponenda sunt, quā is qui proposurus est: vt comedi & fructuosè gustari possint. Sicut enim poma immatura, quæ vento ex arbore deijciuntur, nec suauitatem habent, nec stomacho profunt, qui potius acerbata sunt & noxia: at vero quæ debitum tempus spectarunt, quæ matura sunt, & manu collecta, grata sua uia, & salutaria sunt. Sic concionatores iuuenes (qui humani fauoris gratia, aut vèto vanæ gloriæ impulsu ante tempus decidunt) nec dulcedinem spirituales in se habent, nec

Prædicator debet quæ doctus est gustare, vt alijs proficiant.

Simile.

*Prædicatur
literarum, di
uinarum stu
dio & medi
tationi debet
vacare.
Prouer.
Timot.*

Ezech.

*Ezech.
Hieron.
Gregor.
Scriptura sa
cra difficilis
intellectu.*

vtilli-

utilitatem mentibus auditorum afferunt: quimporius acerbitatem quandampriæ se ferunt. Sed quæ sunt tempore opportuno & maturo ex sacris literis collectæ, & ad Dei honorem dispositæ contiones, quas matura vita prædicatoris committatur, quæq; morû ac iudicij gravitate sunt digestæ, laudabiles sunt, suaves, vtilis, & maximè salubres. Hoc Plutar. lib. de discrimine adulatoris & amici, hac similitudine exponit. Habet, inquit, unguentum fragrantiam, habet & pharmacum: sed hoc interest, quod illud ad delectationem tantummodo paratur: istud, præterquam quod obiter bene olet, purgat etiam, sanat, carne vulnus obducit. Pictores quoque colores iucundos ac tincturas miscent: sunt quoque medicorum pharmaca nonnulla aspectu incunda, sed illa solû delectant; hæc etiã iuuant. Ita bonus verbi Dei prædicator nõ delectare tantum, aut etiã affectus mouere: sed maximè salutaria, solida, & vtilia, & ex scripturis longo studio decerpta, grauius & neruose docere debet: ad quod ætas, iudicium, multa lectio, multa experientia, requiritur, quæ breui tempore, & iuuenilibus annis comparari non possunt. Vnde non cui-libet ætati prædicationis officium est committendum.

Hinc est quod idem Redemptor noster, cum in cælis sit conditor, & ostensione suæ potentia, semper doctor angelorum, ante tricennale tempus in terra magister noluit fieri: vnde videlicet præcipitatis vim saluberrimã timoris infunderet: cum ipse etiam qui labi non posset, perfectæ

vita gratiam non nisi perfecta ætate prædicaret. Scriptum quippe est Lucæ 2. Cum factus esset annorû duodecim remansit puer Iesus in Hierusalem. De quo à parentibus requisito paulo post subditur: Inuenerunt illû in templo sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem. Vigilanti itaque consideratione pensandum est, quod cum Iesus annorû duodecim dicitur, in medio Doctorum sedens, non docens, sed interrogans inuenitur. Quo exemplo ostenditur, ne infirmus docere quis audeat, si ille puer doceri interrogando voluit, qui per diuinitatis potentiam verbum scientiæ ipsis suis Doctoribus ministravit. Ioãnes tantæ virtutis & sanctitatis erat, à primis annis sanctissimè in deserto vitam agens tantæ poenitentia, tam assiduæ contemplationis, tam continuæ meditationis diuinorum, vt quacunque ætate ad prædicationis munus exercendum idoneus posset censerî, & tamen ante trigessimum annum, vt ex Euangelio constat, ad prædicandum non exiuit. Dei mandatum, & debitam ætatem expectans. Hac ætate Ioseph coram Pharaone stetit Genes. 41. vt esset dominus Ægypti, alijs imperaret, & inter principes loqueretur sapientiam. Triginta annorû erat David quando regni gubernacula cœpit tenere. 2. Reg. 5. In eadem ætate vidit Ezechiel mirabiles visiones, & vaticinari, ac prædicare cœpit. Quæ exempla & alia multa, quæ possemus adducere, condemnant ambitionosam præsumptionem adolescentium, qui vix gustata Theologia statim prædicationis munus suscipiunt.

Lucæ

Ioseph triginta annorum erat quando stetit coram Pharaone. Genes.

Reg.

Plutar.

Magna enim prudentia in prædicatore necessaria est, ut docet Gregor. Curæ Pastoral. p. 3. cap. 2. dicens. Sed cum magni sit studij, ut exhortandis singulis seruiatur ad singula, cū valde laboriosum sit vnumquemque de proprijs sub dispensatione debite considerationis instruere: longè tamen laboriosus est auditores in numeros, ac diuersis passionibus laborantes, vno eodemque tempore, voce vnus, & communis exhortationis, admonere. Ibi quippe tanta arte vox temperanda est, ut cum diuersa sint auditorū vitia, & singulis inueniatur congrua, & tamen sibi metipsi non sit diuersa: ut inter passionis medias vno quidem ductu transeat, sed more gladij ancipitis tumores cogitationū carnaliū ex diuerso latere incidat: quatenus sic superbis prædicetur humilitas, ut tamen timidis non augeatur metus: sic timidis infundatur auctoritas, ut tamē non creseat superbis effrenatio. Aliaquē multa singulariter proponit, quæ difficultatem muneris prædicandi, & prudentiam maximam, quæ ad illud debite exequendum necessaria est, declarant, quæ quisque videre poterit. Vndè Chryso. Homil. 5. de laudibus Pauli, prædicatoris conditiones describit inueniens. Varius ac multiplex, non vtrique dissimulatione mutabilis: sed faciens omnia quæ prædicationis salutisquē necessitas poscebat. Sic nempe de se ipso Paulus dicit. 1. Corint. 9. Factus sum omnia omnibus: ut omnes lucrificerem, hoc autem magni studij ac laboris est, multamquē prudentiam & experientiam postulat. Et Gregor. lib. 4. Episto. cap. 95. agens de his qui promouendi sunt ad sacerdotium, prælaturas, & prædicandi officium, ait. Quod cum ad sacros

ordines Paulus Apostolus Neophitum venire prohibeat, sciendum est. Neophitus Quia sicut Neophitus tunc vocabatur, qui adhuc nouiter erat eruditione plantatus in fide: ita nunc inter Neophitos deputandus est, qui adhuc nouus est in sancta cōuersatione. Scimus autem quod edificati parietes non prius tignorū pondus accipiunt, nisi à natiuitatis suæ humore siccentur: ne si ante pondera, quæ solidentur, accipiāt, cunctā simul fabricā ad terram deponāt. Et cū ad ædificiū arbusta succidimus, ut prius humor viriditatis exsiccecur, expectamus: ne si eis adhuc recētibus fabricę pondus imponatur, ex ipsa nouitate curuentur, & confRACTA citius corruāt, quæ immaturè in altum leuata videbantur. Cūr ergo hoc non subtiliter in hominibus custoditur, quod in lignis quoque ac lapidibus tāta consideratione perpenditur. His late propositis dicit Gregor. Quod si hæc consideratio necessaria est in illis, qui ad sacerdotij dignitatem promoueri desiderant, quanto maiori cura & diligentia obseruari debet circa illos, qui Doctores, magistri, & prædicatores constituendi sunt: ne eorū imperitiā, vel atatem, aut experientia defectum, populi, qui docendi sunt, contēnant. Facile enim est adolescētes contēnere. Quod Paulus timebat quando Timotheū instituens. 1. ad Tim. 4. qualiter se in pastoris officio, & prædicationis cura habere deberet, non solū erga aliorū vitas cōponēdas, sed & in sua moderanda, ait. Nemo adolescentiam tuam contemnat. Ac si diceret, adeò caute, circūspecte, religiose, & sancte, viuere procura, & adeò prudēter in omnibus

Gregor.

Magnam difficultatē prædicandi officium habet.

Chryso.

Corint.

Grego.

Neophitus quis.

Simile.

Simile.

Timot.

bus procedere: vt ætatis defectū vitæ sanctitate, & morū grauitate cōpenses: ne alicui adoleſcētia tua occasione prebeat, vt te & tuā doctrinam despiciat. Et certē nō ad eō iuuenis erat Timotheus, vt trigessimū annum non excederet, sed quia magna res, & sublimis est docere, magnum in omnibus, expertū, prudentem, & perfectē ætatis virum requirit. Qui enim fieri potest, vt adoleſcens in expertus, qui vix sua vulnera curare nouit, suas passiones frenare, seipsum intra virtutis terminos continere, aliorū infirmitatibus, necessitatibus, & tētationibus, sciat providere: quod infirmum est consolidare: quod ægratū sanare: quod fractū alligare: quod abiectū reducere? Quæ omnia Ezechielis. 34. Dominus in pastore, & prædicatore requirit. Et ne longius in hoc argumento tractando procedamus, videndi sunt circa materiam hanc Chrysostomus lib. de sacerdotio, qui totus in hoc consumitur, & August. lib. de Pastoribus: & Greg. Nazianzenus in Apologetico.

Ezechie.

Chrysost.

Augusti.

Gregor. Nazian.

II. CONSIDERATIO.

Quòd aduentus Christi vniuersale bonum fuit, & doctrina Euangelica ad omnes se extendat & gratia.

Anno quintodecimo, &c.

Descripturus Lucas Euangelista Ioānis prædicationē, & Christi manifesta-

tionem, curiose satis tempus, quò ista contigerunt, describit non solū per principes, qui in regno Iudææ dominabātur; sed etiam exponens quis Romanum Imperium illo tēpore teneret. Quod nō sine magno consilio & mysterio factum credere debemus. Olim enim quando Deus prophetas mittebat solū tēpora regum Iuda & Israël proponebantur, vt videre est in singulis prophetis, & molestum & inutile esset in hoc comprobando tempus insumere. Quando verò Ioannes ad prædicandum mittitur, & Propheta à Domino designatur (quod verbis illis exprimitur: *Factum est verbum Domini super Ioannem*, vt in literæ expositione ex Ambrosio notauimus,) non solum regum, principū, & sacerdotum Iuda tempora designantur, sed & Gentilium Imperatores in medium proferuntur.

Hinc constabit quòd olim ad vnum tantum populum Prophetæ mittebantur, cui re promissiones factæ erant: nunc autem Ioannes ad omnes mittitur, & Christum iam venisse anuntiat, qui non solum Iudæos, quibus fuerat re promissus, erat vocaturus: sed & Gentiles, qui procul erant, & a Dei cognitione alieni, ad veram fidem tracturus: vt prædixerat Patriarcha Iacob, Genes. 49. in illa celebri propheta concludens. *Et ipse erit expectatio gentium.* Vt ergo ostēdat Euangelista, quòd Christus non tantum pro Iudæorum salute veniebat, sed etiam pro gentium vocatione, & facturus vnum ex duobus populis, qui maxime diuisi erant, Iudæorū principes & Romanorū Imperatores descri-

Predicatio Christi vt ad uetus iudæis & gentibus cōmunis.

Genes.

Grego.
Beda.
Origen.

Esai.

bit. Quod aduertit Greg. Hom. 20. in Euāg. vt in litera retulimus, quē sequutus est Beda. Idetiam asserit Orig. Hom. 21. in Euang. Lucæ, dicens. *Quando ad Iudæos tantum sermo propheticus mittebatur, Iudaici reges ponebantur in titulo: Verbi gratia Esai. 1. Visio quam vidit Esaias filius Amos aduersus Iudæam, & Hierusalem, in regno Osæ, & Ioatham, & Achaz, & Ezechia: nec alium quemquam exceptis Iudææ regibus Esaiæ video tempore designatum. In quibusdam Prophetis & Israel reges legimus, sicut ibi: & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Quando vero sacramentum Euangelij prædicandum erat, & in toto orbe Euangelium disseminandum, cuius princeps Ioannes in eremo fuit, & orbem Romanum Tiberij regebat Imperium, & tunc in quinto decimo anno v. e. b. m. Domini ad Ioannem factum esse describitur. Et si tantū his qui de nationibus credituri erant annuntiandi salus fuisset, & poenitus excludendus Israel, sufficeret dicere. In quinto decimo anno Tiberij Cesaris, præfide Iudææ Pontio Pilato. Quia vero & de Iudæa & de Galilæa multi credituri erant, idcirco & hæc regna ponuntur in titulo, diciturque i. Tetrarca Galilæa.*

Quatre prius
Romani Im-
peratores po-
nantur.

Esai.

Præterea vt prædicti Doctores animaduertunt. Quia plures ex gentibus quàm ex Iudæis credituri erant, vt prædictum fuerat ab Esaiā cap. 54. *Quoniam multi filij desertæ magis quam eius quæ habet virum: quod de gæcium vocatione & Iudaici populi reprobatione vnanimè sancti Patres interpretantur: ideo Euāgelista prius Romani Imperij mentionē facit quàm principum Iudææ. Licet literalis ratio ea sit, quod Iudæorū Respublica subiecta erat Im-*

perio, & gubernationi Romanorū, ideoq; illorum prius mētionem facit. Tamen proposita ratio satis cōueniens est, & salutis, quæ per Christū tradenda erat, vniuersalitatem declarat. Et differentiam legis ac doctrine Euangelicæ a veteri demonstrat. Lex enim vetus vni solū populo data est, ad quē Prophetæ priores mittebantur, & legis doctrina intra angustias populi Israëlitici continebatur: nec defluebāt aquæ sciētiae salutaris vltra terminos illius populi. Erat fons cōclusus cuius riuus egredi foras prohibebatur. At nunc Euangelica doctrina ad omnes se extendit, & fluius egreditur, vniuersam quæ terram irrigat. Nec est aliqua terræ pars ad eum inuita, vt ad illam fluens salutaris aquæ, & Euangelicæ doctrine, non perueniant. Olim aquæ Siloë, quod interpretatur missus, vt dicit Ioann. c. 9. intra natoria continebantur, & cum silentio fluebant. Quia populi illius limites nō transgrediebatur. Nūc vero impetu fluunt de Libano, vt habetur Cant. 4. Et totam faciē terræ replēt. Quod piē dixerat Ezechie. c. 47. cum ait. *Et conuertit me ad portā domus, & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientem. Aquæ autem descende bant in latus templi dextrū ad meridiem altaris, & ecce aquæ redundātes egrediebantur copiosissimè, ita vt torrentem facerent, qui non poterat transvadari. Et Angelus dixit se fertur ad Prophetā. Aquæ ista quæ egrediuntur ad tumulos sabuli Orientalis, & descendūt ad plana deserti, intrabunt mare & exhibunt, & sanabuntur aquæ, & omnis anima viuens quæ serpit, quocunq; venerit torrens, viuet, & erūt pisces*

Doctrina legis intra vni-
populi conti-
nebatur angu-
stias Euange-
lica ad omnes
extenditur.

Ioann.

Cant.

Ezech.
Doctrina Eu-
angelicæ v-
niuersalitas.

pisces multisatis, postquam venerint illuc aquæ ista. Et sanabuntur & uiuent omnia, ad quæ uenerit torrens, & stabunt super illa piscatores. Ab Engaddi usque ad Engalim siccatio sagenarum erit. Ecce aperte & manifestè describit aquæ copiam, quæ ad omnia loca, etiam sabulosa & infructifera, perueniet. Et mare ipsum intrabit, & egredietur, nec intra terminos vnus tantum populi, aut gentis consistet, qui potius ad omnes deueniet. Pro cuius intellectione aduerte, quòd cum nò appareat ad literam & secundum historicum sensum de quo flumine ea, quæ prædicuntur à Propheta, intelligi possint, cum nullus sit talis, nec fuerit in populo illo, qui de templo egredere- tur: non materialiter uerba ista intelligenda sunt, sed ad spiritualia ad literam referenda, & ad fluentia Euangelicæ doctrinæ. Consuetum enim est in Scriptura de lege Euangelica multa sub aquarum nomine prædicere. Quare fluius iste doctrina Euangelica est, & dicitur egredi de templo, quia Iudæis re promissum fuerat, & illis primo prædicatum Euangelium ore ipsius Christi. Cui consentit quòd Esai. cap. 2. dixerat. De Syon exibit lex, & uerbum Domini de Hierusalem. Et Christus Samaritanæ Ioannis 4. dixit. Salus ex Iudæis est. Fluius autem iste dicitur descensurus ad tumulos sabuli, & intraturus mare mortuum: quibus Gentilitas (quæ in uilis arena erat, & mare mortuum sine aliquo fructu uirtutum, aut Dei cognitione) signatur.

Vnde Hieronymus in istius loci expositione dicit. Aquas uel baptis-

mi gratiam, uel Euangelicam significare doctrinam, dudum diximus. Quæ si egrediantur de lumine templi Domini, & Apostolicam teneant disciplinam, tumulos sabuli, steriles prius & infertiles, faciunt esse frugiferos, & omnia plana atque deserta ita irrigantur, ut exprimat in se Hierichontini fluius sacramentum: quem Eliseus 4. Reg. 2. Euangelico & Apostolico curauit sale: in tantum ut ubi prius sterilitas fuerat & mors, ibi uertas esset & uita. De mare autem in quòd intraturæ dicuntur aquæ, quòd mare mortuum siue stagnum bituminis uocatur, eò quòd nihil in eo poterat esse vitale, inquit Hieronymus. Et reuera iuxta literam huc usque nihil quòd spiret, & possit incedere præ amaritudine nimia in hoc mari reperiri potest, nequè cochleola quidem, paruique uermiculi, & anguilla, & cetera animantium siue serpentium genera, quorum magis corpuscula possumus nosse quam nomina. Denique si Iordanis auctus imbribus pisces illuc influens reperit, statim moriuntur, & pinguis aquis supernatant. Hinc transit ad sensum spiritualem addēs, quòd cum hæc ita sint, constat iuxta intelligētiam spiritualem mare debere intelligi de Gentilitate, cuius aquas sanandas refert Euangelica doctrina ad illas perueniente, qua sanabuntur & conuertentur: & erunt multi pisces postquā uenerint illuc aquæ, & stabunt super illas piscatores. Quoniam Apostoli multos ex gentibus conuertēt, & ad ueritatis cognitionem ab errorum suorum aquis extrahent. Quòd Hieronymus confirmat dicens. Super hoc mare ab Engaddi, id est, oculo & fonte hadi, qui pro peccato semper offertur, usque ad Engalim,

Reg.

Mare mortuum quale sit.

Hieron.

Esai.

Ioann.

Hieron.

id est fontem vitulorum, qui macerantur Domino, & imitantur vitulum cornua efferentem & ungulas, qui in typo Saluatoris ad altare macerantur: erunt piscatores, quibus loquitur Dominus Iesus Matth. 4. Venite ad me, & faciam vos piscatores hominum: de quibus & Hieronimus cap. 16. Ecce ego, inquit, mittam piscatores. Et plurima species, imo genera piscium erunt in mari quondam mortuo. Quos pisces ad dexteram partem in bête Domino extraxit Petrus Ioan. 21. Et erant centum quinquaginta tres, ita ut præ multitudinis eorum recia rumpebantur. Aiunt qui de animantium scribere naturis & proprietate, ut refert Hieronymus isto loco, centum quinquaginta tria esse genera piscium: quæ omnia capta sunt ab Apostolis, dum & nobiles, & ignobiles, diuites, & pauperes, & omne genus hominum de mari huius seculi extrahitur ad salutem. Hanc expositionem prædicti loci ex Hieronymo desumpserunt Glossa & Rabanus.

De istis aquis Euangelicæ doctrinæ loquutus est Zacharias, cap. 14. inquit, Et erit in die illa exibunt aquæ viuæ de Hierusalem. Medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare nouissimum. In æstate & hyeme erunt & erit Dominus Rex super omnem terram. Mare Orientale mare mortuum dicit esse Hieronymus in istum locum Zachariæ: & mare nouissimum quod ducit ad Ægyptum & facit littora Palestinæ. Quem locum exponens Hieronymus dicit. Aquas viuentes, quæ egrediuntur de Hierusalem, hoc est, de Ecclesia, doctrinam esse Saluatoris, de qua Esaiæ 2. dicitur. De Syon exibit

lex, & verbum Domini de Hierusalem. Harum aquarum medietas ibit ad mare Orientale: & medietas ad mare nouissimum, quibus populus Iudæorum & populus gentium significatur. Multi enim, ut dicit Christus Matth. 8. Venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno celorum. Quod autem sequitur in æstate, & in hyeme erunt, earum abundantiam & perpetuitatem declarat, & quod erit vnus Dominus, vnus populus, & vna fides.

Ista etiam aquarum abundantia prædicta fuerat per Ioëlem cap. 3. vbi dicitur. Et erit in die illa, stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ. Et fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Locus iste difficilis est, quem multi interpretantur de æterna beatitudine, in qua Sancti summa pace & quiete, omniumque rerum copiosissima abundantia perfruuntur: vbi iam non erit luctus, neque clamor, sed nec vllus dolor. Itaque huius loci explicationem dicunt esse prophetiã Ioannis Apocal. 22. in qua beatorum statum describit. De quo videndus est Rupertus super istum locum Ioëlis. Sed certè locus iste ad tempora Christi videtur referendus, & de Ecclesia, & bonis in illa futuris intelligendus, ut interpretatur Hieronymus hic, & in cap. 13. Zachariæ super illa verba: Erit fons patens, &c. Quem sequitur Glossa super istum locum. Et intendit Propheta prædictis verbis explicare maximam bonorum spiritualium abundantiam, quæ in Ecclesia futura erat: quam

Matth.

Ioel.
Locus Ioelis
elegantiter ex
ponitur.

Apoca.

Rupert.

Hieron.

Glossa.
Bonorum spiri-
tualium co-
pia futura in
Ecclesia des-
cribitur.

cum

Matth.

Hieron.

Ioan.

Centum quin-
quaginta tria
genera piscium
referunt na-
turales.Glossa.
Rabanus.

Zach.

Hieron.

Esai.

cum vocibus compræhendere, & exponere non valeret, varijs similitudinibus rerum corporalium, quæ apud homines in precio habentur, & quæ terræ vbertatem & fertilitatem declarant, vñ usest. Vndè illis rebus comparat Propheta, quibus maximè hominum sensus solèt delectari & allici: quibusquè temporum fœlicitas solet ostendi. Quomodo loquendi prophani authores sæpius vtuntur, & aureæ illius ætatis (quam maximè Poëtæ celebrant) ex rerū harū abundantia, scilicet, lactis, mellis, & fructuū, (quæ terræ vbertatē, & pinguedinē manifestāt) declarabant. Quo etiam loquendi modo frequenter vtitur scriptura. Vt terræ promissæ vbertatē, & fertilitatem exponat, & populum in illius desiderium accendat, vocat terram fluentem lacte & melle, id est, ad eò vberem, vt nihil in ea desit eorum, quæ homines desiderare solent, sed omnia summa cum cœopia omnibus concedantur, pateant, peruia sint, nec opus sit vt quisquè ad illa habenda labore: cum vltro & sponte terra proferat. Vt igitur fœlicitatem & abundātiā bonorum spiritualium, quæ futura est tēpore Christi in Ecclesia, declaret, vtitur prædicto modo loquendi, dicens. *In illa die stillabunt montes dulces de ore m, &c.*

Quod autem ista Prophetae verba spiritualiter intelligenda sūt ex eo constat, quod fœlicitas ista & abundantia materialium rerum nūquam contigit populo Israël à temporibus Ioël, nec antea. Vndè Hieronymus super istū locum de abundantia gratiæ, & copia doctrinæ

Euangelicæ declarat inquiring. *Habitante Domino in Syon & in monte sancto suo, quando nullus per Hierusalem sanctam pertransire tentauerit, qui cunque in ea mōs fuerit, & ad virtutum excelsa peruenerit, dulcedine & melle sudabit, & stillabunt ex eò gratiæ spirituales: de quibus Propheta loquitur Psalmo 118. Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, super mel ori meo. Qui autem inferior montibus est, & nec dum ad perfectionis culmen ascenderit, vocabitur collis, & fluent de eo riuus lactis, quibus rudis in Christo nutritur infantia, & aquarum flumina, quæ de ventre suo Dominus manare testatus est Ioannis. 7. Omnes enim riuus, siue emissiones Iuda implebuntur aquis, & nihil in eis siccū erit, redundantibus cunctis gratia spirituali. Et fons de domo Domini egredietur, &c.* Quod de baptismo, vel de doctrina legis Euangelicæ interpretantur Hieronymus, & alij quam plurimi.

Quod autem sequitur, & irrigabit torrentem spinarum, non eodem modo interpretantur & legunt doctores. Multi enim existimant in Hebræo non esse legendum, *torrentem sitim*, quod *torrentem spinarum* significat: sed Sethim quod nomen est arboris cuiusdam, vt refert Hieronymus, quæ similis est colore, & folijs, licet non magnitudine, spinæ albæ. Arbores namquè istæ solent esse incredibilis magnitudinis, leuitatis, & pulchritudinis, ex quibus latissima tabulata, & vassa torcularium amplissima ad recondenda vina fieri solent: nec nascuntur nisi in terra Arabiæ. Ex quibus Exod. 25. legimus facta omnia quæ in tēplo

Hh 4 lignum

psalm.

Ioannis

Sethim arbor qualis & quæ sit.

Exod.

Spiritualiter
verba ioëlis
intelligenda
sunt.

Hieron.

lignum hoc imputribile creditur. Unde per torrentem Sethim beatos significari dicunt, qui ab omnibus miseris corruptionis liberi sunt. Porro comunior lectio *suhim* habet, & ita nostra vulgata legit torrentem spinarum, & lectio ista sequenda est.

Torrentis autem spinarum, qui Hebraice fluvius *Sithim* dicitur, in topographia ratione pars quaedam Iordanis esse dicitur, siue torrens in Iordanem influens, cui Sethim oppidum adiacet, ut dicit Saadias antiquus author super istum locum. Et Hieronymus ait: *Est autem locus iuxta Leuiadem trans mare mortuum, sexto ab ea distans milliario, ubi quondam cum Medianitis fornicatus est Israel Nume. 25. Huius loci ex persona Dei Micheas Propheta cap. 6. meminit dicens: populus meus, memento quæssio quid cogitauerit Balach Rex Moab, & quid responderit Bilaam filius Beor de Sethim usque ad Galgalam: & de locis Hebraicis idem Hieronymus ait. Sattim ubi populus pallutus est fornicatione filiarum Moab. Est autem iuxta motem Phogor, unde & Iesus exploratores ad inuestigandam & noscendam terram misit Hiericho. Iosue. 13.*

Sed quoniam non tam nomina, quam nominum rationem & significationem considerandam nobis proponit vates. Per fluvium Sethim, seu spinarum mundus hic intelligi potest, qui ex illo maledicto spinas & tribulos sponte, abundeque profert. Inter que, si qua vel exigua virtutis fruges expectanda sit, magnis laboribus comparanda est. Nam arida terra spinas potius quam alias herbas producit. Natura igitur humana,

quæ ex se spinas & tribulos germinat, diuini spiritus fluuio irrigata dulces & suaues fructus virtutum producet. Hieronymus per torrentem spinarum peccatores intelligit dicens. *Ergo egredietur fons de domo Domini, qui interpretatur Ecclesia, ut spinas nostras & vitia atque peccata, quæ nullam frugem habuere iustitiæ, commutet in Domini noualia, & ut ariditatem nostram riget aquis largissimis, & pro spinis ac vepribus flores virtutum multiplices germinemus. Et in eo loco ubi quondam fornicatus est Israel, & iniuriatus est Beelphegor, lilia castitatis & rose pudoris ac virginitatis eruperent.* Mihi autem (supposito quod prædicto loco Propheta de tempore Christi loquatur, quando omnia conclusa erant sub peccato, ut omnium Deus misereri posset, ut affirmat Paulus ad Roma. 11. & ad Gala. 3.) videtur, quod per torrentem spinarum gentilium populum significet, qui nihil suaue, nihil decorum habebat, sed aculeis peccatorum, & duritie ignorantie, & siccitate vitiorum adustus erat, quem rigaturus dicitur fons egrediens de domo Domini, id est, Christus sua doctrina & gratia, ut vitiorum spinis depositis ad veritatis agnitionem perueniat.

Quia igitur Christus & eius doctrina omnibus tam Iudæis quam gentibus erat communicanda, & ad omnes diffundenda, irrigaturus dicitur spinarum torrentem, & fons egressurus de domo Domini. Quia non ultra aquæ intra populum Iudæorum quasi clausæ erant continendæ. Hinc dicitur fons patens apud Zachariam c. 13. Vbi habetur.

Torrentis spinarum peccatores sunt.

Roman. Galat.

Torrentis spinarum Gentilitatem significat.

Fons patens quare dicitur doctrina Evangelica. Zacha.

In illa

Torrentis spinarum quis sit.

Saadias Hieron.

Nume. Miche.

Iosue.

Torrentis spinarum mundus hic dicitur.

In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem in ablutionem peccatoris & mensbruata. Quem locum exponens Gregorius in Psalmos Pœnitētiales super illud. Quoniam apud Dominum misericordia est, dicit. Hinc per Zachariam Prophetam dicitur. In die illa erit fons patens, &c. Quis est iste fons, nisi vnigenitus Dei filius, de quo per Prophetam dicitur Psalmo 35. Apud te est fons vitæ? Qui nimirum tunc patens extitit, quando in mundo visibilis apparens pro liberatione nostra carnem suscepit. Per peccatorem Iudæorum populum possumus intelligere, & per menstruatam populum Gentilium. Menstruata enim nihil immundius erat in lege, vt dicit Hieronymus, quæ quidquid tangebatur immundum faciebat. Sic interpretatur Nicolaus de Lyra locum istum. Et Rupertus in istum locum dicit. Quis enim est iste fons domus David, nisi Baptismi Sacramentum, quod emanauit de latere filij David patefacto lancea militis? Exiuit enim sanguis & aqua. Sanguis, vt redimeremur: aqua, vt renasceremur. Ex tunc vsq; ad consummationem seculi, toto hoc tempore accepto, toto hoc die salutis patens est fons ille domni David, & habitantibus Hierusalem, id est, Christianæ religioni, & omnibus qui per fidem habitant intra sanctam Ecclesiam. In quod opus est illis fons patens? In ablutionem peccatoris & mensbruata, id est, in remissionem peccatorum credentis ex circumcisione, credentis ex gentilitate, quæ sanguine fluxit idololatriæ. In omni ablutionem fons patens est, nulli claudendus est. Vt igitur hanc communem salutem ostendat Euangelista, quæ non ad vnum populum, aut vnâ

Grego.

Psalm.

Hieron.

Lyra.
Rupert.
Fons patens baptismus.

gētem, sed ad omnes destinabatur, omnium principes enumerat.

III. CONSIDERATIO.

Quod tempus, quo Iudæorum status miserior erat, conueniens fuit manifestationi Christi; & quod tunc ad cælestia magis apti sumus, cum terrena omnia aduersè succedunt.

Anno quintodecimo, &c.

Raphice satis statum Reipublicæ Iudæorum miserum & calamitosum describit Lucas isto loco, dum non tantum eorum regnum & terram tyrannicè occupatam ab extraneis, scilicet, Romanis Imperatoribus, quorum nomine Pontius Pilatus illam gubernabat, proponit: sed & regnum ipsum Iudæorum in plures partes diuisum commemorat, omnesque extraneis principibus, scilicet, filijs Herodis alienigenæ subiectas. Quo quid miserius, aut calamitosius excogitari potest? Nec in hoc tempore illorum infœlicitas sistebat, sed & eo pertingebat, vt quod gloriosum & illustre populus ille habere solebat, scilicet, sacerdotium, iam venale esset, & iniquis, deprauatis, & infamibus, pro principum & tyrannorum voluntate tradebatur. Ad magnam certè miseriam ex illustri & gloriosissimo status Iudæorum deueniant. Omnis eorum gloria extincta, & in ignominiam commutata videbatur, &

erat. Eoque tempore, quo miseriae creuerant, & ipsi abiectiores videbantur, quoque iniquitas magis vigeat, Factum est verbum Domini super Ioannem filium Zachariae in deserto, & exiit in omnem regionem Iordanis praedicans baptismum poenitentiae. Et Deus specialiter visitare populum illum dignatus est: non solum mittendo Ioannem, qui eis caelorum regnum annuntiaret: sed & sua praesentia illustrando, & visitando populum illum.

Hac ergo curiosa narratione principum & sacerdotum bene notat Lucas aptum fuisse istud tempus manifestationi Christi, & praedicationi regni caelorum. Cum enim terrenum regnum & sacerdotium apud Iudaeos tam male se haberent, ut praeter sectionem & diuisionem principatum profanorum, atque ob id maximam tyranidem in rebus externis, sacerdotij quoque dignitas scissa esset, Romanorum auaritia & sacerdotum ambitioni subiecta: tunc sane aptissimum erat tempus, ut expectatus ille Iudaeorum Rex simul & sacerdos Christus manifestaretur: & regno terreno sublato, atque sacerdotio legali pene abolito, succederet regnum caeleste, & sacerdotium spirituale. Tunc & apta occasio erat praedicandi poenitentiam, & regnum caelorum. Quoniam nunquam ad percipienda caelestia magis capaces sumus, quam ubi terrena omnia aduersa cedunt. Dum prosperè nobis omnia succedunt, dum bonis abundamus, nihil de futura vira, nihil de caelestibus, nihil de Deo cogitamus: Quin potius recalcitraamus, & nos nobis sufficere pu-

tamus. Sicut contigit Israëli de quo Deut. 32. dicitur. *Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit, incrassatus, impinguatus, dilatatus. Dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.* Causam autem horum assignauerat inquiring. *Constituit eum super excelsum terram, ut comederet fructus agrorum. Ut suggeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. Butyrum de armento, & lac de ouibus, cum adipe agnorum & arietum filiorum Basan. Et hircos cum medulla tritici, & sanguinem uuae biberent meracissimum.* Ecce bonorum temporalium abundantia constituitur totalis causa obliuionis & recessus Israëli à Deo. Et Ezechielis. 16. Cum Dominus enumerasset beneficia, quae contulerat Hierusalem sub figura puellae recenter natae, & ornamenta quibus eam decorasset, subdit. *Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata est in nomine tuo: & refert quomodo uniuersis beneficijs susceptis abusa fuerit, & ex illis occasionem peccandi acceperit.* Tandemque procedens ulterius comparat illam Sodomae, cuius iniquitatis & perdicionis causam testatur fuisse abundantiam, inquiring. *Ecce haec fuit iniquitas Sodomae sororis tuae, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius.* At cum temporalia aduersa cadunt, cum deficiunt bona, cum mala imminet, necessitas urget, labores praemunt: cum nos rebus temporalibus destitutos videmus, statim ad nos redimus, caelestia cogitamus, ad Deum confugimus, eius misericordiam imploramus. Unde fit, ut nos nostramque miseriam cognoscentes, rerum harum inconstan-

tiam,

Tempus istud aptum fuisse manifestationi Christi ostenditur.

Prosperitas & abundantia temporalium obliuionem Dei parit.

Defectus & penuria temporalium aptiores reddit ad caelestia suscipienda.

tiam, & insufficientiam experientes, Dei auxiliū postulant, aptiores & captiores ad cælestia bona recipienda reddamur.

De populo Israëlítico loquens David, Psalm. 77. vtrumque eleganter complectitur inquiring. *Et mandauit nubibus desuper, & ianuas celi aperuit, & pluit illis manna ad manducandum, & panem celi dedit eis. Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia. Transtulit austrum de celo, & induxit in virtute sua africum, & pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum. Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati a desiderio suo. Vides bonorum copiam, & abundantiam. Accipe illorum ingratiudinem. In omnibus his peccauerunt adhuc, & non ceciderunt in mirabilibus eius. Sed illi cōsidera quid tribulationes & labores faciant. Cū occideret eos querebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum, & Deus excelsus redemptor eorum est. Tribulatio enim licet corpus frangat, & debilitet, mentem confortat, confirmat, illustrat, & in Dei amorem accendit. Vnde non odij, sed amoris indicium est tribulatio: vt ad Hebræo. 12. Paulus testatur inquiring. *Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem suscipit. Sicut fulgur ferit terram: celum vero illustrat & illuminat: ita afflictio propter Deum patienter tolle-**

rata corpus debilitat, dolorem frangit: mentem autem purificat, & clariorem reddit. Deus igitur temporalia mala hominibus immitit non vt conterat, & destruat: sed vt ad maiorem mentem reducat, vt purget, & ad cælestia beneficia suscipienda aptiores efficiat. Ideo enim nos Deus castigat, vt nos ipsos cognoscamus, a vitijs abducamur, & a nostra propria voluntate, quæ omnis mali principium est, separemur.

Obsidete Ioab urbem Abelam. 2. Reg. 20. eius exercitus maxime instabat, vt muros fortiter concutiendo deiceret, quod obsessi egerentes vehementer in communibus periculis angebantur. Contigit autem vt mulier quædam prudens totius ciuitatis nomine de Ioab cōquereretur, eò quod ciuitatem perdere procuraret. Cui ille respondit, se ciuitatem impugnare non illius odio: sed quia intus receperat, tenebat, & defendebat Sebam filium Bochri insignem proditorem. Vnde fidem suam obstringebat, quod si illum extra urbem proijcerent, statim ab obsidione cessaret. Ciuitas hæc vnusquisque nostrum est, in qua debet ratio dominari, & sensus & inferiores potentie obedire: sed intra hanc ciuitatem habitat traditor quidam & cælestis Regis inimicus, scilicet, amor proprius, qui cōtra Deum & spiritum continuas insidias mollitur. Obsidet nos Deus, opprimit, doloribus ferit, & nostri corporis muros varijs molestijs & doloribus concutit, & calamitatū machinis fortiter oppugnat. Omnia hæc facit, vt amorem proprium a nobis proijciamus. Non igitur nos

Labores immitit Deus vt ad salutem mentem reducat.

Reg.

Amor proprius proditor est, idco a nobis proijciendus.

Psalm.

Hebræ.

Tribulatio amoris Dei indicium est.

Simile.

nos affligit, vt perdat: sed vt nos à nobis ipsis eripiat, & ad se ipsum conuertat. Cōfugiunt enim afflicti statim ad Deum tanquam ad singulare refugium diuinam implorantes clementiam, & ad diuini numinis cogitationem recurrūt. Vnde Psalms 15. dicebat Dauid. *Multiplicatae sunt infirmitates eorū, postea accelerauerunt.* Et Osee. 6. dicitur. *In tribulatione sua mane consurgent ad me,* id est, celeriter & maxima cum velocitate venient ad me tribulatione excitati & acti. Quod Dauid dixerat: *Postea accelerauerunt.* Sic interpretatur locum istum Theophylactus. Vel expone cū Hieronymo, & magis videtur quadrare nostro instituto, *mane, id est, orto eis poenitentiae lumine, consurgent ad me,* & quem propitium presentem quē nō senserūt, iratum & absentem in tribulatione sua requirēt. Iuxta illud quod in Esaia legimus. cap. 26. *In tribulatione Domini recordatus sum.*

Tan enim misericors est Deus, vt in medio praekonum suę iustitię nō obliuiscatur suę misericordię, nō quē puniat, nō vt perdat, sed vt seruet, eripiat, & ad se trahat. Sicut sartor pannum incidit, secat, in diuersas partes diuidit, non vt perdat, sed vt vestem efficiat. Scindit in hac parte, vt conectat & cōsuat in illa: integram pannū lacerat, & in partes diuidit, vt coniungat, & pulchrum conficiat indumentū, quod integro manente panno nequaquā posset fieri. Ita se habet Deus erga homines, cum eos calamitatibus, miserijs, & afflictionibus percutit & lacerat, scindit & atterit, nō vt laceret, sed vt coniungat: diuidit vt

congreget, secat vt cōsuat: praescidit mundi voluptates, vt in animo nostro cæli gaudia conectat: euerit diuitias caducas, vt nos diuitiarum æternarum participes efficiat: secat vt religet & cōsuat, & vt ex nobis vtilem & pulchram vestem per patientiam & tollerantiam laborum sibi efficiat. Quod intelligens Esaias cap. 28. de Deo loquēs dicebat. *Vt faciat opus suum, alienum opus eius, vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo.* Et licet ita dispungat Hieronymus, & sensus idē sit: tamen alij verbum *irascitur* sententię huic coniungunt, & planior videtur sensus: sicut septuaginta trāstulerunt, quorum verba sunt. *Cum ira faciet opera sua amaritudinis opus: at furore suo alienē vtetur, & amaritudo eius aliena.* Quibus verbis aperte testatur Esaias, quod irasci & punire opus est à Deo alienum, cuius proprium est, vt canit Ecclesia, *Misereri semper & parcere:* quod quē si alij quando irascitur Deus id facit, vt opus suū præstet, vt disponat quos percutit ad misericordiam & beneficia suscipienda. Percutit enim, vt sanet, occidit, vt viuificet, vt habetur Deut. 32. percutit vt sanet, vulnerat vt medeatur, vt restatur Iob cap. 5. *Non enim vult mortem peccatoris, sed vt cōuertatur & viuat.* Ezech. 19. Ideo irascitur, & licet ab eo alienum sit facit, vt opus suū præstet, & misericordiā suam impartiat. Quod Psal. 83. prædixerat iniquēs. *Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum: misericordiam autem meam non dispergam ab eo, nec nocebo in veritate mea.* Vbi duo dicit. Primum quod non amouebit

Psalm.

Osee.

Theophi.

Hieron.

Esaia.

Laboribus scindit nos Deus. vt ad suam mensuram reficiat. Simile.

Esaia.

Locus Esaia exponitur.

Deute. Iob.

Ezech.

Psalm.

debit misericordiam suam ab eo quē
 visitat & castigat. Quoniam ipsa vi-
 sitatio misericordia est, & alienum
 opus, sicut, visitare, suum facit. Se-
 cundum, quod licet castigatio per-
 seueret, & iratus videatur, & virga
 percutere, non nocet illi. Quia nō
 percutit vt occidat, sed vt viuificet,
 & iram suā ad misericordiam, quæ
 opus eius est, ordinat. Sicut medi-
 cus infirmo infligit cauteriū, vrit,
 secat, nō quidem ex odio, & vt illi
 noceat, sed propter amorē, & egri
 sanitatem. Vndē vrere, secare, alic-
 nyum opus dici potest à medico, ta-
 men illud præstat non propter se,
 sed propter proprium opus, quod
 ipse principaliter intendit, sicut,
 infirmi sanitatem. Ita Deus irasci-
 tur, amaritudinem ostendit, flagel-
 lat, castigat, secat, vrit, bona tempo-
 ralia aufert, quæ omnia aliena ope-
 ra sunt: sed propter opus suum fa-
 cit, & vt quod intendit, sicut, co-
 piosam misericordiam in homines
 effundere, illos disponere ad cæle-
 stia beneficia suscipienda, ad se tra-
 here, illustrare, & sanare, quæ ope-
 ra propria sunt Dei, consequatur.
 Hinc Hieremias Thren. 2. de abie-
 ctione & miseria Hierusalem lo-
 quens, quam opprobrijs & miserijs
 sicutatam depingit, ait. *Quia nō repel-
 let in sempiternum Dominus. Quia si ab-
 iecit, & miserebitur. Non enim humilia-
 uit ex corde suo, & abiectit filios, homi-
 num. Ecce quomodo alienum opus
 a Deo dicatur irasci: quoniam non
 ex corde irascitur, nec vt perdat,
 sed vt sanet. Hinc Tobias cap. 3. di-
 cebat cum Deo loquens. Domine cū
 iratus fueris misericordiam facies, & in
 tempore tribulationis peccata dimittis*

*his, qui inuocant te. Quare Augusti-
 nus super illud Ioannis. 16. Tristitia
 vestra conuerteretur in gaudium, inquit.
 Quod te Dominus permisit pati, flagel-
 lum corrigentis est, non pœna damnan-
 tis. Et Hieronymus in Epist. ad He-
 liodorum ait. Quis nō tribulari vellent,
 qui se non maledici desideret, vt merea-
 tur laudari Christi voce, & celesti copio-
 saque mercede munerari. Igitur ex his
 omnibus concludimus, quod labo-
 ribus, calamitatibus, & rerum tem-
 poraliū defectibus reddimur aptio-
 res ad diuina capesenda. Ideo Pau-
 2. Cor. 12. dicebat. Cum infirmor, tūc
 potens sum. Propter quod placeo mihi in
 infirmitatibus meis, in contumelijs, in
 necessitatibus, in persecutionibus, in
 angustijs pro Christo. Cuius eximiam
 confirmationem adducere possu-
 mus ex Osee cap. 2. Vbi propositis
 & enumeratis sceleribus, in quæ
 Israël defluebat propter abundan-
 tiam temporalium bonorum & co-
 piam, dicit Dominus. Id circo conuer-
 tar, & summam frumentum meum in
 tempore suo, & vinum meum in tempo-
 re suo, & liberabo lanam meam, & lini
 meum, quæ operiebant ignominia eius.
 Et cessare faciam omne gaudium eius,
 solennitatem eius, neomeniam eius, sab-
 bathum eius, & omnia festa tempora
 eius. Et corrumpam vineam eius, & fi-
 cum eius. Et ponam eam in saltum, &
 comedet eam bestia agri. Ecce aper-
 te describit miserum statum, in quē
 de venturus erat populus ille prop-
 ter scelera, & peccata sua. Qui qui-
 dem completus videtur eo tempo-
 re quo Euangelista noster ista des-
 cribit, quo in summam miseriam
 deuenerat: & visitabat Dominus su-
 per eos abominationes, & peccata
 eorum,*

Castigatio
 Dei misericordiam
 cordis est.

Simile

Thren.

Tobi.

August.

Hieron.

Corint.

Osee.

eorum, & dies Baalim, ut dicit Prophetas. Quia autē hæc quæ Propheeta prædixerat mala ventura, ex ira & indignatione Dei videbatur procedere, & ad consumptionem & destructionem illius populi ordinari: ut ostendat ex misericordia procedere, cuius nō potest obliuisci Deus, subdit statim & proponit, Dominū dicentem: *Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor ei. Et dabo ei vinitores ei ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem.* Quasi diceret: ne existimetis me populū istum odio prosequi, aut ista mala ex indignatione, & ut perdam illū, inducere: magna enim bona his malis, si ipsi voluerint, accipient, se ipsos cognoscent, cælestia desiderabunt, ad me reuertētur. *Ecce ego lactabo eam,* id est, magnis beneficijs afficiam. Ita interpretantur Ruperus & alij, qui verbum *lactare* à lacte deducunt. Sed alij isto loco & magis propriè accipiunt *lactare* pro seducere, & sic vertunt septuaginta. Poni turquē seducere, non ut in malam partem sonet, sed in bonam, & ut iuxta hominū existimationem Deus loquatur. Qui hominē quē in laboribus, miserijs, & calamitatibus propter Deum vident, à Deo seductum putant, sed falluntur. Quia labores illi non ad malū hominis, sed ad maximam eius fœlicitatem ordinantur. De isto autem loco inferius latius dicemus.

Nunc hoc explicandum restat quod sequitur. *Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam spem.* Quod Septuaginta ita trāstulerunt. *Et dabo ei posses-*

siones suas inde, & vallem Achor ad aperiendam intelligentiam eius. Per *Vinitores* Apostolos intelligit Hieronymus, & bene. Sed ad nostrū propositum magis facit lectio Septuaginta. *Dabo ei possessiones suas inde,* id est, bona, & fœlicitia, quæ exoptat, prosperitatem, pacem, & abundantiam bonorum, & fœlicem fortē, quam possessori sunt *inde,* id est, ex ipsis laboribus & miserijs quas patiuntur. Quasi fructus laborum possessiones sunt bonorum: & ex malis bona & fœlicitia orientur. Quod cōfirmat amplius sequētibus verbis. *Et vallem Achor ad aperiendam spem,* seu *intelligentiā.* Pro quo nota quod Vallis Achor est locus in principio terræ Sanctæ propè Hiericho, vbi Acham Iosue 7. interfectus est eo quod furatus fuerit partem anathematis Domini, & interpretatur cōturbatio & tumultus: Vt ipse Iosue interpretatus est loquens ad Achā. *Quia turbasti nos cōturber te Dominus in die hac.* Vndè appellatus est locus ille Vallis conturbationis. Locus igitur tumultus, ut inquit Hieronymus, Vallisque turbationum mutatur in ostium spei, siue ad aperiendam spem atque patientiam. Quod idcirco supplicia & tormenta perpeffa sit, ut per hæc ad prospera perueniret. Mœrorquē in gaudium commutatus sit, ibiquē aperta fuerit spes, vbi fuerat desperatio. Quo significatur labores, qui vallis sunt turbationis & tumultus, ad hoc inseruire, ut aperiānt intelligentiam, & ut spem erigant, & confirmant, non solum ut illa patienter homo tolleret, sed ut inde maximā bonorum copiam speret, & ad suscipienda

Locus Ossee exponitur.

Ruperi.
Lactare pro
Seducere.

Septuag.

Septuag.

Hieron.

Fructus laborū
possessione
bonorum est.

Vallis Achor
quid sit, &
quid significet.
Iosue.

Hieron.

cipienda maiora bona aptior efficiatur. Quod iusti considerantes calamitatibus & laboribus non franguntur: quimpotius inde eorum appetitur spes, & occasionem sumunt maiora bona sperandi. Quod Ambrosius super Psalm. 118. testatus est dicens Serm. 19. in illud. *In uerba tua speravi. Iustus semper sperat, & in aduersis positus & frequētibz afflictus erumnis desperare non nouit, sed quo grauiora tollerant, magis sperat, & sperandi sumit profectum secundum illud oraculum. Esai. 40. Consolamini consolamini popule meus dicit Dominus. Sacerdotes loquimini iustitiam in cor Hierusalem. Consolamini eam, quia repleta est deiectione, & solutum est peccatum eius, quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua. Quam cito dixit plenitudinem deiectionis solutionem esse peccati, & reperit causam consolationis, eo maius esse reconciliationis insigne, quo numerosior fuerit poena quā culpa. Iob tot grauatus incommodorum acerbitatibus spem cumulabat affectu, discretam à pijs causam asserens impiorum, quorum lumen extinguatur, lux autem secundum Salomonē semper est iustis. Unde colligitur, quia iustus semper in uerba Dei sperat, & spē adijcit spei. Quod euidentius expressit Esai. dicens. Tribulationem super tribulationem expectat, spem super spem. Ecce quomodo uallis Achor aperiat spem, & tribulatio intelligentiā: qualiterq; laboribus & tribulationibus aptiores redamur ad diuina beneficia suscipienda. Quod ut ostenderet Dominus, eo tempore, & Ioannem ad prædicandum mittere, & ipse dignatus est apparere, quo maioribus miseris & calamitatibus populus ille*

Ambros.

Esai.


Esai.

antiquus afflictus erat, ut status ab Euangelista descriptus manifeste demonstrat.

IIII. CONSIDERATIO.

Quod propter peccata solet Deus punire homines non solum in spiritualibus, sed in tēporalibus bonis: & quod regna & principatus transferat propter culpas.

Anno quintodecimo, &c.


 Deo curiose enumerat Euangelista principes & reges, quibus Iudæorum regnum subiacebat, qui omnes extranei & alienigenæ erant. Iudæam enim procurabat nomine Romanorum Pilatus, qui gentilis erat: alias autem partes seu Tetrarchias filij Herodis, qui etiam alienigenæ erant, tenebant: ut hinc constet, quod iam Iudæorum regnum terraquē illa, quæ in hæreditatem promissa fuerat Abrahæ & semini eius in sempiternum, propter scælera populi illius deuoluta fuerat, & deducta ad extraneos, & quod in suorum criminum poenam ab illis ablata fuerit, alienisque concessa.

Hinc discamus quod propter peccata solet Deus punire homines non solum in spiritualibus, sed etiā in tēporalibus: sicut ex 2. cap. Osee præcedenti cōsideratione adducto apertè constat. Vbi Deus dicit se ablatum panem, uinum, lanam, & linum, argētum, & aurum, & reliqua tēporalia bona propter peccata.

Propter peccata etiam in tēporalibus punit Deus. Osee.

cata gentis illius: quod adeo frequense est in scriptura, ut non opus sit in eo probando multum laborare. Itaque non solum propter peccata auferre solet. Deus temporalia hæc & mobilia bona: sed & ea quæ iure hæreditario possidenda concesserat, & quæ perpetuo duratura promisserat, propter crimina à possessoribus suis solet adimere, & ad alios transferre: idque iusto iudicio. Nam si attente ea quæ videmus considerare voluerimus, reperiemus innumera exempla: multorum domos, quæ perpetuæ videbantur, subuersas: redditus & prouentus, qui firmissimi credebantur, consumptos, maioratus & officia, quæ perpetuo stabilita reputabantur, ad alios deuoluta: principatus & regna de gente ad gentem translata: nec ob aliam causam, nisi propter peccata possidentium. Quot videmus homines, (quibus parentes magnas facultates & diuitias congregauerunt, prædia, possessiones, redditus, & prouentus maximos, reliquerunt,) pauperes, abiectos, & despectos: omniaque ista subito consumpta, & ad nihilum redacta, ad similitudinem illius statuæ, quam vidit Nabuchodonosor, magnæ, præcelsæ, & ex præciosissimis metallis constructæ, quæ subito corruit, & in nihilum redacta est, ita ut locus eius amplius non remaneret. Quod David prædixerat diuitum huius seculi, qui non recte viuunt, inconstantiam considerans Psal. 36. *Vidi impium super exaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: Transiit, & ecce non erat: quæsiit, & non est inuentus locus eius amplius.*

Quot videmus prædia, possessiones, & domus magno labore comparatas & fundatas ad secundum hæredem non peruenisse: sed statim ad alienos esse translatas, & quos ipsi institutores ignorabant, vel forte odio prosequerentur, & detestabantur. Quod David Psal. 48. prædixerat de hominum labore inutili in congregandis diuitijs loquens. *Et relinquent, inquit, alienis diuitias suas.* Et Psal. 38. dixerat. *Verumtamen in imagine pertransit homo, sed frustra conturbatur: sicut, in acquirendis diuitijs, & parandis possessionibus. Thesaurizat, & ignorat cui congregabit ea.* Sicut corrigisse videmus diuiti illi Lucæ. 12. qui in diuitijs suis gloriabatur, & audiuit: *Stulte, hac nocte repetent animam tuam, quæ autem congregasti cuius erunt? Vbi aduerte, quod David absolute dicit: thesaurizat & ignorat cui.* Primo, quia multoties homines ignorant quem post se habituri sint hæredem, & per vim, vel alijs vijs solent ad extraneos bona deuolui contra Domini voluntatem: ut ex Psal. 48. probatum reliquimus, & experientia confirmat. Deinde, quia etiam si hæredem cognoscat, ignorat qualis futurus sit, & qualiter bonis illis vsurus. Quod Salomon Ecclesiasticus. 2. inter alias vanitates detestatur dicens. *Rursus detestatus sum omnem industriam meam, quæ sub sole studiose laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro, utrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui, & sollicitus fui: & est quidquam tam vanum?* Horum nullam aliam causam possumus assignare, nisi eorum crimina &

Psal.

Diuitiarum in constantia & quod nesciat homo cui congreget.

Psal.

Lucæ.

Psal.

Ecclesi.

na & peccata, qui bona illa iniuste comparauerunt male enim parata, (vt in cōmuni prouerbio habetur) male dilabuntur: vel peccata eorū, qui partis bonis iniquè vtuntur. Regnum Salomonis, vt habetur 3. Regum. 12. in filio eius Roboam (quia stultus erat, & iuuenum consilio regebatur, & populum nouis impositionibus grauare volebat,) diuisum est, & decē tribus ab illo ablatæ sunt, & translatae ad Hieroboam seruum fugitiuum Salomonis. Preterea bona quæ Salomō magno studio cōparauerat, & filio suo in thesauris reliquerat, non multo tempore durauerunt. Anno enim quinto à morte Salomonis ascendit Sefac Rex Ægypti. 3. Regum. 14. in Hierusalem, & abstulit thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ. Sic breui tempore & regni hæreditas, & præciosorum omnium à multis temporibus magna sollicitudine congregatorum thesauros, per insipientiam hæredis Roboam perierunt, & ad extraneos redacta sunt.

Mich.

Propter peccata Deus bona auferit & alijs interdū peioribus tribuit.

Quod Dominus per Michæam cap. I. Israël in suis diuitijs multū confidenti, & quasi in perpetuis bonis gloriante, in illisque luxuriante, testatus est comminans bona illa omnia citò auferenda, & ad alios transferēda, scilicet, ad Assyrios propter peccata populi Israël, quibus bona illa comparauerant, & in que propter abundantiam illorum bonorum sibi securitatem promittentes defluebant, inquires. *Et ponā Samariam quasi aceruum lapidam in agro cum plantatur vinea, & derraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius*

*reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igni, & omnia idola eius ponam in perditionem. Quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsq; ad mercedem meretricis reuertentur. Ecce quare Deus ablaturus dicitur bona Samariæ, quia sicut iniuste cōparata sunt, & iniuste eis utebantur: sicut meretricis bona iniuste & iniquè comparata esse solent, & facile perire. Istum locum sic interpretatur Hieronymus super istum locum. *Et omnia sculptilia eius, cum & æquè diuitiæ (quas diuersi reges in eam comportauerant) concidentur & comburentur igni, & ad nihilum redigentur. Si quidem opes, & multiplex suppellex, quæ ex fornicatione, vt putabatur, idolorum fuerant congregata, ducuntur ad aliam meretricem, id est, ad ninuē: vt quomodo in terra sua fornicati sunt cum idolis quæ fecerunt, sic vadant ad aliam terram idolorum, & fornicationis, scilicet, Assyrios. Et bona quæ per fornicationem comparata sunt, & meretricio quæstu, ad aliam meretricem transferantur. Hoc significat de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsquē ad mercedem meretricis reuertentur. Mercedes vocat dona, siue diuitias, quas collegerat Samaria ex cōmercio, & amicitia gentium, quarū idola colebat: quas hoc nomine vocat, quoniā propterea illis dabātur. Vel potius ad mentem ipsius Samariæ respexit, quæ omnia ista bona, & omnes diuitias idolis suis acceptas referebat: iuxta illud Osee. 2. *Et dixisti vadā post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanā meā, & linum meū, oleū meū, & potū meū. Et paulo inferius***

Hieron.

Osee.

ait. *Et corrumpam vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit. Mercedes hanc sunt, quas dederunt mihi amatores mei.* Sæpe enim fit, ut honores, opes, & alia bona, quæ Deus hominibus concesserat, ab illis adimat, & alijs tradat non melioribus, sed multo- ties grauioribus criminibus inuolu- tis, in pœnâ priorum possessorum, qui malis artibus ea fuerant conse- quuti, & suarum fraudum mercede- m esse putabant: vel quia eis ma- le vtebantur. Et sic fit quod prophe- ta noster dicit, quòd quia de merce- dibus meretricis congregata sunt, ut que ad mercedem meretricis re- uertentur.

Quod paulò inferius clarius te- statur dicens. *Adhuc heredem adducā tibi, quæ habitas in Maresa. vsq; ad Odollā veniet gloria Israel.* Quem locum ex- ponens Rupertus ait. Quod autem sequitur *Adhuc heredem &c.* pulchrè alludit ad nomen. Quia enim *Maresa*, hæreditas dicitur, aduentum in eam hostium pro hæreditibus appel- lauit. Et vsque ad *Odollam* urbem Iudæ veniet *Maresa*, id est, hæreditas, quæ gloriosa est in urbibus Israel. Et ad- uerte, quòd ubi textus noster ha- bet *gloria Israel*, legit Rupertus *gloria Israel*, & notat quòd sit genitiuus casus. Genitiuus casus sit numeri singularis, *huius gloriæ*, & non no- minatiuus pluralis *hæ gloriæ*. Vel certè ita intelligimus captiuitas Is- raël, quæ euenit Lachis, & Gerh, & *Maresa*, vsque ad *Odollā* quoq; veniet. Ex præmissis què legendum est *gloria Israel*, ut per antiphrasim ignominia vel vastitas sentiat. Itaque hortatur, ne habitatores *Ma- resa* in bonis suis gloriantur sicut

gloriantur filij Israel: quia etiã illis adducet Dominus hæredes, id est, hostes: qui illos vastent, & bona eorum diripiāt. Et sicut ignominia & vastitas venit super Israel, ita etiam veniet super illos. Hostes autem hæredes appellat eorum, non solum, quia in bonis illorum intrabunt & succedent: sed quia illis ve- luti debita sunt iniquorum bona: sicut hæredi debetur hæreditas. Et sic impletum videmus in Israel & alijs. Quia bona, quæ Chaldæi acceperunt, & spolia, quæ ab Ægyptijs susceperunt pro vastatione Tyri, ut habetur Ezechielis 39. translata sunt ad Assyrios. Alter exponi etiã potest propositus Michæ locus, *de mercedibus meretricis, &c.* etiã ad nostrum propositum, scilicet, quòd bona iniuste acquisita, aut quibus iniuste vtimur, quæ mercedibus me- reticum comparatur, dicantur ad mercedem meretricis reducenda, id est, in nihilum. Ita exponit Ru- pertus inquit. *Vsque ad mercedem meretricis idem est ac si dicat, vsque ad nihilum: quia merces meretricis pro ni- hilo æstimatur testante Scriptura, quæ di- cit Prouerb. 6. Quia precium scorti vix*

vnius panis est. Hoc experientia comprobatur. Vi- demus enim maioratus, status, & regna potentissima, dissipari, ad ni- hilum redigi, vel ad alios transire propter peccata principum, & etiã propter peccata ipsorum populo- rum. Regnum Saul propter pecca- tum & in obedientiam illius non peruenit ad eius hæredem, sed ab eo ablatum est, & ad Daud trans- latum, ut habetur. 1. Regū. 15 Vbi Samuel ad Saulem reuertentem de- cede

Hostes hære- des sunt malo- rum & qua- re.

Ezech.

Merces mere- tricis nihil est.

Rupertus.

Prouer.

Regna censu- mit vel trans- fert Deus ad alios propter peccata.

Reg.

Rupertus

cede Amalech dixit. *Pro eo ergo quod abiicisti sermonem Domini, abiicit te Dominus ne sis Rex.* Et paulo inferius ait: *Scidit Dominus, Regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te.* Regnum Nabuchodonosor propter eius superbiam & arrogantiam translatum est ad alios, vt habetur Danielis. 4. in somnio illo, quod vidit, arboris magnæ & proceræ, quam prescidi vidit: quæ ipse & regnum eius significabatur, vt ex interpretatione Danielis constat, in qua inter alia dicit. *Septem quoque tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur Excelsus super regnum hominũ, & cuiuscunq; voluerit det illud.* Et cap. 2. Deum laudans quia ei reuelauerat mysterium statuæ quam viderat Rex, ait. *Sit nomen Domini benedictum à seculo & vsque in seculum. quia sapientia & fortitudo eius sunt, & ipse mutat tempora & aetates, transfert regna, atque constituit.*

Danie!

Danie!

Diuersa diuersis temporibus pro Dei beneplacito eueniunt.

Diuersa enim diuersis temporibus iuxta Dei dispositionem fiunt. Qui hodie est abiectus, & infamia notatus, cras cõsequetur nominis amplitudinem & celebritatem. Contra vero qui hodie est in honore constitutus, quem omnium oculi respiciunt, cras in dedecore & ignominia erit, & ex illustri loco precipitatus, in carcerem conijcietur. Qui heri diuitijs affluebat, cras egestate laborabit: qui hodie Rex est, cras seruus erit: & qui heri seruus erat, cras regni gubernacula obtinebit. Quæ non sine diuina prouidentia fieri credendum est. Præcipue autem loquitur Daniel ista sententia: *Ipse mutat tempora & de regnorum mutationibus, quas statua*

illa præsignabat. Præterea Daniel. 5. quia Balthasar vassa templi Domini profanauerat, manu in pariete scribente sententiam accepit de regni sui translatione, quæ non multo tempore dilata est. *Eadem enim nocte, vt dicit textus, interfectus est Balthasar Rex Chaldeus, & Darius Medus successit in regnum.* Hinc Ecclesiast. 10. dicit Sa-
 piens. *Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos.* Hoc ferè omnes gentium testantur historiarum, dicit Glossa, Chaldeorum, Persarum, Græcorum, & Romanorum. Ad hæc, propter præuari-
 cationem & cæcitatem Iudæorum translatum est ad gentes Euangeliũ & regnum Dei: vt Christus testatur Matth. 21. dicens. *Auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructum.*

Ecclesi

Glossa

Propter peccata Iudeorũ Euangeliũ ad gentes translatum est.
 Matt.

Prædictus autem sapiētis locus (cum de regnorum loquatur translatione, quæ communis & publica causa est, & ad omnes expectans, & illius causam dicat esse peccata, & præcipue quatuor illa quæ refert, scilicet, *Iniustitias, iniurias, contumelias, & dolos:* sub quibus intelligi posse videntur omnia crimina, quæ tam à principibus, quam a subditis, tam à maioribus, quam à minoribus fiunt:) aliquid peculiare videtur ostendere. Et existimo quòd non de quibuscunquè criminibus, & à quibuscunquè admissis loquitur: sed de grauissimis, & maxime perniciosiss, & detestabilibus. Effectus enim & causæ proportionari debent, cuiuscunquè regnorum translatio supremum gradum inter res hu-

Peccata quæ publica sunt auctoritate regna perdunt

manas teneat, & maxima sit, non
 nisi in grauissimam causam debet
 referri. Ideo credo, quod quatuor
 istis peccatorum generibus signifi-
 cantur crimina, quæ a maioribus,
 potentioribus, & grauioribus, qui
 Reipublicæ administrationem te-
 nent, fieri solent: & non priuata au-
 thoritate, sed cõmuni & publica,
 cui oblisti non potest. Propter hu-
 iusmodi enim peccata non solû per-
 sonas ipsas peccantes, sed & vniuer-
 sum regnum Deus solet punire à
 gère in genè transferre, & destrue-
 re. Videtur itaque mihi locus iste
 in te præ ad usper aliû Amos cap. i.
 Vbi contra quatuor ciuitates vel
 prouincias maxima supplicia & va-
 stationem prædicat, generaliter qui-
 dem propter tria peccata, quæ om-
 nibus illis erant cõmunia, ideoq;
 non exponit illa: & specialiter pro-
 pter quartum, quod in vnaquaq; pe-
 culiare & proprium reperiebatur,
 quod maximè exaggerat dicens: *Super
 tribus sceleribus Damasci, & super
 quatuor non conuertam eum.* Quæ ver-
 ba in singulis alijs similiter repetit.
 Et siue interpretemur, vt multi vo-
 lunt, quod tribus scæleribus se di-
 cat ignosciturum, quarto verò mi-
 nime: siue, vt alij exponunt, quod tri-
 bus nõ ignoscat, nec quarto, quod
 grauius est: hoc constat, quod sem-
 per quartum peccatum vt grauius,
 scæletius, & detestabilius, ac mi-
 nus dignum venia, proponit. Et, vt
 in singulis videbimus, semper quar-
 tum peccatum publicam & com-
 munem contra leges, equitatem, &
 naturæ præcepta, quorum custo-
 stodes sunt maiores, iniuriam in-
 uoluit.

De Damasco enim dicit: *Eo quod
 triturauerit in plaustris ferreis Galaad.* Crudelitatem
 exercere præ
 textu iustitiæ
 maximè dete-
 stabile.
 Ecce iniustitiam, & primum quod
 Sapiens proponit. Triturare in plau-
 streis ferreis Galaad dicitur Da-
 mascus, quia misericordiæ oblita
 contra iustitiam & naturalem equi-
 tatem, quæ parcere præcipit sub-
 iectis, crudeliter vexauit afflictos,
 eos exquisitis tormentis afficiens,
 quos iure victoris defendere tene-
 batur, quod maximè iniustitiæ est:
 & iudicibus conuenit, qui crude-
 litatem in miseros exercere prætex-
 tu iustitiæ, quæ misericordiam nõ
 excludit, imo illam amplexatur;
 iuxta illud Psalm. 80. *Misericordia* Psalm.
 & *Veritas obuiauerunt sibi, iustitia &
 pax osculatae sunt.* Iniustitia igitur in
 loco proposito humanitatis & mi-
 sericordiæ defectum in pauperes
 & miseros sonat.

Deinde de Gaza dicit Amos. *Eo
 quod transtulerint captiuitatem perfe-
 ctam, vt concluderent eam in Idumæa:*
 id est, eo quod seruos & captiuos Protectio dei
 bita: miseria
 ad aliquæ cõ-
 fugientibus.
 Hebræorum, qui ab Idumæis fu-
 gientes ad ipsos deuenierant, contra
 omne ius dominis suis tradebãt, nec
 eos tuebantur. Ecce iniuriam, qua
 miseris, quod iure naturali debe-
 tur, scilicet, protectio, denegatur à
 potentioribus & maioribus. Ideo
 enim maiores Clypei Reipublicæ
 dicuntur, quia pauperum & mise-
 rorũ debent esse patroni: & in hoc
 secundũ quod sapiens proponit, con-
 sistit. Tertio de Tyro dicit Pro-
 pheta. *Eo quod concluderint captiui-
 tatem perfectam in Idumæa, & non sint
 recordati fœderis fratrum,* id est, eo
 quod fidem fratribus non seruaue-
 runt. Ecce contumeliam. Fides
 namquè

*Fides seruan-
da etiam ini-
micis.*

namque omni iure seruanda præci-
pitur etiam inimicis, quanto magis
amicis & fratribus, & ijs qui se tu-
telæ nostræ committunt. Vnde cõ-
tumelia nõ pro iniuria verbis facta
solū accipitur, sed & pro fidei vio-
latione, qua frater confunditur.

Tandemque de Edom ait Pro-
pheta. *Eo quod persecutus sit in gladio
fratrem suum, & violauerit misericor-
diam eius: & tenuerit ultra furorem suū
& indignationem suam seruauerit vs-
que in finem.* Ecce vltimum quod sa-
piens proponit, & *diuersos dolos* qui-
bus fraudulenter fratrem persequi-
tur, ei honorem vel diuitias auge-
ndo fraudulenter prætextu ami-
titæ, & odium vsq; in finem seruā-
do, nec misericordiæ signum ali-
quod exhibendo, vt terminos suos
possit dilatare, possessiones auge-
re, & sibi multa bona comparare.
Vnde in Græco pro eo quod nos ha-
bemus *diuersos dolos* legitur *propter
diuitias dolis comparatas.* Propter hæc
& alia similia & publica crimina
solet Deus iuste regnum a gente in
gentem transferre. Quare maxime
timere debent principes & reges,
& non solum vitam suam compo-
nere, & moderari tenentur: sed &
communem Reipublicæ causam re-
spicere, & iustitiæ, æquitatis, & pa-
cis iura fouere, & pauperum & mi-
serotū defensionem instare, eos a po-
tentium & maiorum iniurijs eripe-
re, super ministros, gubernatores,
& iudices vigilare, ne sua querentes
que Reipublice sunt obliuiscantur,
& propter illorū vel negligentiam,
vel crimina ipsi & regnum eorum
periclitentur.

*Principes ma-
xime vigilēt
& iustitia cū
seruationem
procurent.*

V. CONSIDERATIO.

Quod De⁹ nesciat par-
ua dare, mundus vero exigua
concedat, & quæ Deus vni
adiocere solet, mundus inter
plures diuidat, & vt ma-
gna tribuat.

Procurante Pontio, &c.



Præfiximus in literæ exposi-
tione regnum Iudæorū
in plures partes diui-
sum, quæ Tetrarchiæ ap-
pellabatur: & quod regnum illud,
quod antea sub vno rege esse sole-
bat quādo Dei legem obseruabāt,
quatuor principibus concessum &
inter illos diuisum ab Imperatore
Romanorum, (ad quem vniuersa-
lis potestas fuerat deuoluta,) esset,
sicut constat ex Euangelio hoc. Ex
quo facili negotio possumus intel-
ligere differentiam, quæ reperitur
inter Deum & mundum, siue hō-
mines, in horum temporalium bo-
norum estimatione, administratione,
& partitione.

Deus enim, cum supremus om-
nium Dominus sit, infinite potens,
nullius indigens, cumque summè
sit bonus & liberalis, non nisi mag-
na, eximia, & excellentia solet tri-
buere: non quidem in largiendo hō-
minū merita respiciēs, sed se ipsum
intuens, ea concedit, quæ suam de-
cent magnitudinem, bonitatem, &
liberalitatē. Vnde prouenit, quod
Deus temporalia ista bona non re-
putet pro aliquo, nec illorum ratio-
nem faciat, vt quasi precij & æsti-
mationis apud ipsum habeantur: &

*Temporalia
nō sunt apud
Deum in pre-
cio nec in for-
te computan-
tur.*

Matth.

quasi beneficia amicis suis tribuantur: sed etiam si magna sint & eximij valoris, quasi nihilum reputat, & pro adictiis, & quod Hispanè dicimus, *añadidas*, habet. Quod ipse Saluator Matth. 6. docuit dicens discipulis suis. *Nolite solliciti esse dicentes, quid manducabimus, aut quid biberimus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Quasi dicat. Gentes, quæ verum Deum non cognoscunt, nec quæ sint vera bona intelligunt, pro his mūdānis rebus sollicitæ sint: vos autem alia bona potiora debetis inquirere, & de istis ne solliciti sitis. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Vndè concludit. *Querite ergo primum regnum Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Illud adijci dicitur quod ultra principalem sortem tribuitur, & quasi additum conceditur. Quasi dicat Christus, nè ista temporalia, caduca, & corruptibilia queratis, ne in illis comparandis laborem vestrum impendatis: vera bona querite, regnum Dei & iustitiā eius inquirite, & de istis temporalibus ne solliciti sitis: quia hæc omnia adijcientur vobis, & ultra principalem sortem concedentur. Hæc omnia dicit, id est, vniuersa quæ in mundo sunt, & quæ preciosa reputantur, aurum, argentum, lapides preciosi, diuitiæ, potentia, gloria, principatus & regna, bona cuncta corporis & fortunæ adijcientur vobis. Quod comprobare possumus in Salomone, cui cum 3. Reg. cap. 3. Dominus apparuisset per somnium in nocte, dicens. *Postula quod vis ut dem tibi. Ipse prudenter non temporalia bona: sed sapientiam & cor docile, ut***

Reg.

sciret populum illum regere, postulat. Et placuit sermo coram Domino, quòd Salomon postulasset huiuscemodi rem. Et dixit Dominus Salomoni. *Quia postulasti verbū hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorū: sed postulasti tibi sapientiam ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundū sermones tuos, & dedi tibi cor sapiens & intelligens in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, diuitias, scilicet, & gloriam: ut nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Ecce quomodo ista temporalia à Domino adijciuntur, & ultra principalem sortem, quæ in sapientia & veris bonis consistit, tribuuntur. Prou. 3. Ipse Salomō sapientiā diuinā describens, & scelicē fortē hominis qui eam adipiscitur inquit: *Melior enim est acquisitio eius negotiatione auri & argenti, primi & purissimi fractus eius. Preciosior est cunctis opibus, & omnia, quæ desiderantur ei non valent comparari. Quasi de muliere pulcherrima & omnibus bonis affluente, spiritualibus & corporalibus, temporalibus & æternis ait. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Via eius via pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ: lignum vite est his quia apprehenderint eam, & qui tenuerint eam beati. Ecce bona distinguit, & in dextera longitudinem dierum constituit, in sinistra vero diuitias & gloriam. Per lōgitudinem dierum cælestia & æterna intelligit: per diuitias, & gloriam temporalia & caduca, ut exponit Lyranus. Et temporalia in sinistra manu cōstituit: *Lyr.***

Prou.

Quia

Temporalia bona cur in sinistra manu sapientie sint

Esai. Corint.

Diuitias largitur hic De^s iniquis: bonis vera bona re seruat.

Psal.

Quia hæc non sunt vera bona, nec pro præcipuis & principalibus, & in quæ mentis oculos figere debeamus, reputanda. Illa solum appetenda sunt, quæ in dextera constituuntur, quæ vera sunt bona, quæ præparauit De^s timētibus se: quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendere potuerūt, vt dicit Esai. c. 64. & citat Paul. 1. Corin. 2. Hinc est, quod temporalia bona diuitias, honores, & gloriã, solet Deus largiri in præsentis eis, quos in sortem filiorum suorum non recipit, iniquis, scilicet; & peccatoribus, quibus tanquam mancipijsterrena hæc & vilia communicat, vt pote non habituris partem in veris bonis: suis autem dilectis, amicis, & filijs ea bona reseruat, quæ in dextera sunt, & vera bona, & quæ foelices & beatos faciunt, vt sapiens testatur. Et David Psalm. 143. cū malorum in præsentis vita prosperitatem & omnium bonorum abundantiam narrasset, similitum vocem, & existimationem declarans ait. *Beatum dixerūt populum cui hæc sunt.* Veram autem foelicitatem & beatitudinem ipse declarat, & quorum sic exponit, inquit: *Beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Vnde in prædicto versu supplenda est particula, *quimpotius*, vel alia similis, & sic legendum. *Beatum dixerūt populum cui hæc sunt: imo vel quimpotius beatus populus cuius Dominus Deus eius.* Quasi dicat, non in his temporalibus vera foelicitas & beatitudo posita est, quæ in sinistra sunt: sed in æternis & spiritualibus bonis, quæ in dextera habet. Hæc faciunt beatum, hæc quærenda sunt, hæc Deus suis reser-

uat in cælesti Hierusalem, quæ est mater nostra. Interim temporalia prout necessitas exposcit, largitur, & suis adijcit.

Hinc etiam fit, vt hæc cognoscētes serui Dei temporalia contemnant, & pro nihilo ducant, & illa in bonorum suorum sorte non reputent. *Omnia*, dicit Paulus ad Philipen. 3. *existimo detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror, vt stercora.* Et Salomon Sap. 7. de diuina Sapientia ait. *Propter hoc optaui & datus est mihi sensus, & inuocaui, & venit in me spiritus sapientia.* Videtur respicere ad illud quod supra ex. 3. Reg. cap. 3. retulimus. Statim exponens quanti illam faciat, ait. *Et præposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius, nec comparauit illi lapidem preciosum: quoniam omne aurum in comparatione illius arena est exigua, & tanquam lutum aestimabitur argentum in conspectu illius: super salutem & specie dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inextinguibile est lumen illius.* Ne autē quis existimaret nudā & bonis his tēporalibus priuatā sapiētiā aduenire, quæ in sinistra illa habet, & se querentibus non parca manu adijcit, dicit. *Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumera bilis honestas per manus illius: & letatus sum in omnibus, quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quod omnium honorum mater est.* Solis igitur veris bonis cor apponendum est, vt Psalm. Psal. 61 admonet David dicens. *Diuitia si affluant: nollite cor apponere.* Cum ergo Deus summe bonus sit,

Quare temporalia contemnant serui Dei.

Philip.

Sapient.

Psalm.

& maxime liberalis horum temporalium quasi rationem non habens, nec ea æstimans, nõ nisi magna hominibus largitur, & quamuis preciosissima sint & eximia, quasi ultra sortem & portionem præbet, & adijcit. Mundus vero, cum pauper sit, auarus, & miser, non nisi modica & exigua suis concedit, & quæ largitur etiam si parua sint magnificat; & inter multos quasi preciosissima diuidit. Vnde prouenit, vt omnes ægestate præmantur, famelici sint, & nunquam quiescant. Quod satis aperte in nostro patet Euangelio. Regnũ enim Iudeorum, quod Deus vni, & non tanquam principale concessit, in quatuor Terrarchiis mundus diuisit, & quatuor regulos constituit. Et quodd magis mirari debemus est, quod mundus minima quequẽ extoluit, ponderat, exaggerat, & maximi facit, & ea in sortem principalem adducit, & computat: & se satisfecisse, etiam maximis seruitijs & laboribus, credit, si vel minima horum temporalium largiatur. Hæc proponit hominibus, hæc promittit, vt seducat, & ad se trahat. Matth. 4. Christũ iaducere volens diabolus vt Deo neglecto illũ adoraret, quasi si magnum quid proposuisset dixit. *Hæc omnia tibi dabo si cadẽs adoraueris me.* Quod si interrogas, & quid sunt hæc omnia? certẽ reperies ea nihil esse. *Vanitas vanitatum & omnia Vanitas* dicit Ecclesiastes cap. 1. Et Hierem. cap. 4. *Aspexi terrã & ecce vacua erat & nihil.* Et purat diabolus se magna promittere, & tribuere. Et quod maxime deplorandum est, adeo insani & fatui homines sumus, vt

Mundus non nisi parua & parca manu tribuit & magnificat.

Matth.

Ecclesi.
Hierem.

veris bonis relictis nõ in apparentium specie seducamur, & Deum veraque bona contemnamus, & temporalia ista toto cordis affectu sequamur.

VI. CONSIDERATIO.

Eo tempore maiorem misericordiam Deus manifestat, quo magis peccata excreuerant, & quo ira potius esset demonstranda. In quo Deus suam bonitatem commendat.

Sub principibus sacerdot. &c.

NON solũ regum & principum, qui in Iudæa dominabantur, sed etiam Sacerdotum, qui contra legis diuinae decreta officium administrabant, meminit Euangelista, vt ex eo constet quam miserabilis, quam tristis & calamitosus esset status populi Iudeorum, non solum quantum ad corporalem conditionem, & temporalem administrationem, sed etiam quantum ad spirituales vitijs & peccatis maxime vigentibus, non tantum in populo: sed etiam in sacerdotibus. Innundauerant enim mala & peccata adeo, vt quod Osee cap. 4. deplorabat, temporibus istis impletum cerneretur. *Non est, dicebat, veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium, innundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Et quod mirabile maxime est, & sum-*

Osee.

ma con-

Dei misericordia commedatur quia unde ire, in le misericordie occasione sumit.

Titu.

ma consideratione ponderandum: quod isto tempore quo magis in populo illo peccata excreuerant, quo crimina clamabant, & iustam vindictam deposcebant: quo merito iram & indignationem suam Deus in populum illum ostensurus videbatur, maiora populo illi beneficia sint exhibita, & abundantior prestita misericordia. Ita vt non solum *Factum sit verbum Domini super Ioannem*, & exierit predicans baptismum poenitentiae, & annuntians regnum caelorum: sed & verbum ipsum patris carnem sumere, & inter homines apparere, in medio eorum stare, & cum illis conuersari dignatum fuerit. Quare merito incarnationis mysterium Paulus appellat ad Titum. 3. benignitatem & humanitatem Dei. Quia non solum opus misericordiae fuit, sed & summa misericordia. Quae in hoc maxime apparet, & apertius ostenditur, quod non tantum misericors, & patiens erga homines est eorum mala & peccata patienter tollerando: sed & quod inde occasionem sumit benefaciendi, unde iuste vindictam & supplicium merebatur: inde occasionem sumit miserendi, unde eius ira erat commouenda & excitanda: inde ansam accipit clementiae, unde indignari debebat: ex culpis scilicet, & peccatis, quae illum ad iram prouocare videbantur, miserendi & maiora beneficia hominibus conferendi desumit occasionem.

Et merito qui hoc attente considerauerit non poterit non admirari, & tantam Dei misericordiam in finitis laudibus extollere. Ex quo satis comprobatur relinquitur quod

miser cordia eius sit super omnia opera eius, vt Dauid Psalm. 144. dicebat. Ideo sponsa eum merito pra omnibus diligibilem confitetur & praedicat Cantic. 1. dicens. *Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulae dilexerunt te.* Quasi dicat. Non solum misericors es, o dulcis anima mea sponse: sed & ipsa misericordia: nec tantum misericordia ipsa, sed & si quid maius excogitari potest, & dici, id totum tibi optime quadrat. Es enim misericordia effusa, & largissime impartita. Ideo adolescentulae dilexerunt te. Quod verbum non solum actum dilectionis sonat: sed strictam obligationem quam ad diligendum illum habet, insinuat. Quasi dicat: cum sis tam benignus, liberalis, misericors, & humanus, imo ipsa benignitas, liberalitas, misericordia, & humanitas, quid mirum, quod te homines vnicum diligant, & quod pra desiderio tui deficiant: & cum Dauid Psalm. 72. dicat: *Quid mihi est in caelo, & a te quid volui supra terram? Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mei, & pars mea Deus in aeternum.* Itaque tanta est Dei misericordia, tanta benignitas, vt ex ipsis culpis & peccatis ansam summat ad maiora & praestantiora beneficia hominibus exhibenda, vt nunc in nostro Euangelio videmus.

Huius singularem confirmationem habemus apud Esai. cap. 40. vbi loquens Propheta de aduentu isto Ioannis ad predicandum, & de Christi in carne manifestatione, & ad literam de tempore isto, quod Euangelista noster hic describit, ait. *Consolamini consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad*

Psalm.
Cantic.
Oleum misericordiam significat.

Psalm.

Ex peccatis ansam miserendi Deus sumit. Esai.

cor Hierusalem, & aduocate eam: Quoniam completa est malitia eius, dimissa est iri quitas illius. Suscepit de manu Domini duplita pro omnibus peccatis suis. Qui locus quoniam difficilis est, latius a nobis erit explicandus. Et primo supponendum est ex communi Sanctorum Patrum sententia, quod locus iste ad tempora Christi referendus est, & de illis intelligendus. Quod Iustinus Martyr in Dialogo aduersus Tryphonem Iudæum, probat contra Iudæum negantem caput istud de Christo loqui ex eo, quod dicit Esajas completam esse militiam Hierusalem. Et vere post illam vocem Ioannis, *Vox clamantis in deserto*, re ipsa completam militiam Hierusalē videmus, & quod neq; Propheta est apud illos, neq; Rex, neq; Sacerdos: quod post Christum futurum fuisse multis vaticinijs prophetarum prædictū erat. Præcipuè Osee. 3. *Quia dies multos sedebunt filij Israel sine Rege, & sine Principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine teraphim.* Et post hæc reuertentur filij Israel, & querent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Qua prophetia nullam apertio rem de Christo dicit esse Augustinus. 18. de Ciuitate Dei. cap. 28. Et de tempore isto, de quo loquitur Euangelista, interpretantur Hieronymus, Rupertus, Iulianus Pomerius, lib. 1. contra Iudæos, Lyranus, Burgensis, & quam plurimi ex sapientioribus Rabbinijs. Si ergo, dicit Iustinus, post Ioannem, qui vox erat clamantis in deserto, completā videmus militiam Hierusalem; vt

nequē propheta fuerit post illum, nequē sacerdos, nequē rex, & signum ergo certissimū est de nostro Christo hoc esse vaticinium. Vnde etiā illud in Euang. Matth. 11. *Lex & prophetæ usque ad Ioannem.*

Hoc supposito dicit Propheta: *Consolamini consolamini, &c.* Ista geminatio verborum magdā, & insignem, & qualis nunquam fuit, cōsolationem declarat: sicut in scriptura consuetum est per geminationem verborum exaggerationem rerum facere. Sequitur *Loquimini ad cor Hierusalem.* Verba ista ad prophetas seu sacerdotes referenda sunt, & sic Ambrosius in Psal. 118. *Ambrosius super illa verba: In verbis tuis super speraui.* Legit, & alij sancti patres intelligunt. Et præcipit Dominus, vt prophetæ & sacerdotes mœstam Hierusalem consolentur, & illius cor mœrens, & animam tristem cōfortent, & erigant, ei læta & fœlicia proponentes. Loqui ad cor Hebraismus est, & idē significat, quod mœstum consolari, blanditijs, & suauibus verbis delinire, prosperis & fœlicibus promissis cor stabilire. Id significat apud Osee cap. 2. vbi Dominus dicit. *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius,* id est, ibi loquar ei ea quæ illi placita sunt, iocunda, & læta, & quæ cor eius desiderat. Et Genes. 34. vbi de Sichem dicitur, quod Dinam tristitem *delinuit blanditijs*, in Hebræo habetur: *Loquutus est ad cor puella.* Vbi Chaldæus paraphrastes ait. *Loquutus est consolationes ad cor eius, blandis verbis demulcens, vt ad se alliceret.* Ita propheta noster hortatur sacerdotes, vt instāter & magno animi affe-

De tempore Christi intel-
ligitur locus
Isti.
Iustinus.

Osee

Post Ioannē
Iudei non ha-
buerunt Pro-
phetam.

Augusti.

Hieron.
Rupert.
Iulianus.
Lyr.
Burgens.
Iustinus.

Loqui ad cor
quid sit.

Osee

Genes.

Paraphrasis.

mi affectu Hierusalem consolatur, & ei promittant ea, quæ cor eius desiderat. Quod si interrogas prophetam: quæ tantæ consolationis materia, & causa sit? Respondet reddens rationem, quæ omnino contrarium inferre videtur, & potius tristitiam & moerorem augere, dicens. *Quonia completa est malitia eius.* &c.

Hieron.

Vbi aduerte quod malitiã legunt multi, licet Hieronymus & alij multi ex sanctis patribus ex Hebræo vertant pro malitia, *militiam*, & militiæ nomine diuersa intelligant.

Iustin. Tertullia.

Aliqui enim per militiã intelligunt statum legis veteris, vt Iustinus loco allegato, & Tertullianus lib. 4. aduersus Marcionem. Alij præsentis vitæ tempus, quod militia dicitur

Iob. Iob.

Iob. 7. *Militia est vita hominis super terram*, & Iob. 14. *Cunctis diebus quibus nunc milito*, vt Hieronymus. Alij tempus pugnæ aduersitatis & humiliationis populi Iudæorum, quibus fauēt septuaginta, qui sic transferunt, *Quia repleta est humilitas eius*. Et ita interpretatur Ambrosius in principio Psalm. 37. & super Psalm. 113. Sermonem 10. Tamen alij multi isto loco legunt, *malitia*, & sic nostravulgata editio habet, quã sequimur & interpretandam nunc suscipimus, & nostro instituto maxime conducit. Dicitur autem malitia Hierusalem completa, quonia ad summum vsquẽ peruenit. Sed tunc maxime mirabile est, quod propheta hanc consolationis causam adducat, quæ potius timoris & tristitiæ debet esse motiuum. Quis enim ideo sibi letandum esse putet, & misericordiam sperandam: quia ea fecit propter quæ supplicium me-

Hieron.

Septuag.

Ambros.

retur? vel quis letari potest & bonum sperare ab eo, quẽ offendit & multum lesit? Et quod magis mirabile est, ideo sperare bona, quia illũ offendit? Certẽ nullus, nisi insanus; & amens sit. In hoc igitur Dei misericordia splendet, & maxime cõmẽdatur. Quod criminibus nostris quibus irritari deberet non prouocatur ad iram; sed potius ad misericordiam flectitur. Quia *recordatus est quoniam puluis sumus*: & quonia ipse cognouit sumentum nostrum, vt habetur Psalm. 102. Vndẽ sequitur in Esaia: *Dimissa est iniquitas illius*.

Psalm.

Nec solum hoc beneficium ei præstitum est, quod omnem gratitudinem excedebat, sed & recepit duplitiã pro omnibus peccatis suis. Hieronymus, Ambrosius, Origenes, Theodoretus, Gregorius Nazianzenus, & alij quam plurimi duplitiã hæc referunt ad pœnas & supplicia illis immissa pro peccatis, licet non conueniant in explicando, quæ sint istæ pœnæ. Tamen ad nostrum propositum exponi potest, vt dicatur recepisse duplitiã beneficia pro peccatis suis. Quo loco vitur præteritis pro futuris sicut mos est prophetarũ, & sensus est. Gaudeat populus Hebræorum, quoniam tempore Messia innumera beneficia accipiet, magnam misericordiam & prope infinitam consequetur, recipiet namquẽ duplitiã, id est, multa & magnifica beneficia, (ponitur numerus finitus pro infinito:) & hoc pro peccatis suis, hoc est, non obstantibus omnibus peccatis suis. Quonia ab ipsis redimetur, & liberabitur. Sic inter alios interpretatur locum istum Lyranus dicens: *Suscepit duplitiã*.

Duplicia pro peccatis beneficia recepit Hierusalem.

Hieron.

Ambros.

Orig.

Theodor.

Grego. Naz.

Lyran.

duplicia

duplicita, &c. id est, duplicem consolationem per Christum, scilicet, in collatione gratiæ & apertione gloriæ: sicut pro peccatis acceperat duplicem pœnam, scilicet, corporis & animæ.

Et sensus iste confirmari potest alio testimonio gravissimo Osee. 2. Vbi cum enumerasset Dominus mala quæ fecerat filia Sion, eaque latissime proposuisset dicens: *Iudicate matrem vestram, iudicate: quoniam ipsa non uxor mea, & ego non uir eius. Auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio uerberum suorum: ne forte expoliam eam nudam, & statuam eam secundum dies natiuitatis sue: & alijs gravissimis propositis supplicijs, reddit rationem. Quia dixit: Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum. Propter hoc, ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiam eam maceria: & semitas suas non inueniet. Quasi dicat. Ego immittam ei miseras, & labores, affligam eam varijs modis. Unde elicere possumus misericordiam Dei esse non mediocrem in hac uita peccatores affligere & punire. Sed cum his non corripetur, nec à peccando desisteret filia Syon: Sed adhuc Dei sui oblita sequeretur amatores suos, dicit Dominus: Propter hoc, id est, quia ad sanio rem mentem castigata non redit, qui impotius peccata peccatis accumulax: Ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Et dabo ei uinitores eius ex eodem loco, & uallem Achor ad aperiendam spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis sue, & iuxta dies ascensionis sue de terra Aegypti.*

Quem locum licet aliqui interpretentur de reditu Iudæorum ex Babylonica captiuitate, impletumque dicant sub Zorobabel sequentes in hoc Rabbi Salomonem, & mystice ad Christi tempora referant, ut Rufinus, Theophylactus, Theodoretus: tamen ad literam, & in sensu historico de temporibus Christi intelligendum esse multo plures ex sanctis patribus testantur, inter quos sunt Hieronymus, Cyrillus, & Lyranus. Quod confirmant ex Paulo ad Rom. 9. ubi uerba huius capitis de gentium uocatione facta in Christo interpretatur. Sed quaereret aliquis, cur cum scelera populi Israël commemorauerit, nunc in tantæ felicitatis promissionem prorumpat dicens: *Propter hoc ecce ego lactabo eam?* Nunquid tanta scelera felicitatem meruerit, & non potius æterna supplicia? Hinc sane Dei misericordiam cognosces: tanta enim est, ut quæ ad iram, & indignationem maximam, & ad pœnas grauissimas inducendas alios prouocarent, ea ad commiserationem, & ad opem, & beneficia malis conferenda Deum excitant.

Habet se erga homines sicut pater & medicus, qui quo magis à filio phrenetico maledictis impetitur, & probris lacessitur, eo magis lacrymis profulsis ad misericordiam, atque ad medendum filio commouetur: quia morbi magnitudinem & patientis necessitatem cognoscit. Ita Deus hominum miseriam & necessitatem ex malorum magnitudine uidentem, licet magnis ac nouis criminibus irriteretur, misericordia utitur, & magis compatitur. Unde

Rab. Salom.
Rufinus.
Theophi.
Theodor.

Hieron.
Cyrill.
Lyran.
Roman.

Simile.

Psalms.

Psalm.
Habac.

Psalm. *ii.* ipse dicit: *Propter misericordiam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam.* Et **Abacu.** cap. 3. dicit. *Domine cum iratus fueris, misericordiam recordaberis.* Vbi participium illud, *iratus*, dupliciter exponi potest. Primo, ut dicat sufficientem causam & motiuum ad iram, & sic sensus est. *Domine cum iratus fueris*, id est, cum causas & motiua habueris, vnde iuste & debite irasci possis, *miseri cordiam recordaberis.* Secundo ut dicat actum, & sensus sit: cum tanta fuerint crimina ut te actu irasci faciant, *miseri cordiam recordaberis.* Et vtrumque Dei misericordiam maxime commendat. Quod si huic nostrae expositioni opponat quis, quod lactare proposito loco non significat blanditijs delinire, & beneficijs afficere: sed potius decipere, & seducere: in qua significatione non in frequenter verbum lactandi accipitur in Scriptura: ut **Prover.** 1. dicitur. *Fili si te lactauerint peccatores*, id est, decipere voluerint, *ne acquiescasis.* Et c. 16. *Vir iniquus lactat amicum suum*, id est, decipit. Vnde lactare in mala partem accipitur. Et Septuaginta isto loco *Olee* transtulerunt, *Ecce ego seducam eam.* Dico, quod licet multi verbum lactandi isto loco in bonum accipiant, & a lacte deducant, ut **Rupertus**, & **Ruphinus**, & alij, & significare dicant blando & suauitate alimento nutrire, & beneficijs afficere, a matris deducta metaphora) isto loco *decipere* significat: & deducitur a verbo *Lacio* antiquo, quod significat decipere. Quo utitur **Terentius** in *Andria* inquit. *Nonne tibi satis esse hoc visum solidum gaudium, nisi me lactasses amantem, &*

Lactare pro decipere sumi solet.

Prover.

Prover.

Rupert.
Ruphinus.

Terent.

falsa spe produceres? Et ibidem. Sollicitando. & pollicendo. eorum animos laetas. Et **Sextus Pompeius** lib. 10. ait. *Sextus Pompeius. Lacio, in fraudem inducit.* Inde est *allucere.* Idem sentit **Nonius Marcellus** in lib. de proprietate sermonum: & fauet quod verbum Hebraicum *Phatah*, quod isto loco ponitur, decipere significat ut Septuaginta transtulerunt. Nec sic accepto verbo lactandi a communi & nostra interpretatione dissentit. Quare dico, quod isto loco metaphorice accipitur seducere pro eo quod est blandis sermonibus & beneficijs in suam sententiam aliquem trahere. Quae metaphora a sermone vulgi desumpta est, quod cum videt diuitem bona sua distribuere pauperibus, a delitijs & voluptatibus abstinere, ad austeram vitam transire, idque nulla spe boni temporalis, deceptum putat, & vocat. Vel potius sumitur ex eo quod communi modo loquendi, cum aliquem blandis sermonibus, promissionibus, & beneficijs, in nostram sententiam adducimus, & ut suam mutet persuademus, ut aliquid faciat, vel exequatur, quod renuebat, licet in suum commodum & utilitatem cedat, dicere solemus: *deceptum eum.* Nec ideo decipere in malum accipimus, sed potius in bonum. Ita & isto loco dicitur *Deus seducturus populum.* Quia bonis & beneficijs reuocaturus est a vitijs, & ad se tracturus. In hoc ergo misericordia Dei maxime elucet & commendatur, quod ex peccatis hominum occasionem sumat suam misericordiam manifestandi, ut in proposito videmus contigisse. Eo enim tempore quo abundauerat magis

gis iniquitas, Dei misericordiam maxime resplenduit, non solum Ioannem mittendo, qui prædica et & pararet Domino viam: sed & filiū suum vnigenitum tradendo, vt in similitudinem carnis peccati veniens, vt Paulus dicit, omnium peccata deleter.

VII. CONSIDERATIO.

Quod prædicationis officium nõ temerè sumendū est, sed Dei præceptum vel superiorum expectandum, & quas partes requirat in prædicatore.

Factum est verbū Dñi, &c.

RER verbum Domini diximus in litera intelligi iussionem & præceptum diuinum, quo impositum est Ioanni prædicandi officium, & mandatū, vt exiret ad munus istud exequendum. Et licet Ioannes ad hoc natus fuerat, vt pararet Domino plebem perfectam: & vox Domini factus fuerat, vt clamaret: licet tanta sanctitate polleret, vt inter natos mulierū nullus dicatur surrexisse maior: licet rãta diuinarum rerum cognitione esset præditus, vt plusquã Propheta dictus fuerit: licet tanta sanctitate, vt Angelus meruerit nominari: tamen diuinam iussionem & mandatū spectat, antequam ad annunciandum verbum Dei & prædicandum procedat. Quod adnotauit Theophilactus verba ista exponens & dicens. *Vt discas illum*

Theophi.

*non temerè, nec citra vocationem ad te significandum Christo profuisse, sed diuino motum spiritu. Vt hinc intelligamus prædicationis officium non temere sumendum & aggrediendū, sed magno cum consilio & meditatione suscipiendum: nec propria auctoritate aut iudicio vsurpandum, sed expectandam potius esse Dei electionem, vocationem, & mandatum, vt dignè exequi munus hoc valeamus. Magnum enim, eximiū, & singulare, & quod plusquam humanas vires requirat, prædicandi officium est. Quod sancti viri intelligentes, semper munus hoc recusarunt. Moyses Exod. 3. cum à Deo mitteretur ad populum in Ægypto manentem, vt eis libertatē & Dei voluntatem prædicaret, recusat, & nõ semel & iterum tantū: sed & sæpius se excusat. Et Hieremias c. 1. cum mandatū acciperet, & potestatem ad verba Dei annuntianda, legationis munus detrectat, & se puerum, esse & nescientem loqui, profiteretur. Hinc Paulus ad Romanos. 10. de prædicatoribus loquens ait. *Quomodo autem audiet sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? Sicut scriptum est Esai. 52. Quam speciosi pedes Euangelizantium bona.* Quem locum exponens S. Thom. ait. *Quòd opus est, vt prædicatores à Deo mittantur, quia ea quæ fidei sunt, & ad supernaturalē vitam faciunt, cælestem doctrinam, prædicatores annuntiare debent, quàm à se metipsis habere nõ valent, cum lumine naturali & proprijs viribus comparare non possint: sed à Deo debeant recipere iuxta illud Esai. 21. *Quæ audim à Domino Deo exercituum***

Prædicationis officium nõ temerè aggrediendum.

Exod.

Hiere.

Roman.

Esai.

S. Tho.

Quare debent prædicatores à Deo mitti.

Esai.

annunciandi

annuntiant vobis, & iuxta illud Pauli I. Corint. II. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis. Vnde Christus Matth. II. Gratiâs agens Patri ob istam illuminationem & reuelationem supernorum, quam dignatus est Apostolis facere ad Ecclesiâ instructionem, ait. *Confiteor tibi Pater Domine celi & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis.* Et Matth. 16. Petro confitenti Christum esse filium Dei viui respondet. *Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis, non reuelauit tibi, sed Pater meus qui in celis est.* Necessaria igitur est diuina instructio ad verbum Dei prædicandum. Ideò Paulus dicit proposita necessitate prædicationis ad salutem & instructionem animarum, difficultatem muneris istius declarans: *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Dupliciter autem aliqui à Deo mitti possunt. Vno modo immediate ab ipso Deo, vt dicit S. Thomas, per inspirationem internam Esai. 48. *Et nunc Dominus Deus misit me & spiritus eius.* Huius autem missionis signum quandoquæ est sacræ Scripturæ authoritas. Vnde Ioannes Baptista cum quæreretur ab eo, quis esset, authoritatem Prophetæ induxit, dicens. *Ego vox clamantis in deserto, vt legitur Ioannes. I. Quandoque autem signum huius missionis est veritas quæ annuntiat. Vnde per contrarium dicitur. Deutero. 18. Quia hoc habebit signum quod in nomine Domini propheta prædixerit, an reseueniat, Quod si non euenierit hoc Dominus non est loquutus.* Quandoque etiam signum est miraculorum operatio, vt Exod. 4. in Moyse

videmus. Licet duo hæc vltima non sufficienter demonstrent Dei missionem, præcipue cum aliquis prædicat aliquid contra fidem & bonos mores. Quare dicitur Deutero. 13. *Si surrexerit in medio tui propheta, & prædixerit signum atque portentum, & venerit quod loquutus est: & dixerit tibi eamus & sequamur Deos alienos, non audies verba illius.* Alio modo mittitur aliquis à Deo mediate auctoritate prælatorum, qui gerunt vicem Dei, 2. Corint. 8. *Misimus cum illo fratrem nostrum, cuius laus est per omnes Ecclesias in Euangelio.* Necessaria ergo est missio ad prædicandum. Sicut enim nemo nisi missus à Rege eius consilia & mandata ad aliquos deferre audebit, & sine temeritate prædicare poterit: ita Dei verba & mandata quis audebit proponere, & prædicare, nisi à Deo ad hoc electus & missus fuerit? Vt autem missionem istam declarat adducit Paulus authoritatem Esaiæ cap. 52. *Quæ speciosi pedes Euangelizantium pacem.* Vbi Caietanus aduertit: quod ex speciositate seu pulchritudine pedum declarat quod mittuntur. Nam siue affectus, siue progressus, significantur per pedes, ex hoc ipso quod pulchri sunt, omnem habent rectæ rationis proportionem & formam: qua, nisi mitterentur, constat quod carerent. Vnde quotquot præsumpserunt, aut præsumunt euangelizare, tandem fallaces inuenti sunt: vt & Christus dixit Apostolis: *Sicut me misit pater, & ego mitto vos.*

Ex quo colliges ad ministerium verbi neminem nisi missum accedere debere. Cum enim actus concionandi authoritatem muneris supponat,

Corint.
Matth.
Matth.
A Deo aliquis dupliciter mitti potest. Esai.
Signa diuina missionis immediate ab ipso Deo. Ioann.
Deute.
Exod.

Deute.
Corint.
Missio ad prædicandum necessaria est simile.
Esai.
Caiet.
Qui suo spiritu prædicant fallaces inuenti & inutilis.

nat, oportet verbi Dei concionato
 re vel à Deo mitti, vt diximus, vel
 ab eius auctoritate gerente. Nec
 debet concionari sciens se mortife-
 ris criminibus inquinatū, sed prius
 animum expiare, & mundare tene-
 tur, sicut fecisse legimus Dauid, qui
 Psalm. 50. priusquam diceret: *Doce-
 bo iniquos vias tuas*, instanter Domi-
 num rogabat dicens: *Cor mundum
 creauit in me Deus, & spiritum rectum in-
 nouauit in visceribus meis: ne proiecias me
 à facie tua, & spiritum sanctum tuum
 ne auferas à me. Redde mihi letitiam sa-
 lutaris tui, & spiritu principali confirma
 me.* Aspiciet Dauid ter Dei spiri-
 tum postulasse priusquam alijs viā
 æternæ salutis consequendæ demō-
 straret? Et sine gratia & Dei missio-
 ne concionandi officium recussa-
 bat. Et Esaias cap. 6. antequam mit-
 tatur à Domino, ignito calculo la-
 bia eius ab Angelo purgantur, &
 purgatus atque mundatus præsto
 adest, se Domino præsentat, & di-
 cit: *Ecce ego mitte me.* Vbi cōsidera,
 quòd iam se calculo & igni de alta-
 ri sumpto per manus Angeli purga-
 tum, illuminatum, & scientia reple-
 tum videbat Esaias, & nihilominus
 missionem & iussione Domini
 expectat, vt ad annuntiandum Dei
 verbum digne procedat: id signifi-
 cat *Ecce ego mitte me.*

Sācta illa quatuor animalia, quæ
 Ezechiel cap. 1. suæ prophetiæ vidit
 (quibus prædicatores & Ecclesiæ
 Doctores significabantur) nunquā
 gradiebantur, nisi spiritu Dei insti-
 gante & mouente, & *ubi erat impe-
 tus spiritus illuc gradiebantur, nec re-
 uertebantur: vt ostēderent, quòd nul-
 lus ad prædicandum, & docendum*

procedere debet, nisi Dei spiritu
 actus, & eius iussione impulsus, &
 ab eo missus. Insuper vt docerent,
 quòd non quæ ipsi voluerint, nec
 quæ illis placita fuerint, proponere
 debent, sed quæ Dei spiritus dicta-
 uerit, & præceperit. Apostoli & dis-
 cipuli Christi nunquam ad prædi-
 candum processerunt vsque dum à
 Christo designati & missi sunt, Lu-
 cæ. 10. vbi dicitur: *quòd designauit
 Dominus alios septuaginta duos, & mis-
 sit eos binas ante faciem suam.* Et post
 Christi resurrectionem præcipitur
 eis Actuum. 1. vt Hierosolymis ma-
 neant, donec impleantur virtute
 & spiritu sancto, & potentes fierēt
 ad prædicandum. Quare Matth. 28.
 Cum plenariam potestatem disci-
 pulis suis Christus concederet, si-
 cut à patre suo ipse acceperat, & il-
 los cum hac plenaria potestate do-
 ctors, & prædicatores institueret,
 dicit. *Euntes ergo docete omnes gentes,
 baptizantes eos, &c.* Vbi prius dicit
 ite, seu euntes, quo missio declara-
 tur: deinde dicit *docete.* Quia neces-
 se est vt qui docturus est alios, (li-
 cet scientia, moribus, & vitæ inte-
 gritate sufficiens sit) à Deo prius
 mittatur, quam prædicationis offi-
 cium exerceat. Non se quisquē pro
 suo arbitrio ingerere, offerre, aut
 ad prædicandum procedere debet.

De his enim qui nō spectata Dei
 iussione munus hoc aggrediuntur,
 grauitè cōquæritur Dominus per
 Hieremiam cap. 23. dicens. *Non mit-
 tebam prophetas, & ipsi currebant, non
 loquebar ad eos, & ipsi prophetabant.*
 Ideoque mendacia proponebāt, &
 diuinationes fallaces, & visiones
 iuanes prophetabant in populi &
 sui

Contionator
 debet
 mundus esse
 culpa.

Psalm.

Mal.

Ezech.

Luce.

Actuum.

Matth.

Hierem.

Vnde proueniat quod concionatores pa-
rum fructifi-
cent.

sui ipsorum perditionē. Quod certe his nostris temporibus videmus. Vnde prouenit quod tot sint concionatores qui verbum Dei populis annuntiāt: tot conciones ad quas frequens populus concurrat, & tam exiguus & prope nullus fructus in animis hominum appareat? Certē quia non omnes qui suggestum ascendimus a Deo mittimur, non omnes spiritu Dei agimur: sed proprio affectu ad prædicandum incitamus: ideoq; verba nostra frigida procedunt & sine virtute. Si quem autem Deus mittit, & spiritu suo agit, illi⁹ verba fortissima sunt, & quasi ignis audientium corda accēdunt, & durissima quæq; emolliunt, saxaq; conterunt. Hanc diuersitatem ostēdit Dominus Hier. 23. dicens. *Audi ui qua dixerunt Prophetae prophetantes in nomine meo mendacium, atq; dicentes. Somniaui, somniaui, vsquequo istud est in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium seductiones cordis sui? Exponit statim quid isti intendant somnia sua proponētes dicens. Qui volunt facere vt obliuiscatur populus meus nominis mei propter somnia eorum, quæ narrat vnusquisq; ad proximum suum: sicut obliti sunt patres eorum nominis mei propter Baal. Vbi maximē considerandum est (vt prædicatores timeant, vana, inutilia, & propria somnia populis proponere, & vt verba Dei prædicare) quod exequat vitium istud prophetarum cum idololatria & cultu Baal. Ex quibus concludit Dominus quasi pactionem cum prophetis faciens. *Propheta qui habet somniū, narret somnium: & qui habet sermonem meum, loquatur sermonem meum. Verē.**

Hierem.

Prædicare somnia sua equatur idololatriæ.

Ac si diceret: qui suo sensu prædicat, & se suaquē populo annuntiat, vt sua proponat, nec me authorem faciat: cui autem ego loquutus fuero, & qui me & verba mea prædicare intendit, verē, fideliter, secundum Ecclesiæ sensum & sanctorū patrum (quos ego vt lucernas in cā delabro Ecclesiæ posui) enarret.

Vnde subdit. *Quid paleis ad triticū dicit Dominus? Nunquid nō verba mea sunt quasi ignis dicit Dominus, & quasi malleus conterens petras? Quibus verbis tres differentias constituit inter verba sua & verba propria hominum. Primam, quod verba Dei triticū sunt solidū & purum, quod animam nutrit, sustentat, & confirmat: verba vero hominum paleæ sunt, quæ nihil soliditatis habent, & a vento facillē circūferuntur. Secundam, quod verba Dei ignis sunt: cor hominis inflammas, & cōburens, iuxta discipulorum verba Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Verba autem hominum frigida sunt, nec quicquam habent caloris: qui potius corda audientium, quæ calorem aliquem in se habebant, infrigidant: sicut solet aqua frigida calidæ immixta illam infrigidare. Tertiam, quod verba Dei malleus sunt conterens petras, quo fortitudo, & potentia ad omnia etiam durissima & fortissima domanda, & vincenda, & ad saxa conterenda, ostenditur. Nihil enim est tam validum, quod verbo Dei valeat resistere. Vnde Hier. cap. 1. Cum Dominus verbæ sua in ore eius potuisset, dicit. *Ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce constituite hodie**

Verborū Dei differentia triplex à verbis hominum.

Verba Dei triticum sunt

Verba Dei ignis.

Verba Dei malleus cui nihil resistere potest.

Hiere.

super gentes, & super regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & plantes. Considera ordinem, primo enim dicit: Ecce dedi verba mea in ore tuo.

*Prædicato-
ris dignitas
& excellen-
tia.*

Hoc enim primum est, & quod prædicator debet instanter à Deo petere, & gemitibus postulare: ut verba sua in corde & in ore eius ponat. Hoc namque omnium aliorum fundamentum est & principium, quo posito reliqua consequuntur. Deinde dignitatem, auctoritatem, & excellentiam prædicatoris declarat dicens. *Ecce constitui te hodie super gentes & super regna.* Quia concionator, cum regnis præssit, & regibus superior sit, nullum, nisi solum Deum, cuius minister est, debet reuereri aut timere: sed liberè & cum auctoritate quæ à Deo accepit proponere. Tandem virtutem, efficaciam, & fortitudinem verbi sui exponit inquitens. *Ut euellas & destruas, &c.*

*Verbi Dei ef-
ficatia.
Psalms.*

Hæc etiam verbi Dei virtutem eleganter declarat David. Psalm. 28. dicens. *Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia: vox Domini confringentis cedros: vox Domini intercedentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum: vox Domini præparantis cernos, & reuelabit condensa.* Vniuersi isti genitui accipiendi sunt pro nominatiuis, & sic vertit Hieronymus ex Hebræo. Et exponit prædictus locus ad literam vocis Dei & verbi illius fortitudinem, cui nihil est quod resistat, etiam si fortissimum & potentissimum sit. Quod videre possumus in Ioanne (de quo Basilius Hom. 28. in prædictum Psalmum vniuersa quæ proposita sunt copiosissimè declarat) ad quem fa-

*Hieron.
Genituius
pro nominati-
uo ponitur.*

Basil.

atum est verbum Domini, ut dicit Euangelista, antequam ad prædicam dum exiret, cuius spiritu & virtute mundus processit Ioannes. Et mirum est qua virtute & constantia hominum vitia arguerit, & mirabilius quem fructum in cordibus audientium fecerit, conuertens corda patrum in filios, & parans Domino plebem perfectam. Hæc verborum Dei vis est. Verba autem hominum debilia sunt, leuia, inania, & nullius virtutis. Unde aduersus eos, qui sua & non Dei verba proponunt, inuehitur Dominus Hieremie cap. 23. sæpius allegato dicens. *Propterea ecce ego ad prophetas ait Dominus, qui furantur verba mea unusquisque à proximo suo. Ecce ego ad prophetas ait Dominus: qui assumunt linguas suas, & aiunt dicit Dominus. Ecce ego ad prophetas somniantes mendacium dicit Dominus, qui narrauerunt ea, & seduxerunt populum meum in mendatio suo, & in miraculis suis, cum ego non misissem eos, nec madaissem eis: qui nihil profuerunt populo huic. Vbi aduerte quod modus iste loquendi, Ecce ego ad prophetas, frequens est in scriptura & maximum supplicium portendit, grauiusque quam cum specialiter declaratur. Præterea prophetæ dicuntur furari verba Dei à proximo suo, ut interpretantur omnes vnanimiter: Quia falsi prophetæ inspiciebant modum loquendi & verba quibus Dei prophetæ utebantur, & illis sua vaticinia proponebant, & decorabant, ut populum deciperent. Et sententia hæc extendi potest ad eos, qui Dei verba & scripturas ad sua somnia, & fictiones, seu vanitates confirmandas adducunt, & ex proprio sensu patrum interpreta-*

*Hieron.
Contra præ-
dicantes sua
verba inuehi-
tur.*

tionem relinquentes interpretantur: hi propriè verbum Dei furari dicuntur à proximis suis, scilicet, à fidelibus & pijs Dei ministris. Insuper ille dicitur linguam suam assumere, qui ex proprio sensu loquitur, qui sua, & non Dei verba proponit: & qui se non Deum prædicat, & illi, quos Deus non mittit, qui nihil utilitatis populis adducunt. Caveant ergo concionatores, & maximè timeant, dum ministerium hoc aggrediuntur, & maxima cum humilitate verbum Dei proponant: ne cum alijs prædicauerint, ipsi reprobis efficiantur. Quod de se timebat Paul. 1. Corinth. 9. ideoque castigabat corpus suum, & in seruitutem redigebat. Quoniam ex vitæ integritate & morum compositione, ut supra dicebamus, argumentum sumi potest diuinæ missionis, quæ ad prædicationis officium debite exercendum necessaria est.

VIII. CONSIDERATIO.

Quare non dicatur prophetia Ioannis onus, manus, vel visio: sed verbum Dei: & quam læta sint omnia quæ

Ioannes annun-

tiauit.

Factum est verbum Dni, &c.

Ambros.

Vex Ambrosio in literæ expositione retulim⁹, his verbis declarat Euangelista Ioannem prophetam esse: imo ex modo loquendi inuiri esse plusquam prophetam, ut Christus de illo te-

status est. Quo supposito non mediocris difficultas cõsurgit, quare, si id intendebat Euangelista, non est vsuseo modo loquendi, quo scriptura uti solet cum de alijs prophetis loquitur? Quare non dixerit facta est manus Domini super Ioannem, sicut dicitur *Facta esse manus Domini super Ezechielem* cap. 1. vel quare non dixerit onus verbi Domini quod factum est super Ioannem, ut de alijs prophetis quam plurimis dicitur: ut Zachar. 9. Esai. 13. Naum. 1. Abacuc. 1. & alibi sæpè, sed dicit Euangelista, *Factum est verbum Domini*? Amplius augeatur hæc difficultas, iam quod verbi nomine utebatur, quare non dixit factum est verbum Domini in manu Ioannis, sicut dicitur factum est verbum Domini in manu Agæi cap. 1. & in manu Malachiæ cap. 1. sed dicitur *Factum est verbum Domini super Ioannem*? Pro cuius declaratione sciendum est, quod propheta varijs nominibus prophetias suas solent nominare: quorum aliqua, & quæ cõmuniora sunt, erunt explicanda, ut oppositæ difficultati satisfacere possimus. Quatuor ergo nominibus communius prophetias suas prænotare solent Prophetae, quæ ad eò frequentia sunt, ut non sit opus multum laborare in adducendis prophetarum locis. Appellantur siquidem onus, manus, visio, verbum. Huiusmodi autem nomina licet multoties confundantur, & pro eodem accipiantur, quid tamen secundum proprietatem & scripturarum frequentioremsum vnumquodque significet, explicare conabimur.

Et ut à visione incipiamus, quæ re-

Cur dixerit factum est verbum Domini & non manus vel onus.

Ezechie.

Zachar. Esai. Naum. Abac.

Aggæ. Malachi.

Quatuor nominibus prophetie solent nominari.

visio quæ prophetia dicitur & quæ

Reg.

Theophi.

Basil.

Verbum Do-
mini genera-
le nomen pro-
phetia.

Basil.

Differentia
inter visionem
& verbum.

Gregor.

Theophi.

communius vocabulum est: *Olim enim* vt habetur. 1. Regum. 9. *Prophetae videntes vocabantur*, & eorum prophetiae visiones: vt notat Theophilaetus in capit. 1. Nahum. Dicuntur autem visiones generali nomine prophetiae ob certitudinem euentus, vt affirmat Basil. principio cap. 1. Esaiæ dicens. *Inter sensuum nostrorum organa vnum illud eorum quæ sensui subiacent, eidentissima obinet cognitionem, & intelligentiam, nempe visus. Hinc factum, vt eorum, quæ veritate nituntur, speculatio visio appellata sit ob eidentiam, ac raram certitudinem. Eam ob rem Propheta vocabatur videns, & prophetiae visiones.* Similiter & verbum Domini etiã generale nomen est ad omnem prophetiam se extendens.

Tamen inter visionem & verbum hanc differentiam constituit Basil. in Esaiæ cap. 2. quod visio presentium est, verbum vero futurorum. Ideoque Esaias capit. 1. quia populi scælera referebat visionis nomine vsus est: secundo autem capitulo quia futura prædicebat, nomen verbi apposuit. Sed certè ista differentia vniuersalis nõ est. Visio namque ad futura sæpius refertur, vt inspicienti prophetarum dicta poterit constare: futura autem ob certitudinem tali nomine vocantur, vt Gregorius aduertit in cap. 1. Ezechielis. Vndè Theophilaetus in 1. capit. Nahum, hoc constituit discrimen, quod verbum respicit loquentem, visio vero audientem. Itaque verbum dicit respectum ad Deum intus in mente Prophetæ loquentem: visio vero insinuat respectum ad prophetam qui ea quæ an-

nuntiat mentis oculis videt. Quare falsum est, (vt notat Hieron. cõtra Montanum Esaiæ cap. 1.) quod prophetae nihil eorum quæ vident, intelligunt. Vndè Hieronymus pro eodem accipit visionem & verbũ, & dicit, specialiter sumi, vt contra onus distinguuntur, & significare prophetiam, qua læta annuntiantur. Sic enim Esaiæ cap. 1. & Hierem. cap. 23. dicit. *Vbicunque prospere Dominus pollicetur, siue post comminationem meliora promittit, ibi visio dicitur, aut certe verbum Domini.* Onus grauem prophetiam & molestam semper importat, quod annotauit Hieronymus in Prohæmio Abachū dicens: *Nunquam præfertur in titulo prophetiae onus vel pondus, nisi cū graue & ponderis laborisque plenum est quod videtur.* Et Hierem. 23. ait. *Vbicunque graue est quod Dominus comminatur, & plenum ponderis vel laboris, & importabile, in titulo prophetiae Mazæ, id est, pondus ponitur.*

Manus autem & si ad omnem prophetiam extendi possit, tamen regulariter idem est quod onus: & grauem comminationem importat, vt notauit Xantes Pagninus in suo Thesauro. Quia cum manus instrumentum sit quo homo voluntatem suam exequitur, & quæ vult operatur, multotiès pro supplicio poni solet, vt Iob 19. *Manus tua tetigit me*, id est, supplicium & Psalmo. 38. *A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus.* Et Esaiæ. 9. *Manus eius extenta.* Idèd manus pro graui & onerosa prophetia vsurpatur, vt Ezechielis. 1. & 3. & Hierem. 15. & alibi sæpè. Inter ma-

Hieron.

Verbũ & visio prophetia qua læta annuntiantur.

Onus prophetia grauis & molesta. Hieron.

Hierem.

Manus que prophetia dicitur.

Pagninus.

Iob.

Psalms.

Esai.

Ezech.

Hierem.

num

Differentia num autem & onus hanc differen-
Inter manum tiam ego coniectare possum: quod
& onus. onus grauem prophetiā significat,
 & quæ nullum habet admixtum so-
 lamen: manus vero licet graue sig-
 nificet prophetiam, tamē solatium
 aliquod inuoluit. Vndē cum onus
 & manus coniunguntur, vt, si licet,
 onus fieri dicatur in manu alicuius
 propheta, sicut Malachiæ 1. Pro-
 phetia aliquid consolationis habet
 ad mixtum. Et ob id in tali locu-
 sione vtitur Propheta præpositio-
 ne, ad, non autem præpositione, con-
 tra: vt annotauit Hieronymus in
 cap. 1. Malachiæ iniquens. *Et nunc
 hoc tantum dicamus: quod pondus ver-
 bi Domini ad Israel, siue super Israel, vt
 dicunt septuaginta, graue quidem sit,
 quia pondus appellatur: sed consolatio-
 nis aliquid habeat, quod non contra Is-
 rael, sed ad Israel sumitur. Aliud est
 enim, quando verbi gratia, ad illum vel
 illum scribimus: aliud quando contra il-
 lum & illum: quia in altero pars amici-
 tiæ, in altero inimicitiarum aperta con-
 fessio est.*

Differentia His igitur ita suppositis iam ad
Inter vaticin quæstionem principio positam ape-
& onus. riendam veniamus. Verbis enim
 aliorum poni istis ab Euangelista propositis: *Ec-
 ce iam est Verbum Domini super Ioan-
 nem*, differentia ostenditur inter an-
 tiquorum vatum prophetias & Ioā-
 nis Baptistæ vaticinium, non solū
 in eo quod illi futura annuntiabāt,
 & quæ procul erant præuidebant:
 iste vero præsentia ostendebat, &
 digito demonstrabat dicens: *Ecce
 agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi*,
 Ioannis. 1. Vndē & plusquam pro-
 pheta ibidem à Christo dictus est:
 sed & in hoc, quod antiqui vates

calamitates & misérias, flagella &
 captiuitates, multoties prænun-
 tiabant, & licet aliquando læta & fœ-
 licia prædicerent, & aduentū Chri-
 sti annuntiarent: tamen vt in pluri-
 mum tristibus hæc læta per mixta
 proponebant, nec regnum cælorum
 prædicabant. Vndē eorum prophe-
 tiæ onera & pondera appellari me-
 ruerunt. Ioannes vero omnia fœli-
 cia, & læta annuntiat, nihil triste
 & molestum proponit, regnum cæ-
 lorum prædicat, imo primus fuit
 qui illud annuntiavit. Vndē Mar-
 thæi. 11. dicit Christus. *A diebus Ioā-
 nis Baptista. regnum cælorum vim pati-
 tur.* Et ipse Ioannes Lucæ 3. ait: *Ap-
 propinquauit in vos regnum Dei.* Ideo
 prophetia eius verbum Dei merito
 dicitur: ideoquē Euangelista non
 dicit verbū quod factum est in ma-
 nu Ioannis, sicut dicitur factum in
 manu Malachiæ vel Agzi: sed quod
 factum est super Ioannem. Quoniam
 nihil triste, nihil quod non miseri-
 cordia & benignitate plenum sit, an-
 nuntiavit Ioannes.

Hinc Esaiæ 40. de tempore isto
 loquens Dominus dicit. *Consolami-
 ni consolamini popule meus, vel vt mul-
 ti legunt: Consolamini consolamini po-
 pulum meum: vt actiue accipiantur
 verba illa, quasi dicat. In gentē con-
 solationem populis annunciate. Et
 reddit rationem: Quia recepit dupli-
 tia de manu Domini pro omnibus pecca-
 tis suis. Et licet varie in superioribus
 interpretati fuerimus quæ sunt hæc
 duplicia, quæ recepisse dicitur de
 manu Domini: in præsentia sic intel-
 ligendum cæleo: vt duplicia ista bo-
 na referantur ad Christi aduentum,
 & ad Ioannis Baptistæ prædicatio-
 nem.*

nem. De vtroque enim isto capite varicinatur Esaias. Maxima quippe misericordia Dei fuit non solum Christum concedere; qui nos a diaboli potestate liberaret: sed & Ioannem pramittere, qui vox esset, & Christi aduentum praeceperet, pararetque aduenienti viam. Quod intelligens Zacharias pater eius Lucas. i. gratias Deo ob tam ingentia beneficia agens ait: *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebi suae.* Et illico ad puerum recentem natum sermonem conuertens dixit: *Et tu puer propheta altissimi vocaberis, praebis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad laudem scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum.* Quam autem scientiam dederit exposuit Lucas cap. 3. dicens praedicasse Ioannem baptismum poenitentiae, & dixisse: *Poenitentiam agite, &c.* Redemtionem Israel fecisse Dominum dicit Zacharias: Quia iam Ioannes natus erat, & Christus conceptus, & duplicia haec ad populi salutem, & visitationem communicata.

IX. CONSIDERATIO.

Quam utilis sit solitudo, & quod hominum confortia fugienda sunt, vt Dei beneficia suscipiamus: & quod solitudo curia sit, vbi diuina negotia tractantur.

Factum est verbum, &c.

NON sine mysterio locum declarat, in quo factum est

verbum Domini super Ioannem, scilicet, in deserto, & in solitudine. Vbi communiter a Doctoribus tractari solet nec inutiliter de solitudinis bono, comodo, & vtilitate, quam ex solitudine solet anima deuota reportare: & quomodo eam Deus ibi alloquatur, & peculiaribus afficiat beneficijs, quamq; sit necessarium hominum confortia fugere, solitudinem quaerere, vt integritas, puritas, & sinceritas vitae conseruati possit. Quod eleganter tractat Seneca Epistola. 7. inquit. *Quid tibi vitandum praecipue existimem queris. Turbam. Ego certe confiteor inbecillitatem meam. Nunquam mores, quos extulsi fero. Aliquid ex eo quod composui, turbatur: aliquid ex his, quae fugari, redit. Auarior redeo, ambitiosior, luxuriosior, imo vero crudelior & inhumanior: quia inter homines fui. Subducendus populo est tener animus. & parum tenax recti, facile transitur ad plures. Vnum exemplum luxuriae aut auaritia multum mali facit. Conuictor delicatus paulatim enervat, & emollit. Vicinus diues cupiditatem irritat. Malignus comes quamuis candido & simplici animo rubiginem suam affricuit. Quid tu accidere his moribus credis in quos publice factus es impertus? Neesse est aut imiteris, aut oderis. Vtrumque autem deuitandum est: ne vel similis malis fias, qui multi sunt: vel inimicus multis, quia dissimiles sunt. Et lib. 9. de Ira cap. 6. idem dicit. Sicut per frequentiam vrbis loca propeant in multos incurstrandum est, & alicubi labi neesse est, alicubi retineri, alicubi respargi: ita in hoc vitae actu dissipato & vago multa impedimenta, multa querula incidunt. Alius spem nostram fefellit, alius distulit, alius inter cepit. Non*

Solitudinis
bona pluri-
ma.

Seneca.

ex destinato propōsita fluxerunt. Quare hominum commercia fugienda sunt, & solitudo petenda ei, qui pacem & tranquillitatem animi habere desiderat. Quę verba maximè consideranda sunt præcipue religiosi viris, qui mundo renuntiauerūt & eius rebus, qui mūdanas occupationes & negotiationes fugientes ad monasteria, tanquam ad tutissimum, & pacatissimum portum & ab omnibus perturbationibus liberum, confugerunt, ne se iterum secularibus rebus implicent, ne monasteria egrediātur: quia nunquam aut rarò tales reuertentur, quales egressi sunt. Sed his prætermisissis istud hoc loco consideratione dignū reputo, quod maximè solitudinis bonum commendat, scilicet, quòd solitudo & desertum locus est, vbi cęlestia negotia tractantur, vbi superna officia & dignitates ambiuntur; regia curia est, vbi cum Deo negociatur, in qua Deus sua dona cōcedit, & larga beneficia suis tribuit. Ideò sancti & præstantes viri, & qui maximas dignitates apud Deū sunt consequuti, eas in solitudine quæsierunt, & consequuti sunt, vt infra dicemus. Et sicut qui cum terreno Principe negotium habet, vel aliquid ab eo obtinere procurat, & suorum negotiorum commodam expeditionem exoptat, regiam curiam adit, & in ea assistit, nec commodè qui extra curiam existit negociatur. Ita Dei curia solitudo est. Cupis tuorum desideriorum promptam, facilem, & foelicem expeditionem, ne cum hominibus commoreris, ne in vrbibus degas, ne humanos fauores exquiras, solitudinem pete, desertum

ingredere, intra mentis tuę archana te reconde, seculo & rebus eius renuncia, terrenis & mundanis negotijs longum vale dic, & sic quę exoptas cōsequeris. Solitudo enim maximè Deo grata est, illius summè amator est, in ea cum eo solitarie agitur, in ea sua beneficia Deus tribuit, & liberaliter partitur. Elig. 3. Reg. 19. in solitudine se Deus ostēdit, & manifestauit. Moyse Exodi. 19. in solitudine & deserto legē tribuit. Genes. 21. Agar a domo Abrahamę cum filio expulsam in solitudine consolatur, & fontem aquę diuinę consolationis ostendit. Populo Israēl in deserto aquā de petra, & manna & panem de cęlo, abundantissimè sine labore cōcessit. Vnde Osee. 2. de anima, quam Deus singulariter diligit & eximijs beneficijs prosequi desiderat, dicit Dominus. *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius.* Loqui ad cor nō solum significat, (sicut supra dixisse memini) blande, pacifice, & bene uolè loqui: sed etiam ad cordis desideria respondere, & satisfacere. Vnde loqui ad cor alicuius est, illi quę optat concedere, & cordis eius desideria implere. In solitudine igitur Deus ad cor hominis loquitur, & optata ei concedit.

Quare vt in propōsita similitudine persistamus, sicut qui in curijs regum aliquod officium procurat, multum diuquē ibi assistunt, fauores querunt, & solite negociātur. Sic qui aliquid a Deo obtinere desiderat, opus est, vt in solitudinem se conferat, diu multumq; assistat ad ianuas magni Domini nostri assidens & vigilans, vt inueniat & consequatur.

Religiosi vt amare debeāt solitudinem.

Solitudo curia est Dei vbi negotia animā & dignitatis querendæ.

Simile.

Reg. Exod.

Genes.

Nume. Exo.

Osee.

sequatur. Quod nos sancti & insignes homines suo exemplo docuerunt. Moyses ut dux populi fieret, regiam Pharaonis domum fugit, & solitudinē petijt: ut ad Hebr. 11. Paulus testatur dicens: *Fide Moyses grandis factus negavit se esse filium filia Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem, maiores diuitias aestimans thesauro Ægyptiorum improperium christi. Aspiciebat enim in remunerationem: fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem Regis.* Unde in solitudine oves pascens, easque ad interiora deserti minās, ut habetur Exodi. 3. non solum vidit visionem grandem, rubum ardentem: sed factus est populi dux, & principatū obtinuit. Fugiendo terreni regis domum & curiam in solitudine cælestis regis regiam inuenit, & magnus factus est. Elias, ut dicebamus, 3. Reg. 19. in solitudine degens meruit speculator fieri diuinę visionis. Eliseus. 4. Reg. 2. sectando Eliā per desertum, & in solitudine cum illo perseverando, duplicem spiritum Elię meruit obtinere. Et Ioannes Baptista teneris annis, septimo, vel ut alij dicunt, quinto ætatis suę anno solitudinem petijt, & ibi per viginti & plures annos commoratus est, orationibus, ieiunijs, & vigilijs insitens, & tandem meruit vox fieri. Domini Præcursor, & magnus inter natos mulierum, & plusquam propheta, atque Angelus Domini eius vias parans. Similiter & tu, si magnus esse vis, si quę cortuum desileras, si quę ambis, obtinere procuras, hominum fuge consortia, solitudinē pete, egredere de terra tua

& de cognatione tua, & de domo patris tui, sicut Dominus præcepit Abrahę, ut eum faceret in gentem magnam, Genes. 12. & vade in terram quam Dominus demonstrabit tibi, vade in solitudinem: ibi assiste, ibi commorare, & multiplicabit te Deus, crescere faciet sicut stellas cæli. Sed quoniam posset aliquis dicere, non omnibus hominibus, nec omnibus statibus possibile est solitudinem & desertum petere, dicimus: ista non tantum de solitudine & eremo materiali intelligenda esse, (licet talis locus maximè utilis sit ad spirituale profectum: quę Christus statim ac baptizatus est Matth. 4. ieiunaturus elegit, & sancti illum immitantes incoluerunt) sed est alia solitudo, de qua etiam intelligantur, & quam quisquē, si vellit, in medio turbarum & populorum habere potest, quam Deus maximè amat, quam & Christus docuit Matth. 5. dicens. *Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum.* In hac solitudine anima non corporalibus gressibus mundum deserit: sed affectibus & desiderijs mundi renuntians ad se redit, intra cor suū clauditur, ibiquē cum solo Deo agit, & negotiatur. Ad hanc Dominus inuitat fidelem animam quam in sponsam summere desiderat Psalm. 44. dicens. *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet rex decorem tuum.* Ecce declarat quid sit egredi de populo suo, & de domo patris sui, scilicet, obliuisci populum suum, & domū patris sui. Quia vera solitudo non

Hebrai

Exod.

Regum.

Regum.

Genes.

Qua sit solitudo quā querere debemus

Matth.

Matth.

Psal.

tam

Solitudo vera nō tam in corpore quā in anima consistit.

Ioann.

Prouer.

Osee.

Contrarietas verborum cōponitur.

ram corpore, quā animo & affectu quæritur & inuenitur, nec tam Deo est chara corporalis solitudo, si mens secularibus negotijs sit implicata, & animus in hominum turba & frequentia sit: quā spiritua- lis solitudo, qua mens secularibus rebus expedita & libera soli Deo vacat oblita mundanarum rerum. Deus enim spiritus est, & eos quærit & diligit adoratores, vt Ioann. 4. ipse restatur, qui eum in spiritu & veritate adorent: nec operum nostrorum dignitas & valor apud Deum ex corporali & apparenti specie pensatur: sed ex intrinseca spiritus perfectione ponderatur. Spirituum namque pōderator est Dominus vt Prouer. 16. dicitur. Quare spiritalem solitudinem, qua mens soli Deo vacat, & cum illo tantum agit, Deus diligit, desiderat, & petit, & de hac potissimum loquitur cū per Oseam cap. 2. adducto dicit. *Ducam eam in solitudinem, & ibi loquar ad cor eius: id est, de desiderijs eius satisfaciā, & vota eius adimplebo.* Hæc autē solitudo omnibus cuiuscunque status & conditionis sint, nō solum possibilis, sed & facilis est ex propria voluntate dependens.

Sed statim se offert contrarietas, quæ videtur oriri ex verbis istis spōsi & ex alijs sponsæ, quibus istis videtur respondere. Sponsus namque dicit se ducturum spōsam in solitudinem, vt cum ea solus dulcia & suauia colloquia possit habere: & vt sibi grata sit, suadet Psalm. 44. vt obliuiscatur populum suum, & domum patris sui. At sponsa maximo sui sponsi desiderio flagrans, & illo frui pacificè & dulciter deside-

rans, cum illum maximis laboribus & periculis superatis inuenisset, Cant. 3. dicit. *Tenui eum, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.* Videntur verba ista omnino contraria desiderijs sponsi. Si enim illi placere desiderat sponsa, potius dicere debebat: *Tenui eū nec dimittam:* sed fugiā a domo matris meæ, & obliuiscar cubiculi genitricis meæ: in solitudinem cum illotendam: quia hæc illis placita esse cognosco. Quid igitur est, quod cōtraria votis & desiderijs sponsi loquatur sponsa? Sed certè ista quæ contraria esse videntur idem sonāt, & sponsa cordis sponsi sui & consiliorum eius conscia illius vota verbis istis declarat. Per domum matris & cubiculum genitricis intelligenda sunt secretiora animæ receptacula, & cordis intimum cubiculum: de quo dixerat Christus, *Intra in cubiculum tuum.* Hæc verā solitudo est, quam Deus amat, & quam vbique & in populi frequentia fidelis anima sibi potest comparare & conseruare, si affectibus a terrenis rebus recedat. Si mundum & ea quæ in eo sunt corde & desiderio fugiat, nec illis cor apponat, quod Psalm. 61. Dauid consulebat dicens. *Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.* Cor enim nostrum est, quod solitudinem & desertur facit, non populi multitudo, solitudo est cum cor rebus humanis non apponitur, nec in illis commoratur.

Cant.

Psalm.

X. CONSIDERATIO.

Ioannis promptissimā
obediētiā proponit, & quod
Dei præcepta hilari animo
& sine mora exequen-
da sint docet.

Factum est verbū Dñi, &c.

SI verba hæc, *Factum est
verbum Domini super Ioan-
nem*, coniungantur sequē-
tibus, *Et venit in omnem regionem,*
apparebit, quod Ioannes audito
Dei præcepto nō moras necit, nec
excusationes præterdit, non differt:
sed statim ut audiuit, exiit, obtēpe-
rat, opere complet: *Et venit in omnē
regionem Iordanis prædicans baptismū
pœnitentiæ.* In quo Ioannis obediē-
tia promptissima maximè commē-
datur & extollitur: qui licet non se
vltro obtulerit ad prædicandum, ta-
men ut cognouit Dei voluntatem
esse, statim & sine morā aliqua ob-
temperat. Hinc etiam quales ser-
uos & ministros Deus requirat, ma-
nifestè intelligemus. Eos enim
Deus quærit & amat, qui non pro-
pria voluntate ducantur, nec quæ
sibi placita sunt exequantur: sed qui
Dei voluntatem in omnibus expe-
ctent, cognitam autem, statim & si-
ne cunctatione, & mora, aut excu-
satione adimpleant. Sunt namquē
multi qui se Dei seruos esse profite-
tur, tamen Dei voluntatem non at-
tendunt, sed propriam implere pro-
curant. Quibus si Deus ea quæ ipsi
volunt imponat, & præcipiat, etiā
si graua sint, læti & gratantes exe-

qui student, promptissimi & hila-
res in illis implendis, & quasi sine
molestia laborant: si vero ea, quæ
ipsi nollunt, aut quæ abhorrent pro-
ponat, (licet leuia sint & facilia) gra-
uissima & intollerabilia iudicant,
illicò resiliunt, & quam plurimas
excusationes prætendunt, ne opere
adimpleant. Tales quidem nō Dei
voluntatem quærent & faciunt: sed
suam propriam adimplent. Vndè
apertè conuincuntur se ipsos magis
diligere & propensius amare, quam
Deum. Sunt pleriquē, qui multum
ieiunāt, in pane & aqua multis die-
bus abstinent, aspera veste vtuntur,
flagellis & cilicijs carnē suam ma-
cerant, & præmunt, & hæc, licet
adeò graua sint, libenter & sine
molestia faciunt diebus: suæ deuo-
tionis, & prout ipsi volunt. Quibus
si prælatus aut spiritualis pater, qui
Dei locum tenet, leuiora & facilio-
ra imponat, si illis abstinere præci-
piat, quia vel propriæ saluti expe-
dit, vel fratrum vtilitati conducit,
aut quia communitas eorum perso-
na ad alia ministeria indiget, statim
tristatur, excusationes prætendūt,
de prælato conquæruntur, grauissi-
ma reputant, & tristi deiecto quē
vultu renuentes iussa præstant. De
his conquæritur Deus per Esaiam
cap. 58. dicens ad Prophetam. *Clam-
ma ne cesses, quasi tuba exalta vocem
tuā, & annūtia populo meo scelera eo-
rum, & domui Iacob peccata eorū.* Sed
videamus oportet, quæ sint ista sce-
lera, quæ sint hæc peccata, quæ adeò
grauiter increpanda dicit: magna
enim & extra ordinaria debent es-
se. Hæc exponit dicens. *Me etenim
de die in diē quærunnt, & scire vias meas
volunt:*

*Non nostra
etiā in bonis
sed Dei volū-
tas exequen-
da.*

*Quales ser-
uos & quam
promptos Deus
requirat.*

Esai.

volunt; quasi gens quæ iustitiam fecerit, & quæ iudicium Dei sui non dereliquerit. Rogant me iudicia iustitiae, & appropinquare Deo volūt. Quare ieiunauimus & non aspexisti: humiliuimus animas nostras, & nescisti? Certè mirabile est quòd hæc tanquam crimina cōmemoret. Nunquid Deum de die in diem quærere, vias eius scire vel le, ei appropinquare, & rogare iudicia iustitiæ, ieiunare, & humiliare animam suam, scælera sunt; & non potius virtutum opera, & exercitia laude digna? Quare igitur Dominus ista repræhendit, & aded graui ter obiurgat, & sibi exossa esse testatur? Audirationem. *Ecce in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra. Propriam voluntatem bona opera, vel quæ talia vidētur, Deo odibilia reddere, inde cognosces, totamquæ malitiam istorum operum ex propria voluntate dimanare. Vndè subiungit. Nunquid tale est ieiunium quod eligi, per diem affligere hominem animam suam? Nunquid contorquere quasi circum caput suum, & saccum & cinerem sternere? Nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Quasi dicat. Nequaquã. Ecce enim in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, id est, vestra voluntas, quam facere intēditis, hæc omnia inficit.* Bernardus Serm. 71. super Cantic. hoc egregiè declarat, ostendēs quomodo non solum ea quæ ex se mala sunt, odibilia sunt Deo, sed & ea quæ bona ex se sunt, si in eis propria voluntate & affectu ducamur, desitquæ obedientiæ virtus, quam maximè Deus diligit, qui Matth. 5. ait. *Obedientiam volo, & non sacrificium. Dicit itaque Bernardus teste*

sancto Propheta, etiam abominabatur sabbatha, & neomentias, & sacrificia in deorum, ita vt manifestè protestaretur odisse ea animã suã, & dicebat Esai. 1. cum venires ante conspectum meum, quis quæsiuit ea de manibus vestris? Credo non redolebant lilia manus illa, & propterea respuebat munus ex illis, qui pasci inter lilia consuevit, & non inter spinas. Quid ni spinas habeant manus, quibus aiebat, manus vestra sanguine plenas sunt? Et manus Esau pilosæ erant spinosis similes, ideoquæ non sunt admis- sæ, vt ministrarent sancto. Vereor ne & inter nos aliqui sint, quorum non accep- tet munera sponsus, eo quod non redo- leant lilia. Etenim si in die ieiunij mei inueniatur voluntas mea, non tale ieiunium elegit spōsus, nec sapit illi ieiunium meum, quod non tiliam obedientiæ, sed vitium propriæ voluntatis sapit. Ego autem non solum de ieiunio, sed de silētio, de vigilijs, de oratione, de lectione, de opera manuum: postremò de omni obser- uatione monachi, vbi inuenitur voluntas sua in ea, & nõ obedientia magistri sui, id ipsum sentio. Minime prorsus obseruã- tias illas & si bonas in se, tamen inter lilia, id est, inter virtutes censuerim de- putandas; sed audiet à Propheta qui eius modi est: Nunquid tale est obsequium quod elegi dicit Dominus? Et addit. In die bonorũ tuorum nõ inueniuntur volun- tates tuæ. Grande malum propria volun- tas, qua fit vt bona tua tibi bona nõ sint. Oportet proinde extra lilia fiãnt, qui hu- iusmodi sunt: quia nihil omnino quòd propria inquinatam sit voluntate. gustabit is qui pascitur inter lilia.

Quare Dei seruus diuinam volun- tatem suã & omnibus alijs debet præponere, quòd Christus nos do- cuit Lucæ 22. cum Patrè orans ait.

Esai.

Pro religio-
sis.

Bernard.

Quomodo
propria volũ
tas etiam bo-
na opera infi-
ciat.

Matth.

Dei voluntas
in omnibus
præponenda
est.

Veru-

Luca. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Et in Oratione Dominica Matthæi, 6. cum nos doceret orare, inter alias petitiones hanc constituit: *Eiat voluntas tua sicut in celo & in terra.* Dei voluntatem eius seruis expectare debet, & vt cognouerit, opere implere, & promptissimè exequi. Hanc promptitudinem de se declarat David. Psalm. 56. dicens. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum.* Ista verborum repetitio & geminatio maximam promptitudinem designat ad Dei iussa complenda. Debet namque iustus non solum oculos corporis & animæ ad Deum intetos habere, vt eius voluntatè percipiat, sicut oculi ancillæ solent esse in manibus dominæ suæ, vt habetur Psalm. 122. sed & quod Hispanè dicimus, se totum in oculos conuertere. *Thazerse ojos,* vt Dei voluntatem percipiat, & opere compleat. Quod Gregor. lib. 16. Moral. c. 16. prosequitur dicens. *Sicut bene obsequentes famuli dominorum suorum vultibus semper intenti sunt, vt ea quæ præceperint, festinè audiant, & implere contendant: sic iustorum mentes per intentionem suam omnipotenti Domino assistunt, atque in scriptura eius quasi os eius inueniunt: vt quia per eam Deus loquitur, omne quod vult, tanto à voluntate eius non discrepent, quanto eandem voluntatem illius in eius eloquio agnoscunt. Vnde fit, vt eius verba non per eorum aures supernacue transeant, sed hæc in suis cordibus figant.* Sancta illa quatuor animalia, quæ vidit Ezechiel cap. 1. & Ioann. Apoca. cap. 4. plena erant oculis ante & retro, & vnumquodque eorum quatuor pedes habebat. Quod exponens Gre-

gor. Homil. 7. super Ezechiel. ait. *Corpora itaque animalium idcirco plena oculis describuntur, quia sanctorum actio ab omni parte circumspecta est, bonæ desiderabiliter providens, mala solerter cauens. Et hoc est laboriosius, quia sanctorum mens vehementer inuigilat, ne se ante eorum oculos mala sub bonorum specie abscondant. In oculis ergo curiosa circumspectio & attentio ad Dei voluntatem declaratur. Idem repetit in capite 9. 1. libri Reg. Sed & hoc in oculis exprimitur per omnem partem corporis dispersis, scilicet, curiosa inspectio & attenta consideratio, qua iustus Deum intueri, & eius vultum considerare debet, vt nihil (etiam si minimum sit) quod Deus velit, subterfugiat. In alis vero celeris & prompta executio declaratur. Vnde subiungitur, quod ibant in similitudinem fulguris coruscantis, hoc est, ea velocitate & celeritate qua fulgur solet procedere, quæ fere momentanea est. In fulgure enim celeritas declaratur. Vnde vt Christus Matt. 24. sui aduentus celeritatem declararet, fulguris similitudine versus est dicens, *Sicut fulgur exit ab oriente, & paret usque in Occidentem: sic erit aduentus filij hominis.* Et Hispanè, vt alicuius quasi incredibilem promptitudinem & celeritatem in rebus exequendis exponamus, dicere solemus: *Es como vn Rayo.* Ita in proposito isto modo loquendi vsus est propheta, vt celerem obedientiam declararet. Hanc ostenderunt Matth. 13. serui patrisfamilias, qui cum in medio tritici orta zizania viderent, dixerunt ad dominum suum, *Vis imus, & colligimus ea.* Narranta sunt verba, non enim dicunt:*

Grego.

Alie promptam obedientiam significant.

Matth. Fulgur celeritatis symbolum.

Matth.

Ezech.
Apoca.
Multitudo oculorum in sanctis animalibus quod significet.

vis ut eam^o & colligamus ea. Quia iste modus loquēdi moram importare videbatur. Sed aiūt: *Vis imus & colligimus ea*, quod celerem actum, & velocem executionem declarat. Ideò Dominus seruis suis præcipit, ut semper sint parati & prompti ad iussa eius exequēda, Luc. 12. dicens. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando reuertatur à nuptijs: ut cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei.* Præcinctos & paratos esse iubet, ut audito domini præcepto sine mora illico implere possint, nec indigeāt se disponere, aut necessaria preparare. Hanc præcipientinē videmus in Esaiā cap. 6. qui interroganti Domino, *Quē mitteram, & quis ibit nobis?* dixit. *Ecce ego, mitte me.* Quasi diceret: ecce expeditus, promptus, & paratus sum tua iussa statim exequiturus. Sed si factum & verba hæc Esaiæ conferamus cum alijs Hieremiæ cap. 1. dicentis Domino eum mittenti: *Ecce nescio loqui quia puer ego sum: non me diocis nascitur difficultas, dum se Esaias offert, & Hieremias refusat, ille acceptat, & promptum se ostēdit, iste se excusat: & vtrumquē Dominus probat.* Hanc difficultatem mouet Gregor. 1. part. Curæ Pastoralis, cap. 7. & eius solutionem ex eo assignat, quòd vterquē humilis, subiectus, & obediens Deo se ostēdit, dicens. *Sed hoc in vtrisque est subtiliter intuentium: quia & is qui refusauit plene non restitit, & is qui mitti voluit antè pèr altaris calculum se purgatum vidit: nè aut nō purgatus adire quisquē ministeria sacra audeat, aut quem*

superna gratia eligit, sub humilitatis specie superbè contradicat. Ex quibus omnibus constat, quod obedientiam Deus sacrificij præponit, & humilem & promptam subiectionem multis victimis.

XI. CONSIDERATIO.

Quòd pro fratrum salute non solum temporalia relinquenda sunt: sed & interdum spiritualis tranquillitas & quies.

Et venit in omnem, &c.



Tertè cōsiderandum est quomodo Ioannes statim ut verbū Dei factum est super illum, venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptismū pœnitentiæ in remissionem peccatorum. In quo non tantum promptam obedientiam Euangelista designat, ut diximus: sed & insignem amorē, quem erga proximos suos Ioannes habebat, ostendit: quo incitatus quietem suam derelinquit, eremum, (in quo ab ineunte ætate vixerat, in quo placidam & tranquillam vitam duxerat continuè contemplationi & diuinorum meditationi deditus,) deserit, & statim egreditur in omnem regionem Iordanis: nec moratur, aut excusationes præterdit, nec pericula ingentia, quibus se exponeret, obijcit, tãto amore fragrabat Dei & hominum: ut pro illius honore, & istorū salute nihil non facillè existimauerit. Omnia sua libenter postponit, ut proximorum utilitati & saluti

Amor eximius Ioannis erga fratres suos ostenditur.

Luce.
Lūborū præcinctio paratū esse demonstrat.

Esai.

Hierem.

Grego.

consu-

Pastores & prædicatores etiã tranquillitatem spirituale pro ouibus debent relinquere.

consulat. In quò pastoribus & prædicatoribus exemplum præbet, & manifeste demonstrat, quod nõ solum in propria commoda pro fratrum salute deserere debent, facultates redditustradere, propriam quietẽ & delicias perdere: sed quod maius est, multotiẽs spiritualem tranquillitatem, intentã contemplationis vim deserere tenentur, vt aliorum vtilitati & spirituali salutis commo- dius consulere possint. Multotiẽs oculos & mentem à diuinis cõtemplandis (in quibus maximẽ delecta- bantur, & benè illis erat) debent auertere, & in publicum procedere: vt ouium sitarum cõmodis provideant.

Luce.

Maria pars licet optima interdum relinquenda pro Martha.

Melior est pars Mariæ quã Marthæ vt Christus Lucæ 10. testatus est dicens. *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et tamen prælato, pastori, & prædicatori multotiẽs relinquenda est Maria, & Martha amplectenda, vt aliorum commo- dis vacet. Iacob Rachelem singulariter diligebat, & illius desi- derio peribat, septem annis pro illa seruierat, vt habetur Genes. 29. & nihilominus oblatam prius Liam non repudiat, non deserit, sed illi cõiungitur, illam amplectitur, & maritali affectu complectitur: & postea Rachelẽ suscipit. Vbi hoc maxime considerandum est, quod ex Lia statim filios suscepit, ex Rachele vero non nisi post multum temporis. Vt intelligat prædicator, seu pastor, quòd licet melior sit Mariæ pars, pulchrior Rachel, eiusquẽ amplexus maxime exoptandus, nõ est relinquenda Martha, non repudianda Lia, sed complectenda: imo re-

linquenda multotiẽs est Rachel, & deserenda Maria, relinquenda quies contemplationis, & insistendum prædicationi & subditorum salutis. Nec idè sibi aliquid de perfectione deperire existimare debet prælatus, sed potius multum sibi accrescere. Quoniam ex Lia statim liberos suscipiet, & fructum nõ medio- crem capiet. Hoc eleganter profequitur Gregorius lib. 6. Moral. capit. 18. dicens. *Hinc est quod Iacob pro Rachel seruiuit, & Liam accepit. Rachel namquẽ visum principium, Lia autem laboriosa dicitur. Et quid per Rachele, nisi contemplatiua? Quid per Liam nisi actiua vita signatur? In contemplatione quippe principium quòd Deus est queritur: in operatione autem sub graui necessitatum fasce laboratur. Vnde & Rachel pulchra, sed sterilis: Lia autem lippa est, sed fœcunda. Quia nimirum mens cum contemplando otia appetit, plus videt, sed minus Deo filios generat. Cum vero ad laborem prædicationis se dirigit, minus videt, & amplius parit. Et Homil. 14. in Ezechiel. de vita actiua & cõtemplatiua loquens ait. Quòd has vtrãque sicut & antè dictũ est, duę beati Iacob mulieres signauerunt. Lia videlicet & Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa. Rachel vero ouis, vel visum principium. Actiua autem vita laboriosa est: quia desudat in opere. Contemplatiua vero simplex ad solũ videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait Ioannis 8. *Ego sum principium propter quod & loquor vobis.* Beatus autẽ Iacob Rachel quidem cõcupierat, sed in nocte accepit Liam: quia videlicet omnis qui ad Deum cõuertitur, contemplatiuam vitam desiderat,*

Gregor.

Vita actiua & contempla- tiua in Ra- chel & Lia.

Genes.

Ioann.

derat, quietem æternæ patriæ appetit, sed prius necesse est, vt in nocte vitæ præsentis operetur bona quæ potest, desudet in labore, id est, Liã accipiat: vt post ad videndum principium in Rachel amplexibus requiescat. Vnde ait Grego. *Erat autē Rachel videns & Sterilis, Lia autem lippa, sed fœcunda: Rachel pulchra & in-*

Contemplatiua fœcunda. Quia contemplatiua vita speciosa est in animo, sed dum quiescere in silentio appetit filios non generat ex prædicatione. Videt & non parit: quia quietis suæ studio, minus se in aliorum collectione succendit, & quantum introrsus conspicit, aperire alijs prædicando non sufficit. Lia verò Lippa & fœcunda est, quia actiua vita dum occupatur in opere, inus videt, sed dum modo per verbū, modo per exemplum ad imitationem suam proximos accedit, multos in bono opere filios generat. Et si in contemplatione mentem tendere non valet, ex eo tamen quod agit exterius gignere sequaces valet. Hoc ostendit optimè Saluator Ioannis. 10. cum de seipso & ministris suis loquens ait. Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & paschua inueniet. Qui locus licet de omnibus fidelibus intelligi possit, tamen in rigore literæ de pastoribus & concionatoribus intelligendus est. Christus enim illo loco agit de pastoribus, & de differētia boni pastoris, qui ingreditur per ostium in onile ouium, & furis, qui nō ingreditur per ostium, sed ascendit aliūde, vt fureretur, perdat, & mactet. Declaratquē primo, quod sit ostium dicēs. Ego sum ostiū. Deindē boni pastoris, qui per ostiū intrat, conditiones seu potius lucra aperit inquies.

Et ingredietur & egredietur & paschua inueniet. Ingridietur quidē per dulcedinem & vim cōtemplationis interna & sublimia de diuinis rimando, sedebit cum Maria, & requiescet cum Rachele. Et egredietur ad oues pascendas, & earum salutem procurandam, laborabit cum Martha, & filios nutriet cum Lia. Et paschua inueniet tam intrās quam egrediens. Nec ideo, quia egreditur, quia ad exteriora procedit, quia internæ dulcedinis pacem relinquit, se peioris conditionis reputet: quia in ipso egressu paschua inueniet, maximam vtilitatem capiet, filios & magnam posteritatem ex Lia suscipiet.

Tanto igitur subditorum & fratrum amore debet flagrare prælatus & prædicator, vt pro illorum salute se magnis periculis exponere non dubitet. Talis erat Paulus qui ad Roma. 9. dicebat. *Veritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimoniū mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto: quoniam tristitia mihi magna est, & cōtinuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundū carnem. Huius loci qui difficilis est, variæ sunt expositiones, quas alibi referemus, sed ista non incongrua est, quam communius assignant expositores. Cū videret Paulus multos ex Iudæis murmurātes contra Deū, eo quod reprobasset populum Iudæorum, & eorum loco suffecisset in Ecclesia gentes, quasi Deus in hoc promissa sua nō adimpleret: hoc adeò grauiter Paulus sentiebat, & quod Iudæi, quorum erat adoptio, & qui-*

Quo amore subditorū flagrare debeat prælatus.

Roman.

Contemplatiua vita pulchra sed sterilis actiua fœcunda.

Ioann.

bus factæ fuerant promissiones, à Christo deficeret, vt dicat: pro eorum salute *Optabam ego anathema esse à Christo, id est, alienus & sepositus non ab amore Christi, sed ab eius societate & conuersatione, vt fratres mei salui fierent: & ad veritatis cognitionem peruenirent. Sic interpretatur locum istum Ambrosius in istam Epistolam inquiring. Ego optabam sit, non opto, quia scit fieri non posse, vt tam honestum membrum nullo precedente vitio abscinderetur à corpore Christiano, affectum tamen & dilectionem circa genus suum ostendit. Et Chrysostomus Homil. 16. in Episto. ad Rom. hanc sequitur expositionem, & late illam extendit, & declarat.*

Talissetiam erat Moyses qui Exodi. 32. pro populi salute orans, & veniam peccati maximè impetrare à Deo, qui iuste nimium iratus erat, & populum delere volebat, procurans dicebat ad Dominum. *Obsecro, peccauit populus iste peccatum maximum, fecerunt què sibi Deos aureos. Ac si dicat. Negare non possum peccati magnitudinem, & populi ingrati tudinem, sed illis dimittere debes propter me noxam hanc, vel me simul cum illis delere. Ideò dicit, magnitudinem amoris ostendens. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Certe qui anathema esse optabat pro fratrum salute, & qui de libro vitæ deleri petebat pro populo, quãtò facilius existimarent contempla tionis quietem relinquere, suam pacem & tranquillitatem deserere, diu multumquè pro proximorum salute laborare. Quid illis molestū, aut*

laboriosum, aut graue pro fratrum salute esse posset? Discant hinc prælati, & prædicatores, quo affectu debeant subditorum salutem & com moda procurare: Ioannemq; imitentur, qui contemplationis dulcedinem & quietam vitam, quam ab hominibus semotus in solitudine agebat, negligit, qui se magnis periculis exponit, & vsquè ad capitis abscissionem decertare nõ desinit, vt proximorum saluti consulat.

XII. CONSIDERATIO.

Ioannis auctoritatem & potestatem declarat, & qualis debeat esse prædicator verbi Dei, vt muneris suo satisfaciatur.

Factum est verbū Dñi, &c.

Repositis verbis, vt notat Glossa, auctoritas Ioannis maximè commendatur, & explicatur, quòd Ioannes à Deo missus sit cum potestate & auctoritate prædicandi, & cum commissione annuntiandi hominibus regnum cælorum. Itaq; verba ista declarant commissionem vniuersalem traditam Ioanni à summo omnium rege, scilicet, Deo. Cuius virtute statim exijt in omnem regionem Iordanis prædicans baptismum poenitentiae. Et ideò pharisæis interrogantibus de potestate Ioann. 1. & quare baptizaret, si non erat Christus, nequè Elias, nequè Propheta: Respondit. *Ego baptizo vos in aqua; medius autem vestrum stat, cuius non*

Glossa.

Ioann.

sum dignus solvere corrigiam calceamenti, qui vos baptizabit in Spiritu sancto. Ac si diceret. Meæ commissio- nis potestas & vis ad hoc solum ex tenditur, vt in aqua baptizem. Et hoc ex eo deducit quod antea dixe rat: *Ego vox clamantis in deserto. Quasi dicat: Qui me vocem constituit, & ad prædicandū misit, ille mihi præ cepit quid essem factururus, iuxta in- structionē quam ex ore illius acce- pi, quando factum est ad me verbū Domini, procedo, nec illius limites trāsgredior: ideo in aqua baptizo. Quod confirmat ipse Ioannes di- cēs Ioann. 1. Qui misit me baptizare, ille mihi dixit. Super quem videris Spi- ritum descendentem & manentem, ipse est qui baptizat.* Et Christus hoc cō firmans Lucæ. 20. Interrogat Pha- risæos quærentes in qua potesta- te faceret opera & doceret, vnde esset baptismus Ioannis, an scilicet de cælo & à Deo: an ex homini- bus? Cui non sunt ausi respondere timētes, quod si dicerent de cælo es se, se ipsos damnarent: qui nō credi derunt. Si autē ex hominibus time bant plebē. Certò enim sciebāt Ioā nem Prophetam esse, & à Deo mis sum. Ioānes igitur plenariā prophe tæ & præcursoris adeptus est pote- statem, quando hodie factū est ver bum Domini super illum. Accepta- quē ista copiosissima cōmissione statim exijt in omnem regionē Ior- danis. Sicut homo, qui in curia re- gis residet, statim ac mādatum à re- ge accipit & auctoritatem ad cog- noscendum de aliqua causa, statim vt iudex creatur, egreditur cum po- testate & auctoritate ministris & satellitibus circumdatus, & spirans

minas videtur velle omnia destrue- re & solo æquare: ita Ioānes qui in eremo solus vivebat, accepta à Deo potestate exijt *Prædicans baptismum pœnitentiæ, & securim ad radicē ar- boris positā esse, & commouēs cor- da patrum in filios, & filiorum in patres.*

Huius commissio- nis potestas declaratur Hierem. cap. 1. Vbi Do minus dicit cum Hieremia loquēs. *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce con- stitui te hodie super gentes & super re- gna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & plantes.* Quæ verba licet aliqui, vt refert Hiero- nymus in loci istius expositione, de Christo intelligant: (Hieremias e- nim interpretatur excelsus Domi- ni, qui destruxit regna diaboli, ad- uersarias perdidit potestates delēs chyrographū errorū in cruce: pro quib⁹ euulsis, destructis, & perditis, & in inferiora detractis ædificauit Ecclesiam in sanguine suo: quā ex- positionem sequutus est Rupertus lib. 1. de Trinit. qui est super Hierē miā cap. 4.) nulla tamē dubitatio esse potest, quod de persona Hie- remiæ verba ista sint intelligenda ad literam, quem Dominus Pro- phetam cōstituit. Et propositis ver- bis non solum plenariam potesta- tem ei tradidit, sed & sui officij o- bligationem declarauit. Et licet ad Hieremiam dicta fuerint, nihilomi- nus ad Ioannem optimē referri pos- sunt, & ad quemcumquē conciona- torem verbi Dei, cuius hæc est po- testas, hæc auctoritas. *Ecce, inquit, dedi verba mea in ore tuo: Factum est enim verbum Domini super Ioannem.* Quia vt notat Ambros. lib. 2. in Lu

Potestas com- missionis Ioa- nis.

Hiere.

Rupertus.

Ambros.

Ioannis pote- stas plenaria prophete & præcursoris.

Ioann.

Lucæ.

simile.

cam. cap. 31. Factum est verbum, & vox secuta est. Verbū enim prius intus operatur, sequitur vocis officium. Vnde & Dauid dicit Psal. 115. *Credidi, propter quod locutus sum. Prius credidi, ut loqui possit. Factum est ergo verbum Domini super Ioannem, ut presentiam prædicaret. Secundo dicit Ecce ego constitui te hodie super gentes & super regna: Ut rāquam potestatem habens loquaris, & nullū timeas, te omnibus superiorem cōstitui. Ne ergo formides à facie eorum, quia ego tecum sum dicit Dominus. Ista enim duo debent concionatorem confirmare, ut neminem timeat. Silicet, quod Deum secum habeat. Quid enim timeret, qui Deum habet adiutorem? Dominus protector vitæ meæ, dicebat Dauid Psal. 26. à quo trepidabo? Et Psal. 22. Non timebo mala, quoniam tu mecum es. Et Salomō Prouer. 28. dicit. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Et Paulus ad Roma. 8. Si Deus pro nobis, quis contra nos? Hinc Ezechielis dicit Dominus cap. 2. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, nec sermones eorum metuas. Tum etiā impavidus esse debet propter suam dignitatem & superioritatē ad omnes. Timere namq; inferioris est. Deindē exponit Propheta, ad quid potestas hæc concessa sit, dicens: *Ut euellas, &c.* Quæ verba exponens Hieronymus dicit confidē rā. dum esse, quod quatuor tristibus duo læta succedant. Nequē enim ædificari poterant bona, nisi destructa essent mala: nec plantari optima, nisi eradicaretur pessima. Omnis enim plantatio, quam non plantauit, pater eradicabitur: & ædificatio, quæ supra petrā non habet fun-*

damentum: sed in arena structa est, sermone Dei suffoditur, atquē destruitur. Illam autem consumet Iesus spiritu oris sui: & dest ut aduentu præsentia suæ, omnem, silicet, sacrilegā peruersamquē doctrinam, disperdet in perpetuum. Porro ea, quæ eleuātur contra scientiā Dei, & in sua confidunt sapientia, (quæ apud Deū stultitia est) dissipabit atq; deponet: ut ædificentur pro his humilia, & in locum superiorū, quæ destructa sunt & euulsa, extruātur atq; plantentur, quæ ecclesiasticæ conueniunt veritati, & impleatur illud quod dicit Apostolus: *Dei ædificatio, Dei agricultura estis.* Quoniam commodē plantari noua non possunt, nisi prioribus euulsis: nec ædificari noua, nisi veteribus destructis. Quod annotauit Gregor. 18. Moral. capit. 8. dicens. *Quia verò, ut prædiximus esse ars docentium debet, ut in auditorum suorum mentibus prius studeant peruersa destruere, & postmodum recta prædicare, ne bonum sanctæ prædicationis semen plena malis corda non capiant. Vnde ad Hieremiam dicitur: Ecce constitui te hodie super gentes & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & disipes, & ædifices, & plantes. Prius itaq; iubetur ut destruat, & postmodū ædificet: prius ut euellat, & postmodū plātet: quia nequa quæ rectē veritatis fundamentum ponitur, nisi prius erroris fabrica destruat.*

Munus igitur prædicatoris in hoc primo consistit, ut vitia & peccata pupili euellere procuret per continuas & frequentes repræhensiones, ut faciebat Ioannes, qui non solum populū, sed Scribas & Phariseos, & Regem ipsum, acriter arguebat.

De quo

Psal. 115.

Predicator nullum debet timere quia Deum secum habet & omnibus superior est. Psal. 115. Prouer.

Roman. 8. Ezech.

Hieron. Potestas prædicatoris ad que se exten dat.

Grego.

Predicator tacere nõ debet / sea clamãt.

Esai. De quo dicitur apud Esai. c. 49. *Posuit me quasi sagittā electā, in pharetra sua abscōdit me. Sicut enim Sagittarius in pharetra sua varias habet sagittas: sic Deus diuersos predicatores habet, quibus tāquā sagittis mūdum cōfodiat. Inter has sagitta electa Ioānes erat, quem in solitudine tanquam in pharetra absconditum habebat, donec hodie egressus est, vt euelleret, destrueret, dissiparet, & disperderet. Hinc Prædicatori dicitur Esai. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelerā eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Non solum debet loqui euangelicus concionator, sed clamare: nec solū clamare & statim tacere: sed à clamore nunquā desistere. Ideo dicit *Clama, ne cesses.* Sed non contentus Deus his dumtaxat verbis, adiecit: *Quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelerā eorum.* Ideo Dominus Matth. 5. discipulos suos, quos cōcionatores instituit, cum sale cōparauit, qui exulcerat: non cū melle, quod dulce est. Qui enim tacet & vitia palpat, proditiōnis crimē incurrit. Ideo Exod. 28. præcipiebat Deus, vt summus Sacerdos ingrediens & egrediens sanctuariū in veste tintinnabula haberet continuo sonantia, alioquin moreretur. Quia Sacerdos & Prædicator nunquā tacere debet, sed continuo sonare prædicationis verbo: ne moriatur, sibiq; aliorū casus & perditio imputetur. Quod Ezechiel, & in eius persona omnibus pastoribus, Dominus prædixerat cap. 33. inquitens. *Terra, cum induxero super eā gladium, & tulerit populus terræ virum unum ac nonissimis suis, & constitue-**

Esai. *rit cum super se speculatorem, & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quisquis ille est, sonitū buccinæ, & non obseruauerit, veneritque gladius & tulerit eum, sanguis ipsius super caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non se obseruauit, sanguis eius in ipso erit, sin autem se custodierit, animam suam saluabit. Quod si speculator viderit gladium venientem & non insonuerit buccina, & populus se nō custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autē eius de manu speculatoris requiram. Et applicans subdit: *Et tu fili hominis speculatorem dedi re domui Israel.**

Psalm. *Audiant & timeant concionatores muneris sui grauitatem, difficultatem, & periculum videntes, Illud tamen notādum est, quod prædicator non debet euellere, vt perdat, sed vt ædificet. In hoc enim Dei ministri à mūdānis distinguuntur. Isti namquē euellunt vt perdant, sicut Psalm. 136. de filiis Edon dicitur, quod dicunt: *Exinanite exinanite, vsque ad fundamentum in eā: illi vero destruūt, vt reædificent, euellūt, vt plantent, & vt in melius commutent. Ideo concludit Propheta: *Vt ædifices & plantes.* In quo Christum magistrum suum imitantur, de quo Esaiæ 42. dicitur: *Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans non extinguet.* Per calamum quassatum peccatores, & homines fragiles & imbecilles intelligit Mattheus, qui cap. 12. sui Euangelij de Christo locū istum interpretatur. Vndè Ezechiel. 34. cōquæritur Dominus de prælatis & prædicatorib⁹,**

Matth.

Exod.

Tintinnabula. *Li in veste sacerdotis quid significarent.*

Esai. *Prædicator debet eneuellere plantet.*

Psalm.

Esai.

Matth.

Ezech.

rotas...
-fimo...
-eb...
-108

ad...
-...
-...
-...

Prædicator debet eneuellere plantet.

Psalm.

Esai.

Matth.

Ezech.

qui euellunt, disperdūt, & dissipāt, nec ædificare procurant, qui contē runt, & non consolidant quod infir mū est, dicens: *Vae pastoribus Israel. Quod infirmum fuit, non consolidastis. quod egrotum, non sanastis: quod con fractum, non alligastis: & quod abiectū est, non reduxistis: & quod perierat, nō quaesistis. sed cum austeritate imperaba tis eis, & cum potentia. Ideo prædi cator se omnibus debet accommo dare: modo hanc, modo illam per sonam induere, secundum audito rum exigentiam & necessitatem. Ezechielis 10. doctores & prædica tores comparantur lapidi Chryso lito, vel vt Aquila & Simachus vertūt, lapidi Hyascinthi. Quoniā Hyacinthus cū aëre colorem mu rat, in sereno perspicuus est, in obs curo & nubilo subobscurus. Talis debet esse prædicator, qui vt dicit Paulus. 1. Cor. 9. omnia omnibus factus sit, vt omnes lucrifaciat. Quē admodum enim nō omnibus egro tantibus vnā atquē eadem medici na adhibetur, sed diuersæ pro mor borum varietate. Ita non omnibus auditoribus eadem conueniūt, sed pro diuersitate diuersa. Sicut peri tus medicus cuiusq; cognita agritu dine, se debet prædicator accommo dare: & modo hanc, modo illam per sonam induere. Ideo ad eō diuersa Hieremias prædicatori attribuit prædicto loco. Quod & Ioannem fecisse manifeste comperimus, quā do a Deo concionator institutus est, & prædicatorum forma factus, accepta plenaria potestate a Deo ad annunciandum regnum cælo rum.*

XIII. CONSIDERATIO.

Quod totus Ioannes eiusque vita vox erat, & forti ter clamans: & quod prædica tores debent voces esse in omnibus.

Vox clamatis in deserto, &c.

IOANNES vox dici tur isto loco non solum ob officium, & quoniam annunciare veniebat, & homini bus manifestare Christum, & cælo rum regnum: sed & quia totus ipse vox erat, & clamabat, homines a mundanis retrahens, & ad Deum quasi compellens. Quidquid enim in Ioāne videbatur vox erat, & ma ximè sonora. Vix clamabat: quia locustis vescebat & melle silue stri, vt Marc. 1. refertur. Vestitus vo ciferabatur. Erat quippe ex pilis camelorum, & zona pellicea circa lumbos eius. Habitatio no tacebat: per viginti enim quinque annos in deserto commoratus fuerat. Aspe ctus, opera, verba, deniquē totus, vox erat, totus clamabat, & adeo fortiter, vt de eo dictum fuerit Psal mo. 28. *Vox Domini in virtute, vox Do mini in magnificentia, vox Domini cō fringentis cedros, & comminuet eas. Vox Domini intercidentis flammam ignis. Vox Domini concutientis desertum. Vox Domini preparantis ceruos, & reuelauit condensā. Quem locum Basi lius latè prosequitur & interpreta tur de Ioanne Homil. 28. in istum Psalmum, & dicit. Vox igitur Domini super aquas. Quæ vox? dictum hoc Pro phetia*

Prædicator omnia omni bus fieri de bet.

Ezech. Aquila. Symachus. Hyacinthi proprietates.

Corint. Simile.

Simile.

Marc.

Psalm.

De Ioanne in telligitur

Psalm. 28.

vox Domi ni in virtute.

Basilius.

phetie loco sumendum est. Memor esto Ioannis, qui cum interrogatus esset a Iudeis: Tu quis es? Respondit, Ego vox clamantis in deserto. Est ergo Ioannes vox Domini, Angelus Dei ante faciem Domini missus ad parandum Domino populum perfectum, Ipsa itaque vox Dei erat supra aquas in Iordane, in quo baptizabat Ioannes. Illic & De^o gloria intonauit. Venit enim vox de caelo dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacebit. Et addit quod de hac voce dicitur. Vox Domini in virtute. Aufert enim infirmitates populi per baptismum resipiscencie annuntians regnum caelorum, & excitans ad poenitentiam. Vel forte vox haec erat in virtute, quia virtuti Christi testimonium perhibebat dicens. Qui post me venit fortior me est. Vox Domini in magnificentia quando magnifica mysteria Ioannes de Iesu praedicabat, dicens. Vidi Spiritum sanctum super eum descendentem & manentem, & de plenitudine eius omnes accepimus, & alia quam plurima. Vox Domini confringentis cedros; eo quod paras Domino populum perfectum, impietatesque illas, quae contra cognitionem Dei eriguntur, & in sublime extolluntur, conterens & supplantans, obliqua redegit in viam rectam. Qui namque omnem collem & quemuis montem humiliabat, is certe & cedros confringebat, & omnia ad aduentum Domini complanabat, dum sublime, exaltatum, & fastigiosum cor populi, ad resipiscenciam deducebat. Vox Domini intercidit flammam ignis, peccatum, scilicet, quod ignis instar Israeleni deustabat, Ioannes intercidit dicens. Penitentiam agite, appropinqua-

uit enim regnum caelorum. Flammam istam affectionum, quae ex peccato animabus mortalium innascitur, intercidit, dum Iudeis de sempiterno igne differuit, iudicijque diuini vehementiam exposuit dicens. Cuius ventilabrum in manu ipsius, &c. Vox ista Domini absoluit ceruos, animas videlicet sanctas, quae sublimia sunt quae rentes, quae & serpentes vorant, & in sublimibus montibus commorantur. Haec & plurima alia in loci huius expositione adducit Basil. & Ioanni accommodat, qui totus vox terribilis erat.

Ut hinc discant praedicatores verbi Dei, quod non solum Dei verba proponere, diuina mysteria annuntiare populis debent, eorum vitia carpere, & publice reprehendere: sed & quod opere tenentur ea, quae praedicant, adimplere, ut sic non solum lingua & ore vocem promant, sed & ipsi toti voces sint. Nec solum in suggesto sunt, & populis loquuntur, clament, sed etiam vbicumque reperiantur, vita, operibus, & moribus suis, omnibusque quae in eis sunt, vociferentur & clament. Toti voces debent esse, ita ut habitus & vestis loquantur, morum compositio clamet: incessus compositam vitam testetur. Oculi, manus, pedes, & omnia eius membra Deum adiungent, ut talem concionatorem videntes, eius vitae integritate considerantes confundantur populi, se ipsos reprehendant, & suam vitam emendam curent. In praedicatori Christiano Paulus vitae integritatem, morum compositionem desiderat, & ut totus ipse loquatur ad Titum. dicens. In omnibus te ipsum

Prædicator debet totus, et vox esse.

Titum

præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in gravitate. Verbum sanum irreprehensibile, ut is, qui ex aduerso est, vereatur, nihil habes malum dicere de nobis. Duas conditiones explicat Paulus, quæ præcipuè in Doctore & Prædicatore debent reperiri. Prima est verbi sanitas, id est, quod doctrinam sanam, integram, & perfectam doceat, non fabulas, aut inanes quæstiones, aut genealogias interminatas, seu nouitates. Quæ omnia vitanda præcipit Paulus ad Tit. 3. inquit. *Stultas autem quæstiones, & genealogias, & contentiones, & pugnas legis, deuita: sunt enim inutiles & vanæ.* Secunda conditio est irreprehensibilitas morum, & vitæ integritas ac puritas. Unde subdit. *Ut is qui ex aduerso est, vereatur nihil malum habens dicere de nobis.* Itaque sanitas ad doctrinam, irreprehensibilitas ad vitam ministri pertinet. Et utrumque in prædicatore necessarium est. Quoniam sicut defectus & falsitas doctrinæ nocet, ita reprehensibilis vita prædicatorem, & eius doctrinam contemptibilem facit. Unde Hierony. super istum locum Pauli: *Te ipsum præbe exemplum, &c.* ait. *Ne exemplo destruas verbum, & ut audenter corripias delinquentes. Quem enim conscientia criminis proprii accusat, timet, nec aliorum vitia carpere audeat, quæ factis suis probat.* Unde Paulus ad Roma. 2. dicebat. *Qui prædicat non furandum, furaris. Qui dicis non in xcha idum, in xcha ris. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Dei inhonoras. Nomen enim Dei per vos blasphematur. Sicut scriptum est. Vbi de Iudeis legem non obseruantibus, &*

alios docentibus ad literam loquitur Paulus: & vniuersaliter ad omnes Doctores, qui quæ docent non faciunt, accommodari potest. Qui enim aliud facit quàm docet, mendacij & falsitatis aperte conuincitur. Si quis diceret itinerantibus, ne ulterius procedatis, ne via ista, quæ cœpistis, eatis: quoniam in ea pericula & latrones sunt, qui vos spoliabunt: & ipse statim viam illam carperet, & ea lætus procederet, certe vel falsa dixisse crederetur, vel maximè suspectus conspiracy & conuentionis cum latronibus haberetur. Non aliter Prædicator, qui admonet alios ne mundi viam ingrediantur, ne desideriorum suorum lemitas sequantur, ne vitijs inhæreant: quoniam in illis nihil aliud quàm mors potest reperiri: Ipse vero & vitia sequitur, & sua desideria complet, vel blasphemari facit verbum Dei tanquam falsum: vel certè ipse suspectus, imò despectus & contemptibilis, omnibus apparet, & suam doctrinam despici facit: dum factis negat, quæ verbis affirmat, & quos sermone à vitijs retrahit, exemplo ad vitia sectanda cōpellit. Hos Paul. 1. ad Corin. 13. comparat æri sonanti, aut cymbalo tinnienti, ob charitatis (quæ vera est animi virtus & soliditas) defectum, dicens. *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens.* Sicut enim cym-

Qualis sit
prædicator
qui quæ docet
non facit.
Simile.

Corinth.

Simile.

Sanitas doctrinæ requiritur in prædicatore.

Titum.

Irreprehensibilitas morum requiritur in prædicatore.

Hieron.

Roman.

porum iniurijs, nec aliquo eorum bonorum ad quæ alios vocat, participat: ita & prædicator, qui Dei doctrinam proponit, & contraria operatur, alios ad Deum incitat, ad virtutem mouet, & ad bona spiritualia participanda trahit: ipse vero omnium expertus foris manet, non solum periculis expositus, sed & iniurijs subiectus, & inimicorum præda factus. Unde merito comparatur à Paulo cymbalo sonanti, & eritinnienti. Præterea similis est talis prædicator tabulæ diuersorij, quæ ante fores pendens inuitat transeuntes ad hospitium opportunum, & vt fugiētē temporis iniurias & itineris incommoda se intra domum recipiant, ibi reficiantur & quiescant, cum illa perpetuò sit foris in aëre, suspēsa estibus, pluuijs, & procellis obnoxia. Sic tales concionatores alios hortantur ad virtutem, ad legem seruandam, & Christi vestigia sectanda, cum ipsi sint virijs inquinati & à Christū & eius vestigijs fugiant.

simile.

Psal.

Corin.

Roman.

Tit.

Hinc David Psalm. 118. prius petebat à Deo inorum probitatem, quam scientiam, dicens. *Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me.* Hinc etiam Paul. I. Corin. 4. dicit. *Non in sermone est regnum Dei, sed in virtute.* Alios blasphemare faciunt verbum Dei, vt ad Roman. 14. dicit Paulus. *qui dicunt se nosse Deum factis autem negant,* et idem Apostolus testatur ad Tit. 1. *Quia dum vitia carpūt, & aliorum perditos mores reprehēdunt, talem viuendi modum derestantur, & anathematizant: Dum autem quæ reprehēdunt faciunt, opere approbant, cō-*

firmant, & laudant, quæ derestati fuerant. Unde vel seiplos indignos & irrisibiles Dei ministros produunt, vel verbum Dei falsitatis arguunt, & blasphemari faciunt. Sancta illa quatuor animalia, quæ Ezechiel. *Ezech.* cap. 1. vidit, quibus prædicatorum diximus significari, pœnas habebāt, & sub pœnis manus hominū. Quid per pœnas, nisi doctrina celestis significatur? quid verò per manus hominis, nisi recta operatio & secundum rationem? Manus ergò hominis sub pœnis habent sancta animalia: quia quæ intelligunt, & ore docent, opere complent. Et non solum lingua loquuntur, sed & manibus, pedibus, oculis, & toto corpore, quæ loquuntur operantur. Ideoque dicitur, quod cum animalia mouebantur, simul secum & rotas eleuabant, & mouebant quocunque ipsa animalia pergebant.

Per rotas quæ in circuitu voluuntur, & dum mouentur, terram omni sui parte continuò tangunt, homines terrenis rebus addictos dicunt significari, de quibus dicitur Psalm. 11. *In circuitu impij ambulat.* Et Ecclesiast. 33. *Cor facti velut rota carri.* Nec solum isti per rotas significantur, sed etiam homines illi, qui licet bonis operibus studere procurent, viam tamen perfectionis non ingrediuntur, sed terrenis rebus incumbere coguntur: quales sunt cōiugati. De quibus ait Paulus. I. Corin. 7. *Si nupsit virgo, non peccauit, & si acceperis uxorem, non peccasti, & alligatus es uxori? nolle querere solutionem.* Hi licet benè viuant, non valent volare sicut & perfecti, qui ab omni impedimento sunt soluti. Vn-

Rota munda nos & peccatores significat.

Psal.

Eccle. 33. Rota etiam significat eos qui perfecti non sunt.

Corin.

dè Paulus ibidem ait. *Qui sine uxore est, sollicitus est quæ domini sunt, quomodo placeat Deo. Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est.* Ideo huiusmodi alsimulantur rotæ, quæ licet terram contingat, non tamen omni sur parte semper illâ tangit, sed modo depimitur, modo eleuatur. Et quando hac parte terram tangit, altera ascendit, & alia cælum respicit. Sic & isti licet terrenis rebus incumbant (quoniam id status sui necessitas districtè postulat. *Qui enim suorum obliuiscitur, dicit Paul. ad Galat. 6. & maxime domesticorû, fidem negauit, & est infidelis deterior,*) non tamen illis cor apponunt, nec se totos illis tradunt & immergunt, sed sursum cor eleuant & ad Deû intentionem mētis suæ referre procurant. Rotæ sunt, quæ non secundum omnem sui partem terram semper tangunt, sed quæ necessaria sunt iuxta sui status exigentiam inquirunt. Propter quod dicitur apud Ezechiel quod in rotis his erat spiritus vitæ. Quoniam Deus in huiusmodi hominibus per gratiam suam inhabitat. Animalia igitur & prædicatores cum mouentur, suo exemplo rotas mouent & secum trahunt, non solum iustos incitando, sed & peccatores mouendo, vt à terrenis eleuentur, & æternorum desiderio accendantur. Fortè hoc insinuare voluit Pater ille familias Luc. 14. cū ministris suis præcipit, vt exeant, & omnes quos inuenerint per plateas & vicus ciuitatis pauperes, debiles, cæcos, & claudos, introducant ad cœnâ eius. Et cū adhuc locus esset, dixit, vt exeant, & quos inuenerint

cōpellant intrare. Cōpulsus hic ad exēpla operû debet referri. Verba enim mouent & excitant: facta autem non solum incitant & trahunt, sed & compellant. Hinc Seneca dicebat, quod *breuissima ad docendum via est per opera & exempla.* Quoniã doctrina prædicatoris maximè eius vita adiuuatur, eius operibus vires sumit, mirabiles causat effectus. & fortissimas peccatorum turres subuertit. Apoccal. 14. dicitur, quod Angelo, qui habebat Euægelium in manu, prodeunte statim cecidit Babylon: vt cōstet, quod quando Euægelium manu tenetur, & opere adimpletur, non est qui eius impetum valeat sustinere & viribus resistere. Hinc etiam personantibus tubis sacerdotibus Iosue 6. muri Hiericho continuo corruerunt. Tuba enim instrumentum est quod ore inflatur, & manu sustentatur, vt discas, quod quando in sacerdote os & manus simul incedunt, diabolicæ munitiones & mundani muri corruunt & dissoluuntur. Ideo Esai. 48. loquens Dominus Prophete dicit. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelerum eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Tubæ cōparat vocem concionatoris, quoniam debet concionator bonis operibus concionem suam sustentare. Sicut tuba dum sonitum emittit, manibus tenetur, ita concio manibus & operibus concionatoris sustentatur. Voces enim & actiones simul iunctæ harmoniam & concentum excellentem efficiunt. Opus est vt & tuba sonet, & manus sint ad eam tenendam eleuata. Hic voluit alijs verbis scriptura significare Iudic.

Exempla ad bonum cōpellunt.

Seneca.

Apoc.

*Iosue.
Tuba quid significet.*

Esai.

Simile.

Gal.

Ezech.

Prædicatores suo exemplo rotas mouent.

Luce.

Judic.
Lampades in
manibus quid
significent.

Luce.

Prædicator
totus vox esse
debet.

Exod.

Matth.

dic. 7. referens eos, quieram cum Gedeone, & aduersus Madianitas pugnaturi. in manibus lampades cū igne & tubas sonantes portasse. Tubę sonantes sunt verba, lāpades in manibus virtutum actiones & exēpla, iuxta id quod Saluator ait Luce. 12. *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.* Verumquē ergō in tuba (vt diximus) ostenditur, & verba & operatio.

Ex quo sequitur quōd Prædicator totus vox esse debet. vt in aliorū mentibus fructum valeat causare. Hoc ostendere voluit Dominus Exod. 28. præcipiens, vt summi sacerdotes cū Pontificalibus vestibus sancta sanctorū ingressuri induerentur; simbrię vestis talatis malogramaris & tintinnabulis essent ornate: quo sanē declaratur, quōd sacerdos Sancta sanctorū ingrediens, & egrediens, & intus existens, tintinnabulis sonitum facere debet, vt populum ad mysteria quę geruntur contemplanda excitet. Tum etiam ostēditur, quōd suis operibus debet populos tāquam quibusdam tintinnabulis sonantibus excitare ad Deū laudandum, colendum, & ad præcepta eius obseruanda. Id etiam declaratur, quōd omnia quę in sacerdote & prædicatore sunt, etiam simbrię & vltima vestium, sonare debent. Nihilquē debet esse in sacerdote, quod Deum non sonet, & alios ad seruiendum Deo non inuitet. Totus vox esse debet, sicut erat Ioannes, qui à Propheta dicitur *Vox clamantis, &c.* Hoc discipulis suis Christus declarauit. Matth. 5. vbi specialiter ad Doctores sermonē suū

dirigit: licet ad omnes fideles extendi possit, dicens. *Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita, nec accendunt lucernā, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videat opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cælis est.* Prædicatores lucernæ esse debent, imō & lux, vt ex isto loco constat. Sicut ergō in luce nihil est quod non luceat, nihil est tenebrarum: ita in Prædicatore nihil esse debet quod non luceat, quod non clamet, nihil quod vox non sit. De Ioanne Baptista dicitur Ioan. 1. quod erat *lucerna lucens & ardens*, lucens quidem per verbum, ardens in se per virtutem & exemplū. Talis debet esse Prædicator. Ideō Ezechie. 1. dicitur, quod *aspectus animalium erat quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum.* Quod exponens Grego. Homil. 5. in Ezechie. inquit, quod quisquis carbonem tangit incenditur: quia qui sancto viro adhæret, ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exēplo operis, accipit vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit: vt iam per verū amorem ardeat, qui prius in iniquitate tantum moreus, quātum frigidus iacebat. Lampades vero lucem suā longius spargūt, & cum in alio sing in alio resplendent. Qui enim spiritu prophete, verbo doctri nę, admiratorū pollet gratia, huius opinio longē late quē vt lampas lucet. Et quique bona eius audierunt, quia per hæc ad amorem celestium surgūt,

Prædicator
lux esse de-
bet.

Ioan.

Ezech.

Grego.

& in eo quod se per bona opera exhibent, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti viri quosdam iuxta se positos quasi tangendo ad amorem patriæ cælestis accendunt, carbones sunt. Quia vero quibusdam longè positos sua doctrina lucent, & operibus coruscant, lampades fiunt. Et constituta differentia inter carbones, qui licet ardeant, loci tenebras non expellunt, & lampades, quæ magno flamarum lumine tenebras fugant: vnde discrimen inter sanctos viros, qui sibi solis in occulto profunt, & illos qui publicè docendo alios illustrant: colligit, concludit. *Qui igitur in occulto benè viuit, sed alieno profectui minime proficit, carbo est. Qui verò in imitatione sanctitatis positus lumen ex se rectitudinis demonstrat lampas est: quia & sibi ardet & alijs lucet.* Sicut de Ioanne Baptista prædiximus ex cap. 5. Ioannis.

XIII. CONSIDERATIO.

Quòd Prædicator nò solum publice docere debet: sed in arguendo constans & fortis esse debet nulli parcens.

Vox clamantis in deserto, &c.

SICUT in literæ expositione diximus genitiuus ille, *clamantis*, dupliciter accipi potest. Vno modo vt referatur ad Christum, & propriè in vi genitiui & substantiui sumatur. Et isto modo sensus horum verborum erit,

quòd Ioannes vox sit clamantis, id est eius qui in deserto clamat, scilicet, Christi. Altero modo sumi potest genitiuus iuxta communè Hebræorum consuetudinem loco adiectiui nominis: vt scilicet idem sonet quòd vox clamans, & ad Ioannem referatur, qui exijt prædicans baptismum poenitentiae in omnem regionem Iordanis. Et quidem si priori modo accipiatur, non paruum causat difficultatem quomodo verba ista, quæ desumpta sunt ex Esaiâ, stare possint cum alijs eiusdem Esaiæ verbis cap. 42. vbi de Christo loquens ait: *Non erit turbulentus, nec clamabit, nec audietur in plateis vox eius.* Hæc enim sibi repugnare inuicem videntur. De quo Dominica in Sexag. in illa verba, *Clamabat*, plura dixisse memini: idè modo difficultatem tetigisse sufficiat.

Si autem secundo modo intelligantur prædicta verba, videtur et à indignum esse Euangelico prædicatore quòd clamet & vociferetur. Aquæ namquæ Siloe, (quæ doctrinam Euangelicam significant) cum silentio currunt, vt habetur Esaiæ 8. Sed si rectè vtraquæ considerentur, videbimus, quòd in hoc forma Euangelicis prædicatoribus prescribitur, regula quæ traditur, quomodo se gerere debeant in Dei verbo proponendo & annunciando. Et vt missum faciamus id quod clamoris nomine significari potest, scilicet, clara, manifesta, & publica Euangelij denuntiatio: quam Dominus discipulis suis iniungit Matthæi. 10. dicēs. *Et quæ in eure audistis, prædicate super tecta.* Nec enim debet Euangelicus concionator confundi

Genitiuus pro adiectiuo poni solet.

Esai.

Esai.

Prædicator publice debet docere & non erubescere Euangelium. Matth.

confundi

fun di & erubescere verbū Dei occultè & per angulos docendo, sed publicè & in aperto proponere. Quod Paulus de se testatus est ad Roman. i. dicens. *Non erubescō Euāgelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Vndè Esai 40. præcipit Dominus Propheta & Prædicatori, vt locum superiorem & omnibus conspicuum teneat, dicens. *Super montem excelsum ascende tu, qui Euāgelizas Syon. Exalta in fortitudine vocem tuam qui Euāgelizas Hierusalem. Exalta nolli timere.* Et cap. 58. præcipit, vt clamet, & quasi tuba exaltet vocem suam: ita vt ad omnium aures possit peruenire. Id quidē isto loco apertè docemur, quod Prædicator verbi Dei licet benignus, misericors, mansuetus, patiens, & mitis debeat esse erga omnes, qualis erat Moyses, & qualē se proponit Christus Matth. 11. inquit: *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde:* tamen in arguendis, increpandis, & repræhendendis vitij, peccatis, & excelsibus populorum, constans, fortis, & durus esse debet. Nec blando sermone & mollibus verbis vitia carpere, sed duris & asperis, clamoribusquē & indignatione, vitiorum sceditatem ostendere tenetur. Præcipuè in his, quæ cōsuetudine, vel authoritate vigerunt.

Blanda prædicatoris reprehensio aliquando plus nocere solet quam proficere. Sunt enim multa vitiorum genera, quæ si blandè à Prædicatore repræhendantur, & modestis moderatisquē verbis proponantur, nunquā ab eis homines desistēt. Eorū quippe blāda repræhensio videtur esse veluti tacita eorum approbatio & permissio, maiusquē damnum causat concionator blandè illa ar-

guens, quàm si omninò intacta reliquisset. Quia dum blandè & moderatè vident homines illa reprehēdi, non ad eò grauiā reputant, vt ab illis maxima cura recedendum credant. Huiusmodi sunt ludus quotidiani, luxus in vestibus, superfluitas in commestationibus. Quæ & alia similia, non magna crimina homines existimant: licet ex illis innumera merabilia incommoda procedant: quoniam vident confessarios non multum in illorum obiurgatione insistere, & Prædicatores, si de eis agunt, leuiter loqui. Vndè si quis ea magna dicat, respondet: non ad eò grauiā esse. Alias grauius obiurgarentur. Quare in huiusmodi communibus vitij carpendis concionatori vociferandum est, & nō solum verbis, sed & manibus & vultu detestanda sunt, adeoque durus debet esse concionator in his reprehendendis, vt cælum manibus præripere, & peccatorem discerpere velle videatur. Et quod de his vitij pro exēplo adducimus, de alijs etiam maioribus, vt quæ in Reipublicæ administratione fiunt, & iustitiæ colore inuoluuntur, (quæ nō magna reputare soleant homines, quia cōmunia & in maioribus tollerari vident, vel saltim non acriter repræhendi,) intelligi debet. Quod ostendere volēs Ezechiel cap. 1. dicit. Quod sancta illa animalia toties repetita, quibus Doctores significari diximus, habebant vultus quasi aspectus carbonū ignis ardentium, & quasi aspectus lapidarum. Nec id solum, sed & quod aspectus eorum erat quasi scintilla arise ardentis. Quæ locum exponens Gregor. Homi. 3. super

Ezechiel.

Grego.

super Ezechielem ait. *Aris metallū valdè sonorum est. Et rectè voces prædicantium ari comparantur, quia in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Bene autem æs ardens dicitur, quia vita prædicantium sonat & ardet. Ardet enim desiderio, sonat verbo. Æs ergo candens est prædicatio accensa, sed de candente ære scintillæ proueniunt, quia de eorum exhortationibus verba flammantia ad aures audientium procedunt. Rectè autem prædicantium verba scintillæ appellata sunt. Quia eos quos in corde tetigerint, incendunt. Candens ergo æs scintillas projicit, quando vix tenuiter prædicator loqui sufficit hoc, vnde ipse fortiter ignescit.*

Concionator
scintillas gra-
uis reprehē-
sionis tanquā
æs mittere de-
bet.

Reg.

Concionator scintillas ex se grauis reprehensionis tanquam ferrū candens, & quæ horrorem audientibus & aspicientibus incutiant, debet emittere, ne si blandè reprehēdat, palpavitia videatur. De Heli. 1. Reg. 2. dicitur: quod cū filij eius multa mala agerent circa Dei ministerium, grauitèq; Deum offenderent, non increpauit eos. Vndè misere interiit, eo quod magis honorauerit filios suos non reprehendendo eos, quam Deum. Vbi maxime considerandum est, quod dicit textus perijisse, quia non reprehenderit filios suos, quod falsum videtur, cum eodem capite legamus, quod audiens Heli ea quæ filij eius faciebant, increpauerit eos, & dixit. *Quare facitis res huiusmodi quas ego audio, res pessimas ab omni populo? Nolite filij mei. Non enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi facia-
eis populum Domini. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus. Si autem in*

Componitur
apparens cō-
trarietas.

*Deum peccauerit vir, quis orabit pro eodè Vides increpationem. Vndè sequitur. Et non audierunt vocem Patris sui. Quia voluit Dominus occidere eos. Quo modo ergò intelligēdum est quod dicitur, quod honorauerit magis filios suos quam Deum, & quod nō increpauerit eos? Certè punitus est Heli & meritò, quia licèt reprehenderit filios: illa tam blanda obiurgatio potius videbatur palpatio, & criminis approbatio. Tam graue enim peccatum durissimè & asperè rimè reprehendendum erat. Vndè Hieronymus lib. 1. aduersus Pelagianos, cap. 8. quem sequitur Nicolaus de Lyra in istū locum, inquit. Heli pro iniquitate filiorum suorum damnatus est. Corripuit quidem eos, sed lenitate Patris, non auctoritate Pontificis. Et quia eos tenebatur corripere, idè non solum pro iniquitate filiorum, sed etiam pro sua fuit punitus. Hieronymi verba sunt. *Heli certè increpauit filios suos dicens: nolite filij mei, nolite: non bonam famam ego audio de vobis. Corripuit & punitus est, quia non corripere debuit, sed abijcere.* Et Rupertus lib. 1. de Trinitate & operibus eius cap. 6. dicit. In peccato filiorum tam grandi pater sacerdotum princeps, qui & ipse iudicabat Israël, iam non paternam pietatem, sed zelo Dei persectus, iudiciariam exercere debuerat seueritatem. Iusserat enim lex, vt in causa iustitiæ nec pater filio parceret. Sic inquit Deur. 21. *Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris ac matris imperium, & coactus obedire contempserit, apprehendent eum & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij,**

Peccatum He-
li quale fue-
rit pro quo
punitus est.

Hieron.
Lyran.

Rupert.

Dut.

dicij, dicentque ad eos: filius noster iste proteruus & contumax est, monita nostra audire contemnit, commensationibus vacat, & luxuria atque conuiuijs. Lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, ut auferatis malum de medio vestri, & uniuersus Israel diens pertimescat. Quanto magis, inquit, homo sacerdos, in huiusmodi semotis affectibus carnis filios suos ignorare, & domesticum malum viriliter amputare debuit? Nam item dixerat Moyses in benedictione Leui. Deute. 33. Qui dixit patri suo & matri sue nescio vos, & fratribus suis ignoro illos, & nescierunt filios suos, hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, & ponent thymama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. At ille nulla seniens magistri disciplina, sola que patris seniles balbutiens blanditias: nolite inquit filij mei, &c. Nec vero ille per etatem ad infantiles redierat ineptias, potius que per negligentiam crimina fouebat, quam non habendo intelligentiam. Dixit enim ibidem sapientibus dignè audiendam, grauem & maturam sententiam. Si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus, &c. Igitur, qui iudicaret rectè & opportunè, ab ipso Domino sua suscepta est causa, taliter que ab illo tam in patrem quam in filios iusta deprompta est sententia.

Blanda vitiorum increpatio potius fouet quam extinguit vitia

Blanda enim vitiorum & mollis repræhensio vitia fouet, & potius augmentat, quam extinguit. Ideo concionator in repræhendendo grauis & fortis esse debet. Quod fecisse videmus prophetas, quoties obiurgandi populum se occasio offerebat. Hieremias cap. 2. videns populi perditos mores, & quod peccata quasi nihilum æstimarent, inducit Dominum increpantem & di-

Hierem.

centem: Obstupescite celi super hoc, & porta eius desolamini vehementer. Dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas. Vides grauißima & asperissima verba? Obstupescite, inquit, quasi dicat. Quis talia audire & ferre æquo animo potest? quis talia tolerare: quin cælum inuocet? terram commoueat? vniuersas creaturas cõuocet? & ipsos peccatores discerpere procuret? Hinc Paulus ad Titum. 1. illum instruens & cretensium conditiones, & vitia aperiens, & qualiter se in eorum repræhensione debeat habere, dicit. *Quam ob causam increpa illos durè, ut sani sint in fide.* Quia acris & mordax debet esse repræhensio, ut profit. Et 2. ad Timotheum. cap. 4. ait. *Predica verbum, in sta, opportunè importunè. Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Vbi gradationem quam facit Paulus attende, magis enim est obsecrare quam arguere, & magis & grauius increpare quam vtrumque. Ille enim arguere dicitur, qui rei fœditatem proponit, & ex illa audiètes conuincere procurat. Ille vero obsecrat, qui doctrinæ preces instantes, & verba, que animum commoueat, adhibet. Ille increpat, qui durè & acriter reprehendit. In quo prædicatoris Christiani munus describitur, qui diuersimodè pro audientium diuersitate, & pro criminum qualitate, segerere debet, interdum blandè, interdum asperè & acriter, verba proponens. Quod Chrysoft. Homil. de nomine Abraham. tom. 1. eleganter aduertit addu-

Tit.

Timot.

Concionator se audientium dispositioni debet accommodare. Chrysoft.

cens

tens locum istum Paul. & dicens. *Argue, increpa, obsecra, neque enim hoc semper solum agere oportet, neque semper illud solum: sed utrumque alternis vicibus, quo maior inde sequatur utilitas. Nam si semper argueremus, impudentiores illi fierent: si semper obsecraremus, ignauius redderentur. Quapropter & medici non solum secant, sed & vulnera obligant: neque semper amara, sed nonnunquam & leuia pharmaca infundunt: ut per priora purificentur sanies & putredo, per posteriora autem mitigetur dolor. Et id circo ad Galat. 6. inquit Paulus: fratres, si pre occupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis corripite illum: considerans remetipsum, ne & tu teneris. Et licet blanda aliquando necessaria sint medicamina, tamen quando morbus serpit & grauis est, acria adhibenda sunt remedia, & grauis reprehensio, quam auferre, solet esse maximum Dei supplicium. Vnde Gregor. Homil. 12. in Ezechiel, predictum locum 1. Regum de peccato Heli tractans, aduertit: Quod multoties propter audientium delicta asperitas reprehensionis in poenam criminum tollitur, inquit. Propter malos vero auditores, & indignam vitam eorum qui docere debuerant, sermo doctrinae subtrahitur, sicut Heli ad corrigendos filios diuinitate increpationis verbum non habuit. Quia & eius negligentia, & filiorum exigebat vita: ut cum eis & populus caderet, & arca Domini capta ad Allophylos transfret. Magna enim omnipotentis Dei est gratia, cum inique operibus durus a doctoribus sermo increpationis profertur. Itaque quando crimina grauia sunt, & mores perdiri, grauis, aspera, dura, &*

acris, debet esse reprehensio; & cum rigore & clamore. Nec considerare debet Prædicator sui muneris grauitatem, & suæ personæ compositionem, sed verbis, motibus, & actibus, veluti gladijs acutis, carpere debet. Apoca. 1. dicit Ioannes quod vidit filium hominis, & quod de ore eius pcedebat gladius utraque parte acutus. Quid per gladium utraque parte acutum, nisi acris, mordax, & dura reprehensio designatur, quæ omnia penetret, scindat, diuidat, & in frustra conscidat. Vnde de Christo dicitur Esai. 11. quod aded grauis futurus erat in reprehendendo, ut Spiritu oris sui, id est, verbis suis interficeret impios. Taliaque debent esse Prædicatoris verba, quod significat isto loco Evangelij clamor, qui Ioanni attribuitur. De quo dicitur Esai. 58. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.

Vbi animaduerte, quod non dicit: Loquere, prædica, sed, Clama, & quasi tuba exalta vocem tuam, ut ostendat, non satis esse concionatori veritatem dicere, sed necesse etiã esse, vocem eleuare ad tantam peccatorum surditatem, & ad tam profundum somnum vincendum. Nec contentus est dicere. Clama, sed addit. Ne cesses, nec desistas; dura enim ceruice sunt, & incircuncissis auribus ad audiendum: quibus nõ satis erit, semel aut iterum clamare, sed instantia opus est, ut Paulus admonuit 2. ad Timot. 4. dicens. Prædica verbum, in sta opportune impartune, argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Non enim qualiscunq;

Apoca.

Gladius utraque parte acutus quid.

Esai.

Esai.

Instantia qua clamare debet prædicator.

Timot.

Simile.

Gala.

Dei supplicium est aspera tollere reprehensione.

Grego.

Grauia crimina graui reprehensione carpenda sunt.

patientia prædicatori sufficit, sed maxima & continua necessaria est, & quod clamare non cesset. Sicut enim qui pinum aut proceram arborem vult secare, etsi nec primo ictu, nec secundo, nec tertio illam præcidat, a sectione nõ desistit, sed iterum atq; iterum percutit: ita & concionator non statim lassari debet, aut a prædicando desistere, sed instanter & continuo loqui. De prædicatoribus Esai. 62. dicit Dominus. *Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die, & tota nocte in perpetuum non tacebunt.* Et statim ipsos prædicatores exhortans inquit. *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne deris silentium ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalem laudem in terra, id est, donec Hierusalem ad eam sanctitatis & virtutis formam perueniat, ut videtes ipsam Deum laudent.* Et ipse Esai. paulo ante dixerat. *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non quiescam, donec egrediatur ut splendor iustus eius, & saluator eius ut lampas accendatur.* Id est, donec Christus in eis nascatur & luceat. Ideo Prophetæ præcipit Dominus ut clamet, & ne cesset. Tum etiam ut quasi tuba exaltet vocem suam. Quod etiam Osæ præceperat cap. 8. dicens. *In gutture tuo sit tuba.* Vera prædicatio tubæ comparatur. Quoniam ut in fine mundi ad sonitum tubæ, ut Paulus dicit. 1. Corint. 15. & Christus Matth. 24. mortui resurrecturi sunt: sic per vocem Prædicatoris, quæ fortis & sonora esse debet, multi spiritualiter mortui ad vitam sunt reuocandi.

Simile.

Esai.

Osæ.

prædicatio tubæ comparatur & quare. Corint. Matth.

Que prædicanda sint.

Sed opus est ut videamus, quæ proponenda & prædicanda præcipiat.

Annuntia populo meo scelera eorum.

Hoc enim concionatoris officium esse declarat, cuius verba debent esse fortia, & quasi stimuli acuti, & ut Sapiens dicit Ecclesiast. 12. *Verba Sapientum quasi stimuli, & quasi clauis in altum defixi.* Talia erant verba Ioannis, qui nullum reuerbatur & etiam reges arguebat ut Matthæi 3. constat. Talia etiam erant verba Stephani Actuum. 7. Ideo Dominus prædicatores suos, discipulos, & præfules, Matth. 5. comparauit non melli dulci & delinienti, sed sili exulceranti & mordenti. *Cicuta*, ut refert Plinius lib. 28. historie c. 13. herba est venenosa, cuius succo Athenienses capite dånatis necem inferebāt: contra quã proprium & promptum anthidotum est vinum: quo hausto Cicute venenum poenitus extinguitur. Quod si parum vini succo Cicute admisceatur, venenum redditur perniciosius ac prorsus in medicabile: eo quod vini calor & vis vias aperiat, & citius ad cor venenum deferat. Non aliter contra venena vitiorum remedium presentaneum est potens & acris prædicatorum repræhensio, qua vitiorum radices extinguuntur & amputantur. Quod si tenuis sit & leuis, potius nocet, & venenum auget, quã extinguat. Quod autem per vinum mordax repræhensio intelligatur, patet ex illo quod Lucæ 10. Saluator refert de Samaritano infundente in vulnera hominis fauciati vinum & oleum. Quibus prædicatoris medicinæ vulneribus adhibendæ designantur.

Ecclesi.

Matth.

Actuum.

Matth.

Plinius.

Vinum remedium contra venenum Cicute.

Lucæ.

XV. CONSIDERATIO.

**Quomodo viæ quibus
Deus ad nos venit, parādæ, &
semitæ quibus nobis commu-
nicatur, dirigendæ sint: vt
maiora beneficia per-
cipiamus.**

Parate viam Domini, &c.

VT in literæ expositione
aduertimus, viæ & semi-
tæ Domini, de quibus isto
loco mentio fit, intelligi & adopta-
ri possunt ad vias & semitas, quibus
ipsemet Deus graditur, & ad nos ve-
nit, sequè nobis communicat: inter-
dum externis, apparētibus, & ma-
nifestis beneficijs, (& ista cōmuni-
catio per vias, quæ omnibus patent
& notæ sunt, significatur:) Inter-
dum occultis misericordijs & do-
nis animæ communicatis, & ista
per semitas, (quæ pauiores notæ
sunt & per viæ) designatur. Itaque
viæ istæ & semitæ itinera sunt, qui-
bus Deus de sede magnitudinis suæ
descendens ad nos venit, & se no-
bis communicat. De quibus Pro-
uerb. 3. loquens Sapiens ait. *Longi-
tudo dierum in dextera eius, & in sini-
stra illius diuitiæ & gloria. Via eius via
pulchra, & omnes semitæ eius pacificæ.
Lignum vitæ est his qui apprehenderint
eam, & qui tenuerint eam beati.*

Quo loco de sapientia increata a-
git, quæ De^o est. Ad cuius facilitore
intellectū sciendum, quod istæ tres
sententiæ sic sunt ordinandæ, vt pri-
mo loco ea legatur quæ media est,
scilicet, *Via eius via pulchra, & omnes*

*semitæ eius pacificæ: prima & tertia
statim ponendæ sunt, quasi prioris
declaratio: & sic litera patet. Viæ
igitur sapientiæ & semitæ referun-
tur in seipsis pulchræ, & pacæ alijs
afferentes. Pulchritudinem viarum
declarat dicens: *Longitudo dierum in
dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ
& gloria.* Et siue per dexteram & si-
nistram vtranq; manum sapientiæ
intelligamus, quasi in manibus suis
omnia bona habeat: siue dextrum
& sinistrum eius latus, quasi illi hæc
omnia bona hinc inde assistant: in
idē sententiā recidit, & est Prosopo-
peia seu personæ fictio. Qua indu-
citur sapientia quasi scemina quæ-
dam nobilis & pulchra hæc præ-
bens & secum afferens. Et longitu-
dinem dierum dexterae tribuit, diui-
tias & gloriam sinistrae: eo quod an-
te omnia ab hominibus vitæ longi-
tudo desideratur, deinde vero diui-
tiæ & honor. Ista autem bona & tē-
poraliter iuxta promissiones vete-
ris legis, & spiritualiter iuxta Euā-
gelicæ legis promissa conferre sa-
piētiam debemus intelligere. Quo-
niam vitam æternam confert, quæ
hic per gratiam incipit, & in futu-
ro per gloriam consumatur. Tam-
etiam & veras diuitias & honorem
tribuit, quo participes facti diuino-
rum, in consortium diuinæ naturæ
transimus. Quare merito viæ eius
pulchræ dicuntur, quia præcepta
sapientiæ & communicatio eius
caret omni errore & vitiorum ma-
cula, & mire hominis mentem illu-
strat & exhilarat. Vndè in Hebræo
pro pulchris legitur: *Et viæ eius iocun-
dæ.* Quia iocunditatem & læti-
tiam secum ferunt. Deinde secundam*

*Via & semi-
tæ quibus se
Deus homini-
bus communi-
cat quæ sint.*

Propter.

dampartem prioris sententiae, scilicet, *Omnes semitae eius pacificae*, exponit aperiens in quo pax ista consistat, & inquit. *Lignum vitae est his, qui apprehenderint eam, & qui tenuerint eum beati.* Miram enim tranquillitatem & pacem mentis afferunt, & quantum ex se est efficiunt, non solum, ut homo in se tranquillitatem sentiat: sed & cum alijs pacem habeat. Et hoc declarat vocans sapientiam lignum vitae. In quo alludit ad lignum illud vitae quod fuit in paradiso: quod ostendat sapientiam diuinam suo aduentu restituere nobis quodammodo paradysum, & felicitatem illam primam, in qua homo conditus fuit, quamque per peccatum primi parentis amisimus omnes. Quoniam ipsa est lignum vitae his, qui apprehenderint eam. Quonia non solum omni voluptate plenam vitam confert, sed & immortalitatem tribuit. Quare qui tenuerint eam verè sunt foelices & beati.

Istae sunt viae sapientiae & semitae illius maximè hominibus exoptandae & appetendae, quae tamen nobis ignotae sunt, nec dum viuimus, illas valemus comprehendere. Quare semper in timore & tremore standum est, ne fortè excidamus. Et sicut dicebat Paulus. 1. Corint. 10. vigilandum est, & qui stat videre debet, ne cadat, & cum timore suam salutem debet operari, ut ad Philipen. 2. ipse testatur. Quoniam sicut via qua ad nos venit ignota est, ita & qua abire & recedere solet: ut Iob cap. 9. affirmat dicens. *Si venerit ad me non videbo eum, si abierit non intelligam.* Hanc viarum Dei profunditatem

& incomprehensibilitatem admiratur spōia Cant. 2. dicens de spōio suo. *Ecce iste venit saliens in montibus, transliens colles. Similis est dilectus meus caprea hinnuloque cernuum.* Quo loco non solum velocitatem, qua ad nos venit Deus, ostenditur: quam etiam geminatione vocis declarauit Habach. cap. 3. inquit. *Veniens veniet, & nō tardabit.* Hoc est velocissimè veniet: sed & occulta viarū Dei & inuestigabilis ratio declaratur, dum dicitur: *Saliens in montibus, transliens colles.* Vndè quare transliat montes & colles, & vix in illis pedem figat, & in vallibus subsidentibus sistant & quiescat, nōlli scrutari, si non vis errare. Deum alloquens David Psalm. 76. & viarum eius profunditatem exponens dicebat. *In mari via tua, & semitae tuae in aquis multis, & vestigia tua non cognoscuntur.* Incomprehensibilia enim sunt vestigia Dei. Nihilominus viae eius pulchrae sunt, & misericordia plenae, & semitae eius pacificae.

Sed dicet aliquis, si viae Domini sunt quibus ad nos venit, & quibus ipse graditur, non tantum pulchrae: sed & rectae esse debent, iuxta illud Psalm. 24. *Vniuersa via Domini misericordia & veritas:* licet nos earum rectitudinem non semper intelligamus. Quomodo igitur nobis praecipitur, ut illas paremus & dirigamus? Quid nobis cum vijs Dei & semitis eius? In hoc aperte docemur, quod licet non simus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, tanquam ex nobis, ut ait Paulus. 2. Corint. 2. *sed sufficientia nostra ex Deo sit: & nemo possit dicere Dominum Iesum,*

viarum Dei mira incomprehensibilitas.

Cant.

Habach.

Psalm.

Via Dei quomodo paranda, & semitae a nobis dirigendae sunt.

Psalm.

Corint.

Semper in timere standi quia semitae Dei incognitae.

Corint.

Philip.

Iob.

sum, nisi in Spiritu sancto, ut habetur.

Corint.

1. Corint. 12. tamen ut ad nos via Dei perueniant, & recta tendant, opus est, ut nos ipsos præparemus, ex parte nostra dispositio requiritur. Quam licet habere non valeamus sine præuenienti & excitanti gratia Dei, nihilominus illa moti, excitati, & adiuti, operibus nostris nos disponimus & præparamus ad gratiam Dei & beneficia eius suscipienda. Quod eleganter sapiens demonstrat Prover. 16. dicens. *Hominis est animam præparare, & Domino gubernare linguam.*

Prouer.

Quem locum licet ad linguæ refrenationem, quæ difficillima est, communiter referant expositores: August. lib. 2. contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 8. de dispositione ad gratiam eleganter exponit dicens. Illud sanè quod scriptum est, *hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ*: aliqui non bene intelligendo falluntur, ut existiment, cor præparare, hoc est, bonum inchoare sine adiutorio gratiæ Dei, ad hominem pertinere. Absit ut sic intelligant filij promissionis, tanquam cum audierint Dominum dicentem Ioan. 15. *Sine me nihil potestis facere*: quasi conuincant eum dicentes: Ecce sine te possumus cor præparare: aut cum audierint à Paulo Apostolo *Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobis metipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est*, tanquam & ipsum conuincant dicentes: Ecce idonei sumus ex nobis metipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim potest bona cogitatione ad bonum cor præpara-

August.

Ioan.

re? Absit ut intelligant, nisi superbi sui arbitrij defensores, & fidei catholice desertores. Ideo quippe, ait August. *scriptum est, hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ: Quia homo præparat cor, non tamen sine adiutorio Dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in responsione autem linguæ, id est, in eo quod præparato cordi lingua diuina respondit, nihil operis habet homo, sed totum est à Domino Deo. Nam sicut dictum est, hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ: ita etiam dictum est Psalm. 80. *Aperi os, & adimplebo illud.* Quamuis enim nisi adiuuante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire, tamen nos aperimus illius adiumento & opere nostro, implet autem illud Dominus sine opere nostro. Id prosequitur late August. Quid est præparare cor & os aperire, nisi voluntatem parare? Et tamen in eisdem literis legitur Psalm. 50. *præparatur voluntas à Domino: et labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* Ecce Dominus admonet, ut præparemus voluntatem in eo quod legimus, *hominis est præparare cor*: & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat Deus: quia præparatur voluntas à Domino. Et aperit os, ita iuuando, ut nemo possit, nisi ipse id faciat adiuuando cui dicitur, *labia mea aperies*: nisi aliqui ita desipiant, ut aliud os, aliud labia esse contendant, & mirabili vanitate hominem dicant os aperire: labia hominis Deum referre. Quos tamen Deus & ab hac absurditate cōpescit, Exod. 4. ubi ad Moysem famulum suum dicit: *Ego aperiam os tuum, & instruam te qua**

Psalm.

Psalm.

Exod.

te qua

te qua debeas loqui. In sententia ergo illa ubi dicitur, *Aperios, & adimplebo illud*, quasi vnum videtur ad hominem pertinere, alterum ad Deum: in hac autem ubi dicitur, *Ego aperiam os tuum, & instruam te*, vtrumque ad Dominum. Quare hoc? Nisi quia in vno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit. Quapropter multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla verò facit homo, quæ non facit Deus, vt faciat homo.

Hanc expositionem prædicti loci prouerbiorum amplectitur sanctus Thomas. 1. 2. quæst. 112. art. 2. Et adducit locum istum in huius rei confirmationem. Et confirmari potest prædicta explicatio. Quoniam eodem capite sapiens ait. *Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus eius*. Et vtriusque sententiæ idem sensus est. Ostendit namq; sapiens, quòd ad hominẽ pertinet cogitare & disponere de rebus, quas agere intendit: (neq; enim sine meditatione & præparatione quidquã aggredi prudẽti licet) etsi id sine Dei adiutorio fieri non possit. Insuper ostendit necessariam esse dispositionem ex parte hominis ad iustitiam. Ne autem putaremus id sine Deo nos posse præstare, addit: *Et Domini est dirigere gressus*, sine quo nec cogitare, nec cogitata perficere valeam. *Ipse enim operatur in nobis & velle & perficere*, dicit Paul. ad Philip. 2. Præterea 1. Reg. 7. Samuel populũ exhortans ad poenitentia, ait. *Præparate corda vestra Deo: præparare autẽ disponere est, & parare viam*. Quomodo autem paranda sit, exponit dicens. *Si in toto cor-*

de vestro reuertimini ad Dominum, auferete Deus alienos de medio vestri. Veritas hæc definita est in Concilio Tridentino Sess. 6. cap. 5. Et ratione probari potest. Quia forma non recipitur nisi in patiente disposito, vt discurrenti per vniuersas res naturales constabit: nec opus est in adducendis exemplis tempus inferre. Vnde cum gratia Dei forma sit supernaturalis, quæ animæ tribuit participationem esse diuini, non potest recipi, nisi in subiecto disposito. Atque ad eò dispositiones necessariae sunt. Vnde etiam colligitur, quod cum forma sit ordinis supernaturalis, opus est, vt dispositiones eiusdẽ ordinis sint. Et ideò requiritur vt ab auxilio Dei & gratia prouenienti nostrum liberum arbitrium proueniant. Quod Apocalyp. 3. Dominus ostendit dicens. *Ego sto ad ostium & pulso. Si quis aperuerit mihi, & audierit vocem meam, introibo ad illum*. Apertio dispositio est, & dicit consensum, & operationem liberi arbitrij cum ipsa gratia præuenienti, excitanti, & adiuuanti. Idem etiam vniuersæ loquutiones scripturarum declarant, quibus præcipimur conuerti ad Dominum, & illi aperite. Vt enim Concilium Tridentinum declarat, *nostræ libertatis admonemur*. Hinc constat quare Euãgelista dicat, vt vias Domini parare, & semitas eius rectas facere curemus: vt scilicet nostræ libertatis admoneamur, & quòd qui fecit nos sine nostra voluntate & consensu, non saluabit nos sine nostri arbitrij consensu, & sine nostra operatione.

Trident.

Apoca.

Nulla in homine facit Deus bona sine homine, nulla vero homo sine Deo.

S. Thom.

Regum.

Dispositio necessaria est ex parte hominis.

XVI. CONSIDERATIO.

Quòd viæ legis Dei faciles, suaves, & sine molestia sint, & semitæ decoræ: & quantum differant à vijs mundi: & quomodo vias parare, & semitas dirigere debeamus.

Parate viam Domini, &c.

RER vias Domini diximus in litera eas etiam intelligi quibus nos gradimur & ad Deum peruenire conamur. Variequè exposuimus quid per vias, quid verò per semitas isto loco intelligatur. Communior Doctorum explicatio est, vt per vias præcepta Dei & mandata eius, quæ omnibus proposita sunt, & ad salutem consequendâ necessaria, intelligantur. Quibus ad regnum cælorum & vitam æternâ, qui pergere desiderat, gradi tenetur iuxta illud Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Extra hanc qui ambulat ad interitum & sempiternam mortem properat. *An nescitis dicit Paul. 1. Corint. 6. quia iniqui regnum Dei non possidebunt. Nolite errare. Nec fornicarij, nec idôlis seruietes, nec adulteri, nec molles, nec masculorum concubitores, nec fures, nec auari, nec ebriosi, nec maledici, nec rapaces regnum Dei possidebunt.* Hæc est regia via, patens & trita, qua omnes procedere possunt, & tenentur. Quæ licet arcta dicetur à Christo Matth. 7. (quia talis apparet hominibus, qui secundum carnem viuunt, ideoquè pauci ingrediuntur

per eam) tamen in se spaciofa est, facilis & suavis iuxta illud Christi Matth. 11. vbi de lege sua loquens ait. *Iugum meum suauè est, & onus meum leue.* Ideò & qui per illam gradiuntur nò arctantur, nec molestiâ patiuntur, vt Prouerb. 4. Sapiens testatur dicens. *Sudi filii mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas equitatis. Quas cum ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, currès non habebis offendiculum.* Contrarium in mundi vijs & itineribus contingit, quæ & si amplissima & latissima, planissimaquè videantur, nihilominus (quoniam cõfusè, & sine ordine, promiscuequè multi gradiuntur per illa) impingunt, arctantur, constringuntur, & multas molestias patiuntur. Et quoniam omnes simul ad idem tendunt, diuersi idem sine ordine appetunt, atque apprehendere procurant, se nimium constringunt, & sibi mutuo molestias inferunt: atquè adeò lassati, & fatigati in via ipsa deficiunt, & corruunt. Quod mundani ipsi veritate compulsi cõfitentur Sap. 5. dicentes. *Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles: viam autè Domini ignorauimus.*

Vtriusquè viæ Dei, scilicet, & mundi diuersitatem egregie declarat Sapiens Prouerb. 4. inueniens. *Iustorum semita quasi lux splens pro cedit, & crescit vsque ad perfectum diem. Via impiorum tenebrosa: nesciunt vbi corruunt.* Vtrunquè explicatione indiget: quoniam humano ingenio contrario modo apparere cõspicitur. Via etenim mundi, via

Via Dei facilis & suavis, licet arcta videatur.

Matth.

Prouerb.

Via mundi laboriosa, licet patetis appareat.

Sapient.

Diuersitas viæ Dei & mundi declarat.

Prouerb.

Matth.
Via regia
mandata Dei.

Corin.

Matth.

, volupta.

voluptatum, honorum, diuitiarum (quam impij ingrediuntur) splendida, lucidaque apparet, & nihil mali, aut molesti in ea cōspicitur. Via autem Dei, via poenitentiae, mortificationis, paupertatis & patientiae, (quae iustis carpenda proponitur,) obscura, tenebrosa, miseris & molestis plena videtur. Sed omnino contrarium in omnibus contingit.

Simile.

*Mundaniū
viarum qua-
litas.*

Et quidem vt ab impiorum via incipiamus, sicut qui per agros niue coopertos aliquādiu ambulauerūt, quorum via pulchra, speciosa, & candens apparet, cum hospitium ingradiuntur nihil omnino vident oculis diurno & nimio splendore niuis perstrictis. Vnde maximè periculofum est illis in aliquem difficilem transitum incidere: quoniā nihil videntes certissimè corruent. Eodem modo qui per prospera mūdi huius (quae niuis instar speciosa videntur, sed falsa tantum specie oculos perstringunt) ambulauerūt, quando mortis tempore in alterius vitae diuersorium veniunt, incredibiliter mirantur, & repentina illa mutatione nihil vident, & in voraginem tormentorum miserè decidunt, nec valent difficillimos transitus a dæmonibus obsessos superare. Quare merito impiorum via tenebrosa dicitur: Quia tenebras & caliginem animo effundit. Vnde impij nesciunt vbi corruant. Eo enim loco & tempore, quo sibi maiorem securitatem, pacem, & prosperitatem promittunt, impingere solent, cadere, & perire. Sicut videmus in illo diuite, quem Lucæ. 12. Dominus proponit, qui magna rerum omnium abundantia elatus di-

Lucæ.

cebat animæ suæ, vt quiesceret, comederet, biberet, epularetur, quoniam habebat multa bona reposita in annos multos, nec videbat, aut sciebat imminentiā pericula, quæ illum manebant, & prope erant: statim enim iniegit, & vocē audiuit: *Stulte hac nocte animam tuā reperunt à te, quæ autem paraasti cuius erunt? Vbi pondera quod vertitur verbo presentis reperunt: vt ostendat non solum damnum & periculum prope esse, sed & præsens in conspectu illius: quod tamen miser diues lumine prosperitatis excæcatus nō videbat. Et ita vbi nesciuit, & minus putauit, corruit. Quare optimè de vijs istis dicit Sapiens Prou. 14. Prouer. Est via, quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem. E* via Dei qua-
litas. *si lux splendet. Quoniam vt dicebamus sapientiæ viæ pulchræ sunt, & semitæ illius pacificæ, id est, non solum pulchritudinem & pacem habent, sed & faciles sunt. Vnde Dauid de illis loquens Psalm. 118. dicebat: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs. Sed certè huiusmodi delectatio & facilitas non est intelligenda quoad carnem & veterem hominem, cui asperæ, difficiles, & molestæ sunt viæ Dei: sed ad spiritum & nouum hominē, (qui secundum Deū creatus est, & dilatarus per charitatem Dei diffusam in corde illius per Spiritum sanctum qui datus est illi) referenda est. De quo Esai. cap. 40. dicit. Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assumant pennas sicut Aquilæ: current & non laborabunt: ambulabunt & non deficient.*

Psalm.

Esai.

Ac si dicat. Licet variaz diuersaque molestiaz & difficultates iustis occurrant, & in via Dei se offerant: omnes facili negotio vincant & superabunt. *Mutabunt enim fortitudinem, id est, quotidie novas vires acquirunt, & instar aquilae innouatis pennis renouabuntur, nec offendicula eis esse poterunt impedimento quum currant, idque sine molestia & labore, & sine defatigatione.* *Non laborabunt, inquit, ambulabunt, & non deficient.* Quod ad Roma. 8. confirmavit Paulus enumeratis multis & maximis difficultatibus, quae in via Dei & praedicationis ministratione se offerebant, dicens. *In his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos.* Et 2. Corint. 4. id amplius declarat inquiens: *In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aperiimur, sed non destituimur: humiliamur, sed non confundimur: persecutionem patimur, sed non derelinquimur: deridemur, sed non perimus.* Ecce qualiter qui sperant in Domino fortitudinem mutant, & ex ipsis periculis fortiores & meliores euadunt, nec laborant curretes, aut deficiunt ambulantes. Sed sicut Dei ministri, ut dicit idem Paulus. 2. Cor. 6. *in omnibus se exhibent in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs.* Et licet ista graua & molesta videantur, vias iustorum asperas & difficiles non faciunt: sed illis pacifice & pulchre, maxime interiori homini, redduntur. Vnde commutationem malorum in bona, & dilatationem interioris hominis in illis declarat Paulus statim subdens: *Per arma in-*

stitia virtutis Dei a dextris & a sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: ut seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti, ut castigati & non mortificati, quasi tristes semper autem gaudentes, sicut egentes & multos locupletantes: tanquam nihil habentes & omnia possidentes: tanquam morientes & ecce viuimus. Ecce iustorum viae foris asperae & obscurae videntur, intus autem in eis ambulantes pulchrae, faciles, & pacificae sunt & omni suauitate repletae. Vnde Prouerb. 28. Sapiens dicit de iustorum & peccatorum vijs. *Qui ambulat simpliciter, id est, recte, saluus erit, & qui peruersis graditur vijs, id est, mundi itineribus, corruet.* Hoc superest circa praedictum locum Prouerb. 4. annotandum, quod viam iustorum semitam vocat propter arctitudinem, quam praefert, ut diximus: impiorum vero iter absolute viam vocat propter amplitudinem, quam ostentat. Licet in vtrisque omnino contrarium in re ipsa & veritate sit.

Itaque nomine viarum in hoc Euangelij loco praepcepta intelliguntur: semitae vero dicuntur consilia. Quoniam istis pauci & qui perfectionem desiderant, solum ingrediuntur, & arctiora & difficiliora sunt quam praepcepta. Sicut semita arctior & asperior esse solet quam via regia. Ideo Hispanae dicere solemus. *No ay arajo sin trabajo.* Relinquere namque diuitias, honores, voluptates, & bona, difficile valde est: per paupertatem, per sequeutiones, afflictiones, & miserias gradi, nimium asperum. Ideo multi qui per viam laeti incedunt, per semitas ambulare non valent.

Roman.

Corint.

Corint.

Dilatatur homo interior in vijs Dei.

Prouerb.

Semitae consilia dicuntur

valent. Quod videmus in iuvene il-
 lo Matth. 19. qui legis præcepta à
 iuuentute sua obseruauerat, qui cū
 Dominum interrogasset, & de per-
 fectione audisset dicētem: *Si vis per-
 fectus esse, vade, & vende omnia quæ ha-
 bes, & da pauperibus, & sequere me:* cō-
 tristatus est & recessit. Vndè Iesus
 dixit, quia diues difficilè intrabit
 in regnum celorum, faciliusque est
 camelum perforamen acus transire
 quam diuitem intrare in regnū cæ-
 lorum. Audientesquè ista discipuli
 mirabātur valdè, difficultatem sen-
 tiētes, & dicētes: *Quis ergo poterit sal-
 uus esse?* Vndè semitas liberas Do-
 minus dereliquit, & voluntati ho-
 minum commisit, nec ad illarum
 obseruationem sub necessitate, &
 præcepto obligauit. Quia non om-
 nibus conceditur, nec omnes valēt
 semitas carpere. Idèò adolescenti
 huic nō dixit absolutè, vade, & vē-
 de omnia quæ habes, &c. sed *si vis
 perfectus esse, vade, &c.* Vt ostēderet
 non esse præceptum, quod obliga-
 tionem induceret, sed liberum con-
 siliū. Et eodem cap. de Virginitate
 inducēs sermonem occasione vin-
 culi & obligationis matrimonij, di-
 centibus discipulis: *Si ita est causa ho-
 minis cum vxore, non expedit nubere:*
 Respondit: *nō omnes capiunt verbum
 istud, sed quibus datum est. Sunt enim
 eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: &
 sunt eunuchi, qui se ipsos castrauerunt
 propter regnum celorum. Qui potest ca-
 pere capiat.* Et Paulus. 1. Corint. 7.
 ait. *De virginibus præceptū Domini non
 habeo, consiliū autem do tanquam mi-
 sericordiam consequutus à Domino.*

Hoc supposito notanda est Scri-
 pturę proprietates singularis. De vijs

enim loquens non dicit: *Rectas faci-
 te vias, sed parate viam:* de semitis au-
 tem verba faciens non ait, *parate se-
 mitas: sed rectas facite semitas.* Ille
 namquè parat viam, qui impedimē-
 ta & offendicula tollit: ille dirigit
 semitam, qui quod deuium & tor-
 tuosum erat ad rectitudinem redi-
 gere curat. Et quoniam via secun-
 dum sui rationem & proprietatem
 non tam rectitudinem & breuita-
 tem, quàm commoditatem itinerā-
 tium respicit: ideo fere semper va-
 rijs flexibus constat, modo ad dex-
 teram declinat, vt aspera seu pro-
 funda loca deuiter, modo ad sini-
 stram inflectitur, vt montosa & dif-
 ficilia saluet. In via nō breuitas, sed
 commoditas inspicienda est. Qua
 propter non curatur de rectitudine
 viæ, sed de eius præparatione, fili-
 cet, quod lapides & impedimenta
 ab illa tollātur. At semita, cum bre-
 uior esse debeat, non tam commo-
 ditatem itinerantium respicit, quā
 rectitudinem & breuitatem. Idèò
 semita nec deuia declinat, nec aspe-
 ra, profunda, aut montosa vitat: sed
 solū id attendit, vt breuior sit. Qua
 propter semita non paratur, sed re-
 cta fit. Et vt dicebamus semitæ no-
 men asperitatem & difficultatem
 videtur importare. Quæ dicimus
 experientia testatur in itineribus &
 semitis materialibus, & cuiquè fa-
 cilè erit exempla proponere. Hoc
 etiā in spiritualibus videmus. Viæ
 Dei, præcepta eius, diuersi hominū
 status, qui in Republica Christiana
 sunt, in quibus hominibus degere li-
 citū est (vt status coniugariorū, nego-
 tiantium, & aliorū officiorū, quibus
 homines vitā licitè sustentare pos-
 sunt,

Quid sit pa-
 rare viam &
 quid rectā fa-
 cere semitā?

Via commo-
 ditatem respi-
 cit semita bre-
 uitatem.

Matth.

Semite non
 cadunt sub
 præcepto: &
 consilia libe-
 ra sunt.

Matth.

Corint.

sunt, & à Christo non damnantur) non tam rectitudinem, quam commoditatem hominum & naturę necessitatem respiciunt: varios flexus habent, quibus homines gradiuntur, nec idèò viam deserunt, modo ad hanc, modo ad illam partem declinare coguntur, nec idèò extra viam ambulant, dummodo rectę rationis metas non transgrediantur. Exemplum sit. Qui coniugatus est necessario diuisus est, domus suę curam habere debet, familiam suam alere, substantiam & bona filijs procurare tenetur, nec idèò à via recedere credendus est, si à ratione non deficit: flexus facit, tamè in via manet. Nec enim ista mala aut vitiosa sunt, sed necessaria, & quę omittere peccatum esset. Similiter, Dux aut nobilis vir Reipublicę gubernationi incumbens de honore curat, splendide viuit, sumptus facit, nec idèò malus iudicandus est, dummodo intra rationis rectę terminos, & sui status exigentiam cõtineatur. Via enim hæc est, quę commoditatem respicit, & rectitudinem non requirit. Quare paranda est ita, vt superflua rescindantur, inutilia & vana amputentur, nec quicquam fiat, quod legi Dei contradicat. At in semitis consiliorũ & perfectionis asperitas, labor, & difficultas deesse nõ potest. Quoniam in illis sola rectitudo quærenda est. Si enim vel ad dexteram, vel ad sinistram declinaueris, semitæ rectitudinem amissisti. Quod in quinque illis facuis virginibus Matt. 25. videmus, quę quia oleũ in vasis suis non habuerũt, licet in lampadibus haberent, quę nunquam extinctæ

perhibentur (quo ostèditur eas nullum præceptorum fregisse, sed in via perfectionis ad quã voluntarie se obligarunt defecisse) periere. Quia in semita rectitudinem non tenere peccatum est.

Secundò id etiam in istis verbis considerandum venit, quòd præcipimur parare vias, non facere vias. Quoniam præcepta & mandata iã facta & cõstituta sunt, & lex à Deo posita est, quã obseruare tenemur. Nos illã facere nequaquam possumus, sed parare, dum ea quę obseruationi legis in nobis obssiunt, tollimus; dum prauis desiderijs resistimus: cõcupiscentias frenamus: appetitus inordinatos motus compescimus: occasiones peccatorum rescindimus. At semitas ipsi facimus, quia nostra voluntate nobis assumimus, & in nostra potestate est illas ingredi, & in illis ambulare. Quas cum ingressi fuerimus, rectas facere tenemur. Nec enim præcepti necessitate cogor propria relinquere, quę habeo vendere & dare pauperibus, mea voluntate ad hoc me obligo religionem profitens, & mihi semitam ipse facio: quam rectã facere teneor. Quod Petrus, Act. 5. satis apertè declarauit in Anania & Saphira vxore eius, qui idèò perierunt: quia de pretio agri (quod suũ erat, & conuersi ad fidem Christi venderant) defraudarunt. Sic enim inquit. *Anania cur tentauit sathanas cor tuum, mentiri te spiritui sancto: & fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? non est mentitus hominibus, sed Deo. Ac si dicat Petrus: tuũ*

Via non est pro arbitrio cuiusque faciendã sed paranda.

Semitas fieri debemus.

Acto.

Pro religio- sis.

erat

erat agrum, nec aliquis te ad illum vendendum cogebat, tibi integrum poterat reservare: at postquam tua voluntate & nemine cogente ad id te obligasti, & vendere voluisti sicut & alij fratres faciebant, ut in cōmune redactum Christi fieret, & tu perfectionis viam cum cæteris ingredereris, verum dicere tenebaris, nec tibi licebat mētiri Spiritui sancto, & defraudare de precio agri. Ecce qualiter Ananias sibi semitā fecit, & rectam facere noluit: ideoquē perijt cū vxore sua. Similiter, qui viam perfectionis ingressus secularibus iterum se negotijs implicat, semitam inflectit, & tortuosam facit. Nullus enim Deo militans dicit Paul. 2. ad Timot. 1. *implicat se secularibus negotijs.* Vxor Loth Genes. 19. in statuam salis versa est, quia retro aspicere voluit. Quoniā *Nemo mittens manum ad aratrum & aspiciens retro aptus est regno Dei*, ut Christus testatur, Lucæ. 9.

Timos.

Genes.

Lucæ.

XVII. CONSIDERATIO.

Qualiter vita nostra moderanda componendaquē sit, ut recta dicatur: & ut ea quæ offendicula esse possunt tollere tene-
mur.

Parate viam Domini, &c.

MVLTI existimant idem omninò per vias & semitas isto loco significari: posterioremquē sententiam prioris esse explicationem. Quia enim

dixerat: *Parate viam Domini*, statim exponit quomodo via ista paranda sit dicens: *Rectas facite semitas eius.* Totius vitæ nostræ reformationē verba ista significant: ut scilicet ita vitam nostram componamus moderemurquē, ut ea quæ impedimento esse possunt tollamus. Quod per Oseam cap. 2. Dominus admonuit Israëlem ad poenitentiam vocans, & nos in eo admonens, & dicens. *Auferat fornicationes suas: a facie sua, & aduleeria sua de medio vberum suorum, ne furte statuam eam secundum diem natiuitatis sue, & expoltem eam nudam.* Nomine fornicationum & adulteriorum vniuersa crimina cōprehendit, quæ amouenda dicit de medio vberum, id est, radicitus euellenda. Per vbera enim amor significatur & complacentia, in qua mundana & praua desideria radices mittere solent. Hæc ergo radicitus auferat, & a se poenitus amoueat, hoc est, parare viam. Sicut in corporalibus videmus, qui viam aliquam venienti parat, impedimenta amouet, radices malas, quæ iter difficile faciunt, non solum secant, sed extrahere curat: lapides tollit, & omnia quæ impedire possunt remouet. Non aliter qui Deo placere desiderat, omnia quæ contra Dei legē sunt, & quæ impedire possunt, ne per viā salutis libere gradiatur anima, tollere debet, & radicitus euellere. Quod magis exponit sequentibus verbis dicens Euangelista: *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua indirecta, & aspera in vias planas.*

Osee.
Peccatorum
ablato est
parare viā.

Simile.

Quem locum exponens Caiet. dicit: quatuor difformitates viarū

Caiet.

*Viarum qua-
tuor deformi-
tates corrigi
de sunt.*

per quas corporaliter gradimur, corrigēdas dicit ppheta ad hoc, vt via sit omnino suauis. Difformitas enim viarum est vel propter montes seu colles, quos oportet ascendere. Et hanc difformitatem corrigit dicendo: *omnis mons & collis humiliabitur.* Vel propter valles, in quas oportet descendere. Et hanc corrigit dicendo, *Omnis vallis implebitur.* Montibus enim & collibus depresso, & vallibus impletis reducit via ad æqualitatem. Vel propter obliquitatem viarum. Et hanc difformitatem corrigit dicendo: *Et erūt praua in directa,* pro, & erūt obliqua in directam viam. Vel propter asperitatem viæ, & hanc corrigit dicendo: *& aspera in vias planas,* seu lene. Directe enim lene opponitur aspero: sicut rectum obliquo. Significatur autē per huiusmodi metaphoras tollenda omnis difformitas morum: tollenda pusillanimitas, superbia, iniusticia, & asperitas morum. Prophetantur quē hęc tūc fore cum Messias venerit: vt ex his materialibus dispositionibus viæ, intelligamus necessarias nobis dispositiones ad recipiendum messiā. Quæcumquē enim harum cōditionum defuerit, non erit in nobis parata via, vt Messias veniat ad nos. Et merito: quia gratia præsupponit naturam, & bonitas meritoria præsupponit bonitatem moralem. Paranda ergō est via, & recta facienda semita, vt Dominus ad nos veniat: impedimenta omnia tollenda sunt, vt Dominus ad nos veniat, & nos similiter ad illū valeamus peruenire. Superbus, qui quasi mons excelsus se supra omnes attollere

curabat omnes paruificiens & despiciens, viam paret per humilitatem se deiciendo, deprimendo, & complanando, de se superbē nō sentiat, nec ambulet in magnis, sed se alijs æqualem faciat, & isto modo mons & collis humiliabitur, & parabitur via. Talis factus fuerat Dauid cum Psalm. 130. dicebat. *Domine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei. Nequē ambulauit in magnis, nequē in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.* Afflictus, qui laboribus & calamitatibus pressus tanquam vallis est profunda, viam paret, & vallem impleat spem erigēs, & de Dei misericordia confidens, dicat quē cum Iob cap. 13. *Et si me occiderit, in eo sperabo.* Luxuriosus, qui deliciarum suarum voluptate detentus, qui in via tanquam in salebra hæret, & in limo sordium infixus detinetur, paret viam carnem macerando, ieiunijs & abstinentia desiccando: & cum Dauid Psal. 68. clamat ad Deum. *Eripe me de luto, vt non infigar.* Auari, qui diuitiarū sentibus præpediti non solum propria non largiuntur, sed aliena retinent, & diuitiarum amore detinētur, parent viam: attendant viam spinis esse repletam, euellere procurent, vel igne comburere pauperibus elargiendo: sicut fecit Zachæus Lucæ. 19. qui dimidium bonorum suorū dedit pauperibus, & si quem in aliquo defraudauit, reddidit quadruplum. Vitiosi & dissoluti, qui suo malo exemplo alios scandalizant, & ad vitia trahunt, parent viam. lapides, & cordis duritiam, & occasionum saxa eruant, & vitam com-

Psalm.

Iob.

Psalm.

Lucæ.

mutent quod bonum est sectando. Planū faciant iter, vt consulit Esai. cap. 64. dicens. *Planum facite iter, & eligite lapides.* Præsumptuosi, qui pericula imminencia non timent, & de se multum præsumentes à Deo recedunt, parent viam: considerent pericula, & timentes mala redeāt, & cum David Psal. 93. dicant. *Nisi Dominus adiunisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Timidi, qui ob suorum scelerum magnitudinem, & rigorem diuinæ iustitiæ in desperationem aguntur, parent viam, ad se redeant, & confiderēt misericordias Domini, & quod nō venerit iustos querere, sed peccatores saluos facere; recordetur verborū Pau. I. Tim. 4. *Fidelis sermo & omni acceptione dignus. Quoniā Dominus Iesus venit peccatores saluos facere.* Ignorantes, qui ea ad quæ tenentur non cognoscunt, & per tenebrosa gradiuntur, parent viam orationi insistentes, & à Deo petentes cum David Psalmo. 12. *Illumina oculos meos,* verba Dei audiant, & magistros consulant, vt viam parent. Iuuenes, qui naturæ robore & iuuentutis vigore sibi largam vitam promittentes Dei obliuiscuntur, & mūdum sectantur, parent viam memores nouissimorū, & quod dies Domini veniet sicut fur qua hora non putant: meminerint incertitudinis vitæ, & per semitā virtutis tanquā per viam cōpendij, sicut fecit Achimas. 2. Reg. 1. ad optatam vitæ longitudinem & perpetuitatem peruenire studeant. Peccatores deniquē vniuersi, qui per vitiorum itinera currunt, parent vias Dei iudicia & inferni tormenta considerantes: bo-

nas studeāt facere vias suas, redeāt ad mentem, & cum Israēl dicant Nume. 20. *Via publica gradiemur, nec declinabimus ad dexteram nec ad sinistram.* Ecce qualiter parandæ sint viæ, & semitæ ad rectitudinem redigendæ. Quoniam non solum viam parare sufficit, & impedimenta tollere, nisi etiam & recta semita fiat: vitaquē ad rectitudinem secundū Dei legem & præcepta reformata reducatur. Quod vt melius intelligatur sciendum est, quod aliquid rectum facimus, cum ita constituimus, vt medium non exeat ab extremis. Vndè si versus vnā partē inflexum, & curuum, prominensq; videmus, in contrarium flectere & conuertere conamur, vt ad mediū redactum rectum maneat. Si secundum vnā partem exuperat, illud rescindimus, & si in altera deficit, aliquid apponendum curamus: vt sic æqualia sint extrema cū medio, & rectum fiat. Ita & in nostra vita componenda & reformanda procedendum est, & quod à medio (in quo virtus consistit) exit, ad rectitudinē reducendum est. Si versus vnum extremum vita inflexa est, vel per abū dantiam & nimietatem ad superbiam, vel per defectum & parcitatem ad miseriam, ad medium reducenda est tollendo quod superfluum erat, vel addendo quod deficiebat. Qui prodigus est, reprimensus est; qui auarus incitandus. Ille vt suis provideat: *Qui enim suorum obliuiscitur, vt dicit Paulus I. ad Timo. 5. & maxime domesticorum, fidem negauit, & est infideli deterior.* Ille vt pauperibus distribuat. *Qui enim viderit, dicit Ioannes. 1. Can. cap. 3. Fratrem suū*

Nume.

Non sufficit impedimenta tollere nisi & vita ad Dei legem reformetur.

Timo.

Ioann.

necessi-

Esai.

Psalm.

Timo.

Psalm.

Reg.

necessitatem habere, & clausit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in illo? Sic recta fiet vita. Qui per alienorum subtractionem iniustam abundabat, & multa congesserat bona, cum Zachæo Lucæ. 19. restituat, qui dicebat. *Si quid alicquem defraudavi, reddo quadruplum: & isto modo salus domui illius fiet.* Qui ad illicitas voluptates defluebat, per penitentiam se contineat, & castiget corpus suum per mortificationem iuxta illud Pauli ad Coloss. 3. *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram.* Qui illicita loquebatur, linguam frenet, ita recta fiet via, & medium non exibat ab extremis. Recta via erit, si ut dicit Petrus. 1. *Can. cap. 3. declinemus a malo & faciamus bonum; inquiramus pacem, & sequamur eam.*

Lucæ.

Coloss.

Petr.

Etiã in bonis opus est rectas facere vias & nequid nimis.

Misericordia & iustitia sorores sunt. Psalm.

Nec solum in his quæ mala & vitiosa sunt ad rectitudinem redigenda est via; sed etiam in iis quæ bona videntur, in virtutis semita sequenda, rectitudo procuranda est, ne vel per excessum; vel per defectum excidamus a recto tramite: qui proprius virtutis est. Multi namque dum nimium misericordes esse cupiunt, iustitiæ (quam exercere tenebatur) rectitudinem amittunt. Alij, dum nimium iustitiæ zelo ardent, crudeles fiunt, & miserorum, quibus favere debebant, non compatiuntur. Nam vera iustitia misericordiam admittit: & vera misericordia iustitiam amplectitur: sorores, enim sunt, & ut ait David Psalmo. 84. *Misericordia & veritas obviaverunt sibi: iustitia & pax osculatae sunt.* Similiter in alijs virtutibus ratiocinandum est. Hinc Sapiens Ecclesi. 7.

dicit. *Noli esse iustus multum, neque plus sapias quam necesse est.* Quæ verba magnam habent difficultatem. Quam sentiens Augustinus lib. Quæstio. veteris testamenti, quæst. 15. ait. *Cum iustum lex prædicit, illeque verè iustus sit qui plenam habet iustitiam: quomodo sapiens ait: noli esse iustus multum? Eadem sentit Hieronymus, sentiunt & omnes qui in locum istum incidunt.* Ideò dupliciter exponi solet locus iste. Primo, ut loquatur de iustitia, pro ut particularis est virtus, quæ reddit unicuique quod suum est distribuendo, vel commutando, præmia tribuendo, vel delicta puniendo. Hæc si nimia est, iniustitia fit, iuxta commune proverbiū: *Summum ius summa iniuria.* Sic exponit August. loco allegato dicens: *Nimia iustitia incurrit peccatum: temperata vero iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multum est iustus: quia peccantibus ad singula si responderas, non deerit ubi pecces: denique Dei temperata iustitia est. Peccantibus enim aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando reddit non quantum digni sunt: suffert enim eos, ut sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non potest, a nobis mitiganda est, ut possit prædesse subse agentibus. Hic ergo iustus non est multum, qui Dei imitator est.* Secundo exponi solet de iustitia ut communis est virtus, & hominem iustum facit. In qua servandum modum & tenendum medium præcipit sapiens. Nam quicquid extra medium & modum est a malo est, & virtutis terminos transgreditur. Sic interpretatur August. tractat. 95. super Ioan. dicens. *Hic primo videndum est, si recte quisque arguitur de peccato, utrum recte*

Ecclesi.

August.

Hieron.

August.

August.

recte

recte arguatur de iustitia. Nunquid si arguendus est peccator propterea, quia peccator est, arguendum putabit quisquam? & iustum, propterea quia iustus est? Absit. Nam & si aliquando iustus arguitur, ideo recte arguitur, quia scriptum est: non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Quo circa etiam cum iustus arguitur, de peccato arguitur, non de iustitia. Quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum, noli effici iustus multum, non est notata iustitia sapientis, sed superbia presumentis: qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit iniustus. Multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum, aut qui se putat non gratia Dei, sed sua voluntate sufficiente effici iustum, nec recte viuendo iustus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Et Hieronymus eodem modo interpretatur in caput trigessimum Esaiæ: exponens enim verba illa: *Hæc via, ambulare in ea, dicens. Hæc via recta est, ambulare in ea, & neque ad dexteram, neque ad sinistram secundum illud quod legitur Num. 20. Nec ad dexteram nec ad sinistram declinabimus: via regia gradiemur.* In utraque enim parte quicquid supra modum est, in vitio est. Et de dexteris paribus dicitur: *ne sis iustus multum.* De sinistris autem, quod in hedorum & in pereuntium parte ponatur nulla dubitatio est. Et quod hic sit literalis sensus huius loci persuadetur ex eo, quod immediate præcedit & subsequitur in tuctu. Dixerat enim sapiens: *Iustus perijt in iustitia sua: & impius multo viuit tempore in malitia sua.* Et statim ad utranque partem respondet. Ad priorem quidem, sicut iustus perijt in iustitia sua, dicens: *Noli esse iustus multum: ad posteriorē*

autem, sicut & impius multo viuit tempore, inquit: *nec obstupescas, nec impie agas multum.* Ecce aperte ostenditur quod duabus istis lectionibus nec virtutem damnat, nec vitium commendat: sed extremam in utroque cōdēat. Igitur ex his sequitur quod paramus viam Domini, dum rectas facere semitas nostras curamus. Has autem rectas facimus, cum vitam nostram reformare, & componere secundum Dei legem intendimus, cum a malo recedimus, & bonum facimus.

XVIII. CONSIDERATIO.

De pœnitentia agit & qualis esse debeat, ut recta sit, & semita dicatur: & quod secunda tabula sit post naufragium.

Parate viam Domini, &c.

PER viam innocentiam, per semitas pœnitentiam intelligit Gregor. 16. Moral. cap. 24. exponens illud Job. 24. *Nescierunt vias eius, nec reuersi sunt per semitas illius, & inquit: Angustior quippe est semita quam via! Qui autem bona manifestiora agere contemnunt, nequaquam ad subtiliora intelligenda perueniunt. Expectauit autem omnipotens Deus, ut per eius semitas pergerent: sed utinam per eas vel reuertī voluissent, & vitæ itinera, quæ noluerant per innocentiam, saltem per pœnitentiam tenerent. Quæ in re quanta sint misericordiæ viscera Dei omnipotentis ostenditur, qui eos quos a se discedentes aspicit, ut reuertantur*

Hieron.

Numer.

Sancti Hieronimi
in libro de
vitiis et
virtutibus

Sancti Gregorii
in libro de
pœnitentiis

Grego.
Iob.

tantur querit. Ecce poenitentiam, qua post culpas ad Deum reuertimur, quam quia angustior est via, semitam vocat Gregorius.

Duo sacramēta directe contra peccata instituta.

Hinc duo sacramenta inter alia instituit Christus Dominus directè contra peccata, & in illorum remedium, scilicet, Baptismum: quo aboletur originale peccatum, & restituitur homini innocentia: quam si seruauerit, per viam quæ lata est, spaciofa, & facilis, gradi permittitur. Et instituit poenitentiam in remedium actualiū peccatorum, quæ semita est arcta, & laboriosa. Quoniam requirit gemitus, & postulat satisfactionem. Ideò à sanctis patribus

Baptismus nauis comparatur.

Petr.

Poenitentia tabule comparatur post naufragium.

Isichius.

baptismus nauis comparatur, in qua homo sine magno detrimento saluus fit, & significatus est in arca Noe, in qua octo anime, id est, quot quot salui facti sunt, aquas diluuij euaserunt: vt declarat optimè Petrus. 1. sua Canon. cap. 3. Poenitentia vero dicitur secūda tabula post naufragium. Per culpam enim naufragium facimus, & fracta innocentie nauis hoc vnicum superest remedium, hæc tabula remanet, in qua natando & laborando egredi possimus, scilicet, poenitentia, quæ difficultatem, dolorem, & timorem secum fert. Vnde merito semita dicitur. Quod Isichius lib. 7. in Leuit. cap. 26. loquens de redimenda possessione, quam quis Domino vouit inter duos iubileos, annotauit dicens. *Duorum hic annorum remissionis, vel iubilei memoriam facit, baptismus appertè insinuans & poenitentiam. Vterquè enim annus remissionis est, quia perfectam remissionem, vnus quidem per donum gratie, alter*

propter eos qui vacant in oratione, & ieiunijs, alijsquè operibus, quæ perficiunt poenitentiam, possidet. Ita poenitentiam nominat Tertulianus lib. de Poenitentia, & Hieronymus in Episto. ad Demetriadem: & Episto. ad Sabinianum: & Esaiæ. 3. in illa verba, peccatum suum quasi Sodoma predicauerunt. Quem sequitur Glossa ibidè. Et relatus est iste modus dicendi inter sacros Canones de poenitentia distinctio. 1. Can. secunda tabula. Et sanctus Thomas. 3. part. q. 84. art. 6. particulariter inquirit de poenitentia, Vtrum sit secunda tabula post naufragium id est, post peccatum primi parentis, quo nauis status innocentie contracta est?

Tertulia. Hieron.

Glossa.

S. Thom.

Et licet aliqui secūdam tabulam relationè dicere ad primam existiment: ita vt Baptismus dicatur prima tabula post fractam nauem, poenitentia vero secunda: iste modus dicendi stare non potest: quoniam secunda tabula non dicitur nisi quæ resultat ex fractione nauis. Ergo si baptismus nõ est nauis, sed status innocentie: secunda tabula erit ipse baptismus: qui ex fractione illius status resultauit, & in illius immediatum remedium. Quare aptius exponit sanct. Thom. vt mare censetur mundus non in statu innocentie, in quo summa erat tranquillitas & pax: sed post peccatum Adæ: quod omnes intrantes, baptismini nauem ascendunt. Dicitur autè baptismus nauis: quia per ipsum peccata omnia quantum ad culpam & poenam simpliciter condonantur. Vnde in illo homines innocentiam & sanctitatem recuperant. Hac nauis per

Baptismus respectu cuius dicitur secūda tabula.

ui per

ui per actuale mortale peccatū con-
fracta (quod naufragium est) restat
pœnitētia in remediū. Quæ dicitur
secūda tabula non respectu alterius
tabule, sed respectu integre & saluę
navis. Et sicut in materiali tēpesta-
te maris contingere solet, quod ho-
mines se mari committētes, vt vitā
natando possint conseruare, tabu-
lis affixi mille periculis expositi
sunt, & fluctuum insania varie ia-
ctantur: & nūc submerguntur, nūc
vero emergunt, aliquando spem sa-
lutis amittunt, aliquando recupe-
rant: & tandem per maxima peri-
cula lassati & fatigati ad litus solēt
deuenire. Ita homines, qui post ac-
ceptam baptismi gratiam mortali-
ter peccauerunt, & se tempestuoso
mari commiserunt, nisi huic tabu-
læ fortiter adhæreant, euadere ne-
quaquam poterunt: illi autem affi-
xi, non nisi per magna pericula, la-
bores, difficultates, timores, & la-
crymas ad salutis portum perueni-
re valebunt.

Huius semitæ laborem & arctitu-
dinem declarauit Ioannes Lucæ ca-
pit. 3. dicens: *Facite fructus dignos pœ-
nitentiæ.* Quem locum exponēs Gre-
gorius Homil. 20. in Euangelia ele-
ganter prosequitur, & declarat insti-
tutum hoc dicēs: *In quibus verbis no-
tandum est, quod amicus sponsi non so-
lum fructus pœnitentiæ: sed dignos pœ-
nitentiæ admonet esse faciendos. Aliud
namque est fructum facere pœnitentiæ,
aliud dignum pœnitentiæ fructum face-
re. Vt enim secundum dignos pœniten-
tiæ fructus loquamur. sciendum est: quia
quisquis illicita nulla commisit, huic
iure conceditur vt licitis utatur, sicquē
pietatis opera faciat, vt tamen si value-*

*rit, ea que mundi sunt, nō relinquat. At
si quis in fornicationis culpam, vel for-
tasse, quod est grauius, in adulterium la-
psus est, tanto a se licita debet abscein-
de, quanto se meminit & illicita perpe-
trasse. Nec enim par fructus boni operis
esse debet eius, qui minus, & eius qui am-
plius deliquit, aut eius, qui in nullus, &
eius, qui in quibusdam facinoribus ceci-
dit, & eius, qui in multis est lapsus. Per
hoc quod dicitur: *facite dignos fructus
pœnitentiæ.* vnius cuiusque conscientia
conuenitur, vt iāto maiora acquirat bo-
norum operum lucra per pœnitentiā,
quanto grauiora sibi intulit damna per
culpam. Quod & Paulus docuerat
ad Rom. 6. inquiring. *Liberati autem
a peccato serui facti estis iustitiæ. Hu-
manum dico propter infirmitatem car-
nis vestræ. Sicut enim exhibuistis mem-
bra vestra seruire immunditiæ & ini-
quitati ad iniquitatem: ita nunc exhibe-
te membra vestra seruire iustitiæ in san-
ctificationem. Isti sunt fructus digni
pœnitentiæ. Sed illud ponderandū
est quod dicit. *Humanum dico,* id est,
facile & carnis fragilitati accom-
modatum, quasi ostendens aliam
esse rigorosam Pœnitentiæ formā,
quam peccatorum grauitas exige-
bat, istam vero tollerabilem & hu-
manam propter infirmitatem; quā
vix est qui adimpleat, adeò negli-
gētes in his, quæ salutis nostrę sunt,
sumus.**

Sic parantur viæ & fiunt rectæ
semitæ, quas peccatum inflexerat,
per pœnitentiā. Cuius formam
egregie aperit Dominus Hieremię
cap. 31. dicens: *State tibi speculam, po-
ne tibi amaritudines. Dirige cor tuum in
viam rectam, in qua ambulasti. Quo lo-
co vt notat Glossa quam sequitur*

Nico-

Stille.

Quæ
tabula
mari
commissa
est

Roman.

Que debe-
ret esse pœ-
nitentiæ infl-
nuat.

Lucæ.
Pœnitentiæ
quæ sit esse de-
beat.
Grego.

Pœnitentiæ
formā vide.
Hierem.

Glossa.

Lyran.

Nicolaus de Lyra, acturus propheta de Christi incarnatione proponit prius dispositionem necessariam ex parte nostra, quæ est vera & ex toto corde poenitentia, secundum quod Ioannes eius præcurfor dicit *Matth. 3. Poenitentiam agite, appropinquavit in vos regnum Dei.* Et ideo verbis istis prouocat ad satisfactionem: ut consideret in quantis deliquit; & agens poenitentiam ad pristinam gratiam reuertatur, iuxta illud *Apocalyp. 2. Age poenitentiam, & prima opera fac.* Itaque ad literam locus iste formam veræ poenitentiae perscribit. Quæ tria requirit; quæ tribus partibus propositæ sententiæ declarantur. Primo enim dicit. *Statue tibi speculam.* Specula turris est in alto posita, quæ specula dicitur ab speculando: quoniam ad videndum de longe & quæ procul sunt effecta est. In hac specula, dicit Gregor. lib. 31. Moral. cap. 17. prouida circumspectio designatur, & curiosus intuitus, quo non solum anima presentia, sed præterita & futura prospicere potest, & debet. Specula ergo statuitur ad propriam conscientiam explorandam, ad curiose discquirenda ea in quibus deliquimus; & in quibus deficere possumus prouidenda, & cauenda. Subtilis enim inquisitio & curiosa speculatio antea recte vitæ requiritur. Et specula constituenda est, qua à longe futura bona, quæ per peccatum amissisti, & æterna mala quæ incurristi, prouideas: & ex illorum consideratione in peccatorum derestationem venias. Secundo dicit: *Pone tibi amaritudines,* id est, contritionis dolorē. Quoniam non satis est prioris vitæ

Specula quid significet.
Gregor.

Examinanda vita ad Poenitentiam.

Dolor necessarius de peccatis.

defectus considerare, sed opus est illos plāgere, & characteres (quos propria manu contra nos descripsimus) lacrymis delere. Vtrumquæ Ezechias in ægritudine positus necessarium esse recognouit, cum ad Deū loquens *Eesai. 38. ait. Recogita bo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.* Tertio dicit: *Dirige cor tuum, &c.* Ecce satisfactionem, qua cor dirigitur, & semita recta efficitur. Quia dum per satisfactionem quod ablātum fuerat compensatur, æqualitas constituitur, & isto modo reuertimur ad semitam rectam in qua ambulauimus, a peccato per baptismum liberati. Septuaginta hanc sententiam *Dirige cor tuum in viam rectam,* aliter transtulerunt: ut refert Hieronymus, dicentes, *Da cor tuum in humeros tuos, viam in qua ambulasti.* Quasi dicant. Pone cor tuum super humeros tuos. Quid autem per cor intelligant appositiuè exponunt verbis sequentibus. *Viam in qua ambulasti.* Et sensus est: vias tuas in quibus ambulabas, opera in quibus delectabar, & gaudebas, pone super humeros tuos: ut illarū onus & grauitatem sentias. Sint tibi oneri, quæ prius delectationem causabant, & quæ te portare videbantur ipse porta: ut eorum onere præstius detestēris illa in amaritudine animæ tuæ. Hoc cū fecisset Dauid suarum delectationum pondus sensit, & flens dixit *Psal. 37. Et sicut onus grane, granata sunt super me.* Ideo Dominus Ioannis. 5. paralytico illi, qui triginta & octo annos habebat in infirmitate sua ad piscinam, præcepit, ut sanus factus tolleret grauatū suum: ut, scilicet, oneri esse inciperet,

Eesai.

Satisfactio
requiritur ad
veram poeni
tentiam.

Septuagin.

Hieron.

psalm.

10 ann.

inciperet, quod antea fuerat stratum & lectum in quo quiescebat. Pone ergo o homo cor tuum & vias tuas super humeros tuos, considera quae admitteris, & quem ex eis fructum habueris, & isto modo vias parabis, & semitas rectas facies.

XIX. CONSIDERATIO.

Quod homines non qua voluerint, sed qua Deus iusserit via debet ambulare, & illi subijci, patienterq; tollerare, & rectas vias facere.

Parate viam Domini, &c.

Vespere diximus, posterior huius sententiae particula, *Rectas facite semitas;* prioris explicatio est. Dicuntur autem viae & semitae Dei non illae, quibus Deus ad nos venit: sed quibus nos Deus ad se ducit. Illud tamen aduertendum est, quo proprietates & sinceritas scripturarum manifestatur, quod non dicit Evangelista, *facite vias, & facite semitas Dei, sed Parate vias, & rectas facite semitas.* Quoniam Deus ipse vias & semitas facit: id est vias & semitas Dei discuntur: nos vero illas parare, & intrare possimus, & teneremur. O tendit, quod homines ambulare & gradi debent, non per vias & semitas, quas ipsi sibi fecerunt, aut aperuerint: sed per eas quas Deus factas habet. In manu autem hominis & in eius potestate constitutum est, vias illas parare, & rectas facere.

Quod ut magis explicemus confi-

derat, quod Deus multas & varias vias, diuersa itinera & semitas, quibus homines ad regnum caelorum profecturi veniunt, sua sapientia parauit & constituit. In quo eius seruis dispositio in omnibus demonstratur. Hoc autem non solum de diuersis statibus qui in ecclesia sunt, intelligitur: sed etiam de diuersis itineribus particularibus, quae hominibus praeparatae sunt. De his scilicet paupertate & diuitias, persecutiones & pacem salutem & egritudinem, denique prospera & aduersa. Nec tantum vias has praeparauit, sed & qua cuiusque gradum sit disposuit, & singulis in particulari suas vias fecit: nihil in hoc eorum libertati & arbitrio praedicta. Quod Sapientiae 8. declaratur in istis verbis: *Attingit a fine usque ad finem, & disponit omnia suaviter. Fortiter attingit.* Quoniam in omnibus eius voluntas implentur: *Suauiter* autem, quia iuxta cuiusque dispositionem, conditionem, & naturam conuenit nulli vim inferendo. Quod etiam in propositis verbis Evangelij manifeste colligitur. Dum enim viae factae supponuntur, Dei ordo & dispositio declaratur: dum vero parare & rectas facere illas praecipimur, nostrae libertatis adinonemur. Itaque singulis hominibus suas vias parat & facit Deus, quibus illis ambulandum est. Via ergo quam tibi Deus praeparauit & fecit, siue per abundantiam siue per paupertatem, siue per bonam siue per mala fuerit, libenter ingredere. Per illam enim tibi ambulandum est, non per illam quam tu ipse tibi elegeris & volueris. Hinc in illa hominum querela absconditur, quam contra Deum solent inique formare: quare, tur-

Dei diuersae sunt viae quibus homines ad se auocant.

Libertas non dicitur.

Quomodo autem dicitur: *Attingit a fine usque ad finem, & disponit omnia suaviter.*

Querelam contra Deum ostium oculum.

siliet, ne laboribus afficit, illū autem abundantia & bonis? Quare me per aspera & inuisa ducit, illum per plana & directa? Dominus est fortis & potens, nec cuiquā inferre iniuriā. Tuum est nō viam querere, aut facere, sed ingredi & patiēter tollere, & curare vt rectam facias. Et cū Heli. 1. Reg. 3. dicere teneris, ista cōsiderans. *Dominus est, quod bonū est in oculis suis faciat.* Quoniam durum est contra stimulum calcitrare. Vaces illæ, vt scriptura refert. 1. Regū. 6. quæ arcam Domini portabant, per viam Bethsames mugientes & dolentes gradiebantur, tamen itū ere recto tendebant, nec reuertebantur. Quod Dominus Petro manifestauit Ioann. 21. quando ei dixit: *Cum esses iunior cingebas te, & ibas quo volebas: cum autem senueris, alius cinget te, & ducet quo tu non vis.* Ac si apercius diceret: cum in tua eras potestate: qua volebas gradi poteras: at postquā Deo nomen tuum dedisti, & illius militiæ ascriptus es, alius cinget te, id est, nō qua tu volueris via, sed qua Domino placuerit, tibi gradē dum est. Quod etiā Ioan. 21. eidem Petro de Ioanne curiose interrogāti. *Hic autem quid? Dominus ostēdit dicens. Sic eum volo manere quid ad te? tu me sequere.* Ac si diceret: hæc tibi prescribitur via, illā carpe: de alijs quid ad te id meæ dispositioni commissum est, nec tua interest.

Via hominū
 sortes vocantur & quare
 Psalm.

Ideo via hominū & itinera, quibus De^o illos in hac vita ducit, sortes in Scriptura appellātur. Psa. 30. David de rerū harum dispositione loquens, & de cura quam Deus de suis habet, dicit: *Ego autē in te speraui Domine. dixi Deus me^o es tu, in manibus*

tuis sortes mea. Quē locum exponens August. super istum Psa. ait. *Nō in manibus hominum, sed in manibus tuis. Quæ sunt ista sortes? Quare sortes? dixit nomine sortiū, non debemus sortes legos querere. Sors enim non aliquid malū est, sed res est in dubitatione humana diuinā indicans voluntatem. Nā & sortes miserunt Apostoli Act. 1. quādo Judas traditō Domino perijt. & electi sunt dno iudicio humano, & electus de duobus vnus iudicio diuino super quem cecidit sors. Quid igitur est in manibus tuis sortes mea? Sortes dixit, quantū ego existimo, gratiā qua saluati sumus. Quare sortis nomine appellat gratiā Dei? Quia in sorte non est electio, sed voluntas Dei. Nā vbi dicitur, iste facit iste non facit, & vbi merita cōsiderantur, electio est, nō sors. Quādo autē De^o nulla merita nostra inuenit, sors voluntatis suæ nos saluos fecit: quia voluit, non quia digni sumus. Hæc est sors. Et prosequitur August. intentū exemplis confirmans. Quia merito tunica illa Domini desuper texta, (quæ significat charitatis eternitatē) cū diuidi a persecutoribus non posset, sors super eā missa est: ad quos peruenit, eos significauit, qui videntur ad sortē pertinere sanctorum. Gratia salui facti estis per fidē ait Apostolus Ephes. 2. & hoc nō ex vobis. Vide sortē. & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, nō ex operibus, quasi vos bene feceritis, vt ad hoc accedere digni essetis, non ex operibus, ne sortē quis extollatur. Ipsiū enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operib^o bonis. Hęc quodāmodo sors occulta est. Volūtas Dei in humano genere sors est: sors veniēs Dei occulta voluntate, apud quem non est iniquitas. Non enim*

August.

Acto.

Tunica Christi
 si quare sortita.

Ephes.

Varij cūctus
 a Deo proueniētes sortes
 dicuntur.

enim

enim ille personas accipit, sed occulta illi⁹ iustitia tibi fors est. Ecce varij hominū euentus, diuersi successus, & vitę varij discursus ex Dei occulta voluntate proueniētes, sortes dicuntur. Et confirmari potest in interpretatio hęc ex Psalterio Romano in quo sic habetur. *In manibus tuis tēpora mea, id est, varij euentus & successus, prospera & aduersa, læta & tristia, foelicia & infœlicia, vita & mors, hęc in manibus Dei sunt, & nomine temporū significantur, quę à nostro interprete sortes dicuntur sortes quidem non: respectu Dei, cui omnia certa, determinata, & prædefinita sūt, quiq; quod cuiq; sit euenturū non solū certū nouit, sed & disposuit. Dicuntur ergo sortes respectu hominū, quibus accidunt. Scit Deus & disposuit hūc per paupertatem ducere, illū per abundantiam, hunc per honores, illū per ignominias: istum hac, illū alia via trahere. Ita respectu Dei determinata sunt, certa, & prædefinita: respectu verò hominū, qui futura nō cognoscunt, sortes dicuntur. Et isto modo loquendi cōmuniter vti solemus, cum dicimus: *Buena suerte, o mala es la de fulano.* Sors cōtingentiam importare videtur, & incertitudinē inuoluere: quę Deo nullo modo potest conuenire. Itaq; vij hominum à Deo factę sunt & determinatę, & illas carpere debent homines, non quas ipsi fecerint. Si Deo placere desiderant, rectas facere procurent. Quod Christus declarauit Matt. 16. dicens: *Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucē suam: & sequatur me. Crucem suā dicit, non quā ipse voluerit. Quoniā si hominibus relinqueretur crucis portandę ele-**

ctio, vnusquisq; proximi sui sortē foeliciorem reputaret, eā sibi eligeret, crucem alterius leuiorē crederet, & eam tollendam curaret. Ideò Christus dicit: *Tollat crucem suā, id est, eā quę sibi præparata est, & suo nomine facta.* Varias cruces Deus fabricari fecit, & singulas singulis præparauit: vniciq; secundum mēsuram donationis ipsius. Propriam igitur crucē ferre debes. Mihi crede, quod illa tibi facilior & leuior ad portandam erit, quam tibi Deus præparauit, non quam tu elegeris. Quoniā Deus & cuiusq; vires mensurus est, & auxilia quę largiturus est ponderauit, & ad illorum mensurā crucem (etiā si tibi grauis si ma videatur & importabilis) formauit, nec maiorē, aut grauiorem fieri permittet, quā ferre possis. Quod Paulus docuit, 1. Cor. 10. inquitens. *Tentatio vos nō apprehendat nisi humana. Fidelis autem Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere.* Locus iste duplicē habet lectionem. Prior est, vt verbum *apprehendat*, subiunctiui modi sit, & hanc communius sequuntur interpretes. Altera est, vt præteriti temporis sit, & legatur *apprehendit*, quam sequuntur Caietanus & alij, & textui Græco magis est conformis. & nostro instituto magis conueniens. Tota loci istius difficultas, siue priori, siue posteriori modo legatur, consistit in explicando quam vocet Paulus humanā tentationē. Lyranus, quem alij multum sequuntur, humanā tentationem vocat illā, quę non potest totaliter deuitari ab homine in vita præsentī, scilicet, quę de peccato veniali

Varias cruces Deus fecit quas hominibus distribuit vires ponderans.

Corinth.

Caieta.

Humanā tentatio quę deuitatur.

Lyra.

Psalt. Roma.

Sortes sunt non respectu Dei sed hominum.

Homo debet vias dirigere.

Math.

est. Qui enim dixerit se peccato carere mēdax est. Quod autē tentatio ni ad peccatum mortale ducēti homo resistere valeat cum adiutorio Dei, ostēdit dicens: *Fidelis Deus.* &c. Promissit enim De^o adiutoriū suū in tētationibus, si fideliter ad ipsum homines concurrant. Itaque tēratio humana dicitur, quę pro hominum conditione inuitabilis est. Hieronýmus & alij per humanam tērationem intelligunt illam, quę ab hominibus inferetur per extrinsecā violentiam, qualis erat illa quę a tyrannis fidelibus inferebatur. Et hanc dicit nondū apprehēdisse Corinthios. Quoniā quando Epistola ista scripta est, nondū Neronis persecutio contra fideles exorta fuerat. Tēratio enim illa ab idolōtīs, (quā Paulus reprehēdit isto loco) sponte a Corinthijs desumpta fuerat. Et licet non muret communem lēctionē Hieronymus, sed legat *apprehēdat*: tamen videtur in expositione präteritū tempus amplecti. Hęc autē tēratio, quę ab extrinsecō & hominū vi procedit, a Deo permittitur: ne autē in ea fideles deficient subiūgit Paulus: *Fidelis Deus.* Tertio alij inter quos est Caiet. per humanā tērationē intelligūt tērationē facilem, leuē, & tolerabilem. Humanū enim dici solet, quod facile & tolerabile est: & sensus est: ut tērationē reddat quare hortetur Corinthios, ut qui existimat se stare videat ne cadat. Quoniam hactenus in nulla fuerant tēratione pulsati, nisi humana, nisi leui, nisi mediocri. Humanum enim appellat contempertatum homini: iuxta illud ad Romanos. 6. *Humanum dico, propter infirmitatem carnis vestre.* Nōdum enim

Corinthij fuerant vexati propter Christi fidē a pręfectis prouintiarum. Solę enim Iudęorū persecutiones contra Christianos exorta tunc temporis leguntur.

Non patitur nos tentari De^o supra vires nostras.

Ne autem ex prædicta admonitione terrerentur, tanquam super venturę essent alię fortiores & supra vires, declarat venturas tērationes alias in facultatibus, corporibus, & honoribus, & vita, quę postea Christianis cōtigerunt. Huiusmodi autem persecutiones vocantur tērationes, tū ex parte Dei permittentis: quoniā vitur illis ad probandum electos suos: tum ex parte diaboli ac mundi, qui vtebantur illis ad remouendū Christianorum animos a vera religione. Ne autē in illis deficiāt, declarat, quod licet tērationes maxime sint, nō sinet De^o illos tētari supra vires proprias. Et dicit: *Qui non patietur vos tētari, supra id quod potestis.* Quia diabolus, si De^o pateretur & sineret, supra vires homines tentaret. Deus autē eius malitiam comprimit, ne vltius procedat, quā Deus permiserit & concesserit: ut in tērationibus contra Iob excitatis videmus. Et attribuit Paulus huiusmodi nō permissionē diuinę fidelitati, qua facit Deus quod dixit, se promittēs adiutorem hominibus in tribulatione. Nec solum moderationem tērationū denuntiat, sed & aliud quod maxime in laborib^o cōsolatur, scilicet. *Sed faciet cum tēratione prouentū, ut possitis sustinere.* Ac si dicat: non solum non sinet vos tentari supra vires, sed adiciet & hoc, quod *faciet cum tēratione prouentum.* Vbi aduerte quod non dicit faciet tērationis prouentum. Quia non loquitur de termino ten-

Cum tēratione ne prouentus aduenit.

Hieron.

seru. 3

Caiet.

Roman.

no. tentationis: sed dicit *faciet cum tentatione*, hoc est, simul & eo tempore quo durat tentatio, ut, scilicet, possitis sustinere ipsam tentationem. Unde sensus est. Faciet tempore tentationis prouentum: quia tot & talia euenire, siue intus, siue extra faciet, ut possitis non solum sustinere, sed & vincere. Varijs enim medijs Deus utitur ad faciendum ut homines tentationes sustinere valeant, aliquando extrinsecis concursibus impediendo, aliquando intrinsecus adiuuando: modo angelorum excubias adhibet, modo singulares gratiæ effectus in anima causat, ut in martyrum historijs legimus. Ideo dicit, *faciet*, ut effectum denotet. Præterea non dixit ut sustineatis, sed ut possitis sustinere. Quoniam Deus prouidet de adiutorijs necessarijs ad posse sustinere tentationes: in arbitrio vero tentatorum est velle sufferre. Sat est enim fidelitati diuinæ, ut tribuat posse: velle autem, & ipsum sustinere, alterius gratiæ est, quæ electis confertur, & non est omnibus communis.

Itaque ex isto loco duo maxime considerata colligimus. Primum, quod tentationes & cruces ad mensuram virium & auxiliorum Deus tribuit. Secundum, quod ita metitur, ut auxiliante gratia eius semper superiores simus, si voluerimus. Quoniam nunquam tentationes & mala adæquant mensuram virium & auxiliorum, sed semper inferiores manent. Quod Dauid intelligens Psalm. 79. cum Deo loquens dicebat: *Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis in mensura*. Ac si diceret: nos quidem

sine mensura & modo sumimus: quia vires nostras non cognoscimus. Ideoque in tentationibus submergimur. Tu autem, licet tentationes permittas & labores, ad mensuram tamen virium, (quas optime nosti) tribuis, semperque tuo favore superiores facis, & cum tentatione prouentum concedis. Verbum enim hoc, quo Paulus utitur, maxima consideratione est dignum. Prouentus enim in propria significatione non solum finem & terminum scilicet denotat, sed & lucrum importat. Unde Gregorius locum istum Pauli exponens libro. 9. Moral. cap. 25. ait. *Nisi enim misericors Deus cum viribus tentamenta modificet, nullus profecto est, qui malignorum spirituum insidias non corruens porter: quia si mensuram iudex tentationibus non prabet, eo ipso protinus stantem deiecit, quo ultra vires onera imponit*. Et Hebræis cap. 12. qui se supra vires suas afflictos credebant, Paulus dixit: *Nondum enim usque ad sanguinem restitisti*. Ista est suaui Dei dispositio, quam toties repetimus.

Hoc etiam experientia quotidiana docet. Cruces enim quas nobis ipsi sumimus, quas eligimus, adeo graues sunt & importabiles, ut illarum onere præsi subcumbamus. In te ipso considera, in statu quem elegisti, in dignitate quam quæstisti, quot incommoda pateris, quot aduersa sustines: ita ut vix respirare valeas. Itaque crux, quam homines sibi fabricant, importabilis est. Quod videre licet in cruce illa quam homines Christo præpararunt, quæ adeo grauis fuit, ut illum suo onere fecerit subcumbere, opusque fue-

Qua varijs
medijs Deus
utatur ut ten-
tationes susti-
nere possint

Prouentus
quid signifi-
cet considera.

Grego.

Hebra.

Cruces quas
nos nobis fa-
cimur impor-
tabiles sunt.

Auxilia semper
per tentatio-
nes excipiunt.

Psalm.

Quid homo
facere debeat
explicatur.

rit prætereuntem quendam condu-
cere, qui illum adinuaret. Et utinã
id nobis sufficeret. Nõ ergò quam
nos cupimus, sed quã nobis Deus
crucẽ imponit, ferre debemus, non
quã nos eligimus, sed quã nobis Deus
facit viam, tenere & ambulare de-
bemus. Sed dices, si Deus singulis
vias suas facit & præparat, in qui-
bus hominibus gradiendum sit, &
voluntati eius non est qui valeat re-
sistere, quid relinquitur homini a-
gẽdum? Ecce quod hominis est ex-
ponitur propositis verbis: *Parate viã
Domini, rectas facite semitas eius.* Ho-
minis enim cum Dei adiutorio est
viam parare, id est, facilem, expedi-
tamquẽ reddere: & rectã facere
semitã ad Deum, scilicet, eam diri-
gendo, patienter mala tollerãdo, &
Dei legẽ adimplendo. Hominis est
cõsẽtere, hominis est ambulare, ho-
minis est viã, quã Deus perscripsit,
rectã facere. Te Deus per labores,
afflictiones, & miserias trahit, rectã
fac semitã istã patienter tollerãdo,
sciens, *Quod tribuatio patientiã opera-
tur, patientiã probationẽ, probatio spem,
spes autem nõ confundit, vt dicit Pau-
lus ad Roma. 5. Te Deus per abun-
dantiã, prosperitatẽ, & viã
bonã ducit, para illã, nec illã
detorqueas ad vitia conuertendo,
diuitias retinendo: rectã fac viã
istã pauperibus largiẽdo, thesau-
riza tibi thesauros in cælo, vt
Christus dicit Matth. 5. Similiter
in alijs successibus & conditioni-
bus vitæ huius poteris ratiocinari.
Quando dicimus hominis esse para-
re vias, aut rectas facere semitas, nõ
est sic intelligendum, quasi naturæ
viribus id homo possit & sine Dei*

Roman.

Matth.

gratia & adiutorio præstare, sine
Deo enim nihil possumus facere vt
habetur Ioann. 15. id ergò hominis
esse dicimus audiuti gratia Dei, de
quo Paulus dicit quod *Omnia pô-
test in eo qui se confortat ad Philip. 4.* philip.

XX. CONSIDERATIO.

Quibus vijs gradien-
dum sit, & quibus semitis am-
bulandum, si recta ad cælo-
rum regnum volumus
peruenire.

Rectas facite semitas, &c.

SEMITÆ Dei, vt sæ-
pè inculcarum est, dicun-
tur viæ, quibus nos ad
Deum tendimus, & ad æternam
fœlicitatem properamus. Rectas
autem facere semitas, dicunt aliqui
moderni & bene, significare,ambu-
lulare per rectas semitas. Facere
enim pro ambulare accipitur. Sic
dicere solemus, iter cõfeci, seu, iter
feci, id est, ambulauit & compleuit.
Semitas igitur rectas facere idem
est ac per rectas semitas ambulare.
Quibus verbis intendit nos instrue-
re quibus vijs gradiendum sit, si ad
regnum cælorum pertingere cupi-
mus, & oprata in hac vita cõsequi,
fœlicitatemquẽ obtinere. Nec id
solum docet, sed & compendiosã
viam & breuiorem nobis demon-
strat, & vt Hispanẽ dicimus: *El ata-
jo*, quo ad fœlicitatem, quam om-
nes exoptamus, peruenire possimus,
scilicet, viã rectã tenendo.

Facere pro
ambulare.

Recta via ad
fœlicitatẽ o-
stenditur.

Inter omnes enim lineas, vt ad
oculum constat, quæ ab vno pun-
cto ad alium ducuntur, illa breuior
est quæ recta ducitur: reliquæ vero
cum

cum aliquantulum a medio recedant, & ab extremis exeant, curuæ sunt, atque adeò longiores. Hinc fit ut inter omnia itinera, quæ aliquo ducunt, illud breuius sit, quod rectum est. Hæc compendiosa via est, & qua citius peruenitur, quod tēdimus. Hanc nobis Ioannes carpendam persuadet, si ad foelicitatem citius peruenire desideramus. Quā sine duce inuenire difficile valde est: quamquē homines in mundo existentes sine Deo inuenire nō valent. Mundani enim & peccatores cum a recta via deuiēt, licet foelicitatem quærant, tardius aut nunquā quo exoptant perueniunt. Quoniā per mille anfractus gradiuntur, cū in circuitu ambulent, nunquā quod quærent consequuntur. Lassantur quidem, & defatigantur, & præ magnitudine laboris fœssi subsistunt, nec quod oprār adipiscuntur: quia non recta via gradiuntur. Hoc eleganter David Psalm. 11. de impijs loquens declarauit dicens: *In circuitu impij ambulant.* Ideoque semper in eisdem rebus volutantur. Alter in acquirendis diuitijs laborat, sudat, ambulat, nec illis fruitur: quoniam in circuitu ambulat. De quo Sapiens Ecclesiasticus. 5. dicit. *Auarus nō implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis: & hoc ergo vanitas. Et quid prodest possessori, nisi quod cernit diuitias oculis suis?* Alter in voluptatibus conquirēdis lassatur, & nunquam consequitur: quoniam in circuitu ambulat. Alter pacem quærit in dignitate, & non inuenit: quoniam in circuitu ambulat.

Alludit David verbis propositis,

vt aduertit Basilius de constan. monast. cap. 9. ad animalia & iumenta ad molas alligata, quæ continuo in orbem ambulant: semper tamen in eodem spatio & situ reperiantur, & fracto corpore laboribus ipsa nequaquam progressa sunt, sed intra eiusdem loci fines manent. Ita mundani & peccatores, cum assiduē in corporis voluptatibus mundiquē vanitatibus inuoluantur, & illis in hæreant, ad spirituales delicias, quæ veræ sunt, ad veram pacem & foelicitatem nunquam perueniunt: quoniam rectas Dei semitas nunquam faciunt: sed continuo cursu & motu in orbem perpetuo incitati feruntur, & eodem vnde processerant redeunt, in circuitu quasi ad molam alligati ambulantes. In circuitu ergo impij ambulare dicuntur propter laborem, errorem, & inutilem fatigationem, quā in suis rebus continuo habēt. Qui enim extra viam rectam positi sunt, & mundi rebus vacant, non solum longius iter conficiendum suscipiunt, sed in orbem voluuntur, & quo diutius ambulant, eo amplius deuiant, & implicantur erroribus, continuoquē elongantur & recedunt magis a recta via & a termino. Et cum laborent ac fatigentur plurimum, nihil proficiunt: sed cōtinuo ambulantes magis a requie elongantur: dum eo redeunt vnde processerāt, & eandem viam euntes & redeuntes terunt: vnde nihil conficiunt. Qui autem viā rectam ambulant, continuo appropinquant loco ad quem pergunt, & breui illuc perueniunt. Ita & iustis contingit, quorū via recta est: quoniam de bono in melius semper pro-

Nō 4 ficientes,

Mundani nūquam quo desiderant perueniunt.

Psalm.

Ecclesi.

Basilius.

Simile.

Phili.
 ficientes, ascensiones in cordibus suis disponentes ambulant de virtute in virtutem, donec perueniant ad Deum deorum in Sion. Semper iuxta Apostolū ad Philippenſes. 3. ad anteriora exrendunt ſemetipſos ad ſupernæ vocationes brauium. Illi autem qui per circuitum ambulant, non appropinquant quo tendunt, & ſi in circuitu permanserint vſque in finem, nunquam quo exoptant peruenient, etiam ſi vias difficiles ambulēt, & in eis fatigati ſubiſtant. Vndè Sapien. 5. ex perſona mundanorum dicitur: *Laffati ſumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles: nimirum, curua impietatis irinera, quibus non appropinquatur ad requiem, quim potius de labore temporali ad laborem ducunt æternum. Ided ſubiungunt: Viam autem Domini ignorauimus, quæ recta, breuis, & facilis eſt, & qua dominus iuſtos ducit, vt Sapien. 10. dicitur. Iuſtū deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei.*

Sapient.
 Hieron.
 Impij in circuitu ambulānt ideo non perueniunt quo deſiderant.
 Grego.
 Sic interpretatur Hieronymus. prædictum locum Pſalmi dicens: *In circuitu impij ambulānt, quia licet fatigentur, & continuo moueantur, in æternam vitam non perueniunt.* Hinc Gregorius. 2. Moral. cap. 3. exponens illud Iob: *Circuiui terram, ait. Solet per gyrum circuitus laboris & anxietas deſignari. Hinc de malis dicitur, in circuitu impij ambulānt: quia dum interiora non appetunt, in exteriorum labore valde fatigantur.* Et Auguſtinus in iſtum Pſalmum ait. *In circuitu impij ambulānt, id eſt, in temporalium rerum cupiditate, quæ ſeptem dierum repetito circumitu tanquam rota voluitur, & ideo non perueniunt in octauum, id eſt,*

in æternum, pro quo iſte pſalmus titulatus eſt. Ita & per Salomonem dicitur. Prouerb. 2. Ventilator enim impiorū eſt rex ſapiens, & immittit illis rotam malorum. Hoc videmus apertè in diuite illo Lucæ. 16. qui nihil aliud quærebat quam vitam delicioſam cum gaudio & pace ducere, & in hoc totum ſuum laborem impēdebat: *Induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide, nec de aliquo, quod ei moleſtiā poſſet inferre, curabat: & tamen in circuitu ambulabat eadem ſemper inculcans, & nunquam ad ſœlicitatem perueniens: vt exitus comprobauit. Mortuus enim eſt diues, & ſepultus eſt in inferno.* Quid profuit diuiti, cuius mentionem facit Lucas, cap. 12. quod diu multumquē laborauerit in conquirendis & comparandis diuitijs & bonis in multa tempora, cum audierit. *Stulte hac nocte repent animam tuam: quæ autem congregaſti cuius erunt?* Certè in circuitu ambulauerunt, qui nunquam requiem, quā optabant, conſequi potuerunt. Iuſti autem breui ſœlicitatem & bona conſequuntur, & quo optant perueniunt. Quia recta via, quæ breuiſſima eſt, procedunt Dei voluntati ſuam conformando, ſeq; illi in omniſubijciendo, ac viā mandatorum Dei per ambulando. 2. Reg. 18. dicitur, quod comparata Reg. victoria de Abſalon, Chui profectus eſt, vt renuntiaret David: quo profecto & iter carpēte, Achimaas profectus eſt, & licet poſterior egreſſus fuerit, prior ad David peruenit: quoniam per viam compendij profectus eſt, quæ breuior erat. Achimaas onus fratris ſignificat:
 Chui

Prouer.

Lucæ.

Lucæ.

Reg.

Chusi vero tenebrans me. Unde iste mundanos, qui in tenebris degunt, significet: ille iustos (qui onus fratris sui, id est corporis, quod frater animæ est, grauedinē sentiūt) demonstrat. Qui viam compendij tenentes, & suę voluntati & concupiscentiæ renuntiantes, & Dei mandata sequentes, citius quo desiderant perueniunt; & recta via procedentes oprata consequuntur. Hanc viā, quæ recta est & breuis, nos docuit Christus Matth. 6. dicens: *Quærite primum regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiiciētur vobis.* Ad hanc viam carpendam hortatur nos proposita Evangelij verba: *Parate viam Domini, rectas facite semitas eius.*

Matth.

XXI. CONSIDERATIO.

Decursum legis Evangelicæ, & potentiam prædicationis eius, quæ ad omnes mundi partes est peruentura, declarat: & quod omnia vincet & subijcet.

Omnis vallis implebitur.

HIS verbis, quæ desumpta sunt ex Esaia cap. 40. declaratur decursus legis Evangelicæ & potentia prædicationis eius, quæ omnia subijcet, vincet, & superabit, quæ nec montium altitudine, nec vallium profunditate, nec viarum asperitate, aut difficultate, poterit in aliquo retardari: qui per omnia loca discurrat, & vniuersa deuincat. Montes quidem transcendet, vallis implebit, aspera

Esaï.

in planitiem rediget sua virtute & potentia, ita vt omnis caro videat, id est, videre possit salutare Dei, & cognitionē veritatis recipere. Quod adnotauit Theodoretus dicēs: *Hæc verba facilitatem cursus Evangelicæ prædicationis significant, cum montes humiliandos propheta dicat: & valles implendas, vt recta & plana sit via prædicationi Evangelicæ.* Et idem significat praua futura directā, id est, facilem viam, & facilem cursum Evangelij futurum, quod breui tempore totum orbem impleuerit. Nihil enim Apostolorū prædicationi obistere potuit, (licet multa variaq; impedimēta apposita fuerint,) quominus *In omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum,* vt habetur Psal. 18. His enim quatuor impedimentorum generibus, quæ viam materialem difficilem reddunt, & iter solent impedire, vniuersa impedimenta (quæ Euāgelicæ doctrinæ obijci possunt, tam ab hominibus per potētiam, quod montes & colles ostendunt: quam ab hominum fragilitate, quæ per valles designatur: quam a demōnis & mundi astutijs, quas praua & aspera demonstrat) significatur. Quæ omnia Evangelicæ doctrinæ virtus facili negotio superauit.

Theodor.
Facilitas cursus
doctrinæ
Evangelicæ.

Apostolorū
prædicationē
nihil potuit
impedire.

Psalms.

Istum doctrinæ Evangelicæ potentem & facilem discursum eleganter descripsit Esaïas cap. 41. dicens: *Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel. Ego auxiliatus sum tui dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra ferrantia. Triturabis montes, & comminues, & colles quasi puluerem ponēs. Ventilabis*

Esaï.
Decursus po
tens Euange
lij describitur.

eos, & ventus tollet eos, & turbo disperget eos: & in exultabis in Domino, & in sancto Israel lataberis. Egeni & pauperes quaerunt aquas, & non sunt, lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiā eos, Deus Israel non dereliquā eos. Aperiā in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiā in riuos aquarum: dabo in solitudinem cedrum, & pinum, & myrtum, & lignum oliuā. Ponam in deserto abietē, vlmum, & boxum simul, vt videant & sciant, & recogitent, & intelligant pariter: quia manus Domini fecit haec, & sanctus Israel creauit illud. Iste locus eximius est ad hoc propositum, & non solum potentiam & fortitudinem doctrinae & praedicationis Euāgelicā declarat: sed & abundantiam bonorum, quā tempore legis Euāgelicā futura erat, demonstrat, & quomodo qualiterq; bona ista ad omnes debeant peruenire: & in sententia consentit cū loco isto Esaiā adducto ab Euangelista: *Omnis valis implebitur, &c.*

Pro cuius explanatione aduertendum est, quod licet Iudaei praedictū locum de se intelligant, & ad potentiam, gloriam, & abundantiam, quā habituri sunt de captiuitate redeūtes materialiter referant, & interpretentur: tamen talis explicatio inepta est, & quā apertā contradictionē in litera ipsa inuoluat, & multa impossibilia cōplectatur. Quare sancti Patres ad literam dicunt locum istū intelligendū esse de Christi aduentu, & de tempore & praedicatione legis Euāgelicā. Ita interpretantur Hieronymus, Gregorius, Procopius, Irenaeus, Cyrilus, Origenes,

& vniuersi Catholici, quos & nos sequimur. Vndē verbis illis: *Noli timere vermis Iacob*, dicit Hieronymus, quod Apostolorum chorus alloquitur, & ait. *Vermis autem, qui Hebraicē dicitur Tolaath, propter humilitatem atque contemptū vocatur Apostolorum chorus, imitans Saluatorem, qui loquitur in Psalm. 21. Ego sum vermis, & non homo, opprobrium hominū, & abiectio plebis. Sicut enim vermis terram penetrat, ita sermo Apostolicus penetravit gentium ciuitates, & ingressus est prius corda durissima. Et recte pauci appellantur ex Israel: quia ad cōparationem totius orbis gentis Iudaicā paucissimi crediderunt, quibus in Euāgelio Dominus loquitur Lucā. 12. Noli te timere pusillus grex: siue iuxta Hebraicum dicuntur mortui ex Israel: qui cum Apostolo dicunt. 1. Corin. 15. quotidie morior. Statim fortitudinem, & potentiam praedicationis, & Euāgelicā doctrinae declarat dicens: *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum. Plaustrū hoc, de quo loquitur Propheta, est genus quodā plaustri, vt aduertit Hieronymus super Amos cap. 1. & in Esaiam cap. 28. prope finem, quod rotis subter ferreis atque dentatis voluitur, & excussis frumentis paleas in areis conterit, & in cibos iumentorum comminuit: de quo meminit Scriptura. 2. Reg. 13. cum dicit: *Et circumegit super eos ferrata carpenta. Et eodē modo vertit Hieronymus. 1. Paralyp. 20. Et aliquādo propter dentes ferreos genus hoc plaustri ferra vocatur, sicut transtulerūt Septuaginta Amos. 1. *Et quod secuerūt ferris ferreis in vtero habentes in Galaat. Et nos habemus Esai. 28. *Non enim in ferris tri-*****

Vermis dicitur Apostolorū chorus.

Psalm.

Lucā.

Corin.

Fortitudo Euāgelicā doctrinae.

Plaustrum quid significat.

Hieron.

Regum.

Septuaginta Amos.

Esai.

turabitur git. Itaq; nomine plaustrum
 noui triturantis & habentis rostra
 ferrantia, vt declarat Hieronymus,
 intelligitur fortitudo prædicationis
 Euangelicæ: eo quod conterat
 aduersarias potestates, & spiritualē
 nequitiam eleuantē se contra scien-
 tiam Dei. Quæ pro varietate super-
 biaz montes appellantur & colles.
 Illisquē sublati, & turbinis more
 dispersis, exulter Israel, atquē læte-
 tur in Domino sancto Israel. Dicitur
 igitur seu comparatur plaustro
 ferreo Euangelica doctrina. Primo
 propter fortitudinem: quia sicut
 plaustrum omnia terit & domat,
 etiam lapides comminuit: sic & do-
 ctrina Euangelica omnia conterit
 & vincit. Hinc est quod rebus for-
 tissimis solet cōparari, igni qui om-
 nia cōsumit. Deut. 33. *In manu eius,*
 idest, *Dei, ignealex:* ferro seu malleo
 omnia domanti & conterenti Hie-
 rem. 23. *Et malleus conterens petras:*
 gladio ancipiti, quod vtraquē par-
 te scindit, & omnia penetrat, He-
 bræorum. 4. *Et penetrabilior omni gla-*
dio ancipiti: & alijs quam plurimis
 fortissimis & potentissimis rebus:
 sicut hic plaustro ferreo, & ferræ
 ferræ. Secundò dicitur plaustrum
 triturās, vt intelligas, quòd præsens
 hic Ecclesiæ locus area est, nullus
 quē cælum ingredi poterit interger
 & saluus. Opus quidem est vt prius
 laboribus & calamitatibus in area
 hac trituretur, quo triticum mun-
 dum appareat, & in cælestia hor-
 rea recondi possit. Ideò fideles &
 iusti triticū vocatur. Hinc Actu. 4.
 dicitur: *Per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei.* Præte-
 rea dicitur plaustrum nouum: quo

niam non in vetustate literæ: sed in
 nouitate spiritus. procedit. Vndè
 & lex noua dicitur, & scripta non
 atramento, nec in tabulis lapideis,
 sed in cordibus hominum. Præte-
 rea quia tempus nequaquam illud
 consumet, nec ad vetustatem redi-
 get, nec antiquabit, nec illius vim
 & potentiam comminuet, tempori
 enim subiectum non est. Omne au-
 tem quod tempori subijcitur muta-
 tur, & veterascit: quod autem *vete-*
rascit, prope interitum est, vt dicit Pau-
 lus Hebræorum 8. Lex Euangelica
 non est cū tempore mutanda, ideo
 appellatur Heb. 13. *Testamentū eter-*
nū, quod non auferetur. Præterea plau-
 strū hoc dicitur habere rostra pro-
 pter duo testamenta. Quoniam ve-
 tera nouis, & noua veteribus con-
 sentiunt. Deinde transit Propheta
 ad explicandam abundantiam bo-
 norum, quæ futura est tempore le-
 gis Euangelicæ, dicēs. *Egeni & pau-*
peres, &c. Quibus verbis gentium,
 quæ siti veræ doctrinæ aridæ erant,
 vocationem prædicat secundū Hie-
 ronymum. Sequitur in textu. *Ape-*
riam in supinis collibus flumina. Vbi
 dicit Hieronymus. *Quæ flumina ex*
illo fluuio duxere principiu, qui in I sal-
mis legitur Psalm. 45. Fluminis impe-
tus lætificat ciuitatem Dei, & Psal. 64.
Fluuus Dei repletus est aquis. Quæ aquæ
& fontes de illo fonte manarūt, qui per
Hieremiam, cap. 2. Loquitur, me dereli-
querunt fontem aque viuæ. Et supra in
hoc eodem Propheta cap. 12. dicitur. Bi-
bent aquas de fontibus Saluatoris. De
 quibus & in Psalm 67. canitur: *Bene-*
dicite Dominum de fontibus Israel. Et
posuit, inquit, desertum in stagnum
aquarum, & terram inuiam in riuos
aquarum.

Lex noua tē-
 pori non est
 subiecta.

Hebræo.

Hebræ.

Abundantiā
 futurā in no-
 ua lege decla-
 rat.

Hieron.

Psalm.
 Psalm.

Hiere.

Esai.

Psalm.

Doctrina E-
 uangelica re-
 bus fortissi-
 mis comparat-
 tur.
 Deute.

Hierem.

Hebræ.

Ecclesia area
 est hic tereti-
 di iusti.

Auum.

Ioann.

aquarum. De quibus aquis & Saluator in Euangelio Ioann. 4. mystico sermone dicebat: qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in aeternum: sed aqua, quae ego dabo ei, fiet in eo fons aquae salientis in vitam aeternam. Et Ioann. 7.

Ioann.

Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui biberit de aqua, quam ego dabo ei, flumina de ventre eius fluent aquae viuae. Hoc autem, inquit Euangelista, dicebat de Spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eo. Quod multo antea Genes.

Genes.

21. adumbratum fuerat in Agar, quae, ut Scriptura diuina refert, in solitudine errabat cum filio suo Ismaele, & aquae virem ad vtriusque refectioem portabat: sed consumpta aqua quae in vtre erat, siti laborabant mater & filius, erantque in magno vitae discrimine constituti. Deus autem eorum misertus aperuit oculos Agar, & ostendit illi fontem aquae: ex qua biberunt ipsa & puer, & satiati sunt, puerque creuit & confortatus est, & factus in gentem magnam. Quid per Agar nisi gentilitas

Agar gentilitatem significat.

significatur, quae infinitis sceleribus inuoluta in deserto extra viam veritatis degebat, & in erroribus multis versabatur? Errabat Agar cum filio suo, errabat etiam gentilitas cum sobole sua, & aqua vtris (quae defecit) sustentabatur. Quoniam habet mundus aquam doctrinae & bonorum, sed quae aestu areret & consumitur. At Deus non tulit ut gentilitas cum sobole sua siti periret, ideoque aperuit illi aquam salutiferam & Euangelicam doctrinae, qua sustentata veram vitam consequeretur, & gentilitatis progenies istis aquis refecta multiplicaretur, tandemque harum aquarum suauitate

inescanta ad caelestem Hierusalem properaret, ubi aquarum diuinarum vbertate sitiata & inebriata perpetuo requiesceret.

De hac abundantia bonorum saepe in Prophetis mentio facta est, praecipue Amos cap. 9. ubi dicitur. Ecce dies veniunt dicit Dominus: & comprehendet arator messerem, & calcator vineae mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. Qui locus ad literam de Christi aduentu intelligendus est, & de abundantia doctrinae Euangelicae, & bonorum quae in Ecclesia futura sunt: tum etiam & de bonis quae Deus suis tandem largiturus est. Ideo hortatur nos Propheta ne in laboribus deficiamus, sed sustineamus & speremus iuxta illud Psalm. 26. Expecta Dominum, & viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Vbi Augustinus dicit: Non sustinebis mendacem, non eum qui poterit falli, non eum qui non est inuenturus quod det. Omnipotens promissit, certus promissit, verax promissit. Sustine Dominum. Viriliter age, noli dissolui, ne sis inter eos qui perdidit sustinentiam. Ad hanc nos hortatur Propheta dicens: Ecce dies veniunt, &c. Quasi dicat. Magna dulcedo, abundantia, & prosperitas tibi promittitur tempore Christi, & si ei inseruieris: ne tamen statim queras istam dulcedinem: Ecce dies veniunt, quibus dabitur, patientia necessaria est. Arator & seminator praesentem fructum non habet, sed spe commoti & incitati laborant. Qui enim arat, ut dicit Paul. 1. Corint. 9. In spe debet arare: & qui seminat, in spe debet seminare. Et si ista in-

Amos.

in laboribus non deficiendum quia non meretur Deus Psalm.

August.

Ecclesi.

Corint.

ter se comparentur, qui arat longius distat à fructu quam qui seminat. Ideoque Paulus arantis tantum meminit, ut ad spem magis excitaret. At messor & calcator vnae fructum iam in manibus suis vident: ille fructum, qui cor hominis confirmat, hic qui sanctificat cor hominis. Vtraque ergo comparatione hortatur ut laboremus, nec deficiamus certo sperantes suo tempore, (quod non multum tardabit, id enim denotat particula, *Ecce*.) fructum vberimum, qui & cor nostrum confirmet, & animam nostram laetificet. Sed illud praetereundum non est quod duplex fructus diuinae consolationis isto loco insinuat. Aliquando enim bene seruienti panis datur & consolatio, quae animam in bono confirmat, & ad dura perferenda excitat & confortat; & hoc intelligitur in messore. Aliquando propinatur vinum, quo anima confirmatur, erigitur, laetificatur, & torrente voluptatis Dei inebriatur, ut omnia mundi delectabilia contempnat: quod significatur in calcante vnae. Ne autem cum ad istam abundantiam honorum per Christum peruenimus, a carnis mortificatione & bonorum operum exercitio desistamus, subiungit: *Et calcator vnae comprehendet mittentem semen, & montes stillabunt dulcedinem.* Quoniam quo magis quis se ipsum abnegauerit, & subiecerit, ac per humilitatem, & obedientiam, & rerum omnium contemptum, se supra se leuauerit, & excelsa virtutum montemque perfectionis conscenderit, eo diuinis consolationibus copiosius affluet. Nec solum montes dulcedine abundabunt: sed & col-

les (qui montibus inferiores sunt, & in frugiferi censentur) consisti erunt arboribus, & fructibus abundabunt: dum in dedecore, in paupertate, in miseris oblectationis fructus inuenient. Quod Psalm. 64. David praedixerat inueniens. *Pinguescunt speciosa deserti, & exultatione colles accingentur.* De his dicit Esaias loco proposito: *Aperiam in supinis collibus flumina, &c.* Vbi non solum abundantiam aquarum & doctrinae promittit, sed & quod terra quae arida erat, id est, hominum corda deserta & peccatis plena, arboribus virtutum consista erunt. Ideo dicit: *Dabo in solitudine cedrum, &c.* Quo loco Hieronymus ait, quod varietates arborum diuersitatem significant gratiae spiritualis. Et subdit: *Hac omnia pariter ponuntur in solitudine, ne saltem vna chorda de Cythara Domini, & aliqua virtus gratiarum Ecclesiae deesse videatur.* Et Gregorius Homil. 20. in Euang. locum istum Esaias latissime versans ad Ecclesiam quae de gentibus congregata est accommodat, & gentilitati applicat, vide. Unde cum per Esaias vocem derelictae Dominus gentilitatis id est, sanctae Ecclesiae, spiritualium virtutum merita, tanquam deserto, arbuscula promitteret, humorem quoque pariter promissit dicens. *Ponam desertum in stagna aquarum, &c.* Desertum quippe Dominus in stagna aquarum posuit, & terram inquam in riuos aquarum: quia gentilitati, quae prius per ariditatem mentis nullos bonorum operum fructus ferebat, fluente sanctae praedicationis dedit, & ipsa, ad quam prius pro asperitate sua siccitatis, via praedicatoribus non patebat,

Duplex fructus consolationis diuinae

Non est cessandum à carnis mortificatione.

Psalm.

Hieron.

Gregor.

tebat, doctrinæ postmodum riuos emanauit. Cui ad huc ex magno munere promittitur. *Dabo in solitudine Cedrum, & spinam. Cedrum (quia magni odoris est, atque impetrabilis natura) iure accipimus in promissione. De spina vero cum peccanti homini dictum sit, Genes. 3. terra tua spinas & tribulos germinabit tibi, quid mirum si sanctæ Ecclesiæ illud promittitur, quod peccanti homini pro pœna multiplicatur?* Dicit Gregor. & soluit explicando quid singulæ arbores significēt isto modo; Cedri signantur nomine hi, qui virtutes & signa exhibent in sua operatione, qui dicere cū Paulo valent. 2. Corint. 2. *Christi bonus odor sumus Deo.* Quorum corda ita in æterno amore solidata sunt, vt eadem iam terreni amoris putredo nulla corrumpat. Per spinam vero signati sunt doctrinæ spiritualis viri, qui dū de peccatis ac virtutibus differunt, & modo æterna supplicia minantur, modo cælestis regni gaudia promittunt, corda audientium pungunt, sicque mentem dolore compunctionis perforant, vt ab eorum oculis, quasi quidam sanguis animæ, lachrymæ decurrant. Myrtus vero temperatiuæ virtutis est, ita vt dissoluta membra temperando constringat. Qui itaque per myrtum, nisi hi signati sunt, qui afflictionibus proximorum compati sciunt, eorumq; tribulationem per compansionem temperant: iuxta hoc quod scriptum est 2. Corint. 1. *Gratias autem Deo, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra; vt possimus & ipsi cōsolari eos, qui in omni pressura sunt.* Qui dum afflictis proximis verbum vel opem consolatio-

nis ferunt, eos proculdubio ad statum rectitudinis restringunt, ne immoderata tribulatione in desperationem soluantur. Quos autē per oliuam, nisi misericordes accipimus? Quia & Græcæ Eleos misericordia vocatur, & quasi oliuæ liquor antè omnipotentis Dei oculos misericordiæ fructus lucet. Ecclesiæ adhuc in promissione subiungitur: *Ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul.* Qui per abietem, quæ valde crescendo ad aëris alta sustollitur, nisi hi designati sunt, qui intra sanctam Ecclesiam adhuc in terrenis corporibus positi iam cælestia contēplantur: & quāuis nascendo de terra exierunt, contemplantando tamen iam iuxta æthera verticem mentis extollunt? Et qui per vlmum, nisi secularium mentes expressæ sunt, quæ dum terrenis adhuc curis inserviunt, nullum virtutum spiritualem fructū ferūt? Sed & si fructum proprium vlmus non habet, portare tamen vitem cum fructu solet. Quia & seculares viri intra sanctam Ecclesiam (quamuis spiritualium virtutum dona non habeant, dum tamē sanctos viros donis spiritualibus plenos sua largitate sustētant) quid aliud quam vitem cum botris portant? Buxus autem quos alios designat, quæ in altum non proficit, & quanuis fructum non habeat, viriditatem tamen habet, nisi eos qui intra sanctam Ecclesiam adhuc ætatis infirmitate bona opera ferre non valent, sed tamen parentum fidelium credulitatem sequentes, fidem perpetuæ viriditatis tenent? Post hæc omnia, aptè subiungitur:

tur:

Consideratio
honorum re-
quiritur ut
excitentur.
 tur. *Ve videant, & sciant, & recogitent,*
& intelligant pariter. Ad hoc enim
 cedrus in Ecclesia ponitur, vt quis
 quis a proximo odorem virtutum
 spiritualium trahit, ipse quoque in
 terrene vite dilectione non tor-
 peat: sed ad bonorum celestium
 desideria ignescat. Ad hoc spina po-
 nitur, vt qui prædicationis eius ver-
 bo compunctus fuerit, ipse quo-
 que exemplo illius discat corda se-
 quentium prædicationis verbo cõ-
 pungere. Ad hoc myrtus ponitur,
 vt qui in ardore tribulationis ab-
 ore vel opere proximi comparien-
 tis temperamentum consolationis
 acceperit, ipse etiam discat quem-
 admodum afflictis proximis sue cõ-
 solationis temperamentum profe-
 rat. Ad hoc oliua ponitur, vt qui a-
 lienæ misericordiæ opera cognos-
 cit: discat quemadmodum debeat
 indigenti proximo & ipse misere-
 ri. Ad hoc Abies ponitur, vt quis-
 quis vim contemplationis eius ag-
 nouerit, ipse quoque ad contem-
 planda æterna præmia succedatur.
 Ad hoc vlmus ponitur, vt quisquis
 intuetur eum qui habere virtutum
 fructum spiritualium nõ valet, sed
 tamen eos qui spiritualibus donis
 pleni sunt sustentat, ipse quoque
 sanctorum vitæ quanta valet largi-
 tate inferuiat, & celestium bono-
 rum botros quos gignendo non va-
 let, sustinendo ferat. Ad hoc buxus
 ponitur, vt qui habere multos ad-
 huc in infirmitate positos veræ fi-
 dei viriditatem considerat, etiam
 esse ipse infidelis erubescat. Bene er-
 go descriptis prius arboribus dici-
 tur. *Ve videat, & sciant, & recogitent,*
& intelligant. Vbi & aptè subiun-

gius, pariter. Quia cum intra sancta
 Ecclesia diuersi hominum mores,
 diuersi sint ordines, necesse est, vt
 omnes simul discant: dum in ea spi-
 ritales viri diuersæ qualitatis, æta-
 tis, & ordinis, ad imitandum si-
 mul videntur. Facilitas ergo & de-
 cursus Euangelicæ prædicationis,
 (quæ ad omnes erat peruentura) &
 doctrinæ Euangelicæ vis, tempo-
 rumque Messiaæ vbetas & abun-
 dantia ab Esaiâ descripta isto lo-
 co, verbis etiam ab Euangelista ci-
 tatis, *Omni vallis implebitur, & aper-*
tè manifestatur, & describitur.

XXII. CONSIDERATIO.

Quòd via virtutis faci-
 lis sit & plana post Christi ad-
 ventum; omnesque difficulta-
 tes superatæ sint; & quod le-
 gis asperitas in suauita-
 tatem sit versa.

Omni vallis implebitur.

HÆC sententia tollit om-
 nem difficultatem, quæ in
 via virtutis potest occur-
 rere: & quæ homines poterat deti-
 nente in via Dei. Et sensus prædi-
 catorum verborum videtur esse: via *via virtu-*
 virtutis, quæ difficilis, ardua, & *tis facilis &*
 laboriosa hominibus: semper *secura.*
 erat, quamque refugiebant, nec in-
 gredi audebant homines, tanquam
 si in ea vrsi, leones, & male bestia
 morarentur; & quæ mille difficul-
 tarib⁹ referta videbatur: (Dicit enim
 piger, vt refert Sapiens Proverb. 26. *Proter-*
Leo est in via, & leena in itineribus: &
 Pro-

Prover.

PROV. 22. Leo est foris in medio platearum, occidendus, foris planis facta est.

Numc.

Quod in populo Israel adumbratum videmus Numc. 13. qui videns habitatores terrae Chanaan dicebatur: Nequaquam ad huc populum valemus ascendere quia fortior nobis est.

Esai.

Hec inquam via ad virtutem, & promissionis terram, quae adeo difficilis apparebat, facilis redditur, adeoque plana ut omnibus petra sit, ita ut parvuli per illam gradi possint, & stulti non errent per eam. Quod idem Esaias cap. 35. praedixerat inquitens de temporibus legis Evangelicae. In ceculis, in quibus prius dracones habitabant, orietur visor calami & iunci. Erunt ibi semita, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & haec erit vobis directio. Vis, ita via stulti non errent per eam. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint & redempti a Domino: convertentur & venient in Sion cum laude, & letitia sempiterna supra caput eorum. Gaudium & letitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. Quoniam omnes difficultates devictae & superatae sunt, omniaque impedimenta sublata, & quae dolorem & tristitiam causare poterant remota. Quod significavit Esaias cum dicit: Omnis Vallis implebitur, &c.

Asperitas legis veteris sublata.

Quod non tantum intelligendum est respectu veteris legis, cuius omnis difficultas & asperitas in lege Evangelica sublata est: (de quo intelligunt & interpretantur istum locum Tertulianus adversus Marcionem dicens. *Explicat difficultates legis in facilitatem Evangelij mutandas.*)

Tertul.

Theophil.

Et Theophilactus qui legem Moy-

se carnaliter intellectam viam asperam & pravam putat appellari relictam & planam spiritalem intellectam, & Evangelicum.) Sed referenda etiam est ista sententia ad omnem difficultatem, quae in via Dei occurrere potest, & in via virtutis reperiri. Quod ostendere volens Christus Matth. 23. dixit: Tollite iugum meum super vos, & invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leve. Vbi nota quod duo nomina legis imponit, quibus eius qualitatem declarat. Primum vocat iugum: ut ostendat, quod licet subiciatur & grauetur, non premit, iugum enim non ab uno solo animali portatur, sed a duobus, quare facilius fertur. Lex Evangelica iugum est, & licet difficultate praeseferat, tamen faciliè portari potest: quoniam non solus homo illud portat, sed simul eum eo Deus. Vterque simul iugum fert. Unde Paulus cum dixisset. 1. Corint. 3. Plus omnibus laboravi, adiecit, non ego autem, sed gratia Dei mecum. Secundo onus dicitur, sed leve. Quoniam si cutalis, quas portat, non grauetur auis, sed ad volandum aptior & facilius redditur: sic mandata Christi non addunt onus, sed alleviant. Quia ita iubet facere, ut det quod iubet implere. Quare lex mandatorum non euacuatur per fidem Christi, ut dixit Paulus ad Roma. 3. sed statuitur. Quoniam fides, ut exponit Augustinus de spiritu & litera cap. 3. impetrat gratiam. Credentibus enim, & non nisi credentibus datur haec gratia Spiritus sancti, quae est charitas diffusa in cordibus nostris per Spiritum sanctum: quae for-

itambitio
et iurament
in virtutem
iuramentis

Math.

iugum quare
dicatur lex
Evangelica.

Corint.
Onus leve
quare dicitur
unile.

Roman.

August.

Cant.
August.
Gratia leuia facit onera leuis.

Simile.

Ioann.

Bernar.

tis est sicut mors, vt habetur Cantic. 8. Hinc August. de perfect. iust. dicit: *Cui mandata Dei videntur graua nondum accepit charitatis donum, vnde fiunt leuia* Sic igitur valles implentur per Christum, vt rectæ fiât fermitæ eius. Quia naturalem illam benè operâdi imbecillitatem & pusillanimitatē eius gratia sustulit, no uis adiectis viribus, & noua facta creatura. Sicut enim currus, & si grauis sit, efficit vt boues onus alias illis importabile ferant: ita Dei gratia & eius lex, (quamuis iugum sit) quia currus est, efficit: vt Dei ser uus vitæ onera sustineat, & æquani miter ferat, & cum Elia curru rap tus ad altiora se conscendat, & su pra naturam suam eleuetur. Quare Ioannes hoc intuens. 1. Can. cap. 4. ait: *Mandata Dei graua non sunt, quoniam omne quod natum est ex Deo vincit mundum.* Carni quidem Dei præ cepta graua videntur, & si viribus proprijs implēda essent, vtiquè gra uissima deberent reputari. Ceterū cum Dei adiutorio & gratia faci lia & leuia sunt. Iam omnis eorum difficultas à Christo superata est. Quod Bernardus Serm. 14. super Psalm. 118. declarat dicens: *Nemo dura putet esse, quæ iusta sunt. Nō enim ex infirmitate nostra vis estimanda iustitiæ est: qui durum putamus esse, quicquid per imbecillitatem animi ferre non possumus.* Iam enim valles impletæ sunt, & montes & colles humiliati, & praua facta sunt in directâ, & aspera in vias planas.

Quomodo dif ficultates sint sublatæ de via Dei.

Quod nō debet sic intelligi, quasi difficultates omnino sublatae sint, & impedimēta omnia remota: quæ tam ab intrinseco ex praua concu-

piscentia, quam ab extrinseco ex nostris inimicis possunt oriri, sed quod ista deuicta sint, à Christo su perata, & talia reddita, vt faciliè ab homine vinci valeant, & potius vti lia sint, si homo vellit, quam noscua. Non enim Deus per legem Euangelicam & gratiam suam rerum naturas commutauit, aut destruxit: sed hominum cordibus ad iutoria dedit, quibus faciliè impedi menta superare & vincere possent: & sic cōdiuit, vt quæ insuauia erāt & insipida, dulcia redderentur, & suauia fierent. Nec enim Deus labores destruxit, persequutores ab stulit, miseras & calamitates remo uit: sed facilia ita effecit. Martyrio Deus suam asperitatem non abstu lit, nec afflictionibus & tormentis suum dolorem: sed ita temperauit & disposuit, talibus circumstantijs affecit, vt cum suauitate & gaudio sumi possint. Quod hac similitu dine potest explicari. Cocus carnis naturas non commutat, nec potest: sed talibus condimentis afficit, vt diuersos sapes induant, & cum auiditate comedi possint: atquè car nes, quæ antea natura sua insipidæ & insulsæ erant, per condimēta ita coadiuntur & aptantur, vt appeti biles fiant, & cum delectatione su mantur. Non quidem commutatae sunt carniū naturæ, sed arte factum est, vt appetibiles fierent. Nō aliter in proposito. Deus rerum na turas minimè commutat, licet pos set: non efficit, vt lachrymæ amaræ & falsæ non sint, labores tristes, mi seriarum insipidæ, persequutiones & af flictiones molestæ: non efficit, vt abstinentia carni aspera non sit,

Simile.

Condimenti est quod labores appetantur.

mors terribilis: non efficit, ut via eius arcta non sit, & angusta porta ducens ad vitam: qui potius in lege Evangelica difficultates & molestiæ apertæ videntur, & mala cumulatiora. Quoniam *per multas tribulationes*, ut dicitur Actuum. 14. oportet nos introire in regnum Dei. Et Christus de seipso loquens Luc. 24. dicit: *Nonne oportuit Christum pati & ita intrare in gloriam suam?* Et iterum Matth. 11. ait. *A diebus Ioannis Baptiste regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Audi Paulum dicentem. 2. Corint. 1. *Non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, que facta est in Asia: quoniam supra modum grauati sumus, supra virtutem: ita ut tederet nos etiam vivere.* Audi & ipsum Christum in laboribus clamantem. Psalm. 68. & dicentem: *Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam, & non est substantia.* Difficultatis istius magnitudo adumbrata est in Ionata. 1. Reg. 14. qui ut Philisteos expugnaret, ascendebat pedibus & manibus reptans per loca solis aurius peruia. Non ergo commurauit Christus rerum naturas, nec abstulit difficultates. Imò auxisse videtur. Quid igitur effecit? & in quo facilitas ista consistit? In eo sane quòd labores, misérias, & calamitates ita sua gratia temperauit & condidit, ut licet in sua natura permanent, iustis & amicis Dei non solum faciles, sed & suauis & sapide sint propter diuersa condimenta, quæ illis apposuit: tum eorum quæ ipse pertulit: tum eorum, quæ pro patienti laborum tollerantia speramus: tum etiam & propter conso-

lationes quas ipse impertitur laborantibus: & propter condimenta gratiarum, quibus eorum mentes confortat, & cordis auiditatem excitat, ut delectabiliter sumantur.

Hinc Deuter. 33. de iustis dicitur, *Inundationes maris, ut lac surgent.* Quid amarius mare? Quid horribilius aquis maris inundantis? Quid detestabilius? Quid autem dulcius lacte? Et quid facilius adporandum? Ista ergo duo ad eò contraria coniungit, ut ostēdar, qua auiditate iusti labores sumant. Quia auiditate puer lac suggit, & labia uerberibus matris suæ infigit; eadem & multo maiori iusti labores & calamitates comedunt. Vbi nota quod dicit *inundationes maris*, quòd declarat, quòd non commutat rerum naturas. Aquæ enim maris sicut antea manent, imò multo horribiliores & foetidiore sunt inundatione, has autem non dicit quòd lac efficit, sed quòd ut lac iusti surgent. Ut scias condimenti apppositi esse quòd appetantur, & cum suauitate sumantur. *Gloriamur* inquit Paulus ad Roman. 5. *In tribulationibus, scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit.* Et Dauid Psalm. 93. dicebat. *Secundum multitudinem dolorum meorum, consolationes tuæ latificauerunt animam meam.* Deus igitur ita condire scit; ut appetibilia fiant mala & aspera. Unde Psalm. 127. Dauid dicebat: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes diè ac nocte, id est, lachrymæ mihi fuerunt non solum cibus & nutrimentum, sed & dulces & suauis sicut panis.* Augustinus locum istum exponens ait:

Actuum.

Lucæ.

Matth.

Corint.

Psalm.

Regum.

Deute.

simile.

Roman.

Psalm.

Psalm.

August. ait: Dulciores sunt lachryma orantium,
Lachrymarū quam gaudia theatrorum. Sicut enim
dulcedo. lignum viride in igne simul lachryma-
simile. tur & ardet: sic iustus in labore lachry-
 matur & gaudet. Id etiam expræssit
Psal. Psalm: 80. dicens: Et cibavit illos ex
 adipe frumenti: & de petra melle satu-
 ravit eos.

Quo loco loquitur David de ijs
 quæ Deus cum populo Israël fe-
 cit. Et certè nullibi legimus quòd
 Deus eduxerit mel de petra, & po-
 pulo illi tribuerit: sed solum repe-
 rimus quòd eduxerit aquam de pe-
 tra, & illa populum potauerit, E-
 xod. 17. & Nume. 20. Et ad factum
 hoc videtur respexisse David isto
 loco. Scio communiter ista referri
 ad abundantiam terræ, quam Deus
 promisserat filijs Israël: in qua tan-
 ta erat futura rerum omnium abun-
 dantia, ut mel nō ex aluearibus apū-
 perere oporteret, sed in rupibus pas-
 sim reperiretur. Tamen, ut diceba-
 mus, David respicere videtur ad
 aquam de petraeductā, quam mel
 vocat propter dulcedinem, & pro-
 pter aviditatem qua populus aquā
 illam bibebat. Aqua labores signifi-
 cat, hæc autem egrediens de petra,
 quæ est Christus, mel dulcissimum
 fit. Non quòd mutet naturam, sed
 quòd ita condatur, ut instar mellis
 dulcescat: voluptas enim non in ci-
 bi natura tantum posita est, sed in
 desiderij vigore consistit. Hoc ele-
 ganter docet Chrysof. Homil. 9.
 quòd nemo læditur nisi a se, tom. 5.
 dicens. *Ostendens etiam ipse, quia vo-
 luptas non in natura, ut diximus, cibo-
 rum, sed in desiderij vigore consistit. Pro-
 pter hoc & Propheta mirabilia enar-
 rans, quæ in Agypto gesta sunt, quæque*

in eremo, inter cætera etiam hoc dicit:
 de petra melle saturavit eos. Equidē nus-
 quam invenimus mel fluxisse de saxo:
 quid ergo est quod dixit? Quoniam qui-
 dem post multam itineris fatigationem,
 & laborem sitiētes, aquis frigidis è sa-
 xo fluentibus fruebantur, easque multo
 cum desiderio hauriebant: hoc ipso ergo
 quod dulcissimè, & desiderabiliter potā-
 di cupiditas explebatur, aquas illas mel
 appellavit: non quod natura aquarum
 fuerit commutata, sed quod dulcedo po-
 culi instar mellis sitiētibz & deside-
 rantibus obtinere dulcorem. Idem af-
 firmat Chrysof. Homil. 2. ad po-
 pulum Antioch. Ex quo videre po-
 teris quomodo licet difficultates
 & labores maneant, nec natura il-
 lorum commutetur, faciles & sua-
 ves redduntur desiderantibus, & a-
 qua laborum mel fiunt sitiētibz.

Qui ergo difficultatem & labo-
 rē in Dei via causat, suam imbe-
 cillitatem & imperfectionem aper-
 te profitetur. Quod egregie David
 declaravit Psal. 93. dicens: *Nunquid
 adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis
 laborē in præcepto?* Locus iste du-
 pliciter exponi solet, & ad nostrum
 propositum. Primo aliqui expo-
 nunt, ut sit quasi interiecta obiur-
 gatio impij in peccatis suis permanere
 cupiētis prætextu difficultatis,
 quam fingit esse in obseruatione
 mandatorum Dei. Atque ita pro-
 nomen, *tibi* demonstrat peccatorē,
 ad quem fit sermo. Et certè non est
 difficile intelligere, quomodo im-
 pij laborem fingunt in præceptis
 Dei, quomodo difficultatem cau-
 santur, & murmurant de labore &
 dolore, quem confingunt in obser-
 uatione diuinæ legis, cum secundū

*Causantes dif-
 ficultatem in
 via Dei suā
 infirmitatem
 prociunt.
 Psalm.*

Chrysof.

Sapient.

Psalms.

veritatem malorum viæ sint difficili-
ciliores, & maioribus laboribus re-
pletæ: sicut Sapient. 5. ipsi peccato-
res testantur dicentes. *Lassati sumus
in via iniquitatis, ambulauimus vias dif-
ficiles.* De quibus Psalm. 13. dicitur.
Contritio & infelicitas in vjs eorum.
Istos igitur qui sic falso mentiun-
tur, & sua malitia confingunt in præ-
ceptis Dei laborē, (vbi vere labor
nō est, sed suauitas, dulcedo, & gau-
dium,) amara reprehensione car-
pit propheta inquiring. *Nunquid tibi,
qui sic fingis in præcepto laborem, ad-
heret sedes iniquitatis?* Solent nam-
quē huiusmodi homines dicere, se
nō posse malam vitam derelinque-
re, non posse aliter facere, occasio-
nem deserere: in quo fatentur sibi
sedem iniquitatis adhærere, ita vt
non possint ab ea, in qua sedent ini-
quitate sede, exurgere, peccata re-
linquere naturam vel conditionē
causantes. Cuius contrarium osten-
dit hac interrogatione vtens Pro-
pheta: *Nunquid adheret tibi, &c.* Qua-
si dicat. Nequaquam adheret tibi
sedes iniquitatis, vt deserere nō pos-
sis. Quacumquē enim hora pœni-
tentiam agere volueris, poteris ad-
iutus gratia Dei, qui stat ad ostium
& pulsat, à peccato resurgere. Et in
hac expositione aduertendum est
& ponderādum verbū, *fingis*, quod
vim magnam habet: quo ostendit
quod difficultas nulla reperitur,
sed si qua occurrit, homo ipse illā
excogitat, fingit, & falso proponit,
cum præcepta Dei & iugum eius
maximē suauia sint.

Secundo exponunt alij, vt sermo-
nem dirigat ad Deum, qui præcep-
ta talia constituit, quæ videan-

tur difficultatem habere, & respec-
tu carnis & sanguinis illam ha-
beant. Sed quæ facillē superari pos-
sit: ita vt cum Deo loquatur dicēs:
*Nunquid tibi, ò Deus, adhereret sedes
iniquitatis?* Quo significat eos, qui in
iniquitatibus sedent, nullo modo
Deo adhærere iuxta illud Psal. 5.
*Non habitabit iuxta te malignus, nequē
permanebunt iniusti ante oculos tuos.*
Quod autem sequitur. *Qui fingis la-
borem in præcepto:* dicunt etiam ad
Deum referri. Fingit enim Deus
in præcepto laborem: Quoniam ta-
lia præcepta hominibus tradit, quæ
in sua obseruatione propter carnis
nostræ fragilitatem habent difficul-
tatem. Id autem efficit propter no-
stram vtilitatem: vt tanto fiat remu-
neratio gloriosior, quanto pugna
fortior. Quare sensus erit, quod li-
cet Deus laborem posuerit in præ-
ceptis quæ nobis dedit, non idē id
fecisse credendus est, quod iniquita-
tem diligit, aut quod de hominum
perditione lætetur: cum semper no-
bis assit, & auxiliari paratus sit,
suoquē favore difficultatem istam
facile ad gloriā vincere possimus.
Vndē nostræ iniquitatis est, quod
præcepta frangamus. Sic interpre-
tatur Augustinus, qui in expositio-
ne istius loci fingere pro formare
accipit, & dicit. *Ex hoc enim intelligo
quod non tibi adheret sedes iniquitatis,
quia nec nobis præcepisti.*

Aliter etiam interpretantur præ-
dictum locum idem Augustinus &
Hieronymus, vt fingere laborem in
præcepto idem sit quod de dolore
præceptum facere, vt ipse dolor &
labor præceptus sit nobis, dum in
hac vita labores suis Deus immitit,

& re-

Psalms.

Præcepta
Dei licet dif-
ficultatem ha-
bent facile
vinci possunt.

August.

August.

Hieron.

Labores præ-
cepti nobis.

& requiem in altera promittit. Ut hinc discat homo terrena despice-
re, labores & tribulationes dilige-
re. Sed ut iam ad propositum re-
grediamur, ille in præcepto labore
frangit, qui iugum Dei asperum, &
onus graue iudicat. Via enim virtu-
tis & legis Dei plana & facilis post
Christum reddita est: idquè signifi-
cant verba ista: *Omnis vallis implebitur.*
Ec. Quæ exponens Procopius
inquit. *Vere via iniquitatis via perdiffi-*

cilis, & plena difficultatibus sub prin-
cipibus tenebrarum, quæ homines astrin-
git carnalibus desiderijs, mutata in iugū
lene & suauæ, quæ via plana dicitur ab
Esaia. Quod & Plato in Philebo

Plato.

docuit dicens: Vita honesta nihil esse
suauius, nihilquè acerbius vita volup-
tuosa. De hoc legendus Chrysoft.


Chrysoft.

Homilia. 10. operis perfecti in

Matth. vbi locum istum

Esaiaë expo-
nit.

Procopius.





INDEX LOCORVM SCRIPTVRÆ, QUI ISTO TOMO

primo non vt cunque tanguntur: sed copiose
& accuratè explicantur.

*Eos enim qui leuiter tanguntur, vel solum citantur,
breuitati consulentes omittimus.*

GENESIS.

CAPITE. I.



PIRITVS DOMINI

ferebatur super aquas, pag.
441.b

- 1 Faciamus hominem ad imaginem
& similitudinem nostram, pag.
210.a
- 2 Inspirauit in faciem hominis spiracu-
lum vitæ, p. 241.b
- 3 Eritis sicut dij, pag. 417.a
- 3 Et ipse dominabitur tui, p. 208.a
- 4 Omnis qui inuenerit me occidet me.
p. 65.a
- 7 Tactus dolore cordis intrinsecus,
&c. pag. 53.a
- 7 Sicut præceperat Dominus Noe, pa.
69.b
- 8 Sensus & cogitatio humani cordis
ad malum prona sunt, &c. pag.
239.b
- 14 Animas redde mihi, p. 295.b
- 15 Generatione quarta reuertentur
huc, p. 31.a
- 19 Ita vt ostium inuenire non possent,
pag. 73.b
- 19 Quæ uersa est in statuam salis, pag.
227.b
- 21 Eijce ancillam & filiam eius, pag.
293.a
- 21 Ostendit illi fontem aquæ, p. 571.a

22 Tolle filium tuum quem diligis Isaac,
&c. p. 157.b

34 Et tristem deliniuit blanditijs, pag.
506.b

37 Inuenit eum errantem in uia, pag.
452.b

46 Animæ quæ egressæ sunt de foemo-
re Iacob, p. 291.b

49 Non auferetur sceptrum de Iuda,
&c. p. 347.b. & 459.b

49 Sicut Cerastes in semita, ut mor-
deat ungulas equi, p. 423.b

49 Et ipse erit expectatio gentium,
p. 483.b

EXODI. CAP. III.

Tolle calceamenta de pedibus tuis.
pag. 335.b

23 Ne suscipias uocem mendacij, pa.
229.b

28 Sacerdos præcipitur habere tintin-
nabula in ueste, ne moriatur, pa.
531.a. & 537.a

32 Obsecro, peccauit populus hic pecca-
tum maximum, pag. 528.a

32 Aut dele me de libro tuo, p. 184.b.
& 528.a

32 Fac nobis deos qui præcedat nos, pa.
349.b

NUMERI. CAP. XXIII.

Et consurget uirga de Israel, pag.
462.a

INDEX

DE VTERONOMII.

CAP. IX.

A Ccepit tabulas scriptas digito
Dei. p. 70. a

13. Prophetam suscitabit Dominus de
fratribus tuis. p. 323. a

24. Non accipies loco pignoris inferio-
rem & superiorem molam. p. 3. a

30. Mandatum hoc quod ego precipio
tibi hodie, &c. usque, in corde tuo
ut facias illud. p. 435. b

31. Interroga patres tuos, & dicent ti-
bi, &c. p. 341. b

32. Incrassatus est dilectus, & recal-
citrauit. p. 235. a

33. In manu eius ignea lex. p. 571. a

33. Inundationes maris ut lac suggestent.
p. 578.

34. Et non surrexit ultra Propheta si-
cut Moyses. p. 138. a

IVDICVM. CAP. XV.

Sitienque valde. &c. p. 401. b

REGVM. I. CAP. II.

E T magis honorasti filios tuos quam
me. p. 540. a

2. Quare fecistis res huiuscemodi, &c.
ibidem.

7. Preparare corda vestra Deo. pag.
547. a

REGVM II. CAP. XIII.

Ferrata carpenta. pag. 570. b

REGVM III. CAP. XVIII.

V Squequo claudicatis in duas par-
tes. p. 238. b

22. Egredere, decipies, & praeualebis,
pag. 411. a

REGVM III. CAP. III.

R Eccte ne agitur circa te, & vi-
rum tuum, &c. p. 315. a

4. In medio populi mei habito. p. 331. b

7. Si tacuerimus, & noluerimus indi-
care sceleris arguemur. p. 317. a

18. Tacuit & non respondit. p. 317. a

TOBIÆ. CAP. III.

I N ipsa initium sumpsit omnis perdi-
tio. p. 418. a

HESTHER. CAP. XIII.

N Eradas Domine sceptrum tuum
his qui non sunt. p. 462. a

IOB. CAP. I.

C Ecidit paries super filios eius, &c.
p. 298. b

1. Nudus egressus sum de utero matris
meae, & nudus reuertar illuc. pag.
159. b

3. Quare misero data est lux. p. 407. a

6. Amici mei pertransierunt me instar
torrentis. p. 263. b

7. Militia est vita hominis, &c. pag.
507. a

14. Quis mihi hoc tribuat, ut in inferno
protegas me, &c. p. 78. b. & 84. a

14. Quibus nunc milito. p. 507. a

15. Sapientes confitentur, & non absco-
dunt. p. 317. a

19. Manus Domini tetigit me. p. 187. b.
& 516. b

21. Iste moritur robustus, &c. p. 96. b

24. Leuis est super faciem aquae. p. 194. a

26. Columnae caeli cõtremiscunt. p. 14. a

30. Radix iuniperorum, &c. p. 419. a

31. Si vidi sulcũ cum fulgeret, &c. usque,
contra Deum aliusimum. p. 399. b

36. Causa tua sicut impij indicata est,
&c. p. 21. b

38. Nunquid ingressus est thesauros ni-
uis. p. 225. b

40. Secus calamum & papyrus re-
quiescit. p. 271. a

40. Bestiæ agri ludent ei. p. 299. b

40. Operient umbram umbram eius. pag.
299. b

40. Ossa eius velut fistula æris. p. 422. a

PSALMORVM. I.

E T erit tanquam lignum, quod plã-
tatum est secus decursus aqua-

rum,

L O C O R U M.

- rum, &c. p. 11. a. & 267. b
- 1 Ideo non resurgent impij in iudicio
p. 86. b. & 110. b
- 2 Postula à me & dabo tibi gentes hæ-
reditatem, &c. p. 462. b
- 2 Apprehendite disciplinam ne quan-
do, &c. 456. b
- 4 Filij hominum vsquequo graui cor-
de, &c. p. 113. b
- 4 In tribulatione dilatasti mihi, pag.
193. a
- 4 Vt quid diligitis vanitatem, & qua-
riritis, &c. p. 272. b
- 4 Signatum est super nos lumē vultus
tui Domine, p. 196. b
- 8 Minuisti eum paulominus ab ange-
lis, p. 100. a. & 147. a
- 9 Non est Deus in conspectu illius,
p. 49. b
- 9 Propter quid irritauit impius Deū?
&c. p. 50. a
- 9 Desiderium pauperum exaudiuit Do-
minus, & asperationem cordis eo-
rum audiuit, &c. pag. 165. a. &
206. b
- 9 Factus est Dominus refugium pau-
peri, adiutor, &c. p. 216. b
- 9 Et sperent in te, qui nouerunt nomē
tuum, p. 217. a
- 9 Laudatur peccator in desiderijs ani-
mæ suæ, &c. p. 300. a
- 9 Inclinabit se & cadet, cum domina-
tus, &c. p. 391. a
- 10 Quoniam ecce peccatores intende-
runt arcum, parauerunt sagittas,
&c. p. 377. b
- 11 Propter miseriam inopum, & gemitum
pauperum, nunc exurgam,
p. 509. a
- 11 In circuitu impij ambulat, pag.
567. a
- 13 Dixit insipiens in corde suo non est
Deus, corrupti sunt, &c. p. 49. b
- 15 Non derelinques animam meam in
inferno, nec dabis sanctum tuum
videre corruptionē &c. p. 125. a
- 15 Funes ceciderunt mihi in præciariis,
&c. p. 161. b
- 15 Prouidebam Dominum in conspe-
ctu meo semper, quoniam à dex-
tris est mihi, &c. p. 208. b
- 15 Multiplicate sunt infirmitates eo-
rum, postea accelerauerunt, pag.
492. a
- 16 Satiabor cum appuerit gloria tua,
pag. 211. a
- 17 Filij alieni mentiti sunt mihi, pa.
238. b
- 17 Commota est, & contremuit terra,
fundamenta montium conturba-
ta sunt, &c. p. 67. a
- 21 Neque desepxit deprecationem pau-
peris, p. 216. b
- 21 Ego sum vermis, & nan homo, pag.
332. b
- 26 Et mentita est iniquitas sibi, pa.
374. a
- 26 Expecta Dominum & viriliter age.
p. 572. b
- 26 Si exurgat aduersum me prælium
in hoc ego sperabo. p. 108. a
- 28 Vox Domini in virtute, &c. vsque,
reuelabit condensā, p. 514. a. &
532. b
- 29 Eduxisti ab inferno animam meā.
p. 125. a
- 29 Ego dixi in abundantia mea, non
mouebor, &c. p. 203. b. 204. a.
210. b
- 30 In manibus tuis sortes meæ, p. 562. b
- 31 Dum configitur spina, p. 189. b
- 31 Nolite fieri sicut equus & mulus, qui-
bus non est intellectus, p. 377. a
- 32 Verbo Domini cali firmati sunt, &
spiritu oris eius omnis virtus eorū
p. 12. b

INDEX

- 33 Oculi Domini super iustos, & aures eius, &c. p. 206. b.
- 34 Dic anima mea salus tua ego sum, p. 197. b.
- 34 Odio habuerunt me gratis, p. 412. b.
- 35 Quoniam apud te est fons vita, & in lumine tuo, &c. p. 489. a. & 361. a.
- 35 In lumine tuo videbimus lumen. p. 196. b.
- 36 Nouit Dominus dies immaculatorum, &c. p. 105. a.
- 36 Inimici vero Domini mox & honorificati fuerint & exaltati, desidentes, &c. p. 408. a.
- 36 Vidi impium super exaltatum & eleuatū sicut cedros Libani, & transiui, &c. p. 276. a.
- 38 Thesauizat & ignorat cui, &c. p. 161. a.
- 38 Verumtamen in imagine pertransit homo, p. 160. b.
- 38 Sed & frustra conturbatur, pag. 489. a.
- 38 Obmutui, & humiliatus sum, & filii à bonis, p. 384. a.
- 38 Notū fac mihi Domine finem meū, p. 198. b.
- 38 A fortitudine manus tuæ ego defeci, p. 516. b.
- 40 miserere mei & resuscita me, pag. 242. b.
- 44 Omnis gloria eius filie regis ab intus, p. 291. a. & 356. b.
- 44 Eructauit cor meum verbum bonū, p. 474. b.
- 44 Et obliuiscere populum tuum, & domum, &c. p. 520. b.
- 45 Fluminis impetus lætificat ciuitatē Dei, p. 361. b.
- 46 Quoniam dii fortes terræ vehementer eleuati sunt, p. 306. a.
- 48 Cur timebo in die mala, iniquitas calcanei mei, &c. p. 58. b. & 77. a.
- 48 Laborabit in æternū, & uiuet, &c. p. 72. b.
- 48 Mors depascet eos, &c. pag. II. a.
- 48 Et relinquent alienis diuitias suas, &c. p. 496. b.
- 49 Deus manifeste ueniet, & non silebit, p. 81. b.
- 49 Arguam te, & statuam contra faciem tuam, pa. 374. b.
- 50 Ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris, p. 93. b.
- 50 Labia mea aperies, & os meū, &c. p. 546. b.
- 50 Et malum coram te feci, p. 254. a.
- 50 Amplius laua me ab iniquitate mea, &c. p. 440. a.
- 50 Ecce in iniquitatibus cōceptus sum, p. 454. a.
- 50 Docebo iniquos uias tuas, p. 512. a.
- 51 Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, &c. p. 276. b.
- 51 Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, & preualuit in uanitate sua, p. 276. b.
- 52 Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, p. 240. a.
- 54 Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, p. 256. b.
- 56 Paratum cor meum, paratum cor meum, p. 524. a.
- 57 Sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, p. 240. a.
- 59 In Idumeam extendam calceamentum meum, p. 335. a.
- 59 Dediisti metuentibus te significatiōnē, ut fugiant à facie arcus, p. 53. a.
- 61 Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere, p. 521. b.
- 64 Pinguescent speciosa deserti, &c. p. 573. b.
- 67 Capiisti captiuitatem, accepisti dona in ho-

LOCORVM.

- in hominibus, pag. 125. a
- 67 Parasti in dulcedine tua pauperi
Deus, p. 243. a
- 67 Sicut deficit fumus, deficient, sicut
fluit cera, &c. p. 269. a
- 68 Saluum me fac Deus, quoniam in-
trauerunt aqua, &c. p. 109. a
- 72 Quam bonus Israel Deus his qui re-
cto sunt corde, p. 193. a
- 72 Donec intrem in sanctuarium Dei,
& intelligam in nouissimis eorū,
p. 96. a. & b
- 72 Quid enim mihi est in caelo, & a te
quid volui super terram, p. 107. a.
& 212. b
- 72 In ciuitate tua imaginem ipsorum
ad nihilum rediges, p. 114. a
- 72 Ideo conuertetur populus meus hic,
& dies pleni inuenientur in eis,
p. 205. a. & 234. b
- 72 Mihi autem adherere Deo bonum
est, & ponere, &c. p. 274. b
- 73 Contribulasti capita draconum in
aquis, p. 105. a
- 73 Operatus est salutem in medio ter-
ra, p. 478. a
- 74 Quia nequē ab Oriente, nequē ab Oc-
cidente, nequē a desertis monti-
bus, quoniam Deus iudex est, pa-
61. a
- 74 Cum accepero tempus, ego iustitias
iudicabo, p. 81. a
- 74 Liquefacta est terra, & omnes qui
habitant in ea: ego autem confir-
maui columnas eius, p. 104. a
- 76 Etenim sagittae tuae transeunt, &c.
p. 72. b
- 76 In mari via tua, & semitae tuae in
aquis multis, p. 545. b
- 77 Filij Ephrem intendentes & mittē-
tes arcum, conuersi sunt, &c. pag.
203. a
- 77 Et mandauit nubibus de super, & ia-
nuas caeli, &c. p. 491. a
- 79 Ostende faciem tuam, & salui eri-
mus, &c. p. 140. b
- 79 Et potum dabis nobis in lachrymis
in mensura, p. 565. a
- 80 Aperi os tuum, & ego implebo, pa-
546. b
- 80 Et cibauit illos ex adipe frumenti,
& de petra, &c. p. 579. a
- 81 Et facies peccatorū sumitis, p. 77. b
- 81 Ego dixi dij estis, &c. p. 349. a
- 82 Ne taceas, nequē compestaris Deus,
p. 75. b
- 82 Imple facies eorum ignominia, &
quaerent nomen tuum, p. 189. a. &
235. a
- 82 Pone eos vt rotam, & sicut stipu-
lam, &c. p. 192. b. & 194. a
- 83 Respice in faciē Christi tui, p. 140. b.
& 455. b
- 83 Elegi abiectus esse in domo Dei, ma-
gis quam habitare in tabernacu-
lis peccatorum, p. 292. a
- 88 Si David mentiar, &c. p. 397. b
- 88 Visitabo in virga iniquitates eorum,
misericordiam autem meam, &c.
p. 492. b
- 90 Cum ipsa sum in tribulatione, eri-
piam eum, &c. pa. 227. a
- 90 Scapulis suis obumbrabit tibi, pag.
456. b
- 90 Protegam eum, quoniam cognouit
nomen meum, p. 217. a
- 93 Nunquid adheret tibi sedes iniquita-
tis qui fingis, &c. p. 579. b
- 94 Si introibunt in requiem meam, pa.
397. b
- 96 Ignis ante ipsum praecedet, &c. pa.
44. a
- 96 Iustitia & iudicium correctio sedis
eius, p. 77. b
- 101 Ipsi peribunt tu autem, &c. pag.
32. b

INDEX

- 101 *Similis factus sum pellicano, &c. p.*
303. b
- 102 *Quoniam ipse cognouit figmentum*
nostrum, p. 453. b
- 103 *Qui facit angelos suos spiritus, pag.*
142. a
- 105 *Et mutauerunt gloriam suam in si-*
militudinem vituli, &c. p. 35. a
- 106 *Posuit desertum in stagna aquarum,*
p. 573. b
- 106 *Errauerunt in solitudine in in aquo*
so, & viam ciuitatis habitaculi
non inuenerunt, p. 432. a
- 108 *Induantur sicut diploide confusio-*
ne sua, p. 95. a
- 109 *Donec ponam inimicos tuos scabel-*
lum pedum tuorum, p. 97. b
- 114 *Tribulationem & dolorem inueni*
p. 191. b
- 117 *Lapidem quem reprobauerunt adifi-*
cantes, &c. p. 97. a
- 118 *Tribulatio & angustia inuenerunt*
me, p. 191. b
- 118 *Bonum mihi quia humiliasti me, pa.*
203. b
- 118 *Confige timore tuo carnes meas, pa.*
297. a
- 118 *Principes persequuti sunt me gratis.*
p. 414. a
- 118 *In verba tua speraui, p. 495. a*
- 118 *Bonitatem & disciplinam & scien-*
tiam doce me, p. 535. a
- 122 *Sicut oculi ancilla in manibus domi-*
nae suae, &c. p. 208. a
- 124 *Montes in circuitu eius, &c. pag.*
190. b
- 127 *Fuerunt mihi lacrymae meae panes,*
pag. 578. b
- 129 *Et copiosa apud eum redemptio, pa.*
23. b
- 130 *Sicut ablactatus est super matre sua,*
ita retributio in anima mea, pag.
397. a
- 130 *Domine non est exaltatum cor*
meum, &c. p. 397. a
- 131 *Parauit lucernam Christo meo, pag.*
112. a
- 131 *De fructu ventris tui ponam super*
sedem tuam, p. 347. b
- 131 *Si introiero in tabernaculum do-*
mus meae, p. 398. a
- 136 *Exinanite, exanite vsque ad funda-*
mentum, p. 531. b
- 136 *Et allidet paruulos tuos ad petram,*
pa. 446. b
- 136 *Si non proposuero Hierusalem in*
principio, &c. p. 398. a
- 138 *Mihi autem nimis honorati sunt*
amici tui Deus, p. 189. b
- 138 *Sicut terebrae eius, ita & lumen*
eius, p. 192. a. & 406. b
- 140 *Oleum autem peccatoris non impin-*
guet caput meum, pag. 257. a. &
299. b
- 143 *Beatum dixerunt populum cui haec*
sunt, p. 132. b. & 503. a
- 143 *Beatus populus cuius Dominus Deus*
eius, p. 503. a
- 145 *Nolite confidere in principibus,*
&c. pag. 279. a
- 148 *Tange montes & fumigabunt, pa.*
187. b
- 149 *Et gladij ancipites in manibus eo-*
rum, pag. 80. a

PROVERBIORVM.

CAP. I.

- S** *Ite lactauerint peccatores, &c.*
pag. 509. a
- 3 *Longitudo dierum in dextera eius,*
&c. vsque, qui tenuerint eam bea-
ti, pa. 502. b. & 544. a
- 3 *Via eius via pulchra, &c. p. 544. a*
- 4 *Iustorum via quasi lux splendet, &c.*
pag. 548. b
- 5 *Iniquitates suae capiunt impium,*
pag. 374. a

LOCORVM.

- 6 Homo apostata vir inutilis, &c. pa.
200. b
- 10 Odium excitat rixas, & vniuersa de
licta operit charitas, p. 259. a
- 10 Quasi tempestas transiens non erit
impius, iustus autem, &c. p. 269. a
- 10 Stultus quasi per risum operatur sce-
lus, p. 299. b
- 11 Qui confidit in iudicijs suis corraet,
pa. 277. a
- 12 Non contristabit iustum quidquid
acciderit ei, pa. 192. a
- 13 Nuntius impij cadet in malum, pag.
199. b
- 14 Est via qua videtur homini recta,
&c. pa. 549. b
- 16 Vir iniquus lactat amicum suum,
pag. 509. a
- 16 Spirituū ponderator est Dominus,
pa. 521. a
- 16 Hominis est animam preparare, &
Domini gubernare linguam. pag.
546. a
- 16 Cor hominis disponit viam suam, sed
Domini est dirigere gressus, p. 547. a
- 17 Qui altero sermone repetit, separat
foederatos. p. 202. a
- 17 Oculi stultorum in finibus terra, pa.
377. b
- 18 Fugit impius nemine persequente,
p. 275. a
- 18 Verba bilinguis quasi simplicia, &c.
pa. 395. b
- 21 Testis mendax peribit, pag. 229. b
- 22 Verbis sapientis accommoda aurem,
p. 341. b
- 25 Sicut frigus niuis in die mesis ita
legatus fidelis, v. 202. a
- 28 Qui ambulat simpliciter saluus erit,
pag. 550. b
- 29 Homo qui blandis fictisque sermo-
nibus loquitur amico suo, &c. pa.
255. b

- 29 Qui delicate nutrit seruum postea
sentiet contumacem, p. 293. b
- 31 Date siceram merentibus, &c. pag.
218. a

ECCLESIASTIS. CAP. I.

- E**T omnia vanitas, & afflictio spi-
ritus, pa. 212. a
- 2 Et hanc ratus sum partem meam,
pag. 277. b
- 5 Quomodo venit sic reuertetur, pag.
160. b

CANTICORVM. CAP. I.

- O**Culi tui columbarum, pag. 78. a
& 403. b
- 1 Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in
meridie, ne vagari incipiam, &c.
pag. 431. b
- 1 Oleum effussum nomen tuum, pag.
505. b
- 1 Ideo adolescentula dilexerunt te, p.
505. b
- 2 Surge propera amica mea, &c. pag.
26. a
- 2 Capite nobis vulpes paruulas, pag.
347. a. & 373. a
- 2 Et facies tua decora, p. 378. a
- 2 Ecce iste venit saliens in montibus,
&c. p. 545. b
- 3 En lectulum Salomonis sexaginta
fortes ambiunt, &c. p. 342. b
- 3 Tenui eum, nec dimittam, donec in-
troducā in domum matris meae,
&c. pa. 521. b
- 4 Sicut turris David collum tuum, qua
aedificata est cum propugnaculis,
mille clypei pendent ex ea, &c.
pag. 344. a
- 4 Quae fluunt impetu de Libano, pag.
484. b
- 5 Vox dilecti mei pulsantis, &c. pag.
232. a

INDEX

- 5 Sicut columna marmorea fundata
super bases aureas, &c. p. 377. b
- 7 Et ad me conuersio eius, p. 208. a
- 7 Collum tuum sicut turris eburnea, p.
343. b
- 7 Oculi tui sicut piscina in Hesebon,
p. 343. b
- 7 Nasus tuus sicut turris Libani, pag.
343. b
- 7 Venter tuus sicut aceruus tritici, &c.
pag. 377. a

SAPIENTIE CAP. II.

- C**ircumueniamus instum, quoniam
contrarius est, &c. p. 413. a
- 3 Iustorum anima in manu Dei sunt,
& non tanget illos termetum mor-
tis, p. 274. b
- 5 Et accipiet armaturam zelus illius,
&c. p. 56. b
- 6 Foribus suis asidentem inueniet
eam, p. 231. a
- 7 Propter hoc optauit, & datus est mi-
hi sensus, p. 503. b
- 8 Attingit a fine vsque ad finem for-
titer, &c. p. 561. b
- 10 Hac primum hominem eduxit a pec-
cato suo, p. 471. a

ECCLESIASTICI.

CAP. V.

- N**on ventiles te in omnem ventum,
p. 270. b
- 5 Sic omnis peccator probatur in dupli-
ci lingua, p. 271. a
- 5 Esto firmus in via Domini, p. 271. a
- 6 Amico fideli nulla est comparatio,
p. 261. a
- 6 Erit tibi quasi coequalis, & in dome-
sticis tuis, &c. p. 261. b
- 6 Si humiliauerit se coram te, & abs-
conderit, &c. p. 261. b
- 6 Est amicus secundum tempus suum,
p. 263. a
- 7 Noli esse iustis multum, p. 556. b

- 10 Initium superbiae hominis apostata-
re a Deo, p. 200. b. & 417. a
- 10 Quoniam initium omnis peccati su-
perbia, p. 417. b
- 10 Regnum a gente in gentem transfer-
tur propter contumelias, &c. pag.
499. b
- 12 Non agnoscitur in bonis amicus, pa.
261. a
- 15 Et firmabitur in illo, & non flecte-
tur, pa. 270. a. & 274. b
- 18 Post concupiscentias tuas ne eas,
&c. p. 253. b
- 18 Faciet te gaudium inimicis tuis, pa.
254. a
- 19 Faciunt apostacare, p. 200. b
- 24 Penetrabo omnes inferiores partes
terrae, p. 125. a
- 27 Homo sensatus in sapientia manet
sicut Sol, nam stultus sicut Luna
mutatur, pa. 268. a
- 28 Lingua testificans adducit mortem,
pag. 229. a
- 28 Ori tuo fac ostium, & uentem, &c.
p. 229. b
- 31 Beatus vir qui post aurum non abiit,
&c. vsq; fecit mirabilia, p. 416. b
48. Qui inscriptus est iudicys in tempo-
rum, &c. p. 320. b

ESAIÆ. CAP. I.

- H**eu consolabor super hostibus
meis, pag. 55. a
- 1 A planta pedis vsque ad verticem
capitis non est in eo sanitas, &c.
pag. 302. a
- 2 De Syon exibit lex, & uerbum Domi-
ni de Hierusalem, pag. 485. a. &
486. a
- 2 Intrabunt in speluncas, &c. p. 74. b
- 2 Quiescite ab homine, cuius spiritus
in naribus eius, p. 75. a
- 4 Si abluerit Dominus sordes filiarum
Syon, p. 328. a

L O C O R V M.

- 5 Quis iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo, p. 351. a
- 6 Ecce ego mitte me, p. 512. a. & 525. a
- 7 Ecce virgo concipiet, p. 348. a
- 8 Aqua Siloe quæ vadunt cum silentio, p. 538. b
- 9 Letabuntur coram te, sicut qui letantur in messe, p. 28. b
- 9 Habitâtibz in regione vmbrae mortis, & c. p. 177. b
- 9 Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius, & sceptrum exactoris eius superasti, p. 462. a
- 9 Manus eius extenta, p. 516. b
- 10 Quid facietis in die visitationis & calamitatis de longè venientis, & c. p. 58. a
- 10 Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ead, p. 399. b
- 11 Et erit iustitia cingulum lumborum eius, p. 364. a
- 11 Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & c. p. 462. a
- 11 Et spiritu oris sui interficiet impiû, p. 542. b
- 12 Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, p. 440. b
- 13 Onus Babylonis, p. 4. b
- 13 Obtenebratus est Sol in ortu suo, pag. 7. a
- 21 Tritura mea & filia area mea, & c. pa. 11. a. & 66. b
- 24 Erubescet Luna, & confundetur Sol, & c. p. 15. a
- 26 In tribulatione Domini recordabor, pag. 492. a
- 26 Indulxisti genti Domine, indulxisti genti, nunquid glorificatus est pa. 188. b. & 234. a
- 26 Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctri-
na tua eis, p. 235. b
- 27 Ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo ei, p. 54. a
- 27 Indignatio non est mihi, quis dabit me spinam, & c. p. 54. a
- 27 Visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leuiathan, p. 420. b
- 28 Ecce ego mittam in fundamentis Syon lapidem probatum angularem, & c. p. 447. a
- 28 Vt faciat opus suum, alienum opus eius, p. 492. b
- 28 Et flori decidenti gloriæ exultationis eius, p. 112. a
- 28 Nō enim in servis triturabitur Gith, nec Rota plaustræ, & c. p. 167. a
- 28 Ablactatos à lacte, & c. p. 411. b. & 428. a
- 29 Et sicut somniat esuriens & comedit, & c. p. 212. b
- 29 Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consiliû, p. 374. a
- 30 Et erit lux Lunæ sicut Solis, & lux Solis erit septêpliciter, & c. p. 33. b
- 33 Angeli pacis amarè flebunt, p. 142. a
- 35 In cubilibz in quibus prius dracones habitabant oriatur vivor iunci, p. 576. a
- 38 Cōvertit faciem suam ad parietem, p. 298. b
- 38 Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ, pag. 560. b
- 40 Omnis vallis implebitur, pa. 569. a. & seq. & 576. a
- 40 Omnis caro fœnum, & c. pa. 112. a. & 279. b
- 40 Consolamini, consolamini popule meus, p. 505. b
- 40 Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis, p. 234. b. & 505. b. & 517. b

INDEX.

- 40 Et quidem nequē plantato, nequē
facto, nequē radicato in terra tron-
co eorum, repente flauit, &c.
pa. 268. b
- 40 Super montem excelsum a sede tu
qui euangelizas, p. 539. a
- 40 Qui sperant in Domino mutabunt
fortitudinem, p. 549. b
- 41 Noli timere vermis Iacob, &c. vsq;,
& sanctus Israel creauit illud, p.
369. b
- 42 Tacet, semper silui, patiens fui, sicut
parturiens loquar, &c. p. 75. b
- 42 Calamum quassatum non conteret,
& linum fumigans non extin-
guet, p. 217. b. & 531. b
- 48 Et nunc Dominus misit me, & spi-
ritus eius, p. 511. a
- 49 Dedi te in lucem gentiū, vt sis salus
mea, &c. p. 462. b
- 49 Posuit me quasi sagittā electam, in
pharetra sua abscondit me, pag.
531. a
- 50 Ambulate in lumine ignis vestri,
& in flamma quam succēdistis,
p. 115. b
- 50 Mane erigit mihi aurem, p. 163. b
- 52 Parauit Dominus brachium suum,
p. 478. a
- 52 Quam speciosi pedes euangelizan-
tium pacem, p. 511. b
- 53 Et verbum meum non reuertetur ad
me vacuum, p. 36. a
- 53 Vere languores nostros ipse tulit, &
labores nostros, &c. p. 215. b. &
438. a
- 53 Et desiderauimus eum, p. 455. b
- 53 Disciplina pacis nostra super eum,
pa. 456. b
- 53 Generationem eius quis enarrabit?
p. 66. b. & 172. b. & 243. b
- 54 Quia multi filij deserte, magis quam
eius, que habet viram, p. 484. a

- 55 Omnes sitientes venite ad aquas,
&c. pa. 478. a
- 56 Incensum abominatio est mihi, pa.
180. a
- 57 Cor impij sicut mare feruens, p. 268. a
- 58 Quare ieiunauimus, & non asperi-
xi, &c. p. 179. a. & 523. a
- 58 Tunc inuocabis, & non exaudiam,
p. 268. b
- 58 Me etenim de die in diem quarunt,
&c. vsque, & nescisti, p. 522. b
- 58 Ecce in die ieiunij vestri inuenitur
voluntas vestra, p. 523. a
- 58 Clama ne cesses, quasi iuba exalta
vocem, &c. p. 531. a. & 536. b. &
542. b
- 61 In terra sua duplicita recepit, p. 98. b
- 62 Super muros tuos constitui custodes,
tota die & nocte non tacebunt,
p. 543. a
- 62 Propter Syon nō tacebo, &c. ibidē.
- 65 Et vallis Achor in cubile armento-
rum, p. 247. a
- 65 Inuentus sum à non querentibus
me, p. 437. a
- 65 Tunc lupi & agni pascentur simul,
p. 478. b
- 66 Vermis eorum nō morietur, p. 115. a
- 66 Ecce Dominus in igne veniet, pag.
321. a

HIEREMIÆ CAP. I.

- V**irgam vigilansem ego video, pa.
68. b
- 1 Ecce dedi verba mea in ore tuo, ec-
ce constitui te, &c. pag. 513. b. &
529. b
- 1 Ecce nescio loqui, quia puer ego sum,
pag. 525. a
- 2 Duo mala fecit populus meus, me de-
reliquerunt, &c. pa. 361. a
- 2 Si laueris te nitro, & multiplicaueris
herbam Borith, &c. p. 45. a

LOCORVM

- 2 Et non dixerunt ubi est Dominus,
 &c. p. 362. b
- 2 Nunquid solitudo factus sum Is-
 raeli, aut terra serotina, &c. pag.
 432. b
- 2 Si abiicit, & miserebitur, pagina,
 493. a
- 2 Obstupescite celi super hoc, & por-
 ta eius, &c. p. 541. b
- 6 Frustra constabit constator, &c.
 pag. 41. a
- 7 Nolite confidere in verbis menda-
 cij dicentes templum Domini,
 &c. p. 179. b
- 13 Date gloriam Domino Deo vestro
 antequam contenebrescat, &c.
 pag. 74. a
- 15 Occidit eis sol, &c. p. 7. a
- 16 Mittam piscatores multos, & pesca-
 buntur eos, p. 486. a
- 17 Et ponit carnem brachium suum,
 pag. 278. b
- 22 Nolite flere super mortuum, &c. pa.
 178. a
- 23 Et malleus conterens petras, pag.
 241. a. & 571. a
- 23 Non mittebam eos, & ipsi currebat,
 pag. 512. b
- 23 Somniani, somniani, &c. usque pro-
 pter Baal, p. 503. a
- 23 Quid paleis ad triticum? nonne ver-
 ba mea sunt sicut ignis, & sicut
 malleus conterens petras, pagina.
 513. b
- 23 Ecce ego ad Prophetas, p. 514. b
- 23 Qui fruuntur verba mea unusquisq;
 a proximo suo, &c. p. 514. b
- 31 Statue tibi speculam, &c. usq; am-
 bulasti, p. 519. b
- 51 Curauimus Babylonem, & non est
 sanata, relinquamus eam, p. 15. b.
 & 39. b. & 295. b
- 51 Qui fecit omnia ipse est sceptrum

eius, pagina, 462. a

51 Tollite resinam, &c. p. 39. b

EZECHIELIS CAP. I.

ET spiritus vite erat in rotis, pag.
 536. a

1 Ubi erat impetus spiritus illuc gra-
 diebantur, pag. 512. a

1 Quasi carbonum ignis, pag. 537. b

1 Quasi crystallus horribilis, pagina.
 308. b

1 Plena erant oculis, pag. 524. a

1 Et manus hominis sub pennis eorum,
 pag. 535. b

1 Cumque ambularent animalia ambu-
 labant pariter, & Rota, pa. 535. b

1 Quasi scintilla eris candentis, pag.
 539. b

2 Et comede quod ego do tibi, p. 480. a

3 Speculatorem dedi te domui Israel,
 p. 342. a

7 Animam suam non saluabunt, pa.
 244. b

7 Et ornamenta monilium suorum
 in superbiam posuerunt, pagina.
 244. b

10 Quasi lapidis chrysoliti, p. 532. a

13 Et ipsi edificabant parietem, illi ve-
 ro lineabant luto, &c. p. 298. b

13 Vae ijs, qui consuunt puluiss, &c.
 pag. 299. a

14 Viri isti posuerunt immunditias, &c.
 pag. 400. b

16 Et unxit te oleo, & vestiuit te, &c.
 usque operata es, p. 245. a

16 Quia effusum est es inuim, pagina,
 245. b

16 Hec est iniquitas sororis tue Sodo-
 ma, &c. p. 490. b

18 Omnes iusticie eius, quas fecit, non
 recordabuntur, p. 178. b

21 Ego plaudam manu ad manum, &c.
 pag. 87. a

INDEX

- 21 Donec veniat, cuius est iudicium, pa.
461. b
- 22 Versa est mihi domus Israel in sco-
riam, pag. 41. a
- 24 Multo labore sudatum est, & non
exiuit rubigo eius, p. 41. a
- 29 Pro eo quod fusti baculus arundi-
neus, & c. p. 278. b
- 39 Et vniuersi pisces tui squamis tuis
adhærebunt, p. 421. b
- 32 Et operiam cum extinctus fueris cæ-
lum, & c. pag. 7. a
- 33 Speculatorem dedit e, pag. 380. b
- 36 Effundam super vos aquam mun-
dam, p. 327. b
- 43 Aquæ istæ quæ egrediuntur, & c.
vsque, scatio saggenarum, pag.
484. b. & seq.

DANIELIS. CAP. II.

- A**Bscissus est lapis de monte sine
manibus, p. 317. b
- 2 Vidit statuas, explicatur tota vi-
sio, pag. 114. a
- 2 Ipse mutat tempora & ætates, & c.
pag. 499. a

OSEE CAP. II.

- E**T reuelabo stultitiam eius, pag.
95. a
- 2 Exaudiam calos, & illi exaudient
terram & terra, & c. pag. 129. a
- 2 Id circo conuertar, & sumam fru-
mentum meum in tempore suo,
& c. pag. 246. a. & 493. b
- 2 Vadam, & reuertar ad virum meum
priorem, & c. p. 213. a
- 2 Propter hoc ecce ego lactabo eam,
pag. 246. b. & 508. a
- 2 Propter hoc ecce ego sepiam viam tuam
spinis, & c. p. 508. a. & 363. a
- 2 Et hæc nesciuit, quia ego dedi ei fru-
mentum, & c. p. 362. b

- 2 Et dabo ei vinitores ex eodem loco,
& vallem Achor ad aperiendam
spem, pag. 494. a
- 2 Ducam eam in solitudinem, & ibi lo-
quar ad cor eius, pag. 506. b
& 519. b. & 521. a
- 2 Auferat fornicationes de medio ve-
rum suorum, & c. p. 553. b
- 3 Quia dies multos sedebunt filij Is-
rael sine Rege, & sine Principe,
& c. pag. 506. a
- 5 Audite hoc sacerdotes, & audite do-
mus Israel, & domus Regis aus-
cultate, pag. 300. b. & 302. b
- 6 In tribulatione sua mane consur-
gent, & c. pa. 492. a
- 8 In gutture tuo sit tuba, pag. 543. a
- 13 O mors eris mors tua, & c. pa. 24. b
- 13 Morsus tuus ero inferne, pagina,
124. b

IOELIS CAP. II.

- S**ol conuertetur in tenebras, & c.
pag. 7. b
- 2 Conturbentur omnes habitatores ter-
ræ, pag. 74. b
- 3 Et erit in die illa stillabunt montes
dulcedinem, & c. vsque torrentem
spinarum, pa. 440. b. & 486. b

AMOS CAP. I.

- S**Vper tribus sceleribus Damasci, &
super quatuor non conuertam eos,
pag. 500. a
- 1 Eo quod trituruerit in plaustris fer-
reis Galaad, pag. 500. b
- 1 Eo quod transtulerit captiuitatem
perfectam, vt concluderet eam in
Idumæa, pag. 500. b
- 1 Et non sint recordati fœderis fratrum,
pag. 500. b
- 1 Eo quod persequutus sit in gladio fra-
trem, & c. pag. 501. a
- 4 Audite verbum hoc vaccæ pingues,
& c. pag. 169. b

LOCORVM.

- 6 *Ve vobis, qui opulenti estis, &c. pag. 169. b. & 281. b*
6 *Ingredientes Pompatice, &c. pag. 281. b*
7 *Et in manu eius trula cementarij, pag. 273. a*
8 *Occidet sol in meridie, &c. pag. 7. a*
9 *Ecce dies venient dicit Dominus, & comprehendet arator messorum, &c. p. 572. b*

MICHEÆ CAP. I.

- I**N scelere Iacob omne istud, pagina. 304. b
1 *Quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertentur, pa. 497. b*
1 *Adhuc heredem adducam tibi, quæ habitas in Maresa, p. 498. a*
2 *Quoniam Angelus Domini est, pag. 142. a*
6 *Memento queso quid cogitauerit Balac, &c. vsque ad Galgalam, pag. 441. b*

NAHV M CAP. I.

DEus amulator & vleiscens Dominus, &c. pag. 68. a

ABACVC CAP. I.

- V**SQUE quo Domine clamabo & nõ exaudies, &c. p. 165. b
3 *Ante faciem eius ibit mors, p. 24. b*
3 *Quia veniens veniet, & non tardabit, p. 227. a. & 545. b*
3 *Domine cum iratus fueris, misericordia recordaberis, p. 509. a*

SOPHONIÆ CAP. I.

- E**T erit in die hostiæ Domini, visitabo super Principes, &c. pag. 69. a
1 *Et erit in tẽpore illo scrutabor Hie-*

- rusalem in lucernis, &c. pa. 71. a & 82. b*
1 *Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, p. 72. b*
1 *Dies ira dies illa, &c. p. 78. a*
1 *Dies tubæ & clangoris, super ciuitates munitas, p. 79. a*
2 *Et ponet speciosam in solitudinem, &c. vsque attenuabo robur eius, pag. 303. a*

AGGEEI CAP. I.

- Nuntius de nuntijs, p. 142. a*
2 *Adhuc vnum modicum, & ego conmouebo calum & terram, p. 8. a. & 129. a*

ZACHARIÆ CAP. III.

- S**VPER lapidem vnum septem oculi sunt, pag. 440. a
9 *Emisisti vinctos de lacu, p. 124. b*
9 *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, &c. p. 321. a*
9 *Dominus est oculus hominis, pag. 361. b*
11 *Adhuc sume tibi vassa pastoris stulti, p. 366. a*
11 *O pastor & idolum, p. 367. a*
11 *Gladius super brachium eius, & super oculum dextrum eius, &c. pa. 367. a*
13 *In diebus illis erit fons patens domui David in ablutionem, &c. pag. 439. b. & 489. a*
14 *Et erit in die illa exibit aqua viua, &c. vsque super omnem terram, p. 486. a*

MALACHIÆ CAP. II.

- L**AVORARE fecistis Dominum, &c. pag. 51. b
3 *Et ero testis velox, &c. p. 43. b*
3 *Ecce ego mitto angelum meum, &c. pag. 42. a. & 129. a. & 139. b. & 333. a*
3 *Et conuertimini, & videbitis quid*

INDEX

- fit inter iustum & impium, &c.*
 p. 79. a
 3 *Ipsè enim quasi ignis conflagans, &c.*
 p. 167. a. & 364. a
 3 *Et statim veniet ad templum suum*
dominator, &c. p. 364. a
 4 *Ecce dies Domini succensa quasi ca-*
minius, &c. p. 79. a
 4 *Et orietur vobis timentibus nomen*
Domini soliusitiae, p. 79. b
 4 *Ecce ego mittam vobis Eliam Pro-*
phetam, ante quam veniat dies
Domini, &c. p. 319. b

MACHABÆORVM. 2. CAP. IX.

Sicut Deus in calo, p. 187. a

EX NOVO TESTAM. MATTH. CAP. III.

- C** *Vius ventilabrum in manu eius,*
 pag. 166. b
 5 *Sit sermo vester est, est, non, non,*
 pag. 386. a
 5 *Sic luceat lux vestra coram homini-*
bus, &c. p. 219. b
 5 *Tu autem cum oraveris, intra in cu-*
biculum tuum, p. 520. b
 6 *Adueniat regnum tuum, pag. 29. a*
 6 *Hæc enim omnia gentes inquirunt,*
 pag. 502. a
 6 *Hæc omnia adijcientur vobis, ibi-*
dem.
 7 *A fructibus eorum cognoscetis eos.*
 pag. 223. a
 8 *Ego veniam, & curabo eum, pag.*
 128. a
 10 *Qui me confessus fuerit coram homi-*
nibus, &c. p. 381. b
 10 *Cum vos persequuti fuerint in vna*
civitate, fugite in aliam, pagina.
 384. a
 10 *Cauete ab hominibus, p. 403. a*

- 10 *Estote prudentes sicut serpentes,*
& simplices sicut columba, pag.
 403. a
 10 *Quod in aure audistis predicate su-*
per te Et, p. 538. b
 11 *Internatos mulierum non surrexit*
maior, &c. p. 144. a
 * 11 *Qui minor est in regno celorum, ma-*
ior est illo, p. 144. b. & 146. b
 11 *Venite ad me omnes qui laboratis,*
&c. p. 215. a
 11 *Venit Ioannes non manducans, neq;*
bibens, &c. p. 311. a
 11 *An alium expectamus? p. 333. a*
 11 *Discite à me, quia mitis sum, & lu-*
milis corde, p. 392. a
 11 *Lex & Propheta usque ad Ioanñe,*
 pag. 506. b
 11 *Iugum meum suave est & onus, &c.*
 p. 576. a
 13 *Visimus, & colligimus ea, pagina,*
 524. b
 15 *Donum quodcumque est ex me, &c.*
 pag. 180. b
 16 *Caro & sanguis non revelavit tibi,*
 p. 196. b. & 357. b
 16 *Super hanc petram edificabo Eccle-*
siam meam, p. 273. a
 16 *Alij Eliam, alij Hieremiam, &c.*
 p. 323. b
 16 *Tollat crucem suam, &c. p. 563. a*
 17 *Elias iam venit, p. 320. a*
 17 *In quo mihi bene complacui, pag.*
 440. b
 18 *Si peccauerit in te frater tuus, &c.*
 pag. 249. a
 19 *Si vis perfectus esse vade & vende,*
&c. p. 551. a
 20 *Non est meum dare vobis, &c. pa.*
 353. b
 21 *Lapidem quem reprobaerunt adifi-*
cantes, p. 355. b
 22 *Obmutuit, pa. 71. a*

LOCORVM.

- 24 Sicut fulgur exit ab Oriente, &c.
pag. 524.b
- 25 Lampades nostrae extinguuntur, &c.
552.a
- 26 Omnes vos scandalum patiemini,
&c. p. 134.b
- 26 Transseat a me calix iste, veruntamen non mea voluntas, &c. pag.
252. b
- 26 Ego sum. Veruntamen a modo videbitis filium hominis venientem,
&c. p. 321.b
- 27 Quid faciam de Iesu, p. 133.b
- 28 Data est mihi omnis potestas, &c.
pag. 26. b

MARCI CAP. I.

- Sicut scriptum est in Esaia, pag.
140.a
- 1 Et erat Ioannes in deserto, & exibant, &c. p. 264. b. & 266.a
- 7 Quanto magis eis praecipiebat, tanto magis plus praedicabant, pag.
220.a

LUCÆ. CAP. I.

- Quia visitavit & fecit redemptionem plebi suae, p. 518.a
- 1 Ad dandam scientiam salutis plebi eius, p. 518.a
- 1 Ipse praecedet ante illum in spiritu & virtute Eliae, p. 322.a
- 2 Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus, &c. p. 401.b
- 3 Facite fructus dignos poenitentiae, pag. 559.a
- 4 Consummata omni tentatione recessit diabolus, p. 452.a
- 7 Quia propheta magnus surrexit, p. 323.b
- 9 Abneget semetipsum, p. 252.b
- 9 Elias apparuit, p. 319.a
- 9 Qui me erubuerit & sermones meos, &c. p. 382.b

- 10 Infundens vinum & oleum, p. 38.b. & 453.b
- 10 Maria optimam partem elegit, p. 526.a
- 12 Sint lumbi vestri praecincti, p. 525.a & 537.a
- 12 Animam tuam repetunt a te, pag. 549.b
- 14 Adhuc autem & animam suam, pag. 295.a
- 14 Non possum venire, p. 294.b
- 14 Compellite eos intrare, p. 536.a
- 16 Filij huius seculi prudentiores sunt filijs lucis, p. 371.b. & 372.b
- 17 Regnum caelorum intra vos est, p. 148.b. & 434.b
- 18 Descendit hic iustificatus ab illo, p. 429.a
- 20 Tunc dicent montibus cadite super nos, p. 74.a
- 23 Nolite flere super me, &c. pag. 90.a
- 24 Donec impleamini virtute ex alto, pag. 310.a
- 24 Non ne cor nostrum ardens erat in nobis, p. 513.b

IOANNIS CAP. I.

- Sine ipso factum est nihil, pagina. 93.a
- 1 Ecce agnus Dei, &c. pag. 124. a. & 450.a
- 1 Et hoc est testimonium Ioannis, p. 308.b
- 1 Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, p. 312.a
- 1 Qui misit me baptizare, &c. pag. 327.b
- 1 Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti, &c. p. 350.b
- 1 De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia, pagina. 440.a

INDEX

- | | |
|--|---|
| <p>1 Et ego nesciebam eum , pagina.
469.b</p> <p>1 Ego baptizo vos aqua, &c. p. 472. a.
& 528.b</p> <p>2 Et manifestavit gloriam suam, &c.
p. 350.b</p> <p>3 Ipse vos mihi testimonium perhibebitis, &c. p. 155. a</p> <p>3 Nō potest homo accipere quidquam, nisi ei desuper datum fuerit, pag.
349.b</p> <p>4 Nisi signa & prodigia videritis, non creditis, p. 44. a</p> <p>4 Qui biberit ex hac aqua sitiet iterū,
p. 210. b</p> <p>4 Cognovit, quia illa hora erat in qua dixit Iesus, &c. p. 317. b</p> <p>5 Dedit ei pater omne iudicium facere, &c. p. 21. a</p> <p>5 Alius est qui testimonium perhibet de me, p. 309. a</p> <p>5 Vos misistis ad Ioannem, pag. 311. b.
& 348. a. & 360. b. & 368. a</p> <p>5 Ille erat lucerna lucens & ardens,
p. 311. b. & 458. b. & 537. b</p> <p>5 Vos autem voluistis ad tempus exulare in lucerna eius, pag. 312. b.
& 313. b</p> <p>5 Ego veni in nomine Patris mei, pa.
367. b</p> <p>6 Hic est Propheta ille, p. 323. a</p> <p>7 Tempus meum nondum aduenit,
pa. 81. a</p> <p>7 Hic est vere Propheta qui venturus est, p. 323. a</p> <p>8 Testimonium perhibet de me qui misit me, p. 219. a</p> <p>8 Vos ex patre diabolo estis, & desideria eius vultis perficere, pag.
223. b</p> <p>9 Da gloriam Deo, p. 221. a</p> <p>10 Et ingredietur, & egredietur, & pascha inueniet, p. 127. a</p> | <p>11 Ecce quem amas infirmatur, pag.
206. b</p> <p>11 Cum esset Pontifex anni illius prophetauit, p. 468. a</p> <p>13 Qui lotus est non indiget, nisi ut pedes lauet, pa. 238. a</p> <p>15 Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret, p. 378. a</p> <p>15 Mementote sermonis, quem ego dixi vobis, p. 403. a</p> <p>15 Odio habuerunt me gratis, pagina,
412. b</p> <p>16 Si ego non abiero, Paracletus non veniet, p. 211. a</p> <p>17 Hac est vita aeterna, ut cognoscant te, &c. p. 181. a</p> <p>17 Sine me nihil potestis facere, pag.
259. a</p> <p>19 Quod scripsi, scripsi, p. 94. a</p> <p>20 Dixit Iesus Petro, sequere me, pag.
159. a</p> <p>21 Cum esses iunior cingebas te, &c.
p. 562. a</p> |
|--|---|

ACTVVM APOST. CAP. I.

- V**os autem sedete in ciuitate donec impleamini spiritu, &c. pag.
479. b
- 3 Ut cum venerit tempus refrigerij, &c. pag. 104. b
- 5 Anania cur tentauit sathanas cor tuum, pag. 552. b
- 7 In praeceptis Angelorum, p. 143. a
- 19 In eum qui venturuserat, ut crederent, p. 329. b. & 472. b
- 20 Nec facio animam meam pretiosior rem quam me, p. 182. a

EX EPIST. PAULI AD Romanos. CAP. I.

- N**on erubescio Euangelium, pag.
382. b

L O C O R V M.

- 2 Oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, p. 436. a
- 2 Ipsi ſibi ſunt lex, p. 448. b
- 2 Qui prædicat non furandum furaris, &c. uſque, blaſphematur uerbum Dei, p. 534. a
- 5 Tribulatio patientiam operatur, p. 168. b
- 5 Vbi abundauit delictum ſuperabundauit & gratia, p. 243. a
- 5 Lex ſubintravit, ut abundaret delictum, p. 448. b
- 6 Humanum dico, propter infirmitatem, p. 559. b. & 564. a
- 7 Quod enim operor non intelligo, p. 237. a
- 7 Ego autem carnalis ſum uenundatus ſub peccato, p. 238. b
- 7 Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem, p. 252. a
- 7 Et captiuum me ducentem in legem peccati, p. 294. a
- 7 Infœlix homo quis me liberabit de corpore mortis huius, p. 296. a
- 8 Vanitati creatura omnis ſubiecta eſt non uolens, p. 33. a. & 61. b
- 8 Omnis creatura ingemſcit & paraturit, &c. p. 129. b. & 211. b
- 8 Quia ipſa creatura liberabitur, &c. p. 246. b
- 8 Quos præſciuit conformes fieri imaginibus, &c. p. 289. b
- 8 Qui in carne ſunt Deo placere non poſſunt, &c. uſque, ſpiritu facta carni mortificaueritis, p. 294. b
- 8 Quod ſi filij & heredes, p. 443. b
- 8 Quem propoſuit, Deus propitiatorẽ, &c. p. 45. a
- 9 Optabam ego ipſe anathema eſſe a Chriſto, &c. p. 183. a. & 527. b
- 9 Lapis offentionis, &c. p. 437. b
- 10 Corde creditur ad iuſtitiam, ore autẽ confeſſio fit ad ſalutem, p. 381. b
- 10 Finis enim legis Chriſtus eſt & ſque, uerbum fidei quod prædicamus, p. 436. b
- 10 Quomodo prædicabunt niſi mittantur, pag. 510. b
- 12 Ut exhibeatis membra ueſtra hoſtiã uiuentem, p. 297. a

I. CORINTHIO. CAP. I.

- Q**uoniam non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi prudentes, &c. p. 354. b
- 1 Perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobo, p. 375. b
- 1 Tentatio uos non apprehendat, niſi humana, &c. uſque, ut poſſitis ſuſtinere, p. 563. b
- 3 Cuiusque opus quale ſit probabit ignis, p. 43. b
- 3 Capietur ſapiens in aſtutia ſua, pag. 364. a
- 3 Dei agricultura, Dei edificatio eſtis, p. 530. b
- 4 Non in ſermone eſt uerbum Dei, ſed in uirtute, p. 535. a
- 4 Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti, & diſpensatores myſteriorum Dei, p. 399. a
- 4 Quis enim te diſcernit, p. 398. b
- 4 Quid enim habes, quod nõ accepisti, &c. p. 398. b
- 6 Nihil habentes & omnia poſſidentes, p. 242. b
- 7 Præterit enim figura huius mundi, p. 114. a
- 7 Qui autem cum uxore eſt ſolicitus eſt, &c. p. 536. a
- 9 Qui arat in ſpe debet arare, p. 572. b
- 10 Bibebant de ſpirituali conſequentes eos petra, &c. p. 442. b
- 14 Nolite paruuli effici ſenſu, p. 404. a
- 15 Tunc mortale hoc induet immortalitatem, p. 24. b

INDEX

15 *Opportet illum regnare donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius, p. 24. b*

15 *Deinde finis cum tradiderit regnum Deo, & Patri, p. 26. b*

16 *Sit anathema Maranatha, p. 184. a*

2. CORINTH. CAP. I.

A *Ut quæ cogito secundum hominẽ cogito, ut sit apud me est, & nõ, &c. vsque per ipsum amen. Deo, &c. p. 386. a*

2 *Ut non circumueniamur a Sathana, &c. p. 346. a*

4 *Propter quod non deficimus, p. 105. b*

4 *Momentaneum hoc quod est in præsentia & leue tribulationis nostræ supra modum in sublime æternũ gloriæ pondus operatur, p. 105. b. & 106. b*

4 *Non contemplantibus nobis quæ videntur sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, &c. p. 106. b*

6 *Quæ conuentio luci ad tenebras? &c. p. 239. b*

6 *Qui fornicatur in corpus suum peccat, p. 240. a*

6 *Sicut Dei ministri in multa patientia, &c. vsque, & ecce viuimus, p. 550. a*

10 *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, &c. p. 342. b*

11 *Quæ infirmitatis meæ sunt gloria-bor, p. 182. a*

12 *Virtus in infirmitate perficitur, p. 205. b*

12 *Cum infirmor tunc potens sum, p. 297. a. & 493. b*

13 *Si linguis hominum loquar, &c. ac sonans, &c. p. 534. b*

AD GALAT. CAP. I.

I *n Christo Iesu neq; circumcisio aliquid valet, &c. p. 353. a*

2 *Viuo ego, iam non ego, p. 242. a*

2 *Si enim quæ destruxi iterũ hæc reedifico, &c. p. 389. b*

3 *Si enim data esset lex quæ posset viuificare, &c. p. 175. a*

3 *Quid igitur lex propter transgressionem? &c. vsque, vnus est, p. 447. b*

4 *Abraham duos filios habui, vnum de ancilla, &c. p. 73. b*

4 *Quanto tempore heres paruulus est nihil differt à seruo, &c. p. 176. a*

4 *Inimicus vobis factus sum verum dicens, p. 414. b*

6 *Si spiritu viuimus, spiritu & ambulamus, p. 295. a*

AD EPHES. CAP. II.

I *pse est pax nostra qui fecit viraquẽ vnum, &c. vsque, accessum ad patrem, p. 446. b*

2 *Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, p. 562. b*

4 *Ut iam nõ simus paruuli fluctuantes, &c. p. 270. b. & 389. b*

4 *Dedit quosdam quidem Apostolos, &c. vsque, ad circumuentionem erroris, p. 388. b*

4 *Donec occurramus. omnes in virum perfectum, in mensurã ætatis plenitudinis Christi, p. 389. a*

AD PHILIP. CAP. II.

Exinanitit semetipsum, &c. p. 392. a

4 *Ego enim didici in quibus sum sufficiens esse, pag. 193. a*

AD COLOSEN. CAP. II.

Delens chyrographum decreti, &c. p. 447. a

I. AD TIMOT. CAP. I.

Iusto non est imposta lex, p. 448. b

2 *Similiter & mulier in habitu ornato, &c. p. 285. b. & 287. a*

2 *Ornãtes se non in tortis criminibus aut auro, &c. p. 284. b. & sequent.*

5 *Qui suorum obliuiscitur fidem negauit, & est infideli deterior, p. 224. a*

LOCORVM.

5. *Peccantem coram omnibus argue,*
p. 248. b
6. *Non sperare in incerto diuitiarum,*
p. 277. a.

6. *Radix omnium malorum est cupiditas,* p. 418. a
6. *Nihil enim intulimus in hunc mundum,* &c. p. 160. a

2. AD TIMOT. CAP. III.

Ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus,
p. 410. b

4. *Prædica verbum, inſta oportune,* &c.
p. 541. b & 542. b

AD TITVM. CAP. II.

In omnibus te ipſum præbe exemplum,
&c. vſque, malum dicere, p. 534. a

Apparuit benignitas, &c. pa. 505. a

AD HEBR. CAP. I.

Quem conſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſæcula, p. 443. b

2. *Non enim angelis ſubiecit orbem terræ,* p. 10. b

2. *Nuſquam enim angelos apprehendit* &c. vſque, eis qui tentantur auxiliari, p. 451. b

4. *Tentatum per omnia pro ſimilitudine,* &c. p. 451. b

4. *Et penetrabilior omni gladio,* p. 571. a

5. *Facti eſtis quibus lacte opus ſit,* pag. 428. a

6. *Iterum iacentes fundamentum ab operibus mortuis,* b. 74. a

9. *Quanto magis ſanguis Chriſti emundabit conſcientiam noſtram ab operibus mortuis,* p. 241. b

10. *Peccantibus nobis non relinquitur hoſtia,* &c. pa. 86. b

10. *Quod ſi ſubtraxerit ſe non placebit anima mea,* p. 251. b

11. *Accedentem ad Deum oportet credere,* &c. p. 49. b

11. *Malens affligi cum populo Dei, quã temporalis peccati habere iocunditatem,* p. 292. a

11. *Deo pro nobis melius diſponente, vt non ſine nobis conſummarentur,* 442. b

12. *Adhuc ſemel & ego commouebo cælum,* &c. p. 8. b

13. *Optimum eſt gratia ſtabilire cor,* p. 271. a

13. *Teſtamentum æternum,* &c. p. 571. b

IACOBI CAP. I.

Beatus vir qui ſuffert tentationem,
&c. p. 416. b

2. *Fides ſine operibus mortua eſt,* p. 222. b

2. *Sicut corpus ſine ſpiritu mortuum eſt,* &c. p. 222. b

2. *Nolite in perſonarum acceptione habere fidem,* &c. p. 354. a

2. *Si introierit in conuentum veſtrum vir aureum annullum habens,* &c. p. 444. b

1. PETR. CAP. I.

Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum, p. 354. a

4. *Si iuſtus vix ſaluabitur impius & peccator vbi apparebunt,* p. 43. a

4. *Tempus eſt vt iudicium incipiat à domo Dei,* p. 53. a

2. PETR. CAP. I.

Maxima & precioſa nobis promiſſa donauit, p. 243. a

3. *Adueniet dies Dñi ſicut fur,* p. 9. a

3. *Cæli erant prius & terra de aqua & per aquam conſiſtens verbo Dei,* p. 34. a

1. IOAN. CAP. II.

Sed & ſi quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem, &c. pa. 450. b

3. *Qui ex Deo natus eſt nõ peccat,* &c. p. 184. b

INDEX

3 Filioli nondum apparuit quod erimus, p. 211. b

5 Tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis, p. 329. a

APOCALYP. CAP. I.

Oculi eius tanquam flamma, pag. 78. a

1 Et habebat in dextera sua stellas septem, p. 274. b

1 Gladius utraque parte acutus, pag. 542. b

2 Et non laedet eum a morte secunda, pag. 178. a

3 Ego sto ad ostium, & pulso, p. 231. a. & 547. b

3 Dicis quia dives sum, & nullius egeo, & c. p. 242. a

3 Suadeo te emere a me aurum ignitum. pag. 242. b

4 Mittentes coronas suas ante thronum, pag. 400. b

4 Et plena erant oculis ante & retro, p. 524. a

5 Liber signatus, & c. p. 196. b

6 Vidi sub altare Dei animas interfectorum, & c. p. 98. b

14 Et habebat in manu sua falcem, p. 60. b

19 Rex regum & Dominus dominantium, p. 16. b

19 Vidi caelum apertum, & ecce equus albus, pag. 85. b

20 Et vidi thronum magnum, & c. pag. 77. b

21 Non erit luctus neque clamor, & c. pag. 170. b

22 Et ostendit mihi fluvium aquae vivae, pag. 486. b



INDEX DIVERSARVM TRANSLATIONVM ET LEC-

tionum, quæ in hoc tomo adducuntur, & vel ad
sensum, vel ad mores conducunt: nec enim vtile reputavi.
mus librorum margines translationibus reple-
re, quæ nihil ad opus & materiam, quæ
tractatur, faciunt.

GENESIS.

CAP. III.



Et ipse dominabitur tui: ex
Hebræo verti potest: & ad
virum conuersio tua, pag.

258. a

34. *Tristem deliniuit blanditijs. Ex Hebræo, loquutus est ad cor puella: & Chaldaica paraphra. vertit: loquutus est consolationes. p. 506. b*
49. *Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de fœmore eius, & c. Chaldaic. paraphra. Non auferetur habens potestatem de domo Iuda, pag. 459. b. & Thargû Hierosolymi. Nō deficient reges de familia Iuda, p. 462. a*
49. *Nec dux de fœmore ei⁹, Chaldaic. paraphra. Nec scriba de filijs filiarū eius, p. 459. b*
49. *Donec veniat qui mittendus est, Chaldaic. paraphra. Donec veniat Messias, cuius est regnū, p. 459. b. Alij vertunt, donec veniat filius sui, p. 461. a. Alij, filius matris ibidem. Alij, donec veniat cui ille, pag. 461. b*
49. *Et ipse erit expectatio gētium, Chaldaic. paraphra. & ipsi congregabuntur gentes, p. 459. b*

NUMERI CAP. XXIII.

Orietur stella ex Iacob. Chaldaic. paraphra. Cum consurget Rex de Iacob, & ungetur Christus Deus Israel, p. 462. a

PSALMORVM II.

- A**pprehendite disciplinam, Ex Hebræo, Apprehendite filium, vel amplexamini, Fœlix, pag. 455. a. & 456. a. & 430. b
9. *Laudatur peccator in desiderijs, & c. Chaldaic. paraphra. Iactatur impius super concupiscentia animæ suæ, & qui benedicit hominē raptorem reijcit Deum. p. 300. a*
9. *Inclinauit se & cadet Fœlix, Inclinabit se & supplex curbabitur: & Chaldaic. paraphra. simulat egritudinem & p. 391. a*
16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua, Ex Hebræo, satiabor cū apparuerit similitudo tua, p. 211. a*
28. *Vox Domini confringentis cedros, Hieronymus, confringēs cedros, pag. 514. b*
29. *Ego dixi in abundantia mea, Ex Hebræo, in fœlicitate, in quiete, in prosperitate. Chaldaic. paraphra. In confidentia mea, p. 204. a*
29. *Præstitisti decorem meo virtutem. Hieronymus, statuisti monti meo fortitudinem, p. 204. b*

INDEX

- 30 *In manibus tuis sortes meae, Roman. Psalter. Tempora mea, pag. 563. a*
- 36 *Inimici Domini mox ut honorificati fuerint, &c. Hieronymus: cum impij peribant, & hostes Domini ut pretiosi agni, absumentur in furnum, pag. 408. a*
- 40 *Magnificauit super me supplantationem, Chrysost. Leuauit super me calcaneum, pag. 59. a*
- 46 *Quoniam Dijs fortes terrae: Ex Hebraeo, Quoniam cardines terra, p. 306. b*
- 50 *Et malum corde feci: Ex Hebraeo: Et voluntatem meam coram te feci, pag. 254. a*
- 51 *Præualuit in vanitate sua: Ex Hebraeo: Innixus est in vanitate sua, pag. 277. a*
- 54 *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula, Hieron. Molliores sunt sermones eius oleo cum sint lanceae, pag. 256. b*
- 83 *In tabernaculis peccatorum: Ex Hebraeo: In tabernaculis impietatis, p. 292. b*
- 102 *Recordatus est quoniam puluis sumus: Angu. Memeto quod puluis sumus, 454. a*
- 102 *Ipse cognouit figmentum nostrum, Hieron. plasmationem nostram, pag. 454. a. Chaldaei. paraphra. Fomitum nostrum, p. 454. b*
- 138 *Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, Ex Hebraeo: Mihi nimis pretiosæ sunt factæ afflictiones tuæ Deus, pa. 189. b*

PROVERBIO. CAP. III.

- V**læ eius pulchra: Ex Hebraeo. Iocunde p. 544. b
- 6 *Vir apostata vir iniquus graditur ore peruerso, &c. Ex Hebraeo omnia ista per participia vertuntur: homo Belial vir iniquus incedens ore peruerso, &c. pagina. 200. b*
- 6 *Annuens oculo, aliqui, innuens oculo, pag. 201. a*
- 6 *Terit pede. Ex Hebraeo loquitur pede, pag. 201. a*
- 10 *Quasi tempestas transiens non erit impius, iustus autem quasi fundamentum sempiternum: Ex Hebraeo: Cum pertransit tempestas non manet impius: ac iustus fundamentum est seculi, pagina, 269. b*
- 13 *Nuntius impij cadet in malo: Ex Hebraeo: Nuntius impius, &c. pa. 199. b*
- 16 *Et Domini gubernare linguam. August. legit: Et à Domino responsio linguæ, p. 546. a*
- 17 *Qui altero sermone repetit separat fœderatos: Ex Hebraeo: Qui mutat verbū separat fœderatos, pag. 202. a*
- 25 *Animam illius requiescere facit, Ex Hebraeo: Animam diuis restituet, pa. 202. b*
- 29 *Qui blandis fictisquæ sermonibus loquitur amico, &c. Septuaginta, Qui blanditur amico suo, &c. pa. 255. b*
- 29 *Qui delicate nutrit seruum sentiet eum contumacem: Glossa qui deliciatur à pueritia sua seruus erit, & contristabitur, p. 294. a*

LOCORVM.

ECCLESIASTICI. CAP. V.

- E**sto firmus in via Domini: Græca habent: Sis firmus in sententiis tua certa, pa. 271. a
- 6 Amico fideli nulla est comparatio. Græca: Amico fideli nulla est permutatio, pa. 261. a
- 10 Propter diuersos dolos. Græca: Propter diuitias dolis comparatas, pa. 501. a
- 27 Homo sensatus. Alij Codices habet: Homo sanctus, pa. 268. a

ESAÏÆ CAP. I.

- N**on est circumligata, &c. Septuagint. Non est malagma imponere, &c. pa. 40. a
- 2 A facie fortitudinis Domini. Septuagint. Formidinis Domini, pag. 74. b
- 6 Excæca cor populi huius. Septuagint. Incrassatum est cor populi huius, pag. 163. a
- 6 Et aures eius aggraua. Septuaginta: Et aures suas aggrauauerunt, pa. 163. a
- 11 Egredietur virga de radice Iesse: Ionathas: Egredietur rex de filijs Israel, p. 462. b
- 27 Serpentem tortuosum. Græca. Serpentem puerum, p. 421. b
- 28 Vt faciat opus suum alienum, &c. Septuaginta: Cum ira faciet opera, &c. p. 492. b
- 28 Manda, remanda, specta, respecta. Septuaginta: Tribulationem super tribulationem specta, pag. 495. a
- 29 Et sicut somniat esuriens & comedit, &c. Septuagint. Eruntque sicut qui in somnijs, &c. p. 212. b
- 40 Consolamini consalimini popule

meus. Ex Hebræo. Consolamini populum meum, pag. 517. b

- 40 Loquimini ad cor Hierusalem. Ambrosius. Sacerdotes loquimini iustitiam, p. 495. a
- 40 Quoniam completa est malitia eius. Hieron. Militia eius, pag. 507. a Septuaginta, repleta est humilitas eius, ibidem.
- 61 Ad annūtiandum pauperibus misere me. Septuagint. Ad euangelizandum pauperibus, pa. 133. a
- 65 In cubile armentorum, &c. Septuagint. In requiem, &c. p. 247. b
- 65 Quæsierunt me qui ante non interrogabant. Septuagint. Inuētus sum a non querentibus me, p. 437. a

HIEREMIÆ CAP. XXXI.

- D**irige cor tuum in viam rectam. Septuagint. Da cor tuum in humeros tuos, &c. p. 560. b
- 51 Qui fecit omnia ipse est sceptrum Israel. Vatablus. Qui condidit omnia is est virga hereditatis eius, pa. 462. a

EZECHIELIS. CAP. X.

- Q**uasi lapidis Chrysoliti. Aquila: hincinthis, p. 532. a
- 21 Donec veniat cuius est iudicium. Septuagint. Donec veniat reposita ei, p. 461. b.

OSEE CAP. II.

- E**cce ego lactaba eam: Septuagint. Seducam eam, p. 494. a. & 509. a
- 2 Et dabo ei vinitores, ex eodem loco: Septuagint. Et dabo ei possessiones suas inde, p. 494. a

AMOS CAP. VII.

- I**n manu eius trula cementarij. Septuagint. Et in manu eius adamas, pa. 273. a.

INDEX

SOPHONIAE. CAP. I.

Qui ingrediuntur super limen. Hieron. Qui transiliunt limen, pag. 70. b

2 Onocratulus. Septuaginta. Cygnus. pag. 303. b

AGEI. CAP. I.

Nuncius Domini de nuncijs. Ex Hebraeo. Angelus Domini de angelis Domini, pag. 142. a

ZACHARIAE CAP. XI.

Dispersum non queret. Ex Hebraeo: Paruulum non queret, pag. 366. b

11 Pastor & idolum. Ex Hebraeo: Pastor & nihilum, p. 367. a

MALACHIAE CAP. II.

Laborare fecistis Dominum: Septua. Pronocastis Dominum, pa. 71. b

2 Vbi est Deus iudicij? Septuagin. Deus iustitiae p. 52. a

MATTHAEI CAP. XXVII.

Quid igitur faciam de Iesu? Graeca. Quid faciam Iesum? p. 133. b

I. CORINTHIO.

CAP. I.

Tentatio vos non apprehendat, &c. Alij legunt: Apprehendit, pag. 563. b


AD EPHES. CAP. III.

Ad consummationem sanctorum. Hieron. Ad instructionem sanctorum, pag. 389. a

I. AD TIMOTH. CAP. I.

Secundum Euangelium quod creditum est mihi. Graeca. Quod creditus sum ego, pa. 133. b

6 Radix omnium malorum est cupiditas. August. Avaritia, p. 418. a



IN-

INDEX COPIOSISSI-
MVS RERVM ET SENTEN-
tiarum, quæ in hoc primo tomo
continentur.

*Numerus paginam indicat, A. priorem, B. posteriorem
columnam demonstrat.*

A.

Abila.



BILA Calcidis Pro-
uincia, pag. 466. a.

Abila, non pertinebat ad
regnum Iudæorū, ibid.

Abila quare computetur a Luca in
ter Tetrarchias Iudææ, pag. 466. a

Abila Lysaniam dicta, ibidem.

Abilæ principes omnes Lysaniæ di-
cebantur, pag. 466. a

Abundantia.

Abundantia, vide prosperitas.
Abundantia temporalium obli-
uionem Dei causat, pag. 490. a

Abundantia temporalium ineptos
facit ad cælestia; defectus vero
aptiores, pag. 490. b

Abraham.

Abrahim præcepit Deus, ut im-
molaret filium suum: quia ni-
mis affectus erat ad illū, p. 157. b

Adam.

Adæ primum peccatum fuit super-
bia, pag. 417. a

Quomodo superbia fuerit primū
peccatum, ibidem.

Adam propter peccatum exul fa-
ctus est, pag. 24. a

In Adam omnes exules facti su-
mus, pag. 24. a

Acceptio personarum.

Iudicium debet esse sine acceptio-
ne personarū, p. 70. a. & p. 353. b

Acceptio personarum in electioni-
bus maximè fugienda, p. 353. a

Apud Deum non est acceptio per-
sonarum, pa. 439. a

Acceptio personarum reprehendi-
tur, pa. 444. b

Achor.

Achor turbationem significat, pa.
247. a. & 494. b

Vallis Achor ubi sit, & quis dica-
tur, ibidem, & 494. b

Vallis Achor quid significet, ibid.

Adamas.

Adamas ab inuencibilitate nomen
sumpsit, pa. 273. b

Adamantis durities, & quod solo
sanguine emolliatur, pag. 187. b.
& 273. b

Adamantis fortitudo inuincibilis,
pa. 273. a

Adamas significat iusti constantiā,
ibidem.

Adamas igne non calescit, p. 273. b

Adamas fortitudinis symbolum,
pag. 273. b

Aduentus Christi.

Quare Ecclesia proponat iudicium
Dom. i. Aduentus, pa. 37. a

Aduentus Christi duplex; & eorū
diffic-

INDEX

- differentia, p. 41. b. & 321. a
- Aduentus primus Christi misericordiae, p. 41. b
- Aduentus secundus Christi visibilis, & in rigore, p. 41. b
- Aduentus secundi Christi qualitates declarantur, p. 42. b
- Aduentus primi Christi, plurima signa data sunt Iudæis, p. 438. a
- Tēpus quo miserabilior erat resp. Iudæorum conueniens fuit aduentu Christi, p. 490. a
- Adulatio & adulator.*
- Adulatoris & amici differentia, p. 255. a
- Adulatio maxime perniciofa, pag. 255. a
- Adulatio tineæ similis est, p. 255. b & 297. b
- Adulator omni latrone peior, & magis nocet, p. 255. b
- Adulator locustis similis omnia vaftat, pag. 256. a
- Adulatoris lingua similis linguæ canis, p. 256. a
- Adulator coruo peior est, p. 256. b
- Adulatores, oleum vendere dicuntur, & quare, p. 257. a
- Adulator pauperes fugit, p. 263. b
- Contra adulatores plurimum principum exempla, p. 298. a
- Adulatores puluilos consuunt, vt alij in vitijs suis requiescant, pag. 299. a
- Adulatio fomentum vitij præstat, sicut oleum lumini, p. 300. a
- Adulatores contraria semper referunt, sicut speculi, p. 300. a
- Adulatio rete est pedibus expansum, p. 301. a
- Adulatores audēs nunquā se videt in seipso, ideo decipitur, p. 306. b
- Adulatoris verba, licet dulcia, sagittæ sunt, p. 395. b
- Adulator bilinguis dicitur, & quare, p. 395. b
- Adulatoris lingua per locustam significatur, p. 395. b
- Adulatores a seuerius tractandi, quā contumeliosi, p. 396. a
- Aduocatus.*
- Aduocatus quis dicatur, p. 450. b
- Aduocatus noster apud patrem Christus est, ibid.
- Ætas.*
- Ætas spatium centum annorum, p. 31. a
- Ætas vltima mundi tempus fidei dicitur, p. 31. a
- Ætas generatio dicitur, p. 30. b
- Ætas & sæculum, idem significant, p. 30. b
- Æs.*
- Æs prædicatorum voces significat, p. 540. a
- Æs candens prædicatio accensa dicitur, ibid.
- Affectus.*
- Affectus hominis ad peccatum eternitatem inuoluit, p. 101. b
- Affectus pedes sunt animæ, pag. 238. a
- Afirmatio.*
- Afirmatio, & negatio simul omnimodam claritatem rei exponunt, pag. 317. a
- Afirmatio, & negatio simul certitudinem rei augment, ibidem.
- Afflictio, & afflictus.*
- Afflictus non est danda afflictio, p. 214. a
- Afflictio maxime mouet Deum ad misericordiam, p. 216. b
- Afflictionem spiritus causant mundana omnia, pag. 213. a
- De afflictione vide verbo, Labor, tribulatio.

SENTENTIARVM.

- Agar carnem significat, pa. 293. b
 Agar eijciēda de domo cum filio,
 vt pacifice viuas, ibidem.
 Agar Ægyptia fuit, p. 293. b
 Agar partes filij suiaget, etiam con-
 tra Dominum suum, ibidem.
 Agar gentilitatem significat, pag.
 572. a
Ala.
 Ala celeritatis symbolum est, pag.
 524. b
Alexander.
 Alexander communi veste uteba-
 tur, pa. 283. b
 Alexandri exemplum contra adu-
 latores, pa. 298. a
Allegoria.
 Allegoria quid sit, p. 174. b
Ambitio.
 Ambitio honoris omnia corrup-
 pit, pag. 318. b
 Vide verbo, honor & superbia, &
 dignitas.
Amen.
 Amen vnde deducatur, & quid si-
 gnificet, pag. 29. b
 Amen oprantis prospera est, ibid.
 Amen iurantis est particula, pag.
 29. b
 Amen confirmantis, & approban-
 tis particula, p. 388. a
 Amen aliquando nomen est, ali-
 quando aduerbium, p. 388. a
Amicus, & amicitia.
 Amicus falsus in prosperis adest, in
 aduersis fugit, pag. 260. b
 Amicus verus in tribulatione cer-
 nitur, pa. 260. b
 Amico fideli non est comparatio,
 pag. 261. a
 Amicus fidelis quāti faciendus sit,
 ibidem.
 Amicitia vera reuertentiam confer-
 uat, vel respectu, pa. 262. a
 Amicitia obiectum perfectio. alte-
 rius est, pa. 262. a
 Amicus verus libere debet admo-
 nere, ibidem.
 Amicus non est, qui post tribulatio-
 nem apparet, p. 262. b
 Amicus fictus non personam, sed
 prosperitatem diligit, p. 262. b
 In prosperitate incerta est amicitia
 p. 262. b
 Amicus verus personam diligit nō
 accidentia, p. 263. a
 Amicos quærimus, qui nobis adu-
 lentur, p. 450. b
Amor.
 Amor nimius etiam in licitis cohi-
 bendus, pa. 156. b
 Amor potentissimus est inter om-
 nes affectus animi, p. 157. a
 Amor quare depinguatur cæcus,
 pa. 157. a. & 368. b
 Amor Dei solus sine modo esse de-
 bet, & in hoc modus eius confi-
 stit, ibidem.
 Amor ex nulla re grauatur, pag.
 235. b
 Amoris est omnia approbare, &
 laudare, p. 259. a
 Amor terrenorum hominem va-
 cuum reddit, p. 272. a
 Amor quantum possit, in iudicio
 de rebus ferendo, p. 368. b
 Amor quare puer depingebatur,
 pa. 368. b
 Amor carnalis per Dalilam signi-
 ficatur, pa. 369. a
 Amor nihil videt in amato, & qua-
 re, p. 369. a
 Amor proprius proditor noster est,
 ideo a nobis abijciendus, pag.
 491. b

Ananias.
Ananias & Saphira cur morte pu-
niti, pa. 352. b

Anas.
Anas Ananus etiam dictus est secu-
dum Bedam, p. 467. a

Anas seu Ananias a Valerio remo-
tus a Sacerdotio, p. 466. b

Anas & Cayphas quomodo dicantur
sacerdotes quando Ioannes pte
dicavit, p. 467. a. & 468. a

Anathema.
Anathema quid significet, p. 184. a
Anathema a Christo esse quomo-
do oporat Paulus, p. 184. a

Angelus.
Angelum natura Ioannem fuisse er-
ror, p. 141. a

Angelus fuit Ioannes officio, pag.
141. b

Angolorum beatorum minor, dici
potest maior Ioanne, p. 141. a

Angelus nomen est officij, licet ap-
proprietur naturæ spirituali, pa.
141. b

Angelus dicitur Ioannes pluribus
titulis, pa. 142. a. & sequent.

Angeli dicuntur sacerdotes, & qua-
re, pa. 142. a

Angeli nomen in Ioanne specialio-
re excellentiam declarat, p. 143. b

Angeli turbabuntur in die iudicij, &
quomodo id sit intelligendū, p. 13. a

Angolorum peccatum quod fue-
rit, p. 399. b

Anima.
Animæ separatæ poena maior est,
quam coniunctæ, p. 106. a

Animæ statim post mortē premiū,
vel poenam recipiunt, pa. 98. a

Animæ beatæ corporum gloriam
desiderant, & petunt, p. 98. a

Anima pro vita accipitur, pa. 182. a

Anima mors ex peccato nascitur,
pa. 241. b

Anima vivit per gratiam, p. 241. b

Anima pro toto homine ponitur,
pa. 295. a

Animarum transmigratio.

Transmigratio animarum in diuer-
sa corpora damnatur, p. 319. b

Transmigrationem animarū Phā-
risæi non credebant, p. 318. b

Animal.

Animalium brutorum nominibus
scriptura mores hominum decla-
rat, p. 303. b

Anulus.

Anulus nobilitatis insigne erat a-
pud antiquos, pa. 354. a

Aperire.

Aperire cor quid sit, p. 232. b

Apollo.

Apollinis Milesij responsum de
Christo, p. 131. a

Apostolus.

Apostoli omnes scādalizati in mor-
te Christi, pa. 134. b

Apostolis maior Ioannes Baptista
ratione prærogatiuarum, p. 145. a

Apostoli maiores Ioanne Baptista
gratia, & spiritu, p. 145. b

Apostoli piscatores facti sunt ho-
minum, pa. 485. a. & seq.

Apostoli vinitores sunt vineæ Do-
mini, p. 494. b

Apostolorum prædicationem nihil
potuit impedire, p. 569. b

Apostolorum chorus vermis dici-
tur, pa. 570. b

Apo-

SENTENTIARVM.

Apostata.
Apostata proprie quid significet, pa. 200. b

Apostata dicitur omnis a Deo recedens, ibidem.

Aqua.

Aqua tribulationem significat, pa. 218. a. & 579. a

Aquarum copia bonorum omnium abundantiam, & prosperitatem designat, pa. 441. a

Aquam omnium matrem faciebant antiqui, p. 441. a

Aqua rerum omnium materia, pa. 441. b

Aqua Euangelicam doctrinam significat, & sub nomine aquarum plura dicuntur de Euangelio, p. 485. a

Aque baptismi gratiam significat, ibi.

Arbitrium.

Arbitrij libertas in homine astruitur, p. 233. a

Arbitrij libertatem non tollit concupiscentia, p. 238. b

Arbitrij libertas non tollitur ex eo quod singulis vias Deus fecerit & definerit, pa. 561. b

Arbor.

Arbores diuersae diuersos hominum status & condiciones significant, pag. 574. a

Archelaus.

Archelaus filius Herodis Aescalonitae maior, p. 464. a.

Archelaus Iudaeae dominum ab Augusto obtinuit, ibidem.

Archelaus relegatur ob crimina ad Vienam, & dominio priuatur, pa. 464. a

Archelao medietas regni patris assignata est, pa. 465. a

Arlescere.

Arlescere pro mori accipitur, p. 10. a

Arundo.

Arundo cur Christo pro seceptro data a militibus, p. 421. a

Arundo contra serpentes valet, ibi.

Area.

Area mundus hic & vita praesens dicitur, pa. 166. b

Areae filij cur dicantur iusti, ibidem.

Aspis.

Aspidis iouum pulchrum foris, intus mortifero veneno plenum, pa. 356. b

Astutia.

Astutia Iudaeorum in legatione ad Ioannem aperitur, p. 371. a

Astutiae hominum contra Deum nihil valet, p. 374. a

Astutias & fraudes hominum christiana simplicitas facile destruit, p. 374. a

Astrum.

Astra militia caeli, & virtutes caelorum dicuntur, pa. 12. b

Auaritia.

Auaritia radix est omnium malorum, & quomodo, p. 418. a

Audire, & auditus.

Audit Deus non solum iustorum voces, sed & cordis praeparationem, p. 206. b

Nullus impedire potest quin Deus clamantes audiat, pa. 207. b

Auditus multoties fallitur, pag. 228. b

Auditui in rebus proximorum non est fidendum, p. 228. b

Aula regia.

De Aula regia vide verbo curia.

Aulicorum mores quales, p. 303. a
Aulicorum condiciones describuntur, ibidem.

Aula regia duplex mundi & Dei,
pag. 287. b.

Aularum mundi & Dei differen-
tia, pa. 288. b.

Aula mundi non nisi diuites admit-
tit. Dei vero pauperes amplecti-
tur, ibidem.

Auris.

Aures prosperitas oppilat, p. 162. b.

Aures aperiunt labores, ibidem.

Aurem erigere quid significat, pag.
164. a.

Aures Dei nihil potest impedire,
ne audiant pauperes, ibidem.

Autem.

Autē causalis particula esse solet.

pa. 331. a.

Auxilia.

Auxilia diuina semper maiora sunt
quam tentationes, pa. 565. a.

B.

Baptista Ioannes.

Baptista quare miserit discipu-
los suos, vt Christū interro-
garent, pa. 119. b.

Cur distulerit interrogationē vsq;
ad tempus mortis, pa. 120. a.

Baptista figurā legis habuit, p. 121. a.

Baptista legationē mittens per dis-
cipulos utrū dubitauerit de Chri-
sto, pa. 121. a. & seq.

Baptista cognouit, & confessus est
Christum moriturum pro homi-
nibus, pa. 123. b.

Baptista cognouit Christū per seip-
sum descēsurū ad inferos, p. 124. b.

Baptista interrogat Christū, vt dis-
cipulorum ignorantia subueniat,
pag. 126. a.

Baptistę interrogatio per discipu-
los ex gaudio processit, p. 127. a.

Baptista gratia plenus ex utero ma-
tris suę, p. 136. b.

Baptista peccatum actuale morta-
le non habuit, p. 137. a.

Baptista plusquā propheta dicitur
pluribus titulis, p. 137. b.

Baptista maius & excellentius lu-
men participauit, quam alij Pro-
phetę, pa. 137. b.

Baptista ab alijs prophetis annun-
tius, & prophetatus, p. 138. b.

Baptista Orizon, & confiniū vtriuf-
que testamenti fuit, p. 138. b.

Baptista quare miraculum nullum
fecerit, p. 132. a.

Baptista prophetas facit, p. 139. a.

Baptista ab eodem angelo annun-
tius est a quo Christus, p. 139. b.

Baptistę missio magna Dei miseri-
cordia, p. 140. b.

Baptistam Angelum fuisse natura,
error, p. 141. a.

Baptista Angelus dicitur pluribus
titulis, p. 141. a. & seq.

Baptista Christo propinquior fuit
omnibus alijs, p. 143. a.

Baptistę Angeli nomen tribuitur
specialiori ratione, quam alijs, p.
143. a.

Baptista lucifer dicitur, p. 143. b. &
332. b.

Baptista vtrum omnibus natis de
muliere fuerit maior, p. 144. a. &
sequen.

Baptistę laudes & enchomia breui-
ter relata a Chrysologo, p. 150. b.

Baptista maior Apostolis ratione
prærogatiuarum, pa. 145. a.

Baptistę prærogatiuę, ibidem.

Baptista non comparatur cū Chri-
sto, nec cum Virgine, p. 145. b.

Baptista primus fuit, qui prædica-
uit regnum cælorum, p. 147. b.

Baptista non comparatur regenera-
tis ex Spiritu sancto, p. 148. a.

Baptistę

SENTENTIARVM.

- Baptistæ laus, quod turba exierint ad eum videndum, p. 264. b
- Baptista nullum miraculum fecit, & omnibus admirabilis fuit, pag. 265. a
- Baptista veniale peccatum non habuit, pa. 267. a
- Baptista arbor fuit plantata secus decursus aquarum, p. 267. b
- Baptista laudatur à constantia, pa. 267. a. & tota consi. 3 r.
- Baptistæ dignitas ex testimonio eius quando miserunt Iudæi commendatur, pa. 309. b
- Baptista erat lucerna lucens, & ardens, & quare, pag. 312. a. & 458. b
- Baptistam non esse Messiam ignorare non potuerunt sacerdotes, pag. 312. b
- Baptista quanta authoritatis fuerit apud Iudæos, pa. 315. b
- Baptistæ humilitas quam profunda, pag. 315. b. & 318. a. & 424. a
- Baptista nullum maius habuit meritum, quam cum confessus est se non esse Christum, pa. 316. a. & 317. b
- Baptista quomodo dicatur esse, & non esse Elias, pa. 321. b
- Baptista an fuerit Propheta, pag. 324. a
- Baptista medius fuit inter Apostolos, & Prophetas, & utrorumque gratiam participans, p. 324. a
- Baptista ad Apostolicam gratiam pertinebat, pag. 324. b
- Baptista officio Propheta non erat, pag. 324. b
- Baptista quanto tempore fuerit in eremo, pa. 375. a
- Baptista se maiori iniuria affectum putauit legatione Iudæorum, quam si verberaretur, pag. 395. a
- Baptistæ fortitudo commendatur, pa. 417. a
- Baptista Luciferi sedem promeruit in cælo, pa. 425. b
- Baptista venit ut testimonium perhiberet de Christo, pag. 458. a
- Tempus aduentus Baptistæ quare adeo curiose describatur, pag. 458. b
- Trigesimo ætatis suæ anno Baptista ad prædicandū processit, pa. 463. b. & 479. a
- Tertio anno procurationis Pilati coepit Baptista prædicare, pag. 464. b
- Baptistam instruxit Deus de his quæ docturus, & facturus erat, pag. 468. b
- Ioannes præceptum habuit ex eundi ad prædicandum, ibid.
- Baptista non cognoscebat Christum ex vultu, pa. 469. b
- Baptista dicitur vox quia prece ante regem, pag. 473. b
- Baptista dicitur vox quia verbum præcedit, pa. 469. a. & 474. a
- Baptista dicitur vox quia verbum ostendebat, ibid.
- Baptista dicitur vox, quia non sua, sed Christi referebat, p. 475. a
- Baptista dicitur vox quia omnia quæ in ipso erant clamabant, ibi.
- Baptista non prædicauit in templo & quare, pa. 475. a
- Baptista quare prædicauerit in deserto, ibid.
- Baptista primus fuit qui prædicauit regnum cælorum, p. 517. b
- Baptistæ obedientia prompta, pa. 522. a
- Baptistæ data est plenaria potestas Prophetæ & Præcursoris, pag. 529. a

INDEX

Baptista quo anno suæ ætatis desertum petierit, pa. 520. a

Baptista totus vox erat fortiter clamans: pa. 532. b

Baptismus, & baptizare.

Dignitas regeneratorum ex baptismo declaratur, pa. 148. a

Baptismus in alteram naturam spirituales, & diuinam trãsfert hominem, pa. 222. a

Baptizandi officium tribus tantum poterat conuenire in veteri testamento, pa. 322. b

Baptismus Ioannis nouũ quid fuit, nec lege contentum, p. 327. b

Baptismus Ioannis fuit supra legẽ, pa. 327. b

Baptismus Ioannis fuit specialitẽ præceptus à Deo, p. 327. b

Baptismus Ioannis prædictus à Prophetis, ibidem.

Baptismus Christi prædictus à prophetis, ibidem.

Ex baptismo Ioannis efficax sumitur argumentum aduentus Messie, pa. 328. a

Baptismi Ioannis & Christi plures differentiæ ponuntur, p. 329. a

Baptismus Ioannis solum in aqua, Christi vero in Spiritu sancto, ibidem.

Baptismus Ioannis non regenerabat: Christi vero regenerabat, ibi.

Baptizati baptismo Ioannis erant baptizandi necessario Christi baptismo, ibidem.

Ioannes baptizãs an vsus fuerit aliqua forma verborum, pag. 330. a

Baptizatus fuit Christus à Ioanne, & quo loco Iordanis, p. 339. b

Ioannes quo loco Iordanis baptizaret, pa. 339. a

Baptismus Christi quomodo dicitur pœnitentiæ, p. 470. a

Baptismus Ioannis proprie dicebatur pœnitentiæ, pa. 470. b

Baptismus Ioannis quomodo dicitur in remissionẽ peccatorũ, ibid.

Baptismus secunda tabula post naufragium, pa. 471. a

Baptismus annus Iubilei, ibid.

Locus vbi Ioannes baptizabat, nõ pertinebat ad tribum Benjamin, pa. 339. b

Baptizati cur liniantur chrismate in fronte, pa. 382. b

Baptismus Ioannis non remittebat peccata, p. 471. b. & seq. & 329. b

Baptismus Ioannis oculus suppliciorum, Christi gratiarum, pa. 472. a

Baptismus Ioannis an habuerit formã determinatam verborum, pa. 472. b

Baptismus fons patens est in ablutionem peccatoris, & menstruatẽ, pa. 489. a

Baptismus respectu cuius dicitur secunda tabula, pa. 558. b

Baptismus dicitur nauis, & quare, ibidem.

Beatus & beatitudo.

Beati accipient duplicem stolã post iudicium, p. 99. a

Beatorum gloria cõpleta erit post iudicium, pa. 98. a

Recta via ad beatitudinem quẽ fit, pa. 566. b

Bethabara.

Bethabara non est in tribu Benjamin, p. 339. a

Bethabara ad tribum Rubem pertinet, p. 340. a

Bethabara etiam Bethania dicitur, ibidem.

SENTENTIARVM.

Bethania.

Bethaniavbi sita, & quārum distat
à Iordane, pa. 338. b

Bethania duplex, pa. 340. b

Bellum.

Bellum fortissimum cōtra iustum
est, quod honoribus agitur, pag.
416. a

Bella carnis quare fortiora, & diffi-
cilius vincantur, pa. 416. a

Bona.

VIde tempus & temporalia.
Bonorum aeternorum confi-
deratio facit contēnere mala prę-
sentia, p. 105. b

De bonis, quę habemus nō est glo-
riandum, pa. 397. a

Bona omnia quę habemus accepta
sunt à Deo. pag. 398. b

Bonorum non domini, sed dispen-
satores sumus, pa. 399. a

Qui gloriatur de bonis acceptis ma-
ximam Deo irrogat iniuriam,
pa. 399. b

Bonorum spiritualium maxima co-
pia futura in Ecclesia declaratur,
pa. 48. b

Bonorum temporalium abundantia
obliuionē Deus causat. p. 490. a

Bonorum temporalium defectus
aptiores reddit homines ad cęle-
stia, pa. 490. b

Bona tēporalia auferre solet Deus
propter peccata, & ad alios trans-
ferre, pa. 495. b. & seq.

Bona temporalia aufert Deus pro-
pter peccata, & ad iniquiores so-
let transferre, pa. 497. a

Bona iniuste acquisita nihil sunt,
sicut merces meretricis, pa. 498. b

Bona temporalia apud Deum, non
sunt in precio, nec reputantur in
sorte, pa. 501. b

Bona temporalia non faciunt fœ-
licem, pa. 503. a

Bona æterna sunt vera bona, & fœ-
licem faciunt, pa. 501. b. & seq.

Bona temporalia contemnunt ser-
ui Dei, & quare, p. 503. b

Bona nulla facit homo sine Deo,
multa vero facit Deus in homine
sine homine, pa. 546. b

Bonus.

Boni cur malis afficiantur in hac
vita, & mali bonis, p. 165. b. & seq.

Borith.

Borith herba quę dicatur, p. 45. a

Borith herba Saponaria dicitur,
ibidem.

Borith ad abluendas sordes condu-
cit, pa. 45. a

Borith herba fullonum, ibidem.

Borith Euangelium significat, ibi.

Brachium.

Brachium fortitudinem significat,
pa. 367. a

C.

Cadere.

CAdere iustos Deus permittit,
vt de se non pręsumant, pag.
203. b

Cefsio.

Cefsio vxoris alicui debite quomo-
do fiebat in veteri lege, p. 336. a

Cacitas.

Cacitas animę ex peccato nasci-
tur, p. 237. a

Cacitatem culpę gratia Dei tollit,
pag. 237. a

Calcanens.

Calcanens iniquitas quę dicatur, pa.
59. a

Calcanem pro fraude ponitur, ibi.

Calceamentum.

Calceamenta duplicem Christi des-
censum significant, p. 334. b

INDEX

Calceamenta incarnationis mysterium designant, ibidem.

Calceamentum tollere est peccata solvere, pa. 335. b

Calceamenta soluebat qui vxorē sibi debitam accipere recusabat, pa. 336. a

Calceamenta soluere erat signū cessionis vxoris sibi competentis. pa. 336. a

Calceamenta quis solueret cedenti vxorem, pa. 337. a

Calceamenta soluere est in minimo officio alicui seruire, ibid.

Calceamentis an vsus fuerit Christus, pa. 337. b

Canis.

Canibus comparantur Prælati, & Prædicatores ob præstantiam olfactus, pa. 346. b

Carbo.

Carbo ignitus quos significet, pa. 537. b

Caro, & carnalis.

Carnalis homo vacuus est, nullam habens firmitatem, pa. 271. b

Caro mula est malitiosa, & ancilla infidelis: idē aspere tractanda, pa. 292. b. & 296. b

Caro significatur per Agar, p. 293. a

In carnem crudelem esse misericordia est, pa. 293. b. & 295. b

Carnis magna vis est in concupiscētijs, pa. 294. a

Carnis certamina maxime periculosa, p. 294. b.

Carnem mortificare quid sit, pag. 295. a

Carnem si blande tractaueris, tradet te inimicis tuis, pa. 296. b

Caro mactanda, vt hostia viuā sit Deo, pa. 297. a

Carne debilitata roboratur spiri-

tus, & viuit, p. 297. a

Carnis bella grauiora sunt, & quare difficilius vincantur, p. 416. a

Carni nec in minimo consentiendum, ne pereas, pa. 420. b

Caro pro homine, p. 477. b

Carni negatiue in omnibus respondendum, ibidem.

Carnis tentatio non est sine aliquo peccato, pa. 452. a

Carnis tentatio non potuit esse in Christo, ibidem.

Cayphas.

Cayphas & Anas an fuerint sacerdotes quādo Ioānes exiuit ad prædicandum? p. 467. a

Cayphas gener Auæ fuit, & adiutor in sacerdote, ibid.

Cayphas a tēpore Pilati summus sacerdos erat, p. 467. b

Cayphas & Anas simul Sacerdotes erant, licet successiue administrarent sacerdotium, p. 467. b

Cayphas & Anas simul exercebāt sacerdotium, ibidem.

Caput.

Leuare caput quid significet, pag. 102. a & seq.

Leuare caput est gaudere, p. 102. b

Caput pro mente ponitur, pa. 105. a

Leuare caput est cōfidere, p. 107. b

Leuare caput est signa publica letitiæ ostendere, p. 109. b

Capillus.

Capillorum irrufatio, & ornatus repræhenditur, p. 284. a

Castigatio.

Vide repræhensio, & punire.

Castigatio Dei patienter tolleranda, quia filiorum, p. 453. b

Castigare, alienum opus est à Deo, pa. 492. b

Casti-

SENTENTIARVM.

Castigat Deus, vt misericordiam impendat, ibid.

Castitas.

Castitatis praelia maxime dura, pa. 294. b

Castitatis praelia maxime periculosa, ibidem.

Castor & pollux.

Castor & pollux quid, p. 108. b

Creaturae.

Creaturae omnes peccatori bellum inferent pro Deo, p. 56. b. & seq.

Christus.

Christo vt homini, angelorum iudicium commissum est, pa. 16. a

Omnis iudiciaria potestas Christo vt homini data est ex meritis suae passionis, pa. 21. b

Iudiciaria potestas Christo data in omnes, p. 20. a. & 81. a

Christus in iudicio iudex & testis est futurus, p. 45. b

Christus dicitur Sol, & quare, pag. 79. b

Christus cur plura diademata habere dicatur in capite, pa. 86. a

Christus etiam genibus promissus, pag. 129. a

Christus quomodo dicatur minor in regno caelorum, p. 147. a

Christus secundus praedicator regni caelorum, pa. 147. b

Ad Christum pertinet ius regni in Ecclesia, ibidem.

Christus pater fidelium est, p. 172. b

Christus dicitur incarnator, & quomodo, p. 245. b

Christus dicitur ante Ioannem factus multis modis, p. 333. a

Christus omnium creaturarum principium, & finis, p. 333. a

Christi dignitas colligitur ex eo,

quod Ioannes se indignum fatetur illi in minimo seruire, pa. 334. a

Christo arundo pro sceptro cur data a militibus, pa. 421. a

Christus dicitur Leui, & quare, pag. 421. b

Chastus dicitur lapis offensionis, quia facile inuenitur, pa. 437. b

Christus quam facile inueniatur, si quaeritur, pa. 437. a

Christus fons patens omnibus est, pa. 439. a & 489. a

Christus quare dicatur fons, pag. 440. a

De Christi plenitudine gratia nobis communicatur, pa. 440. a

Christus habuit plenitudinem gratiae & spiritum non ad mensuram, ibidem.

Christi virtute etiam antiqui patres gratiam consequerantur, pa. 442. b

Christus mediator inter duos populos, p. 446. a

Caristus mediator inter Deum & homines pacificans eos, p. 447. a

Christus dicitur lapis angularis propter duos populos, ibidem.

Christi dominium super omnia probatur ex victoria mortis, p. 25. a

Christus etiam pro salute gentium venit, pa. 462. b

Christus salutare Deo dicitur, pag. 477. a

Nulli salus parer nisi per Christum, ibid.

Christi descensus.

Duplex Christi descensus a caelo in terram, & a terra ad inferos in intelligibilis, pa. 334. b

Descensus Christi per calcamentum significatur, ibidem.

INDEX

Christum descensurum ad inferos
prædixerant Prophetæ; p. 124. b
Descensurum Christum ad inferos
Ioannes cognouit, pa. 124. b
Vide verbo aduentus.

Christi generatio.

Christi duplex generatio p. 333. b
Christi incarnatio.

Incarnationis mysterium per cal-
ceamenta significatur, pa. 334. b
Incarnatio Christi dicitur benigni-
tas & misericordia, & quare, pa.
505. a

Christi baptismus.

Christus quo loco Iordanis à Ioan-
ne baptizatus fuerit, pa. 339. b
Christus qua ætate baptizatus fue-
rit à Ioanne: ibidem.

Christi humanitas.

Humanitas Christi non fatiat cor
hominis, licet perfectissima sit,
pag. 209. b

Christi tentatio.

Vide verbo tentatio.

Christi crucifixio.

Christus hora tertia quomodo di-
catur crucifixus, pa. 201. b
Christus crucifixus in aëra eleua-
tus est, & quare, p. 455. a

Christi mors.

Mors Christi prædicta à Prophe-
tis, p. 123. b
Moriturum Christum pro homini-
bus Baptista non dubitavit, ibidē.
Christi mors magnum scandalum
fuit hominibus, p. 134. a

Ex morte Christi occasione multi
sumpserunt recedendi à Deo, pa.
243. b

Nisi Christus moreretur alia eius
opera nihil pro fuissent, pa. 243. b
Christus cur mori voluerit eleua-
tus in aëra, pa. 455. b

Christi sanguis.

Christi sanguis gentes, quas ferrum
Romanæ potentiae non vicit, su-
peravit, pa. 274. a

Christi vulnera.

De latere Christi exiuit sanguis &
aqua: sanguis in redemptionem,
aqua ut regeneraremur, p. 489. a

Christi opera.

Christi opera & miracula prædi-
cta fuerunt à Prophetis, p. 130. b
Ex operibus & verbis Christi mul-
ti scandalizati sunt, p. 134. b

Christianus.

Christiani qualis debeat esse ve-
stis, & habitus, pa. 289. b
Christiana perfectio non consistit
in exterioribus, p. 356. b

Charitas.

Charitatis patriæ & viæ differen-
tia, pa. 28. a
Charitas magis diligit propriam
salutem, quam alienam, pa. 184. b
Charitas peccatum secum non pa-
titur, pa. 184. b
Charitas proximorum mala ope-
rit, & bona detegit, pa. 259. a
Charitas soliditatem animo præ-
bet, pa. 534. b

Circularis figura.

Circularis figura perfectissima est,
pa. 158. a. & 210. a
Circulus Deum significabat, ibid.
Circularem figuram nulla aliarum
complet, pag. 210. a
Circulari figuræ homo similis exi-
stit, ibidem.

Claudicare.

Claudicatio animæ ex peccato,
pa. 238. a
Animam claudicare quid sit, pag.
238. b

Cognitio.

SENTENTIARVM.

Cognitio.

Cognitio requirit similitudinem,
pa. 375. b

Cognitio diuinorum non potest vi
ribus nature haberi, p. 357. b

Cognitio propria ex operibus su
menda est, pa. 221. b

Cælum.

Cælus nouos futuros post iudiciũ,
sunt qui affirmant, pa. 32. b

Cælum perpetuo mansurum est,
pa. 33. a

Cælum futurum nouum post iudi
ciũ quomodo intelligatur, p. 33. b

Cæli non sunt purgãdi igne finali,
pa. 34. b

Collum.

Colli officia in corpore, p. 344. a

Collum Ecclesiæ prælati sunt, &
quare, ibidem.

Columba.

Oculorum colubæ proprietates, pa.
73. a. & 403. b

Columbæ simplicitas Dei seruo ne
cessaria, p. 403. b

Columbæ oculos quare in sponsa
sua requirat Deus, ibidem.

In columbæ specie quare Spiritus
sanctus apparuit, pa. 404. a

Columba simplicis & puri homi
nis symbolum, pa. 404. b

Concupiscentia.

Concupiscentia carnis magnã vim
habet in homine, pa. 238. b

Concupiscentia non trahit inuitũ,
nec cogit, ibidem.

Concupiscentia carnis per lepram
significatur, pa. 239. b

Concupiscentiæ non est consentiẽ
dium, pa. 253. b

Concupiscentias suas sequens gau
dium erit inimicis suis, p. 254. a

Concurfus.

Concurfus & frequentia hominũ
vitanda ad integritatem animæ
conseruandam, pa. 518. b

Confessarius.

Confessarios querimus faciles, &
qui nos non reprehendant, pag.
351. a

Confidentia.

Confidentia habenda quando ma
gis crescunt labores, pa. 108. b

Confusio.

Confusio pœna maxime propria
hominis, p. 94. b

Conscientia.

Conscientiarũ diuersitas, diuersi
tatem in iudice quo ad apparen
tiã causabit in die iudicij, p. 76. b

Conscientia bona maxime confi
dit, p. 108. a

Conscientia bona nihil timet, ibid.

Conscientiæ morsus continua pœ
na malorum, p. 115. a

Conscientia nunquam falsitati ac
quiescit, pa. 409. b

Consilium.

Consilia eorum, quos diligunt prin
cipes, multum valent apud illos,
pa. 119. b

Consilia Dei qua putant homines
impedire, perficiunt, p. 360. a

Consilia Euangelica non cadunt
sub præcepto, sed libera sunt, pag.
551. a

Constantia, & inconstantia.

Constantia in dictis & factis homi
ni maxime necessaria, p. 270. a.
& 386. b

Constantia quid sit, ibidem.

Constãtia quomodo differat a per
seuerantia, ibidem.

Inconstantia puerorum vitium est.
pa. 270. b

Con:

INDEX

- Constātia ex gratia oritur**, p. 271. a
Constātia iustorū maxima, p. 273. a
Concionator, & contio.
Concionum auditores quales esse debeant, vt proficiant, p. 428. b
Concionator salutē aliorum, etiā eam proprię dispēdio, debet procurare, pa. 127. a
Concionator debet se ictibus irę Dei opponere pro salute aliorū, pag. 185. a
Concionatoris sollicitudo pro salute aliorum qualis, pa. 181. b
Concionator quę constantia, & virtute pręditus esse debeat, p. 310. a
Concionatores querimus qui loquātur nobis placentia, pa. 351. a
Concionatoris officiū est vitia pręcipue magnorum arguere, pag. 379. a.
Vide verbo predicator.
Prędicationis officiū quam sit graue, pa. 479. a
Concionatoris officiū maturam ætatem, & perfectionem, & scientiam requirit, pa. 479. b
Concionaturus literarum diuinarum lectioni & meditationi diu debet vacare, pa. 480. a
Concionator debet quę docturus est prius gustare, vt proficiat aliis, pag. 480. b
Concionator non solum delectare debet: sed grauiā solida & vtilia proponere, pa. 481. a
Prędicare Christus cępit trigessimæ ætatis suę anno, ibid.
Contristo.
Contristare accipitur pro frangere, pa. 192. a
Contristare pro moleste ferre, pa. 193. a
Iustum nihil contristare potest, pag. 192. a. & 193. a
Malos etiā leuisitina contristant, pag. 193. b
Cor.
Cor hominis maximē durum, pa. 187. b
Cor hominis nulla creatura quārum vis perfecta replere potest, pag. 209. b
Nulla creatura cor hominis satiat, ibidem.
Humanitas Christi non satiat cor hominis, ibidem.
Capacitatem cordis humani nihil pręter Deum adæquat, & quare, pa. 210. a
Cor aperire quid sit, p. 232. b
Cor claudere quid, ibidem.
Cor hominis adeo prauum, vt inde occasionem sumat mali, vnde proficere debebat, p. 243. b
Cor durū emollit gratia, pa. 241. a
Cor pro voluntate accipitur, pag. 381. a
Ad cor loqui est męstum consolari & erigere, pa. 506. b
Ad cor loqui est quę desiderat polliceri, ibid. & 519. b
Cor est quod desertū facit vel frequentiam, pa. 521. b
Corona.
**Vide diadema.
Corpas.
Corpora iustorum vbi erunt quando mundus igne purgabitur, pag. 34. b
Correctio.
Vide reprehensio.
Regula seruanda in correctione ponitur, pa. 250. b
Corrigia.
Corrigia calceamenti est ligatura mysterij incarnationis, p. 335. a
Corri-**

SENTENTIARVM.

Corrigia minora mysteria, quæ in incarnatione fuerunt significat, ibidem.

Corrigia calceamenti peccatū significat, pa. 335. b

Coruus.

Coruus quid significet, p. 304. b

Creatura.

Creaturæ omnes pugnabunt pro Deo in iudicio contra peccatores, pa. 56. a. & seq. & p. 64. b

Creaturas omnes adducendas in iudicium cum homine quomodo intelligitur, p. 62. a

Creaturæ omnes pro qualitate morum hominum mutantur, pa. 63. a

Creaturæ hominum vanitatibus inserviunt nolentes, pa. 63. b

Creaturæ omnes contra hominem clamant, & iustitiam poscunt, pa. 64. b

Creaturæ omnes puniuntur nō propter peccata propria, sed hominis pa. 66. a

Creaturarum consideratio multa de Deo manifestat, p. 196. b

Creatura nulla satiari potest cor hominis, & quare, pa. 209. b

Creaturæ cisternæ sunt dissipatæ, quæ aquam cōtinere non valēt, pa. 361. a

Creaturæ torrentes sunt aquarum, & meliori tempore siccantur. pa. 362. a

Creaturæ hedera Ionæ, quæ deficit quando umbra eius magis necessaria erat, ibidem.

Creaturæ omnes clamant, quod Deo debitores sumus, & non illis, p. 362. b

Crudelitas.

Crudelitatē exercere in subditos prætextu iustitiæ maxime dete-

stabile, pag. 500. b

Cruz.

Cruz Christi quare apparebit in iudicio, pa. 86. b

Crucem Christi portans qualis esse debeat, pa. 289. b

Crucem Christi portans quo habitu uti debeat, ibidem.

Cruces quas homines sibi faciunt importabiles sunt, pa. 565. b

Crucem cuiquē propriam Deus fecit, hanc portare debemus, pa. 563. b

Cruz quam Deus cuiquē facit facilis & portabilis, ibid.

Curia.

Curia regis, seu aula temporale dicitur peccatum, p. 292. b

Qualis curia & domus regis: talis, & tota respublica, pa. 301. a

Vitia quæ in curia reperiuntur, in toto regno vigent, p. 302. a

In curijs inuidia maxime regnat, p. 303. a

Curias regum fugere debet, qui pius esse cupit, p. 304. b

Curia regum reformandæ sunt, ut regnum reformetur, ibidem.

Curia fons est, cerebrū, cor, caput, vnde qualitates ad corpus reipublice deriuantur, p. 305. b

Curia primum mobile est secum totum regnum voluens, p. 305. b

Vide aula regia.

Cygnus.

Cygnus idem est quod Onocrátalus, vel pellicanus, p. 303. b

D.

Damnatio, & damnati.

Damnatorum pcena cōpleta erit post iudicium, p. 99. a

Dalila.

INDEX

Dalila.
Dalila amorem carnalem significat, pa. 369. a

Damascus.
Damascus metropolis est Syriæ, pag. 345. a

David.
David triginta annorum erat quando regnare cepit, p. 481. b

Defunctus.
Defuncti homines in quibus uiuant, pag. 99. b

Defunctorum animæ multa cognoscunt ex relatione eorum, qui ab hac vita decedunt, p. 125. a

Depræcatio.
Depræcabitur nullus pro alio in iudicio, pa. 76. a

Derelinquo.
Derelinquere solet Deus eos, qui aspera remedia contemnunt, pa. 39. a

Desertum ausi.
Desertum: Vide solitudo.

Detractio, & detractor.
Detractoris est mala proximorum publicare, pa. 258. b

Detractor similis est muscæ, quæ parti læsæ adhæret, p. 258. b

Deus.
Deus interdum asperis: interdum lenibus utitur medicamentis pro exigentia morbi, pa. 38. a

Deum negat esse, qui iudicium negat, pa. 49. b

Deus duas facies, misericordiæ, & iustitiæ habet, pa. 88. b

Deus iustis semper est bonus, siue bona, siue mala tribuat, pa. 193. a

Deus & iustus facile se intelligunt non multis opus est verbis, pag. 206. a

Deus semper præ oculis habendus, ne deficiamus, pa. 208. b

Deum habens omnia habet, & illo carens nihil habet, p. 242. b

Deus nomē est eius, qui nulli quidquam debet, pa. 349. a

Propria Dei sibi uolunt homines usurpare, pa. 349. b

Deos sibi homines faciunt pro sua uoluntate amouibiles, ibi.

Deus nō est, qui factus est, p. 350. a

Deus respondere solet ad hominū desideria, p. 410. b

Quo magis ad Deum accedimus, eo amplius nostros defectus cognoscimus, p. 424. b

Deus in nobis ipsis, & in proprio cuiusq; statu quærendus est, ut inueniatur, pa. 430. b

Deum extra se quærens, & extra suum statum, uagatur, pa. 431. a

Deus facile ab omnibus potest inueniri, pa. 435. a

Deus non multum distat ab unoquoque nostrum, p. 435. b

Diabolus.
Diabolo nec in minimo consentiendum, ne succumbas, pag. 420. b

Diabolus dicitur coluber tortuosus, & quare, ibidem.

Diabolus quare dicatur Leuiathā, pa. 421. b

Diabolus caput est malorum, ibid.

Diaboli diuersæ cōditiones, & qualitates, pa. 421. b. & 422. a

Diaboli astutiæ explicantur, pag. 422. a

Diabolo aures claudendæ, ne peccas, pa. 422. b

Diabolus quacumque re etiam leuissima ex nobis contentus est, animum habens, p. 423. a

Diaboli uenenum maximè inficit vel solo tactu, pa. 423. b

Diabo-

SENTENTIARVM.

Diabolus à Deo reprimitur, ne ten-
ter quantum desiderat, pa. 564. b

Diadema.

Pluralitas diadematum seu corona-
rum quid significet, pa. 86. a

Papa cur plura diademata habeat
ibidem.

Merces, & primum corona dicitur,
pa. 86. a

Dies.

Dies illa, quid significet in scriptu-
ra, pag. 439. b

Diffidentia.

Diffidentia maximè animum fran-
git, pa. 108. a

Difficultas.

Difficultas omnis inquæredo Deū
collitur, pag. 435. a

Dignus.

Dignū non facit genus, sed merita,
pa. 355. b

Dispositio.

Dispositio necessaria est ad salutē
ex parte hominis, pag. 546. a. &
547. a. & 554. a

Disponere se non potest homo ad
gratiam sine Dei adiutorio, ibid.

Dispositiones ad gratiam ordinis
supernaturalis esse debent, pag.
547. b

Dissimulare.

Deus dissimulat peccata, non con-
sentit, pa. 51. a

Deus modo tacens & dissimulans,
vt fortis clamabit in iudicio, pa.
75. b

Diuitia.

Diuitiæ nihil proderunt in die iu-
dicii, pa. 60. a

Diuitiarum inconstantia, & falla-
cia declaratur, p. 277. a. & 496. b

Diuitiarum appetitus omnium ma-
lorum principium, pa. 418. a

Diuitiæ ad omnia valent, pa. 419. b
Diuitiarum bellum fortissimum,
pa. 420. a

Diuitias congregat homo, & igno-
rat cui, pa. 496. b

Diuitiæ ad extraneos multoties de-
veniunt contra possidentium vo-
luntatem, pag. 496. b

Diuina res.

In rebus diuinis quærendis non est
innitendum propriæ prudentiæ,
pa. 357. a

Diuinarum rerum, & quæ fidei
sunt, cognitio viribus naturæ ha-
beri non potest, pa. 357. b

Doctor.

Doctores quærent, & consultant
homines, vt suæ sententiæ fauen-
tem reperiant, p. 409. b

Doctores deponūt, homines si eo-
rum votis non respondent, ibid.

E.

Ecclesia.

Ecclesia Soli & Lunæ compa-
ratur, pa. 6. a

Ecclesia durabit vsq; ad finem mū-
di, licet multis tribulationibus
præmatur, pa. 31. b

Ecclesiæ firmitas, pa. 386. a

Ecclesia corpus Christi est, pag.
447. a

Ecclesiæ collum qui sint, p. 344. a

Ecclesiæ oculi Prælati, pa. 344. b

Ecclesiæ nasus qui dicantur, & quā-
ob causam, pa. 345. a

Ecclesiæ nasus cur turri compare-
tur, pa. 345. b

Ecclesia à verbo Dei incoepit, pag.
469. a

Ecclesia desertum est, ibidem.

Copia bonorum spiritualium fu-
tura in Ecclesia prophetatur. pa.
486. b. & 571. b. & seq.

Ecclesia

INDEX

Ecclesia area est vbi terendi iusti,
pa. 571.a

Eccc.

Eccc, rei nouæ & insolitæ signum
pa. 140.b. & 444.a

Educatio filiorum.

Educatio puerorum maxime curā
da, pa. 171.b

Contradicens educationem puero
rum qua poena afficeretur apud
Lacedæmonios, pa. 171.b

Electio & eligere.

In electionibus homines genus, &
nobilitatem respiciunt, ideo om-
nia turbantur, p. 352.b

In electionibus sanguis non debet
habere primam vocem, pa. 353.a

Eligi debere meliores naturalis ra-
tio dicit, p. 355.a

Elementum.

Elementa igne purganda sunt ante
iudicium, pa. 35.a

Elementa quare igne purganda,
ibidem.

Elementa principia, & primæ lite-
ræ dicuntur, p. 176.a

Elementa quomodo dicatur lex ve-
tus, ibidem.

Elias.

Elias non fuit maior Ioanne Bapti-
sta, p. 138.a

Eliam viuere certo sciebant Iudæi,
pa. 318.b

Eliam venturum ante aduentum
Messiæ traditio erat Iudæorum,
pag. 319.b

Traditio hæc vnde orta fuerit, ibid.

Elias quomodo dicatur Ioānes Bap-
tista, pa. 320.a. & 321.b

Elias venturus est ante secundum
Christi aduentum, p. 320.b

Eliseus.

De Eliseo inquisierunt Iudæi à Ioā

ne cum dixerunt, an esset Prophe-
ta? p. 322.a

Emendatio.

Emendationem peccatoris Deus
flagellis suis procurat, p. 53.b

Ericius.

Ericius animal spinosum, p. 304.a

Ericius quos significet, ibidem.

Errare.

Errare non semper dicit deceptio-
nem mentis, p. 432.b

Errare pro vagari accipitur, ibidē.

Erubescere, & erubescencia.

Erubescere Christum quid sit, pa.
382.b

Erubescere Christum qui dicatur,
ibidem.

Erubescencia impedimentum esse
solet faciēdi quæ oportet, p. 382.b

Erubescentiæ sedes frons est, ibid.

Et.

Et pro ideo ponitur, p. 217.a

Et causalis esse solet aliquando, &
ponitur pro quia, pag. 223. b. &
254. b. & 363.a

Et pro vt ponitur aliquando, pag.
235.a

Esse.

Esse proprium est Dei, pa. 128.a

Qui est, nomen proprium est Dei,
ibidem.

Essenorum secta.

Essenorum secta quæ esset apud Iu-
dæos, p. 322.a

Euangelium.

Euangelij mirabiles & varij effe-
ctus, pa. 44 b

Euangelium per ignem significa-
tur, p. 45.a

Euangelium est herba fullonum,
ibidem.

Euangeliorum veritatem commē-
dat varietas, quæ in aliquibus repe-

SENTENTIARVM.

reperitur, pa. 119. a
 Euangelium bonum nuntium significat, pa. 132. b
 Euāgelicæ doctrinæ vniuersalitas, pa. 469. a. & 483. b. & seq.
 Euangelicæ prædicationis facilis decursus quo totum mundum impleuit exponitur, p. 476. b
 Euangelicæ legis facilitas & suauitas, ibid.
 Euangelium Iudæis & gentibus erat prædicandum, pag. 483. b. & seq. & 488. b
 Euangelica doctrina fons patēs dicitur & quare, p. 488. b
 Facilitas cursus doctrinæ Euangelicæ quam nihil impedit declaratur, pa. 569. a
 Euangelicæ doctrinæ fortitudo exprimitur, pa. 570. b
 Euangelica doctrina rebus fortissimis comparatur, pa. 571. a
 Euangelium lex noua dicitur quia tempori nō est subiectum, & quia nō in verustate literæ est, p. 571. b
 Euangelica lex quomodo facilis quæ tot laboribus plena, pa. 578. a
Euangelizo.
 Euāgelizare est foelicia, & læta nūtiare, pa. 132. b
 Euangelizare pro prædicare ponitur, ibidem.
 Euangelizare quid significet, ibi, & sequen.
Euangelista.
 Euangelistæ in Scripturarum testimonijs referendis non semper de verbis curant, pa. 140. a
Excusatio.
 Excusationes mulierum se ornantium acute refelluntur, pa. 286. a. & b.

Exul, & exilium.
 Ab exilio redimentur homines in die iudicij, pa. 23. b
 Exules sumus dum viuimus propter peccatum Adæ, ibidem.
 Exilium in morte cuiusque non tollitur perfectè, p. 24. a
Exemplum.
 Exemplum maiorum non solū mouet, sed & compellit, pa. 536. b
 Exemplum bonum quantum possit, pa. 535. b
 Exemplū, breuissima via ad docendum, p. 536. b

F.

Facies.

FAcie alicuius sumere quid sit, pa. 77. b
 Facies Dei duplex misericordia, & iustitia, p. 88. b
 Facies Dei diuinitas dicitur, pag. 140. a
 Facies Christi eius humanitas, pa. 140. a
 Facies Patris Christus est, p. 140. b

Facere.

Facere pro ambulare sumitur, pag. 566. b
 Fama, Vide rumor.

Fauor.

Fauor hominum arundo est, & innitentes fallit, p. 278.

Festiuitas.

Festiuitates non tenebantur Iudæi celebrare extra Hierusalem, p. 436. b

Fides.

Fides quomodo dicatur vita æterna, p. 181. a

Ad ea quæ fidei sunt naturale lumē non attingit, pa. 196. b. & 310. b

Fidei materia nisi Christo docente intelligi non possunt, p. 197. b

Rr

Fides

INDEX

- Fides ex operibus cognoscitur, pa.
222.a
- Fides sine operibus non sufficit ad
salutem, ibidem.
- Fides mortua vere Christianum fa-
cit, pa. 222.b
- Fidei quæstiones resolvere ad præ-
latos Ecclesiæ pertinet, p. 341.b
- Fides p̄ fidelitate ponitur, p. 354.a
- Res fidei viribus naturæ cognosci
non possunt, pa. 357.b
- Fidei plana, & aperta confessio ne-
cessaria est, p. 381.a
- Fidei actus voluntatem requirit,
pa. 381.b
- Fides, & eius confessio sunt radix,
& fructus, pa. 382.a
- Fidem publice nō confitens erubef-
cere dicitur Christum, pa. 382.b
- Confessionis fidei præceptum est,
& quando obligat, p. 383.b
- Fidem non cōfiteri aliquādo licet:
negare vero nunquam, p. 384.a
- Fides seruanda est omnibus etiam
inimicis, pa. 500.b
- Fidelitas.*
- Fidelitas est constantia in dictis, &
factis, pa. 386.b
- Fidelitas omnibus hominibus ne-
cessaria, ibidem.
- Figura.*
- Figura, quæ perfectissima, p. 158.a
- Vide circularis figura.
- Figmentum.*
- Figmentum infirmitatem signifi-
cat, p. 453.b
- Figmentum & plasmatio hominis
mouēt Deum ad misericordiam,
pa. 454.a
- Figmentum pro fomite ponitur,
ibidem.
- Flagellum.*
- Qui flagellis, & laboribus peiores
fiunt desperati sunt, p. 40.b
- Flagellis Deus non mortē, sed emē-
dationem procurat peccatoris,
pa. 53.b
- Flagellorum Dei differētia in hac
vita, & in futura, p. 68.b
- Fomes peccati.*
- Vide verbo concupiscentia, & lex.
- Fomes non tollit libertatem, pag.
239.a
- Fons.*
- Fons Christus dicitur patens, pag.
439.b. & 489.a
- In hoc fonte lauantur homines à
criminibus, p. 440.a
- Fons quare dicatur Christus, ibid.
- Fons clausus erat Christus veteri-
bus, pa. 442.b
- Fontes quare olim claudebantur,
ibidem.
- Fons dicitur doctrina Euangelica
& patens, pa. 488.b. & seq.
- Fortitudo.*
- Fortitudinis symbolum Adamas
pa. 273.b
- Frons.*
- Frons sedes verecundiæ, p. 382.b
- Frōs baptizati quare liniatur chris-
mate, ibidem.
- Fuga.*
- Fugæ nullus locus erit peccatori-
bus in iudicio, pa. 58.a. & 60.b
- Fullonum herba.*
- Fullonum herba Saponaria, & Bo-
rich dicitur, p. 45.a
- Fullonum herba Euangelium sig-
nificat, ibidem.
- Fulgur.*
- Fulgur celeritatis symbolum, pag.
524.b
- Geminatio vocum.*
- Geminatio vocum idem signifi-
cantium magnitudinem rei de-
clarat,

SENTENTIARVM.

clarat, pa. 72. a. & 506. b
 Geminatio vocum efficaciam denotat, pa. 390. a
 Geminatio eiusdē nominis vniuersalitati æquivaler, pa. 410. b
 Geminatio vocis eiusdem accelerationem demonstrat, pag. 545. b
Generatio.
 Generatio quid significat in scriptura, pa. 30. b
 Generatio quantum tempus contineat, ibidem.
 Generatio dicitur totum hominū genus, pa. 30. a
 Generatio hæc, dicitur progenies Iudæorum, ibidem.
 Generatio, ætas, & seculum, idem, pa. 30. b
 Generatio hæc dicitur vltima mundi ætas, pa. 31. a
 Generatio hæc, dicitur iustorū numerus completus, pa. 31. b
Gens, & gentilis.
 Gētibz etiam promissus est Christus, pa. 129. a
 Gentes Christum desiderasse quomodo intelligendum, ibidem.
 Apud gentes semper fuerunt qui nuntiarent Christum, pa. 129. b
 Gentes per desertum significantur, pa. 475. b
 Ex gentibus Ecclesia erat congreganda, ibid.
 Gentibus Euangelium erat prædicandum, pa. 483. b. & seq.
 Ex gentibus plures conuertendi erant ad Euangelium quam ex Iudæis, p. 484. a
 Gentilitas per mare mortuum significatur, p. 485. b
 Gentilitas correns spinarum dicitur, pa. 488. b

Gladus.
 Gladius vtraque parte acutus acerbè reprehensionem significat, pag. 542. b
Gloria, & gloriari.
 Gloria beatorum cōpleta erit post iudicium quantum ad animam & corpus, pa. 98. a
 Gloria pro diuinitate fumitur, pag. 350. a
 De bonis nō est homini gloriandū, sed Deo gratiæ exhibēde, p. 397. 2
 Qui gloriatur de bonis acceptis maximā Deo irrogat iniuriā, p. 399. b
 Gloriam sibi Deus ex omnibus reseruauit, pa. 400. b
 Gloriam de bonis sibi arripientes statim punit Deus, pa. 401. b
 Gloria mundi quam sit vana declaratur, pa. 407. a
 Gloria mundi seruos vilissimos facit, pa. 407. b
 Gloria & honor fugiētes se sequitur: sequentes fugit, p. 408. a
Gratia.
 Gratia Dei lux est quæ mentis exciratem expellit, pa. 237. b
 Gratia pedes animæ consolidat, & affectus confirmat, p. 239. a
 Gratia animam mundat, & puram reddit, p. 239. b
 Gratia peccatum expellit, ibidem.
 Gratia ignis est omnem rubiginem animæ consumens, p. 240. a
 Gratia specialiter contra concupiscentiam ordinatur, ibidem.
 Gratia aperit surdorum aures, pag. 241. a
 Gratia emollit corda dura, ibid.
 Gratia est vira animæ, p. 241. b
 Gratia suscitatur a morte peccati, ibid.
 Gratiam solus Deus præstare potest, pa. 242. a

INDEX

Gratia aurum probatū est, p. 242. b
 Gratia animam diuitē facit, *ibid.*
 Gratia meritorum principii, *ibid.*
 Gratia quid sit, & eius proprietates, p. 243. a
 Gratia constans reddit cor, p. 271. a
 Gratia cor stabilit, & confirmat, pa. 273. a
 Gratiae abundantia futura temporibus Christi declaratur, p. 440. b
 Gratia Dei facit leuia onera, *cuter*us ideo dicitur, p. 577. a
Gubernator.
 Gubernatores reipublicae non sunt creandi propter fauores, p. 348. b
 Gubernatores cōstituendi sunt qui nulli quidquam debeant, *ibid.*

H.

Habitus.

Vide vestis.
 Habitus vilis Deo maxime placet, p. 288. a
 Habitu proprium quaelibet habet natio, & ex illo dignoscitur, pa. 289. a

Habitaculum.

Habitaculi ciuitas quae dicatur, pa. 433. a
 Mundanae ciuitates non sunt habitaculi, *ibidem.*
 Sola caelestis Hierusalem est ciuitas habitaculi, *ibidem.*

Heli.

Heli peccatum ob quod punitus fuit quale, p. 540. b
 Heli an repræhenderit filios suos, pag. 540. a

Hereditas & heres.

Hereditas naturaliter cōuenit Christo vt homo est, p. 443. b
 Hereditas sequitur filiationē, *ibid.*

Hereditas bonorum Dei conuenit hominibus ex gratia, p. 443. b
 Ius ad hereditatē in hominibus fundatur in adoptiua filiatione, *ibid.*
 Ius ad hereditatem in Christo fundatur in naturali filiatione, *ibid.*
 Heredem qualē diues habitaturus sit ignorat, p. 496. b
 Heredes diuitū multoties sunt eorum hostes, pa. 498. b

Herodes.

Herodes Ascalonita fuit Idumeus, pa. 463. a
 Herodes primus alienigena fuit, qui regnum Israel obtinuit, *ibid.*
 Herodes regnauerat per triginta & duos annos quando Christus natus est, *ibi.*
 Herodes anno trigesimo primo sui regni admissus est a Iudeis in regem, p. 463. a

Herodes cuius filius fuerit, p. 463. b
 Herodis regnum nō est diuisum in quatuor partes, sed tantum in tres, pa. 464. b
 Herodes tres tantum filios habuit, Archelaum, Philippum, Herodem, p. 465. b

Hierusalem.

Hierusalem duplex distinguitur, pa. 174. b
 Hierusalem maxima penuria aquarū viuētium laborabat, pag. 442. a.

Hircanus.

Hircanus fuit socer Herodis Ascalonitæ, pa. 463. a
 Hircanus vltimus sacerdos fuit de genere Machabæorum, *ibidem.*
 Hircanus ab Herode interfectus est, *ibidem.*

Hispania.

Sola Hispania inter omnes nationes habitum & vestem propriam non

SENTENTIARVM.

- non agnoscat, pa. 289. a
- Homines.*
- Homines arescent præ timore, in die iudicij, & huius variæ rationes, pa. 9. b
- Homines dicuntur qui terrena querunt, p. 73. a
- Hominis miseria & vilitas aperitur, p. 92. b
- Homo post mortem adhuc in multis vivit, p. 99. b
- Homo in se consideratus magnum quid est, p. 100. a
- Hominē quanti Deus faciat, ibid.
- Homo circulari figuræ assimilatur, & in hoc eius perfectio ostenditur, p. 210. b
- Homo omnis creatura dicitur, & quare, pa. 211. b
- Homo spiritualis & carnalis quomodo distinguantur, pa. 252. a
- Homo duplex in quolibet homine reperitur, ibidem.
- Homines mundani arūdines sunt, & quocumque vento mouentur, pa. 267. b
- Homo dicitur caro ob fragilitatē, pa. 279. b
- Homines omnia volunt ad mensuram sui desiderij, pa. 350. b
- Homo aliquando nomen est vitij, pa. 403. a
- Homini primū peccatum fuit superbia, pa. 417. a
- Primus homo quam excellentiam sibi appetierit, p. 417. b
- Homo inimicis suis spiritualibus ad omnia negatiue debet respondere ne pereat, pa. 420. b
- Honor.*
- Honori proximorum in omnibus consulendum est, pa. 258. a
- Honoris appetitus omnia corrumpit sicut auaritia, p. 313. b
- Iusto maxime molestum est honore reaffici, p. 390. b
- Honores recusant mundani ad eō frigide, vt ipsa recusatio acceptatio sit, p. 390. b
- Honores recusant vere humiles constantē, & ex toto corde, p. 392. b
- Honore magis offenditur iustus quam vituperio, p. 395. b
- In honore maius periculum est quā in abiectiōe, pa. 405. b
- Honor fugientes sequitur, & sequētes fugit, pa. 408. a
- Honoris appetitus quasi cum homine natus est, p. 417. a
- Humilitas, & humilis.*
- Humilitas Baptistæ quam profunda, p. 315. b. & 318. a
- Vera humilitas que dicitur, p. 318. a
- Humilitas ex gradu honoris neglecti pensanda est, ibidem.
- Humilitatem quanti fecerint sancti, pa. 337. a
- Humilitas custos est virtutum, pa. 337. b
- Humiliant se mundani vt melius quæ desiderant consequantur, pa. 390. b
- Humilitas simulata duplex est superbia, pa. 391. a
- Vere humilis desiderat vilis apparere, & reputari, ibidem.
- Humilis corde quis dicitur, p. 392. a
- Vera humilitas est que ex corde oritur, pa. 392. a. & 394. a
- Humilis honores constantissime recusat, p. 392. b
- Humilis solus se exiguum reputat cum magnus sit apud omnes, pa. 394. a. & 426. a
- Humilis solus bona sua non videt, pa. 394. a

INDEX

Humilis mala præterita semper in
memoriam reuocat, *ibidem*.

Vere humilis magis offenditur cū
laudatur, quam cum vituperatur,
pa. 395. b

Humilis suos defectus manifestat,
ne honoretur, pa. 405. b

Humilis interdum negat se esse
quod re vera est, ne in precio ha-
beat, pa. 406. a

Humilitas fugiendo res, cōsequi-
tur, pa. 408. a. & 426. a

Humilitas quo profundior fuerit,
eo magis exaltat hominem, pag.
424. a. & 426. b

Humilius homo de se sentit, quo
Deo magis appropinquat, p. 424. b

Humilitas vera cupit ab omnibus
despici, pa. 425. b

Humilis desiderat non apparere
quod est, p. 426. a

Humiles Deus amat, & quærit, pa.
428. a

Humilitas Christi commendatur,
pa. 443. a

Hus.

Terra Hus vbi Iob habitauit, erat
Iturea, & regio Traconitis, pag.
466. b

Hyacinthus.

Hyacinthus colorem cū aere mu-
tat, pa. 532. a

I.

Ideo.

I Deo aliquando causalis particu-
la est, & ponitur pro quia, pag.
217. a

Ignis.

Ignis altaris templi Israel charita-
tem significabat, pa. 27. b

Ignis cōflagrationis ante iudicium
elemēta purgabit, & quare, p. 35. a

Ignis cōflagrationis ante iudiciū
erit purgatiuus electorū, pa. 43. b

Ignis Euangelium significat, pag.
45. a

Ignis cōflagrationis non attinget
cælum æternum, pa. 34. b

Ignis cōflagrationis perueniet ad
eum locum ad quem aquæ dilu-
uij, & non amplius, *ibidem*.

In ignis specie quare Spiritus san-
ctus apparuerit, pa. 404. a

Imago Dei.

Imago Dei in homine consistit in
capacitate Dei, quam homo ha-
bet, p. 210. a

Indignatio Dei: Vide ira.

Infirmitas: Vide langor.

Influentia.

Influentiæ cælorū in iudicio cōtur-
babuntur, & mouebuntur, p. 12. a

Interrogatio.

Interrogatio non est semper nesciē-
tis, p. 126. b

Interrogatio interdum gaudenti-
s est, pa. 127. b

Interrogatio vehementiam addit
orationi, pa. 136. a

Interrogatio vim negationis ha-
bet, p. 267. a

Inuenio.

Inuenire Deum facile est si vellis
quærere, pa. 435. a. & seq.

Inuidia, & inuidus.

Inuidia etiam perfectos inuādit,
pa. 155. b

Inuidia virtutis speciem simulat vt
fallat, pa. 156. a

Inuidia propria mala non curat, vt
proximo noceat, pa. 359. a

Inuidus sibi duos oculos eruet vt
proximos vnum extrahat. *ibid.*

Inuidia in fame vitrū est & puero-
rum, p. 156. b

Inui-

SENTENTIARVM.

Inuidia ipsis inuidentibus multum nocet, pa. 360. a

Inuidia ei cui inuidetur plus emolumentum quam dāni affert, p. 360. b

Iob.

Iob habitauit in Prouincia Ituree, & Trachonitidis, p. 466. b

Iordanis.

Quo loco Iordanis Ioannis baptizauerit, p. 339. a

Quo loco Iordanis Christus fuerit baptizatus, p. 339. b

Ioseph.

Ioseph triginta annorum erat quando stetit coram Pharaone, pag. 481. b

Ira, & irasci.

Ira Dei quanto magis tardat tanto maior fit, pag. 53. a. & 58. b

Ira Dei arcui comparatur, & quare, pa. 53. a. & 67. b

Irasci nescit Deus, p. 54. a

Ira Dei contra peccatores accensa est, pa. 75. a

Ira Dei implebitur contra malos in iudicio, pa. 87. a

Ad iram multoties iusti incitant Deum contra malos, & quare, pag. 235. a

Irasci alienum est a Deo, pagina, 492. b

Irascitur Deus, ut misericordiam impendat & opus suum faciat, ibidem.

Irritare.

Irritare Deum quid sit, pa. 50. b

Isac.

Isac quomodo natus dicatur per re promissionem, p. 173. b

Ismael.

Ismael quomodo dicatur natus secundum carnem, pa. 173. b

Intelligere.

Vt Deus & iustus se intelligant non multis opus est, p. 206. a

Iudæa.

Iudæa primus Rex alienigena fuit Herodes, pa. 463. a

Iudæa Archelao tradita fuit ab Augusto, p. 464. a

Iudæa subiecta fuit gubernationi Syriæ, ibidem.

Iudæa post Archelaum per præfides, seu procuratores gubernabatur, ibidem.

Iudæa præses inferior erat præses Syriæ, & illi subiectus, p. 464. a

Iudæus.

Iudæi non tenebantur ad celebrationem festiuitatum extra Hierusalem, pa. 436. b

Iudæi non tenebantur ad offerenda sacrificia extra Hierusalem, ibidem.

Iudæi in captiuitate Babylonica habuerunt duces, & iudices de tribu Iuda, pa. 460. b

Iudæorum regnum non est diuisum in quatuor partes, p. 464. b

Iudæi post Ioannem non habuerunt prophetas, p. 506. a

Index, & iudiciaria potestas.

Christus futurus est iudex Angelorum, pa. 16. a

Iudiciaria potestas Christo data est ex meritis sue passionis, p. 21. b

Iudiciaria potestas in omnes data Christo, pa. 20. a

Iudicis maxima rectitudo in finali iudicio declaratur, pa. 43. a

Iudex & testis erit Christus in iudicio, p. 43. b

Iudicis vultus in iudicio terribilior erit malis inferno, p. 78. b

Iusti cum Christo iudices erunt, p. 80. a

INDEX

In aduentu iudicis quare iusti gaudebunt, & mali tristabuntur plures rationes, pag. 89. a. & seq.

Iudicis conspectum mali ferre non poterunt, pa. 90. b

Christo data est iudiciaria potestas quia iniuste ab hominibus iudicatus, pa. 97. a

Iudices creandi sunt qui nulli hominum quidquam debeant, pag. 349. a

Iudices creare fauoribus maxime perniciosum, p. 348. b

Iudices quare dii vocentur, p. 349. a. & 353. b

Iudices populi Israel Sanedrim vocabantur, pa. 460. b

Iudicij dies.

Predictio vltimi iudicij quas afferat utilitates, p. 2. a

Iudicij dies prope esse creditur, pa. 17. b

Iudicij dies quando futurus determinari non potest, pa. 19. a

Iudicij diei ignoratio non sine magna utilitate est, pa. 19. b

Iudicij timor securis est cor scindens, pag. 37. b

Iudicij propinquitas ex duobus precibus infertur, pa. 47. a

Iudicij certitudo ex signis constat, pa. 47. b

Iudicium quanto magis tardat grauius & terribilius erit, pa. 58. b

Iudicij dies cur dies mala dicatur, ibidem.

Iudicij dies sicut malis terribilis: ira bonis amabilis, pag. 59. b. & 76. b

Hac diuersitatem conscientiarum diuersitas causat: ibidem, & 79. a

Iudicij & resurrectionis mentio

Dei prouidentiam probat, p. 49. a
Iudicij memoria frenum est ne peccemus, pa. 49. a

Iudicium negas Deum esse negat, pa. 49. b

Iudicij dies quare magnus dicatur, pa. 71. b

Indignum videtur Deo cum homine iudicio contendere, pa. 92. a

Iudicium esse decet magnitudine Dei, p. 93. b

Conueniens est iudicium esse, & plures ei rationes, p. 93. b. & seq.

Iudicij diem futurum colligitur ex diuersitate euentuum in hac vita, pag. 96. b

Iudicij dies singularis refrigerij erit iustis, & huius plures causae, pag. 103. a

Iudicij dies peccatoribus tristis erit & ob quas causas, ibidem.

Iudicij dies dicitur dies consolationis, & refrigerij, & quare, p. 104. b

Dies iudicij dies iubilei erit iustis, pa. 79. a

In iudicio mali solam formam hominis videbunt in Christo: boni etiam formam Dei, pa. 88. a

Iudicium effugiet qui se prius iudicauerit, pa. 84. a

Iudicij signa.

Signa in Sole, & Luna predicta a prophetis ad vltimum iudicium referenda sunt, p. 5. b

Signa in Sole & Luna ab Euangelistis posita ad vltimum iudicium pertinent, ibidem.

Signa haec iudicij in Ecclesia complenda dicit Augustinus, p. 6. a

Signa iudicij realiter futura sunt, pag. 8. b. & 8. a

Signa non praecessura aduentum iudicis

SENTENTIARVM.

iudicis, sed in ipso a duentū futu-
ra, sunt qui dicant, pa. 7. b

Signa hæc relationem propinqui-
tatis, & certitudinis dicunt ad diē
iudicij, pa. 17. a. & 46. a

Iudicij rigor, & examen.

Singula hominum opera in iudi-
cio curiosissime examināda sunt,
pa. 43. a. & 71. a. & 80. b

Nullus a iudicio eximetur, pa. 43. a
& 70. a

Iudicij qualitas describitur, & qua-
lis futurus sit homo, pa. 61. a

Homines præ turbatione in iudi-
cio nescient quo se vertāt, p. 72. b

Dies iudicij dies iræ dicitur ob ri-
gorem, p. 68. a

Dies iudicij dies tubæ quare dica-
tur, p. 79. a

Omnia etiam minutissima in iudi-
cio examinanda sunt, pa. 80. b

Iudicij rigorem etiā iustiores mul-
tum formidant, p. 83. b

Iustitiæ & bona opera cum lucer-
nis examinanda sunt in iudicio,
pa. 81. a

Iudicia.

Iudiciorum Dei ratio in die iudi-
cij apperebit, pa. 96. a

De proximis non est facile iudican-
dum, p. 229. a

Iuramentum.

Iuramentis quare vtatur Deus, pa.
30. a

Iustitia & iniustitia.

Diuinæ iustitiæ consideratio deti-
net peccatores, pa. 2. b

Iustitia & misericordia duæ manus
Dei, pa. 87. a

Iustitiæ & bona opera etiam exa-
minanda sunt in iudicio, p. 81. a

Iustitia misericordiam non exclu-
dit, pa. 500. b

Iniustitia pro humanitatis defectu
accipitur, ibid.

Iustitia & communis & specialis
est virtus, pa. 556. b

Iustitia nimia in iustitia fit, ibid.

Iustitia non omnia punit, sed mise-
ricordiam admittit, p. 556. b

Iustus.

Iustorum & peccatorum differen-
tia in expectatione vltimi iudi-
cij, p. 10. b. & 59. & 76. b. & 79. b

Iusti cum Christo iudicabunt, pa.
80. a

Iusti maxime timent iudicij rigo-
rem, pa. 83. b

Iusti columnæ terræ dicuntur, pag.
104. a

Iustus maius bellum infert mundo
mortuus, quam viuus, p. 152. b

Iusti inde occasione gaudij sumūt,
vnde mali tristantur, pa. 153. a

Iusti per varia semina significan-
tur, pa. 168. a

Iusti non æqualiter laboribus affi-
ciuntur, pa. 158. a

Iustus triticum est, ideo teritur, p. a.
166. a

Iustus filius Aræ, & trituræ cur di-
catur, pa. 166. b

Iusti multum timent cum prosperi-
tate afficiuntur, pa. 161. b

Iustum nulla res quamuis aduersa
turbare potest, pa. 199. a

Iustus gratias agit pro persecutio-
nibus, pa. 191. a

Iustus æqualitatem habet ad pros-
pera & aduersa, p. 192. a. & 270. a

Iustus comparatur lapidi quadra-
to, & quare, p. 192. b

Iustus constans est, & semper eodē
modo se habet, p. 268. a. & 273. a

Iusti sunt mundi fundamenta, pag.
269. b

INDEX

Propter iustos mundus conseruatur, *ibidem*.

Iusti constantia, & firmitate laudantur, *pa. 275.a*

Iustus mundus non cognoscit, & quare, *p. 375.a*

Iustus & mundus in nullo conueniunt, *p. 375.b*

Iustorum tollerantia describitur, *pa. 405.a*

Iustus semper sperat, *p. 495.a*

Iusto desperatio & turbatio portā aperit maiora sperandi, *p. 494.b*

L.

Labor.

Labores pro Christo tollerati quem finem habeant, *p. 87.a*

Labores huius vitæ faciles fiunt si æterna consideremus, *pa. 105.b*

Labores huius vitæ etiam grauissimi leues sunt, *pa. 106.*

In laboribus quo magis crescunt, magis confidendum: quia prope finem sunt, *pa. 108.b*

Laborum huius vitæ, & futuræ differentia, *pa. 167.a*

Laboribus quare Deus afficiat iustos, & malos prosperitate, declaratur, *pa. 169. & seq.*

Labores ventilabrum sunt quo Deus aream suam voluit, *pa. 166.a*

Labores attentum, & sollicitum reddunt hominem, *p. 163.a*

Labores auditum acunt, *pa. 162.b*

Labores homines excitant, vt Dei recordentur, *pa. 186.a*

Labores rebelles domant, & subiiciunt, *pa. 186.b*

Labores instrumenta sunt quibus Deus homines a somno excitat, *pa. 188.a*

Labores compellunt homines ac-

cedere ad Deum, *ibidem*.

Labores præciosi sunt iustis, & gaudent quasi in thesauro, *p. 189.b*

Labores impellunt iustos, vt citius veniant quo optant, *p. 191.a*

Labores & aduersa hominem probant, & qualis sit manifestant, *pa. 202.b*

Laborantes Deus consolatur, etiam si sua culpa laborent, *pa. 215.a*

Laborantes Deus nunquam deserit, *p. 226.b*

Laboribus interdum deteriores sunt homines, *pa. 246.b*

Laboribus roboratur spes, *ibid.*

Labores pignora sunt misericordie Dei, *p. 247.b*

Laboribus vias nostras sepit Deus, ne ab illo recedamus, *p. 363.a*

Pro laboribus tollerandis patienter igitur locus Augustini, *pa. 453.b*

In laboribus maximum solatium est quod potest, & vult Christus auxiliari, *p. 454.b*

Laboribus nos scindit Deus, vt ad suam mensuram reficiat, *p. 492.a*

Laborum fructus est possessio bonorum, *pa. 494.b*

Labores portam spei aperiunt, *ibid.*

In laboribus non est desperandum, quia fidelis est Deus, *p. 572.b*

Labores quomodo faciles fecerit Christus, *pa. 577.b*

Laus, & laudare.

Laus in præsentia adulationem sapit, *pa. 255.a*

Laus in absentia omni caret suspicionem, *ibidem*.

Laus in præsentia vituperium est potius quam laus, *p. 257.b*

Laus magis offendit iustum quam vituperium, *pa. 395.b*

SENTENTIARVM.

Lachrymæ.

Lachrymæ sanguis animæ sunt,
pa. 574. a

Lachrymas fundens iustus gaudet,
pag. 579. a

Lachrymæ iustis dulces, ibid.

Lac.

Lactis copia bonorū omnium ponitur in dicitum, p. 441. a

Lac primum alimentum animalis, ibidem.

Lactare est magnis beneficijs afficere, pa. 494. a

Lactare pro seducere, ibid. & 509. a

Lactare & in bonum & malum accipitur, p. 509. a

Lactare deriuatur & à lacte, & à lacio, ibid.

Languor.

Languores nostros quomodo Christus tulerit, p. 215. b

Legatus, & legatio.

Fidelitas maxima necessaria est in legatis, & referendis legationibus, p. 199. a. & seq.

Legatus impius innumera mala causat: fidelis vero multa bona, pa. 199. b

Mutatio queuis verborū in referendis nūcijs multum nocet, p. 202. a

Legationem ad Ioannem quo animo miserint Iudæi, pag. 310. b. & seq. & 348. b

Legatio Iudæorum ad Ioannē quibus verbis facta fuerit, p. 314. a

Legatis & autoritas dabatur, & verba signabatur apud antiquos, pa. 314. b

Legatio Iudæorum maxima tentatio fuit contra Ioannem, pag. 317. b

Legatio Iudæorum ad Ioannem qua astutia facta fuerit, p. 371. a

Leui, & Leuiathan.

Leui dicitur Christus, & quare, p. 421. b

Leuiathā dicitur diabolus, & quare, ibidem.

Leui significat copulans, ibidem.

Lex.

Legis veteris perfectio in Evangelio posita, p. 173. a. & 195. b

Veteris & nouæ legis diuersitas, pa. 173. b

Lex verus quare pedagogus dicitur, pa. 175. a

Status legis veteris nō erat filiorū, ibidem.

In Lege veteri fides fuit, p. 175. a

Lex verus tutor erat, pa. 176. a

Lex verus elementa dicitur, & quare, ibidem.

Lex intelligi non potest, nisi Christus sensum aperiat, pa. 196. a

Lex carnis, & membrorum quæ sit, p. 237. a. & 252. a

Lex membrorum volūtas propria, p. 252. b

Lex vetus abolenda per Christum, pag. 333. a

Legis veteris patres gratiam habebant virtute Christi, p. 442. b

Lex paries maceriæ erat diuidens Iudæos & Gentiles, p. 446. b

Lex datur propter quatuor, malitiam, infirmitatem, concupiscentiam, & ignorantiam, pa. 448. b

Lex frenum est propter pœnam, ibidem.

Lex data est ad manifestandam infirmitatem, pa. 449. a

Lex propter concupiscentiam quomodo posita, p. 449. a

Lex data propter ignorantiam, ibidem.

Legis veteris & nouæ principia cōueniant,

INDEX

ueniunt, pag. 475. a
 Lex vtraque in deserto coepit, ibi.
 Legis Euangelicæ facilitas, & sua-
 uitas, pa. 476. b
 Lex vetus ad vnum tantum perti-
 nebat populum Euāgelica ad om-
 nes, p. 484. b
 Leges epicheya moderandę, & qua-
 re, pa. 556. b
 Legis veteris asperitas omnis in E-
 uangelio sublata, pa. 576. a
 Lex Christi quare iugum dicatur,
 576. b
 Lex Euangelica quomodo cum sit
 onus dicatur leuis, ibid.
Libanus.
 Libanus mons quis sit, & vbi situs,
 pag. 345. a
Liberalitas.
 Liberalitas Dei ex operibus eius
 constat, p. 227. a
 Liberalitas Dei ex scripturis con-
 stat, ibidem.
 Libertas: Vide arbitrum.
Lignum.
 Lignū significat homines bonos,
 vel malos iuxta suam naturam
 & qualitatem, pa. 11. a
Limbus.
 Eductio patrum de limbo per Chri-
 stum prædicta fuit a prophetis,
 p. 124. b
 Sancti patres in limbo non indige-
 bant Ioannis legatione, vt edoce-
 rentur de aduētu Christi, p. 125. a
Lingua.
 Lingua preceps maxima pericula
 affert, p. 229. a
 Lingua comparatur arcui, & verba
 sagittis, & quare, ibi, & 377. b
 Lingua maxima cura frenāda est,
 pa. 229. b. & seq.

Locus.
 Loci designatio facit ad fidem nar-
 rationis, pag. 338. a
Locusta.
 Locusta adulatoris linguam signifi-
 cat, & quare, pa. 395. b
Loth.
 Vxor Loth quare in statuam salis
 versa fuerit, p. 227. b
Lucerna.
 Baptista lucerna dicitur lucens, &
 ardens, & quare, p. 312. a
 Lucerna quale instrumentum sit,
 & eius conditionis, ibidem.
 Lucerna seu lampas quos signifi-
 cet, p. 537. b
Lumbus.
 Lumborum præcinctio quid signifi-
 ficet, pa. 525. a
Lumen naturale.
 Lumē naturale clavis est multa re-
 ferans de Deo, pa. 196. b
 Lumen naturale attingere non po-
 test ad scripturarum intelligen-
 tiam, ibidem.
Luxuria.
 Carnis peccatum peculiariter car-
 nem commaculat, p. 240. a
Lysanias.
 Lysanias quis fuerit, p. 465. b
 Lysanias nō fuit filius Herodis Af-
 calonitę, ibidem.
 Lysanias filius fuit Ptholomei ex
 Alexandra sorore Herodis, pag.
 465. b
 Lysanias consobrinus Herodis, &
 forte ab illo adoptatus in filium,
 ibidem.
 Lysanias Ptholomei filius occisus
 fuit ab Antonio triginta annis an-
 te Christum, ibidem.
 Lysanias cuius meminit Lucas fi-
 lius fuit Lysaniae occisi ab Anto-
 nio,

SENTENTIA R V M.

nio, pag. 466. a
 Lyfania vocabantur omnes principes Abilinae Prouintiae ibidem.

M.

Malus.

Malos quare Deus viuere patitur, p. 32. a

Mali curiosissime instituta facta inquirunt, vt eos perdant, p. 202. b

Mali in de occasione modij sumunt, vnde amoris deberent accipere, pa. 4. 12. b

Mali iustos odio habent, & quare, pa. 4. 12. b. & seq.

Mali iustos persequuntur gratis & sine causa, pa. 151. b

Mali iusti timent etiam mortuos, pa. 152. b

Mali cur prosperitate afficiantur in hac vita, pa. 165. b. & seq.

Malus pallea est igni referuata, ideo permittitur prospere viuere, pa. 166. a

Malos qualibet res etiam leuissima mouet, & turbat, pa. 192. a

Mali globo comparantur, & quare, pa. 192. b

Malis inutilis est, nec sibi, nec alijs prodest, pa. 200. b

Malum.

Mala temporalia licet desiderare in ordine ad conuersionem, pag. 189. a

Mala principijs facile reparantur, pa. 346. b

Manus.

Manus certum de hominis qualitate & conditione inditium praebent, pa. 223. a

Manus pro potestate ponitur, pag. 449. a

Manus alicuius tota eius persona dicitur, ibidem.

Manus Dei misericordia & iustitia eius sunt, pa. 87. a

Manus opera significant, p. 400. a

Manum osculari est sibi complacere, ibidem.

Manus pro supplicio ponitur, pag. 516. b

Manus onerosa prophetia dicitur, pa. 516. b

Manus & onus in quo distinguantur, pa. 517. a

Mare.

Mare an permanurum sit post iudicium, vel exsiccandum dubitatur Augustinus, p. 34. b

Mare mortuum quod dicitur, pag. 485. b

Mare mortuum cur sic appellatur, ibidem.

Maris mortui qualitates, p. 485. b

Mare mortuum quid significet, ibid.

Mare mortuum dicitur mare Orientale, pa. 486. a

Maria.

Maria Virgo non fuit scandalizata in morte Christi, p. 134. b

Baptista non comparatur cum Virgine Maria, pa. 145. b

Maria nec similem nec equalem habuit in sanctitate, p. 145. b

Matrimonium.

Cessio vxoris, quae alicui conueniebat ex lege, quomodo fiebat, pag. 336. a

Modus communis declarandi cessionem istam reprobatur, & statuitur verus, pa. 337. a

Mediator.

Christus mediator fuit Dei, & hominum pacificans eos, pa. 447. a

Mediatoris officium quod sit, ibid.

Media

INDEX

Mediator Moyses dici non potest,
pa. 448. a

Mediator Dei & hominū duplicē
naturam deber habere, pa. 449. b

Mediator ad minus inter duos esse
debet, pa. 449. a

Mediator dicitur Christus inquan-
tum homo, pa. 450. a

Mediator non dicit effectum recon-
ciliationis, ibidem.

Medicus. & medicamenta.

Deus peritissimus medicus est, pa.
38. a

Deus interdum lenibus interdum
asperis utitur medicamentis, &
quare, ibidem.

Medicamentis asperis non cedentē
solet Deus derelinquere, pa. 39. a

Predicator medicus esse debet, pa.
482. b

Qui sibi medicari nescit quomodo
aliorū vulnera curabit, ibidem.

Mel.

Mel non offerebatur Deo in sacrifici-
ijs, & quare, p. 255. b

Mel adulationem significat, ibi.

Melis abundantia omnium prof-
peritatem designat, p. 441. a

Mel omnis dulcedinis principium
est, ibidem.

Mendacium.

Mendacium quam sic detestabile,
pa. 317. b

Meritum.

Nullum maius meritum habuit Ba-
ptista, quam cum confessus est se
non esse Christum, pa. 316. a. &
317. b

Merita non sunt metienda ex exte-
rioribus, & quæ apparēt, p. 356. b

Merita aliena sibi attribuunt smūda-
ni, ut honores venentur, pa. 407. b

Messias.

Messias etiam gentibus promissus,
pa. 129. a

Messias cur dicatur desideratus gē-
tibus, pa. 129. a

Ioannem non fuisse Messiam igno-
rare non poterāt Iudæi, p. 347. b.
& 312. b

Messiam sua voluntate voluerunt
creare Iudæi quæ pro libito pos-
sent deponere, pa. 348. b

Messiam esse Christum cognoue-
runt Scribæ & Pharisæi, p. 363. b

Temporibus Messiaē maxima bo-
norum spiritualium abundantia
erat futura, pa. 440. b. & seq.

Tempus Messiaē dicitur dies illa,
pa. 439. b

Temporum Messiaē à temporibus
antiquis differentia, pa. 442. b

Miles.

Militis Christiani qualis ornatus,
pa. 289. b

Militis Christiani qualia arma, pa.
209. b

Myrthus.

Myrthi qualitates, p. 574. a

Myrthus quos significet, ibid.

Miraculum.

Miracula quæ Christus fecit à Pro-
phetis prædicta fuerunt, p. 180. b

Miraculum nullum Baptista fecit,
pa. 132. a

Misericordia.

Misericordiæ Dei consideratio cō-
firmat cor hominis, pa. 2. b

Non est de misericordia Dei ni-
mium confidendum, ibidem.

Misericordia & iustitia sunt ma-
nus Dei, pa. 87. a

Misericordia Dei nimia peccatores
negligētes facere videtur, p. 234. a

Misericordia Dei tanta est ut pro
peccatis

SENTENTIARVM.

peccatis bona largiatur, pa. 234. b

Misericordiam Dei contemnens
quæret, & non inueniet, p. 235. b

Misericordia opus proprium est
Dei, pa. 492. b

Misericordia Dei vnde iræ occasio
nem summere poterat, miseren-
di accipit, p. 505. a

Misericordia Dei super omnia ope-
ra eius, pa. 505. b

Ex peccatis occasionem misericor-
diæ sumit De⁹, p. 505. b. & 507. b

Misericordia Dei est castigare pec-
catores in hac vita, pa. 508. a

Misericordia & Iustitia honores
sunt, pa. 556. b

Mittere, & missio.

Missio Dei necessaria est ad prædi-
candum, pa. 510. b. & 511. b

Mitti à Deo dupliciter contingit,
pa. 511. a

Missiois immediatæ ab ipso Deo
signa, ibidem.

Missio mediata à Deo, quæ dica-
tur, pa. 511. b

Missiois Dei cõiectura ex vitæ in-
tegritate summi potest, p. 515. a

Missio Baptistæ immediatè à Deo,
pa. 528. b

Baptista missus est à Deo cum ple-
naria potestate Prophetæ, & præ-
cursoris, p. 529. a

Morbus.

Vide languor.

Nullus morbus corporis vel animæ
Deo insanabilis est, pa. 39. b

Mores.

Morum quæstiones resolvere est
proprium prælatorum Ecclesiæ,
pa. 341. b

Circa mores si quæ exoriantur sta-
tim prælati debent examinare,
ibidem.

Mors.

Mors pensio est, quam nobis impo-
suimus per peccatum, p. 24. a

Pensio mortis perfecte redimetur
in resurrectione ibid.

Mortis imperium non est totaliter
abolitum morte Christi, p. 24. b

Mortis imperium totaliter aufere-
tur in die iudicij, ibidem.

Mors optabilis quæ, p. 158. a

Mors nostra facta est pensio redimi-
bilis morte Christi, p. 24. b

Mors nostra morte Christi supera-
ra est, ibidem.

Ex mortis subiectione probatur
Christi dominium super omnia,
pa. 25. a

Mortificare, & mortificatio.

Caro nostra mortificanda est, pag.
292. a

Carnem spiritu mortificare quid
sit, pag. 295. a

Mortificatio carnis efficit, vt vivat
Deo, pa. 297. a

Mortificatio carnis quæ sit necessa-
ria declaratur, p. 292. b. & seq.

Nunquam cessandum est à carnis
mortificatione, pa. 573. a

Moyfes.

Moyfes non fuit maior Ioanne Ba-
ptista, pa. 138. a

Facies Moyfes velo opperta quid
significet, pa. 196. a

Mulier.

De ornatu nimio mulierum vide
ornatus vestis & capillus.

Mulieribus publicis solû concede-
batur vsus preciosarû vestium a-
pud antiquos, pa. 285. a

Mulierum impudicarû semper præ-
ciosior est ornatus, pa. 285. b

Mulieres senimum ornantes gra-
uiter peccant, pa. 285. b

Mulie.

INDEX

Mulierum excusationes pro orna-
tu nihil valent, pa. 286. a

Mulieres nuptæ, quæ propter mari-
tum dicunt ornari, accurè arguū-
tur, pa. 286. b

Mundus.

Mundi durationem sexmillibus an-
norum vel paulo amplius futurā
aliqui dixerunt, pa. 18. a

Mundi ætas & duratio determinari
non potest sine temeritate, p. 19. a

Mundus purgandus est per ignem
ante iudicium, & quare, p. 35. a

Mundi finem prope esse multa te-
stantur, p. 44. b

Mundi fructus ruina est, p. 111. b

Mundus suis citò floret sicut amig-
dalus, & citò cōbuntur, p. 113. a

Mundi fundamēta propter quæ cō-
servatur, iusti sunt, pa. 269. a

Mundus solos potentes & magnos
videt, p. 332. b

Mundus iustos non potest cognos-
cere, & quare, pa. 375. a

Mundus & iustus in nullo conue-
niunt, p. 375. b

Mundus iustos persequitur, quia de
eo non sunt, pa. 378. a

Mundo in nullo consentiendum,
p. 420. b

Mundo ad omnia negatiuè respon-
dendum, ne capiaris, ibidem.

Mundus omnibus inutilis, tam suis,
quàm alienis, p. 432. b

Mundus torrens spinarum dicitur,
& quare, p. 488. a

Mundus non nisi parua suis largi-
tur, p. 504. a

Mundus temporalia pro sorte prin-
cipali reputat, y su caudal, ibidē.

Mundus minima tribuēs exagerat,
& magnificat, pa. 504. a

Mundus exigua inter multos par-

titur, ideo omnes famelici sunt,
ibidem.

Mundi gloria somniū est, pa. 114. b

Mundi gloria & prosperitas sem-
per decrescendo minuitur, etiā si
altissima habuerit principia, ibid.

Mundi viæ licet spatiosæ appareant
arctæ sunt, p. 548. b

Mundanus.

Mundana omnia imagines sunt &
vibræ non res, p. 114. a

Mundanarum rerum inconstantia
quanta sit, pa. 112. a. & 113. b

Mundanarum rerum appetitus pla-
cet experientia displicet, pa. 213. a

Mūdanæ res grauant & non satiāt
quia vanæ sunt, pa. 212. a

Mundana afflictio sunt spiritus, pa.
213. a

Mundani homines arundines sunt
facile mobiles, p. 267. b

Mundani homines citò deficiunt,
pa. 269. b

Mundana vanitas & mendacium,
pa. 277. b

Mūdana arūdines vacuæ, pa. 275. b

Mundani nūquam quò desiderant
perueniunt, & quare, pa. 567. a

Mundana sibi innitentes fallunt,
ibid.

Mundana cisternæ sunt dissipatæ,
pa. 361. a

Mundana torrētes sunt qui meliori
tempore siccantur, pa. 562. a

Mundana hædera sunt Ionæ in so-
lis feruore deficiunt, p. 362. a

Mundani sæpe aliena merita vsur-
pant ad consequēdos honores, pa.
407. b

Mūdanis nunquā satisfacies nisi ad
eorum vota respondeas, pa. 409. b

Mundani & peccatores per rotas
significantur, p. 535. b

SENTENTIA RVM.

Murmurator.

Murmuratoribus nihil peius esse potest in republica, pag. 199. b. & sequen.

Murmuratores maxime detestatur Deus, pa. 201. b

Surrator qui aliter refert res quã audit odibilis Deo, & hominibus, pa. 199. b

Mutabilitas.

Mutabilitas mentis & claudicatio ex peccato causata, pa. 238. a

N.

Nam.

Nam ponitur pro , et , copullatiuaq; solet esse particula, p. 13. a

Nasus.

Nasus Ecclesiã prælati, pa. 345. a

Nasus discretionẽ significat, ibid.

Nasus Ecclesię turri cur comparatur, pa. 345. b

Naso multa sentimus, quæ alijs sensibus non assequimur, p. 346. a

Negatio.

Negatio & affirmatio cum coniunguntur omnimodã claritatem significant, p. 317. a

Neophitus.

Neophitus quis dicatur, p. 482. b

Nobilitas.

Nobilitas vera virtus est non maiorum sanguis, pa. 353. a

Nobilitas maximi facienda quæ cum virtute coniungitur, ibid.

Nomen.

Nomina poni solent loco pro nominum, pag. 69 b

Nomen pro ingenio & conditione accipitur, pa. 217. a

Nominum casus.

Nominatiuus absolutus vim habet iuramenti, pa. 387. b

Genitiuus pro nomine adiectiui interdum ponitur, pa. 473. b. & 538. b

Datiuus acquisitionis in nominatiuũ vertitur apud Græcos, p. 133. a

Accusatiuus pro datiuo sæpe ponitur, pa. 133. b

Nominis numerus.

Numerus singularis pro plurali frequenter, pa. 273. a

Nubes.

In nube quare venturus sit Christus ad iudicandum, p. 22. a. & 77. b. & sequent.

Nubes insigne Dei est, pa. 22. a

Nubes fauoris & rigoris signũ est pro diuersitate locorum, pa. 78. a

Nuncius.

Vide Legatus.

O.

Obedientia.

Obedientiam propriam in suis requirit Dens, pa. 522. a

Obedientia si desit, bona opera pereunt, pa. 523. a

Oblatio.

Oblationes & sacrificia nihil profunt nisi legem obserues, pa. 180. a

Obscuratio.

Obscuratio luminarium quid significet, pag. 7. a

Oculus.

Oculi Dei bonis suauis, malis terribiles sunt, pa. 78. b

Oculi Christi comparantur flammæ ignis, & quare, pa. 85. b

Oculi Ecclesię Prælati, p. 344. b

Oculi Ecclesię cur comparentur piscinis aquarum, ibidem.

Oculus sollicitã curam significat, pa. 346. a

Oculus pro fonte ponitur, p. 361. b

INDEX

- Oculus dexter providentiam significat, pa. 367.a
- Oculus dexter discretionem notat, pa. 369.a
- Oculos columbarum in sponsa sua Deus requirit & quare? pagina, 403.b
- Oculorum columbæ proprietates, ibidem.
- Præ oculis semper Deus habendus ut rectè procedamus, pa. 208.b
- Oculorū multitudo in sanctis animalibus quid significet, pa. 524.a
- Odium.*
- Odium omnia etiam bona vituperat, pa. 259.a
- Odio prosequi se non est crudelitas sed misericordia, pa. 295.b
- Odio quomodo prosequi debeamus nos, ibidem.
- Odiū quantum possit in homine, pa. 369.a
- Odium linceos oculos præbet ad videndos alienos defectus, pag. 369.b
- Odium quare bona inimici non videat vel aliter videat, ibidem.
- Odor & olfactus.*
- Odorum vsus in viris maximè delectabilis, p. 283.b
- Olfactus sensus discretionis dicitur, pa. 345.a
- Officium.*
- Officia cur quidam sanctorum recusent, alij autem se ad illa offerant, pa. 393.a
- Officia multa in republica periculosa sunt, pa. 34.b
- Officia hæc homines relinquere non tenentur, ibidem.
- In officio suo quisque saluari potest si statuta seruet, pa. 434.b
- Oleum.*
- Oleum significat misericordiã, pa. 38.b. & 505.b
- Oleū vendunt adulatores, p. 257.a
- Opera bona per oleum significantur, & quare, pa. 266.b
- Oliua.*
- Oliua quos significet, pa. 574.b
- Onocratalus.*
- Onocratalus cygnus & pellicanus idem, pa. 303.b
- Onocratalorum duo genera aquatile, & terrestre, ibid.
- Onocratalus regum consultores significat, pa. 304.a
- Onus.*
- Onus dicitur prophetia, pag. 516.b
- Quæ prophetia dicatur onus, ibid.
- Onus & manus quomodo distinguantur, pa. 517.a
- Ordo Sacer.*
- Ad ordines qui sint promouendi, pag. 482.b
- Opera.*
- Opera mortua quæ dicantur, pag. 179.a
- Opera mortua nullius meriti sunt apud Deum, ibid.
- Differētia quæ sit inter opera mortua & mortificata, ibidem.
- Opera omnia existentis in peccato non sunt peccata, pa. 179.b
- Opera bona facta in peccato ad multa profunt, ibid.
- Opera moraliter bona sine Christo ad æternam vitam nihil profunt, pa. 177.b
- Opera viua quæ dicantur? p. 178.b
- Opera mortificata quæ dicantur, ibi.
- Operum testimonium irrefragabile est, pa. 219.a
- Opera de quolibet prædicant, qualiter sit, pa. 219.a

SENTENTIARVM.

Opera bona non patiuntur latere facientem, *ibidem*.

Opera bona lux sunt, p. 219. b

Opera Christi publicantes non faciebāt cōtra eius pręceptū, p. 220. a

Opera propria qualis quisq; sit ostendunt, pa. 221. b

Ex operibus propria cognatio petenda, *ibid*.

Opera cuius filius quisq; sit declarant, pa. 223. b

Operum Dei consideratio vtilissima est, pa. 225. a

Operum Dei consideratio ad confidentiam excitat, *ibidem*.

Opera bona latere non possunt, pa. 266. a

Opera bona per oleum significantur, & quare, pa. 266. b

Operum nostrorum valor non ex apparentia sed ex spiritu summitur, pa. 521. a

Oratio.

Orationes actiue in passiuas apud Gręcos, quomodo soleant cōverti, pa. 133. a

Oratio non compatitur cum ornatu nimio & pręciosis vestibus, pa. 287. a

Ornatus.

Vide vestis.

Ornatus nimij studium peius vitiū est quam ludus vel æbrietas, pag. 280. b

Nimius ornatus grauis culpa, pa. 281. a

Ornatus nimius exterior animę ægritudinem dempnstrat, pa. 282. a

Ornatus nimius Christum excludit, pa. 283. a

Ornatus nimius & curiosus non de cet. virum rempublicam administrantem, pa. 283. b

Ornatus nimius etiam in mulieribus repræhensibilis, pa. 224. a

Ornatus nimius luxurię nidus, *ibi*.

Cura ornandi corporis non patitur curam ornandę animę, pa. 284. b

Ornatus pręciosus solis meretricibus permittitur apud Lacedæmonios, pa. 285. a

Ornatus nimius repugnat orationi pag. 287. a

Nimius ornatus mulierum in tem-
plis indecens, *ibid*.

Osculum.

Osculum complacentiam significat, pa. 400. a

Ostium.

Pulsare ad ostium quid sit? p. 232. b

Ostium Deo aperite quid, *ibid*.

Ostium Deo claudere quid, pa. 232. b

P.

Patientia.

Patientia sæpius læsa furor efficitur, pa. 68. a

Pœna.

Pœna æterna quomodo peccato tēporali iuste respondeat, pa. 93. a. & 101. a. & 102. b

Pœna maxime propria hominis confusio, pa. 94. b

Pœnarum octo genera legis infligunt pro delictis, pa. 101. a

Pœna damnatorum complebitur post iudicium, pa. 98. a

Pœnarum bonorum & malorum differentia, pa. 167. a

Pala.

Palaę repræhensionem significat, pag. 298. b

Paries.

Paries peccatum significat, pag. 298. b

INDEX

Pastor.

Pastores debent subditorum personas induere, omnia omnibus fieri, pa. 117. a

Pastores solliciti esse debent de instructione suorum subditorum, pag. 171. b

Pastores puniuntur pro defectibus subditorum, pa. 172. a

Pastores propria salute neglecta de ouium suarum bono curare tenentur, pa. 185. a

Pastores iræ Dei & flagellis se debent opponere pro ouibus suis, ibi.

Pastorū sollicitudo qualis esse debeat, pa. 181. b

Ad pastores pertinet morum & fidei quæstiones resolvere, p. 341. b

Pastores, Episcopi, & speculatores & videntes cur dicantur, p. 342. a

Vide Prælati & Prædicator.

Pastor stultus quis? & eius conditiones, pa. 366. b

Pater.

Patres quam solliciti esse debeant pro bono spirituali suorum filiorum, pa. 171. b.

Peccatum.

Peccata feces dicuntur, & propter turpitudinem, & propter amaritudinem, pa. 71. b

Peccatum quā sit detestabile Deo, colligitur ex punitione rerum insensibilium, pag. 65. b

Peccatum quam detestabile sit, ex Christi castigatione patet, p. 66. a

Peccatum temporale iuste æterna poena punitur, pa. 93. a

Peccata secum suam ferunt condemnationem nec indigent iudicio, pa. 82. b

Peccati grauitas summitur ex persona offensa, pag. 100. b

Peccatum in genere offensæ infinitatem habet, ibidem.

Peccati magnitudo pensatur ex bono quo priuat, pa. 100. b

Peccatum imaginem & stigmata Dei deturpat, ibid.

Peccatum ex parte affectus æternitatem habet, pa. 102. b

Peccatum umbra mortis dicitur, pa. 177. b

Peccatum sex malorū genera causat in anima, pa. 237. a

Peccata catharactæ sunt hominem excæcantes, pag. 237. a

Peccatum mutabilitatem mentis causat, pa. 238. a

Peccatum lepra est animæ, & illam maculat, pa. 239. a

Peccatum subditatē causat in animo, pa. 240. a

Peccatum mors est animæ, p. 241. b

Peccatum paupertatem animæ causat, pa. 242. a

Peccatum ex malitia est peccatū in Spiritum sanctum, pa. 250. a

Peccatum paries dicitur, & quare, pa. 298. b

Peccatum significatur per calceamenta & corrigiam, p. 335. b

Peccator.

Peccatores quomodo dicantur esse extra, pa. 73. b

Peccator omnia timet, pa. 65. a

Peccatores Dei iustitiam manifestabunt etiam contra se, pa. 95. b

Peccatores odio habent eos qui se reprehendunt, pa. 151. a

Peccatoribus insignibus Deus benigne ignouit, vt alios excitet, p. 225. a

Peccatores insignes dicuntur thesauri niuis & grandinis, & quare, pag. 225. b

Pecca

SENTENTIARVM.

Peccator adeo cecus est, vt suorum desideriorum ostium non inueniat, pa. 237. b.

Peccator omnis ignorans est, ibid.

Peccatores filij alieni sunt & nothi, pa. 238. b.

Peccatores etiam potentissimi subito deficiunt, pa. 269. a.

Peccator maxima iniuria Deum afficit, pro creatura eum cōmunicando, pa. 360. b.

Peccatores torrens spinarum dicuntur, pa. 488. b.

Pedagogus.

Pedagogus vnde dicitur, pa. 175. b.

Pedagogus quis sit, ibid.

Pellicanus.

Pellicanus idem est quod cygnus vel onocratalus, pa. 303. b.

Perfectio.

Perfectio Christiana non consistit solum in exterioribus, pa. 356. b.

Peregrinum.

Peregrinum dicitur vel extraneum vel curiosum, pa. 70. a.

Petere.

Petentes instare debemus & quare, pa. 207. a.

Petita concedere differt Deus vt maiora præbeat, pag. 207. b.

Permittere.

Quæ Deus permittit solent illi attribui, pa. 366. b.

Perseuerantia.

Perseuerantia quomodo differat à constantia, pa. 270. a.

Pharisæus.

Pharisæi qui dicebantur & quare, pa. 325. b.

Pharisæi quasi diuisi dicuntur, pag. 325. b. & 427. a.

Pharisæi in Scripturarum intelligentia alios præcedebat, p. 326. a.

Pharisæorum arrogantia & præsumptio reprehenditur, pagina, 429. b.

Phase.

Phase non tenebantur nec poterant Iudæi celebrare extra Hierusalē, pag. 436. b.

Pilatus.

Pilatus præses Iudææ fuit, p. 464. a.

Pilatus depositus fuit à Vitelio præfide Siris, ibid.

Pilatus fuit quintus procurator Iudææ, pa. 464. b.

Tertio anno procuratoris Pilati Ioannes cœpit prædicare, ibid.

Piscis.

Centum quinquaginta tria genera piscium dicunt esse Naturales, pag. 486. a.

Per pisces homines significantur, pag. 485. a.

Piscatores Apostoli dicuntur, ibid.

Pœnitentia.

Pœnitentia fera valde periculosa est, pag. 73. a.

Pœnitentia ianua est ad salutē peccantibus post baptismum, p. 73. b.

Pœnitentia fundamentum salutis & secunda tabula, pa. 74. a.

Pœnitentia cordis semper ad legē fidei pertinet, nec erat loco alligata, pa. 436. b.

Pœnitentia virtus peccata remittit, pa. 471. a.

Pœnitentia virtus semper ad salutem necessaria fuit, ibid.

Pœnitentiā secunda tabula post naufragium, pa. 471. a. & 538. a.

Pœnitentia annus iubilæus est, ibi.

Pœnitentia semita dicitur & quare, p. 557. b.

INDEX

Pœnitentia qualis esse debeat, pag. 559. a

Pœnitentiæ forma describitur, pa. 559. b

Pœnitentia vera est dispositio ad salutem, pag. 560. a

Ad pœnitentiam requiritur curiosum vitæ examen, p. 560. a

Ad pœnitentiam necessarius est dolor, ibidem.

Ad veram pœnitentiam requiritur satisfactio, pa. 560. b

Potestas.

Potestas Dei quia ad omnia se extendit circulo & falci comparatur, pa. 60. b

Potestas omnis a Deo est, p. 349. a

Potestas in populo Iudæorum manet sit apud iudices qui dicebantur Sanhedrim, pa. 460. b

Præceptum.

Differentia inter affirmatiuum & negatiuum præceptum quantum ad obligationem, pa. 385. a

Præceptum confessionis fidei affirmatiuum est, pa. 383. a

Præcepta Dei difficultatem non habent in sua obseruantiâ, pa. 435. b

Præcepta Dei contemperata sunt viribus hominum, pa. 436. a

Præcepta omnia legis quodammodo sunt iuris naturalis, p. 436. a

Omnia præcepta legis quodammodo scripta sunt in cordibus hominum, ibid.

Præcepta Dei viæ eius dicuntur, & eorum obseruatio omnibus necessaria est, pa. 548. a

Præcepta Dei licet difficilia appareant grauiâ non sunt, pa. 579. b

& sequitur...

Præcium.

Præcium redemptionis nostræ super excedens fuit, pag. 23. b

Præcio magno emptus est homo, pa. 100. a

Præcursor.

Duo præcursores Christi sunt sicut & duo aduentus, pa. 321. b

Ad præcursorem pertinebat baptizare, pa. 328. a

Prædicare, & prædicatio.

Prædicare quando cœperit Christus, pa. 118. b

Nullus prædicare debet nisi quæ Dei spiritus dictauerit, pag. 512. b

Prædicare somnia sua æquatur idolatriæ, pa. 513. a

Ad prædicandum verbum Dei necessaria est diuina instructio & illuminatio, p. 510. b

Prædicans suo spiritu fallax inuenitur & inutilis, pa. 511. b

Prædicationis officium tutius recusatatur quam appetitur, pa. 393. b

Prædicationis officium quare aliqui sanctorum recusent, alij se offerant, pa. 393. a

Magna prudentia requiritur ad prædicandum, pa. 482. a

Prædicatio Christi Iudæis & gentibus communis, pa. 483. b

Prædicationis officium non temere aggrediendum est, pa. 510. b

Prædicandi officium magnum est, & quod humanas vires excedit, pag. 510. a

Prædicatio manibus & operibus sustentanda est, sicut tuba, pag. 536. b

Prædicatio tubæ comparatur & quare, pag. 543. a

Predi-

SENTENTIARVM.

Prædicator.

- Vide concionator.
Prædicatores quare tā parum fructificant, pa. 513. a
Prædicatoris quanta sit dignitas & excellentia, pa. 514. a
Prædicator, regibus superior est, ibid. & 530. a
Prædicator nullum nisi solum Deū debet reuereri, pa. 514. a
Prædicator pro fratribus debet quietem spiritualement suam perdere, pa. 526. a
Prædicator quo amore proximorum flagrare debeat, pa. 527. b
Prædicatoris potestas & officium declaratur, pa. 529. b
Prædicator nullum debet timere, pa. 530. a
Prædicatoris potestas ad quæ se extendat, pa. 530. a
Prædicator debet vitia arguere & clamare, ibid.
Prædicatores sagittæ sunt Dei ideo acutæ esse debent, pa. 531. a
Prædicator tacens reus fit criminū aliorum, ibid.
Prædicator debet euellere vt plantet, pa. 531. b
Prædicator debet se omnibus accōmodare, & omnia omnibus fieri, pa. 532. a. & 541. b
Prædicator totus vox esse debet, pa. 533. b. & 537. a
In prædicatore requiritur irreprehensibilitas vitæ, p. 534. a
Prædicatores suo exemplo alios facile mouent, pa. 536. a
Prædicator lux esse debet, p. 537. b
Prædicator publicè debet prædicare, pa. 538. b
Prædicatoris blanda reprehensio plus nocere solet, quam prodesse,

pag. 539. a

- Prædicator scintillas mittere debet sicut æs candens, pa. 540. a
Prædicatoris verba scintillæ esse debent, ibid.
Prædicator instare debet nec desistere licet fructum non faciat, pa. 543. a
Prædicatoris verba quasi clauis esse debent, pa. 543. b
Prædicatoribus procurant homines os obstruere dignitatibus, pa. 380. a
Prædicatoris quæra debeat esse constantia & firmitas in doctrina, pa. 385. b
Prædicatoris officium est colapsa instaurare, pag. 389. a
Prædicatores quare debeant a Deo mitti, pa. 510. a
Prædicatores significantur per quatuor animalia quæ vidit Ezechiel, pa. 512. a
Prelatus.
Vide Pastor & Prædicator.
Prælati instructi esse debent armis scientiæ & doctrinæ, p. 342. b
Prælatorum Ecclesiæ arma quæ, & quam fortia, ibid.
Prælatorū munera & officia quæ, pa. 343. b
Prælati sunt collum Ecclesiæ, pag. 344. a
Prælati turri comparantur propter fortitudinem, pa. 344. a
Prælati oculi Ecclesiæ sunt ob claritatem & vigilantiam, p. 344. b
Prælati debent esse scientia pleni, ibi.
Prælati debent omnibus patere, ibi.
Prælati sunt nasus Ecclesiæ propter discretionem & iudicium, pa. 345. a
Prælati canibus comparantur & quare, pa. 346. b]

INDEX

tales prælatos homines velint & laudent, & quod vigilantes detestentur, pa. 365. a.
 Prælati Christiani qualis esse debeat, ibid.
 Prælati oculis debet esse plenus ut omnia videat, pa. 365. b.
 Prælati non excusantur ministrorum cura, pa. 366. a.
 Prælati quare vigil dicatur, ibid.
 Prælati Ecclesiastici communem vitam sine maiestate & pompa degere debent, pa. 441. b.
 Prælati cor est reipublicæ, & in medio omnium esse debent, p. 445. a.
 Prælati caput est, & suas qualitates in corpus diffundit, ibi.
 Prælati centrum est & subditi circumferentia, pa. 445. b.
 Prælati in omnibus debent medium eligere, ibi.
 Prælati spiritualem tranquillitatem pro omnibus relinquere tenentur, pa. 526. a.
 Prælati quo amore subditorum flagrare debeant, pa. 527. b.
 Prælati debent euellere ut plantet, pa. 531. b.
 Prælati calamum quassatum non debent confringere, sed alligare, ibi.
 Prælati omnia omnibus debent fieri, pa. 532. a.
Præpositio & eius usus.
 A, poni solet pro, propter, p. 104. b.
 Ad, respectu eius supra quem cadit aliquid consolationis miscet, p. 517. a.
 In, ponitur aliquando pro, ad, pag. 175. b.
 Contra, semper rigorem importat sine consolatione, pa. 517. a.
 Pro, aliquando denotat causam finalem, pa. 452. a.
 Pro, rerum consequentiam demō-

strat, pag. 452. b.
Principium.
 Principijs rerum facile est remedium, pa. 346. b.
Princeps.
 Principes & potentes sunt cardines Reipublicæ, pa. 306. b.
 Principes dicuntur dii fortes terræ & quare, ibi.
 Principes & potentes clypei sunt reip. & quare, pa. 500. b.
Propheta, & Propheta.
 Baptista excellentius & maius lumen participavit quam alij Prophetæ, pa. 137. b.
 Nullus antiquorum Prophetarum maior fuit Baptista, pa. 138. a.
 Prophetæ alij prædixerunt Ioannem Bapt. pa. 138. a.
 Prophetæ qui annuntiarent Christum non defuerunt apud gentes, pag. 129. b.
 Nullus Propheta fuit inter Malachiam & Baptistam & quare, p. 132. a.
 Baptista maior fuit omnibus prophetis, pa. 145. b.
 Prophetæ elementa dicuntur & quare, pa. 176. b.
 Ultima prophetia scripta fuit de Baptista, p. 320. b.
 Propheta prædictus a Moyse Deut. 18. alius a Messia, p. 323. a.
 Prophetæ officium quod sit, p. 324. b.
 Prophetæ factis solent prophettare, pa. 366. a.
 Prophetas post Ioannem Iudæi non habuerunt, p. 606. a.
 Prophetia dicitur visio & quare, pa. 516. a.
 Visio quam prophetiam significet, pa. 516. b.
 Prophetia visio dicitur propter certitudinem, pa. 516. a.

SENTENTIA RVM.

Prophetas nihil intelligere eorum
 quæ vident falsum est, pa. 516. b
 Prophetia grauis onus dicitur, ibi.
 Quæ prophetia manus dicitur, ibi.
 Prophetia Baptistæ rota lacta & io-
 cunda, pa. 517. a
Propitiatio, & propitiator.
 Propitiator plus dicit quam me-
 diator, pa. 450. a
 Propitiator effectû dicit & veniæ
 consequutionem, ibi.
 Propitiatio pro peccatis nostris
 Christus est, pa. 450. b
 Propitiatio est hostia pro peccatis,
 pa. 451. a
Prosperitas.
 Prosperitati malorum non est inui-
 dendum, pa. 11. a
 Prosperitatem humanã quam mi-
 nimè res destruunt, pa. 115. a
 Prosperitati mûdanæ fidens ebrius
 est, pa. 113. b
 Prosperitatis malorum, & miseriæ
 iustorû in hac vita quæ sit causa,
 pa. 165. b
 Prosperitatem in hac vita maximè
 timent iusti, pa. 161. b
 Prosperitas aures obturat ne vocè
 Dei percipiant, p. 162. b
 Prosperitas & abundantia tempo-
 ralium obliuionem Dei causat,
 pa. 490. a
Protectio.
 Protectio miseris de iure naturali
 debetur à potentioribus, p. 500. b
Prouidentia,
 Prouidentia Dei astruitur, ex iudi-
 cio & resurrectione, p. 49. a
 Prouidentia Dei astruitur ex inæqua-
 litate quæ hic est inter bonos &
 malos, pa. 51. b
Prouentus.
 Prouentus quid sit, & quid signifi-

cet, pag. 565. b
Proverbiũ.
 In proverbialibus loquutionibus
 quis sit literalis sensus, pa. 338. a
Proximus.
 Proximorum bona publicanda sunt
 & mala operienda, pa. 258. a
 Proximorum honori in omnibus
 consulendum, ibid.
Prudentia.
 Prudentia filiorû huius sæculi quã
 ta sit in suis rebus, pa. 371. b
 Prudentia pro astutia poni solet, ibi.
 Prudentia carnis astutia est, ibi. &
 404. a
 Prudentiam serpentis in suis requi-
 rit Deus, pa. 404. a
Pulsare.
 Pulsare Deum ad ostium alicuius
 quid sit, p. 232. b
Punire, & punitio.
 Puniturus Deus tristatur, pa. 55. a
 Puniturus Deus præmittit signa vt
 fugiamus, pa. 53. a
 Puniturus Deus prius admõnet,
 pag. 52. b
 Punitur homo in omnibus in qui-
 bus peccauit, pa. 61. b
 Punitio Dei misericordia est, pag.
 493. a. & 508. a
 Punitio Dei flagellantis est non dã-
 nantis, pa. 493. b
 Punire solet Deus propter peccata
 etiam in temporalibus, pa. 495. b
Puteus.
 Putei cur antiquitus à patribus clau-
 debantur, pa. 442. b
Q
Querere.
V Bi quærendus sit Deus vt in-
 ueniatur, pa. 430. b
 Quærendus est Deus intra nos ip-
 sos non extra, pa. 431. a
 Ss 5 Vnuff

INDEX

V. quisque in suo statu querere debet Deum & inueniet, ibid.
 Querens Deum extra se vagatur, pa. 432. a

Quia.

Quia, interdum est expositiua particula, pa. 317. a

R.

Redemptio.

R Edēptioni nostræ precium su per excedens fuit, p. 23. b

Redemptionis nomine quid intelligatur, pag. 24. b. & seq.

Redēptio dicitur liberatio à seruitute mortis & corruptionis, p. 24. a

Redemptio pro regno cælorū summitur, pa. 25. b

Rectum.

Rectum quid dicatur, p. 555. b

Recta via quomodo facienda, ibid.

Rectitudo etiam in bonis tenenda, pa. 556. a

Referre.

Res fideliter referendę sunt nihil addendo vel subtrahendo, p. 198. a

Regnum cælorum.

Regnum cælorum redemptio dicitur & quare, pa. 25. b

Regnum cælorum ætati comparatur & quare, p. 27. a

Regnum cælorum communicatio beatitudinis dicitur, p. 29. a

Regula Scripture.

Sub vno contextu diuersa proponere solet Scriptura, & ab vna re ad aliam transire sine mutatione verborum, p. 4. a

Scriptura multoties loquitur de rebus secundum ea quę apparent, pag. 63. a

Religiosus.

Religiosus solitudinem debet ama-

re, pag. 518. b

Religiosus claustrum egrediens multis exponitur periculis, ibidem.

Religiosus nūquam talis reddit domum qualis exiuit, pa. 519. a

Religiosis maximè nocet propria voluntas, pa. 523. a

Repræhensio.

Vide, Correctio.

Repræhensio vitiorū odium & persecutionem parit, pa. 151. a

Repræhensio maximā postulat prudentiam, pa. 248. a

Secreta secreto repræhēdenda sunt, pa. 248. b

Publica peccata publice repræhendenda sunt, ibi.

Repræhensio publica necessaria est vt alij timeant, & emendentur, p. 249. a

Peccātes ex malitia acriter & publice repræhendendi sunt, p. 249. b

Peccantes ex ignorātia benigne repræhendendi, ibi.

Repræhensio etiam publica charitatis & misericordię opus est, p. 250. a

Repræhensio blāda multoties plus nocet quam proficit, pa. 539. a

Repræhensio blanda potius fouet quā extinguit vitia, pa. 541. a

Repræhensionem durā auferre, supplicium Dei est, pa. 542. a

Gravia crimina grauitè repræhendenda sunt, pa. 542. b

Repræhensio necessaria est ad vitę conseruationem, pa. 293. b

Repræhensionis asperitatem tollēs puluillos peccatis facit, p. 299. a

Repræhensio significatur per gladiū vtraq; parte acutum, p. 542. b

Repromissio.

Repromissio quę dicatur, p. 174. a

Per repromissionē quomodo natus dica-

SENTENTIA RVM.

dicatur Isaac, & nō Ismael, p. 173. b
Respondere.
 Respondere solet Deus iuxta homi-
 nū desideria vt eos puniat, p. 410. b
 Respondere debemus inimicis ani-
 mę nostrę ad omnia negatiue, pa.
 420. b
Respublica.
 Reip. ministros fauoribus & nō me-
 ritis constituere maxime nociuū.
 pa. 348. b
Resurrectio, & resurgere.
 Ex resurrectione prouidentia Dei
 astruitur, pa. 49. a
 Resurrectionis memoria consolatur
 laborantes, ibi.
 Resurrectio duplex, p. 110. b
 Impij quomodo dicantur nō resur-
 recturi in iudicio, p. 82. b. & 110. b
 Resurrectio trā migrationi anima-
 rum contraria, pa. 319. a
Rex & regnum.
 Reges terrę pro ratione factorū sā-
 tis esse putant suam voluntatem,
 pa. 94. a
 Regni ius ad minores pertinebat a-
 pud Iudęos, p. 147. b
 Reges eisdem miserijs subiecti sunt
 quibus & alij homines, p. 158. b
 Reges magni communi veste vsi
 sunt, pa. 233. b
 Regiam maiestatem non vestis sed
 virtus facit, ibi.
 Rex in omnibus debet medium te-
 nere vt pace fruatur, p. 445. b
 Reges & pręsides quare referantur
 in aduentu Ioannis, pa. 459. a
 Regna solet Deus transferre de gē-
 te in gentem propter peccata, pa.
 497. a. & 498. b
 Regna maxime destruuntur prop-
 ter peccata quę sunt publica au-
 thoritate, p. 469. b

Reges iure naturali tenentur misere-
 ros ad se confugientes protege-
 re, pa. 500. b
 Reges & principes clypei Reipedi-
 cuntur & quare, ibi.
Rota.
 Rota significat mundanos & pecca-
 tores & quare, pa. 535. b
 Rota significat imperfectos, ibi.
Rumor.
 Rumores vox mendacij dicuntur,
 pa. 229. b

S.

Sacerdos, & sacerdotium.
Sacerdotes Angeli dicuntur &
 quare, pa. 142. a
 Sacerdotis vita quam pura esse de-
 beat, pa. 142. b
 Sacerdotiū Iudęorum iure perpe-
 tuo debebat tradi, pa. 466. b
 Sacerdocium eorū erat ex lege, qui
 erāt de genere Asmoneorū, ibi.
 Sacerdocium tempore Herodis tē-
 porale erat contra legem, ibi.
 Sacerdociū a tēpore Herodis solo
 vno anno durabat, pa. 467. a
 Sacerdotes tres fuerunt inter An-
 nam & Caypham, ibi.
 Tintinabula in veste summi Sacer-
 tis quid significarent, pag. 531. a.
 & 537. a

Sacramentum.

Sacramenta Ecclesię fontes sunt
 gratiam continentes, p. 440. b
 Sacramenta Ecclesię plura, ibi.
 Sacramēta fluxerūt de latere Chri-
 sti sicut riuuli de fonte, ibi.
 Sacramenta duo directē sunt con-
 tra peccatū instituta baptismus
 & pœnitentia, p. 558. a

Sacrificium.

Sacrificia non tenebātur Iudęi of-
 ferre

INDEX

- ferre extra Hierusalem, p. 436. b
Sauci.
 Saucii qui dicerentur apud Iudeos,
 pa. 325. b
Sal.
 In salis petram vxor Loth quare
 conuerta fit, pa. 227. b
 Sal condimentum est rerum, & a
 corruptione præseruatur, ibi.
Salix.
 Salicis proprietates declarantur,
 pa. 299. b
 Salix adulatorem significat, ibid.
Sanhedrim.
 Iudicum concilium qui regebat Is-
 rael, vocabatur Sanhedrim, pag.
 460. b
Sanctitas.
 Sanctitas non est ex a parentibus &
 exterioribus metienda, pa. 356. b
Sanfon.
 Sanfon quia sibi placuit de victo-
 ria siti punitus est, pa. 401. b
Sapientia.
 Sapientia humana clauis est qua
 multa oculta de Deo referantur, p.
 196. b
Saul.
 Saul non est vnctus in Regem in Sy-
 lo, pa. 460. a
 Saul quando vnctus est iam erat Ar-
 ca Domini in Cariath Iarim, ibi.
Scandalum, & scandalizo.
 Non est de quocunq; aliorum scanda-
 locurandum vt a bono desistas,
 pag. 135. a
 Scandalum sumunt homines ex
 Christi operibus vnde proficere
 deberent, pa. 243. b
 Scandalizati sunt omnes Apostoli
 in morte Christi, pa. 134. b
 Sola beata Virgo non fuit scandali-
 zata in morte Christi, ibid.
 Scandalizatur in Christo qui in la-
 boribus deficit, pa. 251. a
 Scandalizare in aliquo est in illo
 offendere, pa. 251. b
Sceptrum.
 Sceptrum afflictionem significat, vir-
 gam & calamitatem, p. 461. b
 Sceptrum pro regno ponitur, pag.
 462. a
 Sceptrum pro rege accipitur, ibid.
Scriba.
 Scriba dicebantur qui non recede-
 bant a literis legis, p. 326. a
 Scriba & Pharisei non potuerunt
 ignorare Ioannem non esse Mes-
 siam, pa. 322. b. & 347. b
Scriptura sacra.
 Scriptura sacra intelligi non potest
 nisi Christus aperiat, p. 196. a
 Scriptura sacra est liber scriptus, &
 signatus & quare, p. 196. b
 Scriptura sacra non est scripta hu-
 mano spiritu, ibid.
 Scripturarum sacrarum lectio vti-
 lissima homini, pa. 265. a
 Scripturae consolantur pusillani-
 mes, pa. 226. a
 Scriptura sacra difficilis intelle-
 ctu, pa. 480. a
 In Scriptura quis sit literalis sensus
 prouerbiorum, pa. 338. a
Secta Iudaorum.
 Sectae tres principales fuerunt apud
 Iudeos, & quae fuerint, pa. 325. b
Seculum.
 Saeculum continet spatium centum
 annorum, pa. 31. a
Sedere.
 Sessio iudicis exactam discussionem
 rerum significat, pa. 43. a
 Sedere quomodo dicatur Deus &
 quare, pa. 231. b
Seducere.
 Seducere non semper deceptionem
 impor-

SENTENTIARVM.

importat, pa. 509. b
Seducere est blandicijs in suam tra-
here sententiam, ibi.

Semita.

Vide via.

Semitaꝝ confilia dicuntur, pa. 550. b

Semitaꝝ arctiores sunt quaꝝ via, ibi.

Semitaꝝ non cadunt sub precepto,
pag. 551. a

Semitam non tam commoditatem
quam breuitatem respicit, ideo di-
rigenda monetur, pa. 551. b

Semitas nos facimus, ideo dirigere
tenemur, pa. 552. b

Sepulchrum.

Sepulchrum est uterus matris no-
straꝝ, pa. 159. b

Serpens.

Serpentis prudentiaꝝ requirit Deus
in suis, pa. 404. a

Serpens prudentis & solertis sym-
bolum est, pa. 404. b

Serpentis prudentia in quo confi-
stat, ibid.

Seruus & seruitus.

Serui non sunt familiariter tractan-
di ne superbiant, p. 293. b

Seruitus Dei vera libertas est, pa.
407. b

Sethim.

Sethim quaꝝ arbor sit, pa. 487. b

Sethim arbor est eximia magnitu-
dinis & leuitatis, ibi.

Sethim arbor est incorruptibilis,
ibidem.

Sethim significat beatos, p. 488. a

Si.

Si iurantis est particula aliquando,
pa. 397. b

Si vehementiorem facit affirmatio-
nem vel negationem, p. 398. a

Simplicitas.

Simplicitas columbeꝝ, Dei seruo ne

cessaria, pa. 403. b

Siloch.

Siloch nomeꝝ est loci vbi olim fuit

Acta testamenti, pa. 460. a

Siloch nomen est Melsiaꝝ, p. 461. a

Siloch a Sil deriuatur & quid signi-
ficet, ibidem.

Siloch filium suum significat, ibid.

Siloch deducitur a silach quod fe-
cunditas significat, pa. 461. a

Siloch deducitur a Silah & signi-
ficat pacificum, ibi.

Siloch deriuatur a Salah quod si-
gnificat mittere, pa. 461. b

Siloe.

Aque Siloe legem Euangelicam
significant, p. 538. b

Sodomita.

Sodomitaꝝ quando cecitate percussi
sunt ostia domoꝝ suarum inueni-
re non poterant, pa. 73. b

Sol.

Vide signa iudicij.

Sol dicitur Christus & quare, pag.
79. b

Solemnitas.

Solemnitates & dies festos non te-
nebantur Iudaei celebrare extra
Hierusalem, pa. 436. b

Solitudo.

Solitudo quid significet in Scriptu-
ra, pa. 432. b

Solitudo maxima comoda affert,
pa. 518. b

Solitudo curia Dei est vbi officia
ambienda, pa. 519. a

Solitudo Deo maxime grata in
qua eximia beneficia confert, pag.
519. b

Solitudo quam quaerere debemus
in quo consistat, pa. 520. a

Sortes.

Sortes dicuntur diuersa hominum
cond

INDEX

conditiones, pa. 563.a
 Sortes dicuntur euentus varij non
 respectu Dei: sed hominū, p. 563.a
 Sors contingentiam & incertitudi-
 nem dicit, ibid.
 Sors non dicit malum, sed diuinam
 explorat voluntatem, p. 562.b
 Sors gratia Dei dicitur & quare,
 ibidem. *Spes.*
 Spes & timor cardines sunt quibus
 mouetur Christianum ædificium,
 pag. 2.b
 Spes & timor duo pedes sunt qui-
 bus incedendum in via Dei, ibid.
 Spes & timor duæ molæ quibus fa-
 rina fit, pa. 3.a
 Spes laboribus roboratur, p. 246.b.
 Spei ianua laboribus aperitur, pag.
 247.a
Specula.
 Specula quid sit, & ad quid facta,
 pa. 560.a
 Specula significat prouidam circū-
 spectionem, ibidem.
Spina.
 Spinarum vallis seu torrens qui lo-
 cus sit, p. 441.b. & 488.a
 Spinæ peccata significant, p. 442.a
 Spinarum torrens mundum signifi-
 cat, p. 488.a
 Torrens spinarum significat pecca-
 tores, pa. 488.b
 Torrens spinarum gentilitatem si-
 gnificat, ibid.
 Spina arbor quid significet, pag.
 574.a
Spiritus.
 Spiritus halitum seu flatum signifi-
 cat, pa. 222.b
Spiritus sanctus.
 Peccatū in Spiritum sanctū dicitur
 peccatum ex malitia, pa. 250.a
 Spiritus sanctus quare apparuit in

columbæ specie, pa. 404.a
 Spiritus sanctus cur in igne descen-
 derit, ibi.
Sponsus.
 Sponsus Ecclesiæ solus Christus,
 pa. 336.a
 Baptista non fuit sponsus Ecclesiæ,
 ibid.
Stare.
 Stare dicitur Deus & quando &
 quare, pa. 231.b
Statera.
 Statera æquitatis symbolum, p. 82.b
 In manu Dei statera iusta est, p. 82.a
 Deus statera sua & bona & mala
 ponderabit, ibi.
Status.
 Status diuersi in Rep. necessarij,
 pa. 434.b
 In suo statu quisque saluari potest,
 ibid.
 In suo statu quærens Deū inueniet,
 pa. 433.b
Stola.
 Stola quid significet, pa. 98.b
Superbia & superbus.
 Superbia fuit primum peccatum
 hominis, p. 417.a
 Superbia quam grande peccatum
 sit declaratur, ibi.
 Superbia quomodo fuerit primum
 hominis peccatum, pa. 417.b
 Superbia in omni peccato reperit-
 tur & quomodo, ibi.
 Superbia est radix omnium pecca-
 torum, ibid.
 Superbiæ bellum grauissimum est,
 & difficile superatur, pa. 419.b
 Superbos & de se præsumentes fu-
 git sermo diuinus, pa. 427.b
Supplicium.
 Supplicia peccatoribus illata alios
 a peccando deterrent, p. 227.b

SENTENTIA RVM.

Surditas.
Surditas animæ ex peccato prouenit, pa. 240. a

Sybilla.
Sybillæ testimonium dederunt de miraculis Christi, pa. 132. b

Sympathia.
Omnes creaturæ sympathiam, & cognationem quandam habent cum homine, pa. 163. a

Syrena.
Syrenarum cantus quid significet, pag. 422. b

T.

Tacere.

TAcere, obmutescere tristi silentio significat, & magis dicit quam perire, pa. 71. a

Tangere.

Tangere, dicitur Deus quando laboribus afficit, pa. 187. b

Templum.

Templorum reuerentiæ maximè contrarius est nimius mulierum ornatus, pa. 287. a

In templo prædicare reseruatū erat Christo, p. 475. a

Quod in templo prædicaturus esset Christus prædixerunt Prophetæ, ibi.

Tempus, & temporalia.

Tempus Dei & tempus nostrum quod dicatur, pa. 81. b

Tempus Messias dicitur tempus nobilissimum, pa. 461. b

Tempus convenientissimum manifestationi Christi fuit, cum status Iudeorū miserimus erat, p. 490. a

Temporalium defectus aptiores reddit homines ad caelestia, pa. 490. b

Temporalia apud Deū sunt in pre-

cio, nec computantur in sortem, pag. 502. b

Temporalia omnia contemnenda sunt, pa. 160. a

Temporalia bona largitur Deus ut meliores efficiamur, pa. 244. a

Ex temporalibus bonis occasionē sumunt homines ut peiores fiāt, ibidem.

Temporalia bona scandalum sunt hominibus, pa. 244. b

Temporalia bona auferre solet Deus quia eis male utimur, pag. 246. a

Temporalia Deus suis adijcere solet, pag. 502. a

Temporalia bona cur in sinistra manu sapientiæ constituantur, p. 503. a

Temporalia bona solet Deus largiri iniquis, & quare, ibid.

Temporalia mūdus magnificat, & pro sorte principali reputat, pag. 504. b

Tentatio, & tentari.

Maxima tentatio fuit Ioanni quando miserunt Iudæi ad illum interrogandum, p. 317. b

Tentari voluit Christus ut disceret misereri, pa. 451. a

Tentationes Christi confidentiam excitant miserorum, p. 451. b

Tentatio triplex esse potest, p. 452. a

Tentatio carnis non est sine aliquo peccato, ibid.

Tentatio carnis non potuit esse in Christo, pa. 452. a

Tentatio a diabolo & a mūdo potest esse sine peccato, ibid.

Tentatio a mūdo & a diabolo fuit in Christo, ibid.

Tentationum Christi utilitas, pag. 452. b

Christus ex tentationibus factus

INDEX

pronior ad miserendum, p. 453.a
 Ex tentationibus quomodo Christi factus sit potens auxiliari tē-
 tatis, ibid.

Tentationes vt feramus varijs medijs
 vritur Deus, pa. 565.a

Tentationes ad mensuram virium
 & auxiliorum Deus permittit,
 ibid.

Tentatio humana quæ dicatur, pa.
 563.b. & seq.

Deus non patitur nos tentari supra
 vires nostras, p. 564. b

Diabolū Deus tenet ne tentet quā-
 tum vult, ibidem.

Terra.

Terram aliam futuram post iudi-
 cium, aliqui affirmant, pa. 32. b

Terra perpetuo est mansura, p. 33. a

Terra mater communis est omnium,
 pag. 159. b

Testis & testimonium.

Testis & iudex futurus est Chri-
 stus in iudicio, pa. 43. b

Testis est Deus nostrorum operū
 quando tacet, pa. 75. b

Testis falsus quā sit malus, p. 201. b

Testimonium propriū secum fert
 suspicionem, p. 218. b

Testimonium operum sine calum-
 nia est, pa. 219. a

Pestis mēdax quis dicatur, p. 229. b

Testimonium Ioannis de Christo
 quando miserunt ad illum Iudæi
 fuit quasi iudiciale, p. 309. a

Testimonium hoc maxime com-
 mendat Ioannem, pa. 309. b

Tetrarchia & tetrarcha.

Tetrarchia quid significet & quid
 p. sit, pa. 464. b

Tetrarchia non semper quarram
 sem regni significat sed quam-
 liquē, ibi.

Tetrarchia est principatus instar
 regni licet illo inferior, p. 465. a

Tetrarcha instar regis erat licet ti-
 tulum & nomen non haberet, ibi.

Tetrarcha aliquando rex dicitur,
 ibidem.

Tetrarchiarum Iudææ termini de-
 signantur, pa. 466. a

Thronus.

Thronus Christi venientis ad iudi-
 candum ex nubibus erit, p. 77. b

Thronus Christi quare ex nubi-
 bus, pa. 88. a

Timor & timere.

Timor & spes sunt cardines quibus
 voluitur ædificium Christianū,
 pag. 2. b

Timor & spes duo pedes quibus in-
 cedendum, ibid.

Timor & spes duæ molæ ad confi-
 ciendam farinam, pa. 3. a

Timor iudicij tantus erit in homi-
 nibus, vt arescant, pa. 9. a

Timor iudicij securis est qua scin-
 ditur cor, p. 37. b

Timor de quibus esse debeat, p. 59. b

Solum peccata timenda, ibid.

Timor Dei sagitta est carnem eon-
 figens, pa. 297. a

Timere nullum debet qui Deum se-
 cum habet, pa. 530. a

Tintinabulum.

Tintinabula in veste summi sacer-
 dotis quæ significarent, pa. 531. a
 & 537. a

Tollerantia.

Tollerantia iustorum qualis sit, pa.
 405. a

Tribulatio.

Vide labor.

Tribulationes Deus iustis immit-
 tit ex amore, pa. 168. b

Tribulatio quomodo operatur pa-
 tientiam,

tientiam, *ibid.*

Tribulatio tū voces nihil potest impedire, ne Deus exaudiat, p. 164. a

Tribulatio spina dicitur & quare, pag. 189. b

Tribulationem inuenire lōge aliud est quam à tribulatione inueniri, pa. 291. b

Tribulationes Deus permittit vt homines suas vires agnoscant, pag. 203. a

Tribulatio licet corpus frāgat, mētem firmat, & in Dei amorem incedit, pa. 491. a

Tribulatio non odij sed amoris est indicium, *ibid.*

Tribulationes immittit Deus vt aptiores reddamur ad cęlestia suscipienda, pa. 491. b

Tristitia.

Tristitia in Deo quomodo intelligatur, pag. 55. a

Tristitia quid sit, pa. 193. a

Tristitia in iusto esse non potest quomodo cūque res eueniant, *ibid.*

Triturā.

Triturę filij dicuntur iusti, & quare, pa. 166. b

Triumphus.

Triumphus completus Christi reseruatus est in diē iudicij, p. 97. b.

Tuba.

Tuba signum belli & signum iubilii & indulgentię, pa. 79. a

Tuba quale instrumentum sit, & quid significet, pa. 536. b.

Tubę comparatur prædicatio & quare, pa. 543. a

Tunc.

Tunc, non semper dicit si multatē temporis, p. 17. a

Tunc accipi solet pro postea, *ibi.*

V.

Vagari.

Vagari quis dicatur, pa. 43.

Vagatur qui Deum extra se quærit, pa. 432. a

Vagari licet parum, valde periculosum est, *ibid.*

Vanitas.

Vanitas hominum non quod vtilius sed carius est quærit, p. 280. b

Vbera.

Vbera amorem significāt, p. 553. b

Veneficus.

Veneficus & incantator dicitur Christus & quomodo, pa. 240. b

Venturus.

Vēturus, participium, diuinitatem declarat, pa. 128. a

Qui venturus est nōmen proprium Messię, *ibid.*

Verborum modi & tempora.

Verbum compositum pro simplici accipi solet, pa. 111. a

Subiunctiuus pro futuro indicatiui poni solet, pa. 269. a

Futura pro imperatiuis ponūtur, pa. 476. a

Præteritum pro futuro ponitur, pa. 507. b

Tempus pro tempore frequenter vsurpatur, pa. 189. b

Verbum nōmen.

Verbum additum vel subtractum in narratione maxima mala causat, pa. 198. a

Verba sagittis cōparantur & quare, pag. 229. a

Verborū Dei & hominū differētia, pa. 513. b

Verbum Dei triticum est animam sustentans, *ibid.*

Verba hominū paleę sunt substantia, *ibid.*

INDEX

Verba Dei ignis sunt cor accen-
dens, pa. 513. b

Verbum Dei malleus conterens pe-
tras, ibid.

Verbi Dei efficacia & virtus, pag.
514. a

Verba omnium læuia & sine virtu-
te, pa. 514. b

Verbum Domini quod factum est
quid significet, pag. 468. b

Verbum Domini multis modis fit,
ibid.

Verbū Domini pro mandato, ibid.

Verbum Dei dicitur Prophetia,
pag. 516. a

Verbum Dei quæ Prophetia dica-
tur, ibid.

Verbum & visio quomodo diffi-
rant, ibidem.

Vestis.

Vide ornatus.

Vestis peregrina damnatur, p. 70. a

Vestis peregrina peregrinos mores
inducit, ibi.

Vestis Christi in iudicio cur san-
guine aspersa aparebit, pa. 86. a

In luxu vestium peccatū non deest,
pag. 137. a. & 231. a

Vestium nimia curiositas porta pa-
rtes est ad perditionē reip. p. 280. a

Vestium curiositas tinea est substā-
tiæ etiam amplissimæ, ibid.

Vestium luxus maius & peius vi-
tium est quam ebrietas vel ludus,
pag. 280. b

Vestes non vtiliores, sed preciosio-
res vanitas quærit, ibidem.

Vestium curiositas in viris gravif-
simum vitium, p. 281. a. & 283. b

Vestes pœnitentiæ insignia sunt,
pag. 282. a

Vestes pœnitentiæ potius discoope-
nt quā cooperiāt hominē, p. 282. a

Vestes quid sint, ibid.

Vestes delicatæ pœnitentiæ aduer-
santur, pa. 282. b

Vestes delicatæ animū mollem fa-
ciunt, ibid.

Vestium curiositas animi qualita-
tes demonstrat, pa. 283. a. & 284. b.

Vestis delicata etiam corpori no-
cet, pa. 283. a

Vestis pœnitentiæ solis infamibus per-
mittebatur apud Lacedæmonios,
pa. 283. b

Veste communi principes magni
antiquitatis vsi sunt, ibid.

Vestis pœnitentiæ vexillum, & nidus
luxuriæ, pa. 284. a

Vestes pœnitentiæ lacrimis & oratio-
ni repugnant, pa. 287. a

Vestis vilis & aspera Deo placet,
pa. 288. a

Ex vestibus cui regi seruiamus co-
gnoscitur, p. 289. a

Ex vestibus nationes dignoscuntur,
ibidem.

Vestis asperitas non debet esse san-
ctitatis mensura, pa. 356. b

Via.

Vias nostras Deus spinis sœpit ne
ab eo recedamus, p. 363. a

A via vel parum discedere valde pe-
riculosum, pa. 432. a

Via vitiorum aspera, virtutis faci-
lis, pa. 477. a

Via Dei & semitæ quibus ipse ad
nos venit quæ, pa. 544. a

Via & semitæ Dei, quibus venit ad
nos, & quibus abire solet incogni-
tæ, pa. 545. a

Via Dei incompræhensibiles, pag.
545. b

Via Dei quomodo parandæ sunt
à nobis, & semitæ dirigendæ, ibi-
dem.

Via

SENTENTIA R V M.

Via Dei præcepta eius dicuntur,
pag. 548.a

Via Dei licet arctæ videantur spa-
tiosæ sunt, & faciles, pa. 548.b

Via mundi laboriosæ sunt, licet spa-
tiosæ appareant, ibidem.

Viarum Dei & mundi diuersitas,
pag. 548.b

Viarum mundi qualitates, p. 549.a

Viarum Dei qualitates, p. 549.b

Homo interior dilatatur in vijs
Dei, pa. 550.a

Via non rectitudinem sed commo-
ditatem respicit, ideo paranda di-
citur, pa. 551.b

Via non est pro arbitrio cuiusque
facienda sed paranda, pag. 552.b.
& 562.a

Viam parare est tollere peccata,
pag. 553.b

Viarum quatuor esse solent defor-
mitates quas tollere debemus, pa.
554.a

Vias suas parare homo sine gratia
Dei non potest, pa. 566.a

Vias diuersas factas habet Deus,
per quas homines incedere de-
bent, pa. 561.a

Via virtutis semper hominibus as-
pera visa est, pag. 576.a

De via Dei quomodo intelligan-
tur difficultates sublatae, p. 577.a

Viam Dei difficilem dicens, suam
infirmiorem prodit, pa. 579.b

Vindicta.

Vindictam sibi Deus reseruauit,
pag. 400.b

Vinum.

Vinum rigorem diuinæ iustitiæ si-
gnificat, pa. 38.b

Vinum priusquam oleum cur infu-
derit Samaritanus, ibidem.

Vinum consolationem significat,

pag. 218.a.

Vinum remedium est contra ve-
num, p. 543.b

Virga.

Virga & sceptrum idem significat
pa. 462.a

Virga pro rege ponitur, ibid.

Virtus.

Virtutes celorum quæ dicantur, pa.
11.b

Virtutem etiam mali reuerentur,
pag. 151.a

Virtus latere non potest, p. 266.a

Virtuti solum fidendum, p. 277.a

Virtutis via facilis, pa. 477.a

Virtutis via semper hominibus as-
pera visa est, pa. 576.a

Virtutis viam facilem fecit Chri-
stus, ibid.

Visus & videre.

Visus inter omnes sensus maximè
certus, pa. 228.b. & 516.a

Visum in rebus proximorum non
est credendum, pa. 228.b

Visus multoties fallitur, ibid.

Videre pro gustare ponitur, pag.
478.a

Visio prophetia dicitur & quæ sit
illa, pa. 516.a

Visio & verbum quomodo diffe-
rant, ibi.

Vita.

Vitæ piorum numerus dierum des-
criptus est apud Deum, p. 103.b

Vita optima quæ iudicanda sit &
habenda, pa. 158.a

Vitæ rectitudo & bonitas unde pè-
sanda, pa. 159.a

Vita præsens area dicitur & quare,
pag. 163.a

Vita hæc, es el taller, vbi elaboran-
tur lapides, pa. 170.b

Vitæ presentis tempus milita dicitur

INDEX

citur, pa. 507.a
 Vita duplex actiua & contempla-
 tiua significatur in Martha & Ma-
 ria, pa. 526.a
 Vita actiua & contemplatiua in Ra-
 chele, & Lia designantur, ibid.
 Vita contemplatiua dulcis sed ite-
 ralis, pa. 527.a
 Vita actiua laboriosa sed foecunda,
 ibidem.

Vlmus.

Vlmus quos significet, pa. 574.b

Voluntas.

Voluntas Dei & carnis contrariae,
 pag. 252.a
 Voluntas propria omnium maloru
 causa, pa. 252.b. & 491.b
 Voluntas propria nouerca nostra
 est, pa. 253.a
 Voluntatem propriam sequens gau-
 diumerit inimicis suis, pa. 254.a
 Pro voluntate sua omnia voluit ho-
 mines, pa. 350.b
 Voluntas nostra etiam in licitis ne-
 ganda, pa. 522.b
 Dei voluntas semper nostrae praefe-
 renda, ibid.
 Voluntas propria etiam bona ope-
 ra inficit, pa. 523.a

Vox Dei.

Vox Dei in laboribus percipitur,
 pag. 162.b
 Vox Dei in prosperitate non sen-
 titur, ibid. |
 Vox Dei tenuis est, & attentum re-
 quirat, pag. 163.a
 Vox Dei facile cognoscitur si attē-
 damus, pa. 232.b

Vulpis.

Vulpibus cur comparentur filij hu-
 ius saeculi, p. 373.a
 Vulpis qualitates & conditiones
 describuntur, ibid.

Vxor.

Vxoris amor ad maritum qualis
 esse debeat, pa. 208.a
 Vxoris sibi debitae caesio quomo-
 do fiebat apud Iudaeos, pa. 336.a.
 & sequentibus.

Z.

Zacharias.

Zacharias fuit princeps Sacer-
 dotum, pa. 352.a

Zelus.

Zelus debet esse secundum Deum,
 & secundum scientiam, pa. 156.a
 Zelus ex inuidia multoties nasci-
 tur, ibidem.

BVRGIS.

Excudebat Ioannes Baptista Varesius.

1604.